



BIBLIOTECA NAZ.  
Vittorio Emanuele III

XXXIX

F

48


NAPOLI

~~87-8~~

ABH

87  
8  
8







M. ACCI PLAVTI  
COMŒDIÆ.  
ACCEDIT  
COMMENTARIUS  
EX Variorum Notis & Observationibus,  
EX recensione  
IOH. FREDERICI GRONOVII.  
*Editio novissima.*

*P. Phil. Fr.*

AMSTELODAMI,  
EX Typographia BLAVIANA, M DC LXXXIV  
*Sumptibus Societatis.*



COMPTON

THE COMPTON

1850

1850

ILLUSTRISSIMO VIRO  
JOHANNI BAPTISTÆ COLBERTO  
REGI A SANCTIORIBUS CONSILIIS

VT ET

AB INTIMIS SECRETIS  
AERARII MODERATORI PRUDENTISSIMO  
SUMMO AEDIFICIORUM REGIORUM

PREFECTO

MAGNIFICO REGIORUM ORDINUM QUAESTORI  
MARCHIONI DE SEIGNELAI



**N**obiliora forsā alii; ego, quod possum,  
Genio tuo Virtutique & Honori, Vir  
Illustrissime, dico Speculum vitæ vul-  
gi, sed duorum cultissimorum populo-  
rum. Inter artifices veterum manus pro miraculo  
fuit Parrhasii tabula, Demos Atheniensium, va-  
rium, injustum, inconstantem eundem, eundem  
exorabilem, clementem, misericordem, excel-  
sum, gloriosum, humilem, ferocem, trucemque,  
atque omnia pariter ostendens. At quanto expres-  
sius vividiusque id argumentum posuerunt Eupolis,  
Cratinus, Aristophanes, Menander, Diphilus,  
Apollodorus, Philemon? Quos M. Accius Plau-  
tus quum auctores habuerit, Latinam autem sce-  
nam instruxerit; sic Grajorum mores ad simulavit,  
ut identidem agnoscerent & suos spectatores Ro-  
mani. Neque obesse debet operi pulcherrimo par-  
tium, per quas explicatur, humilitas. Non majoris  
erant plerique personæ, ad quos cum in concio-  
nem descenderet Alcibiades, ita cohortescebat, ut  
parum consiperet, priusquam à Socrate confirmaretur.  
Et consuestis magnates interdum, fastidita for-  
tunæ

D E D I C A T I O .

tunæ vestræ mole, palatia & prætoria gravati, casas irrepere, rure vero barbaroque lætari, silvas habitare. Sic Vespasianus Cosanum aviæ, nutrimentorum suorum locum, jam Cæsar, assidue frequentabat, manente villa, qualis fuerat olim, ne quid oculorum consuetudo requireret. Soletis apparatu recto & lautis exquisitisque dapibus fatigati, victus tenues interponere, & plebeja pulpa admonere ac reficere palatum. Sic Timotheus Atheniensium imperator, vel Prytaneo, vel solenni apud se convivio destituto, condicbat in Academiam ad Platonem, herbis & oleribus agrestibus lætus, eaque cæna, quæ saluum & jucundum convivæ posterum quoque diem præstaret. Amatis nonnunquam fabulari cum imperitis mollium aulæ verborum, & quos scitis responsuros irreverentius; quæque in proximis vestris culpa foret, ut minimum, frigore luenda, ea in alieno & humili rusticoque patrefamilias captatur & voluptas est. Fuere, qui dissimulata persona & habitu vili sumpto circulis & tabernis & viantium commeatibus miscerentur, ut judicia vulgi querelasve cognoscerent. Minore periculo, nec minore fructu, saltantes in pulpito, aut carminum, quæ saltaverant, recitator lectiove sensus docent communes. Quare id vel præcipuum viris principibus semper oblectamentum, & juxta certum, quam quævis alia ingenii publicandi ratio, scribentibus iter ad famam fuit. Phrynichum commode introducti pyrrhichistæ classis & exercitui præfecerunt. Menandrum ad sese invitarunt Reges & Astu atque Athenas præferentem gratia tamen & muneribus coluerunt. Terentianis fabulis non modo, dum actitarentur, sed etiam, dum nasce-



D E D I C A T I O.

nascerentur, adeo plaufit Africanus, ut feciffe illas, non ifta folum aurium feueritate limaffe crederetur. Germanicus Cæfar inter altioris doctrinæ cætera monumenta reliquit & Comœdias Græcas. Claudius Auguftus, fratris æmulus, ejuſdem parentalibus, dum initia ſua commendat officiis pietatis, fimiliter Græcam Comœdiam Neapoli docuit, & de ſententia iudicum coronavit. Sed & inter hos quinquaginta plus minus annos hoc genus Muſæ pedestris in tantum extuliſſe Poëtarum veſtrorum diſertiffimos, ut facile omnes ejus numeros veneresque implerent, quod eo non mediam modo plebem, ſed & ſummos procerum mirifice capi viderent, neminem præterit. Et adhuc ſic diſputo, ut nihil aliud quam comico choragio comitatum, modo arte non defecto & pro materia exulto, vincam non fore, ut excludant fores ingeniis patentem. Nunc ejus agitur cauſa, qui vetuſtæ atque interioris eruditionis ingens eſt instrumentum; in quo ſtudiorum omnis ratio profecit; quem qui legendo non contriverit, is hominis literati nomen & locum nequeat tueri; quem ſæcietarum & urbanitatis vernaculæ fontem; quem linguæ atque elegantiæ in verbis Latinæ principem; cujus ſermone, ſi Latine loquendi ſit animus, Muſas uſuras, ejuſdem linguæ ſcientes in primis dixerunt & judicarunt. Talem & hujus momenti ſcriptorem, quum locis aliquam multis viderer attigiffe haud infeliciter, & ſollicitudines, offendicula, moras operam ei dantium minuiſſe; quumque omnem eum recensuiſſem & innumeris mendis, quibus paullo ante renatus, nimis cito conſeneſcere atque intermori cœperat, liberaſſem; quem ei patronum adoptarem, niſi te, Vir Illuſtriſſime,

D E D I C A T I O.

me, cujus summo jam olim beneficio sum, & serius ac debeo magis quam importune hanc debiti mei facio professionem. Scilicet parum tibi fuit maximo atque infinito officio distringi, turbam & pondus negotiorum difficillimorum sustinere, Principum potentissimi & in rebus gerendis acerrimi paratissimique & consilium instruere & jussis sufficere. Gazam tractas regni toto terrarum orbe opulentissimi & copiosissimi, ea innocentia & fide, ut Aristidem vincas & Uticensem Catonem; eo labore, qui Herculeis non cedat; ea vigilantia, quam in Atlantis & Hesperidum pomarii, in luci Martis apud Colchos custode inopore pinxit antiquitas; ea opimitate ac fertilitate, ut tibi, quod Anii Deliorum regis ac sacerdotis filiabus, datum videatur, quarum tactu omnia

*In segetem laticemque meri baccamque Minervæ  
Transformabantur.*

Non enim vectigalia tantum tueris & conservas, sed ex quo eis admotus es, multis partibus plura & certiora & fructuosiora effecisti. Res optanda Principibus: & conantur passim; sed incrementis non salubribus: adeo ut plerique oppressis & exinanitis suis, plus odii & dirarum quam pecuniæ redigant; mox fontem, unde avidius, quam par erat, hauserunt, inaruisse experiantur. At tu non aggravas onera jam ante injusta, non acerbitates exactionum, non tributorum nova nomina & sinus comminisceris. residuis & reliquis exigendis, peculatu arcendo, falso ære alieno abolendo, sumptibus & jacturis inanibus circumcidendis; sed maxime, dum negotiantes frequentas, & commerciis cursus liberiores aperis, dum ad excolendum

D E D I C A T I O.

dum mare sollicitas & navigantibus commoda statuis, & ejus rei ergo societates conflas & conglutinas, dum artes quoque sellularias exigis, & quidquid argutæ manus usibus hominum quærunt, probas incitasque, comparasti, ut, quum majores, justiores & utiliores, splendidiore & magnificentiores erogationes nunquam factæ sint, nunquam tamen tantum fuerit in publicis viribus, nunquam sic abundaverit ærarium. Hæc & mille alia, quæ quotidie in summam rem Galliarum consilia das, accipis imperia, audis desideria, expedire ac participare curas de fatis tot domesticorum, tot externorum populorum, parum tibi visum, nisi & liberalia respiceres, & non minus ingenuas quam manuum artes in te converteres, provinciamque tuam faceres. Nec fors illa fuit, sed industria factorum, sed manifesti numinis instinctus, cum LUDOVICUS ADEODATUS, omnia majorum suorum, omnia omnis ævi Heroum magna & bona exempla referens, in mentionem Studioforum (hoc est, illius hominum generis, qui omisso actu rerum, ambitu remoto, pecuniæ viis neglectis, in studia sese abdiderunt, & id agunt, ut præclara veterum inventa partim eruant & in usum revocent, partim augeant amplificentque) ex sermone quodam te coram incidere, deque illis & graviter & acute verèque judicaret. quod ipsum mediocritatem egressos & cælo propiores sensus demonstrat. Neque enim plebeji captus est aut vulgi labiis innascitur illud: *Nisi Alexander essem, Diogenes essem: & Beatum Achillem, non excisa Troja, sed Homero præcone.* Magnum erat tanto judice præstabiles haberi, quos indocti simul & ad quæstum docti pro ineptis & mal-

## D E D I C A T I O.

volente genio natis traducunt : sed mens providen-  
 tissima Principis tam consilio quam virtute valentif-  
 simi non hæctenus sistere , neque admirari modo aut  
 laudare , sed etiam dignos pronuntiare patrocínio re-  
 gnantium , quorum muneris est præmiis decorare ac  
 multiplicare quidquid recte fit ; dignos suo , quo  
 nemo inter rerum dominos altior & conspectior : ne-  
 que obscure præferre voluntatem benefaciendi ; &  
 quidem , ut elegantius fieret , remissa necessitate am-  
 biendi , nec opinantibus ; more Dei , qui pios etiam  
 prosperat augetque , quemadmodum sacræ tabulæ lo-  
 quuntur , dormientes : idque tractare tecum & deli-  
 berare , ut quod impetus fuerat , consilium fieret , ac  
 subitæ largitionis comes pœnitentia caveretur. Tali  
 occasione quid facerent , qui aulas obsident magnam  
 partem , & nihil eo aspirare veri , nihil sani patiun-  
 tur , nemo ignorat : nempe pleni alioquin obtrecta-  
 tionis & malignitatis inter semet ipsi conjurata arma  
 moverent ; obsisterent , occentarent ore uno , alia præ-  
 vertenda esse ; non sic exuberare copias , ut abjician-  
 tur in bidental ; umbraticos homines , subtilitati & va-  
 rietati literarum natos , nugas & inania consecrando  
 segne otium velare , nihilque in publicum conferre :  
 qui non moliantur , non concursent , sed vitæ quodam-  
 modo valere dixerint , vitæ commodis carere verum  
 esse. Longe aliter mitis sapientia Lælii COLBERTI.  
 Non enim refrigerabas tam generoso incoctum & fer-  
 vens pectus honesto ; non otium & vetustatis & poste-  
 ritatis maximum negotium agentium calumniabare ;  
 non plus satis esse necessitatum obtestabare ; non ad-  
 vocatione petenda & strophis rem ducebas , ut postea  
 eluderes. Quin contra statim causam probabas , & di-  
 vini-

D E D I C A T I O.

vinitus susceptam cogitationem gratissimis & soli tibi notis stimulis urgebas: & sufficere opes animo gloriæque Principis, non in hoc tantum, docebas, gnarum quidem & ipsum, sed crebro tecum ponere calculos & utriusque diligentiam dispungere, non diffidentia, sed jucunda & utili oblectatione gaudentem. Non est efficacis Herculis Gallicani honesta tantummodo cogitare, tali præsertim Telamone vel Theseo comite. Delectus agitur novus, invisitatus, inauditus: decuriatur & describitur flos ingeniorum: inciduntur nomina studiis valentium, non modo vestratium, sed Europam per universam. Sane isti exeunt frequentissimi & numerosissimi laterculi: & fatentur omnes nationes, quidquid est, quo excellere homines natos atque eminere supra alios & propius Superos accedere fas est, id eximium hodie majorique provontu habere Gallias: quemadmodum caput habent, cujus omnes generis humani vertices assurgunt majestati. Poteratque ubertas tanta, tanta felicitas, exteris insuperhabere, ignorare. Sed decet principe loco positos agere citra invidiam, & proximos, quamvis longo intervallo, non obliquis, sed lætis adspicere oculis, ac virtuti, ubicumque est, favorem debitum non inficiari. Nam qui detrectant in eadem laude aliquo cum successu versantes, præjudicium quarunt ipsos oneraturum: & in suspicionem veniunt metuere, ut sint tanti, quanti vulgo putantur, si comparentur, & plures esse aliquid videantur. Satis hoc laudabile & præcipui splendoris conscientia conveniens, alieno splendore non uri, nec vel peregrinitatem objectare. Satis etiam bella & prædicanda curiositas, tanti orbis rectorem nosse velle, quid ubique sapientia

D E D I C A T I O.

tia & humanitas profecerint; qui literis assidendo processerint; qui doctrinarum disciplinas quibus solidis & duraturis monumentis propagent, & eam causam celebritatis habeant: satis bella & prædicanda, tamenetsi nihil aliud inde peteretur quam ut noscerentur. Raro eruditionis fama eo usque penetrat, raro escendit in arces: aut si quando ad illam altitudinem crepsit, vix tenui auditione percipitur, neminem movet, neminem tenet, plerisque ludibrium debet. At Rex incomparabilis magnificentiam liberalitatis sequebatur: notabat & excernebat, quorum laborem in optimis artibus uberrimo & suavissimo fructu bearet; quos ob industriam singularem laude ac donis promereretur: quibus vel tenuioribus agitandi facilius copiam faceret, ut vacui metu, ne desit in sumptum, chartis impallescerent, neque ignobili cura, quæ utare, à docta musei quiete discederent; vel si non indigerent ope propter amplas facultates, honor ipse illustris & extraordinariæ gratificationis non minus obligatis animos & gloriam adderet: unum illa tua forti fidelique dextra stipulatus, ut pulcre cœptis strenue insisterent, certarentque quisque pro se, pro copia, pro suscepti operis ratione, ne quid profuturum posteris lateret. Quanta species diei felicitatis atque aurei, qui quicquid Musis est amicum, Christianissimæ tutelæ fecit atque ditionis? alios potiundo, alios sperando, alios commodis sui ordinis in quibuscumque fruentibus favendo? idque una ad potentiam mitissima & expeditissima via, benefactorum magnitudine, quæ priscæ simplicitatis heroas ad sceptrum vivos, mortuos in Cælitum numerum evehebat? Et omnia quidem Sacratissimæ Majestati debemus, verum te con-

filia-

D E D I C A T I O.

filiatore, suffragatore, medio atque interprete. Tu das hos aditus, per te adoramus purpuram principalem, per te præfenti absentes submittimur, supplicamus, exaudimur: quod quidem tanto nobis honorificentius, quam si per admissionis officium introducere-mur, quanto tu major admissionum magistro. Te, cu-jus mirificam & perpetuam dexteritatem sine fine tot tantis in rebus experitur, voluit ille probare, quos ipse suscipit: te delectorem hujus cohortis & exacto-rem esse: te, ut cresceret æstimatio expendentis per-sona, & minus interveniret casuum aut fraudis, de-ferre munera sua: te causam & titulum donationis si-gnare, utque quibus contigit, quantum in ipsis est, mereantur, vice & auctoritate sacra præcipere: eorun-dem te obsequia & devotionem commemorare. Acci-pe igitur hanc quoque benigna fronte velut ratiuncu-lam nuperrimæ lucubrationis, ut si non ingenio ne-que arti exordiorum & subcesivi temporis nostri, at improbo labori & exercitio inexhausto testimonium perhibere possis. Deus te, Vir Illustrissime, & omnem generosam gentem tuam salvos & honestos, Patriæ-que ac Patriæ Patri salutare semper & probatissimos præstet. Scripsi Lugduni Batavorum a. d. iv. Ca-lendas Quinctiles anno Christiano cIo Io c Lxix.

*Illustrissima Meritissimaque*

*Dignitatis & Magnitudinis Tue*

Obsequentissimus cliens

JOHANNES FREDERICUS GRONOVIVS,

A D

## LECTOREM.

**M**ACCII PLAUTI Fabulis ad aliquam nitorem pristini speciem & in manus hominum revocandis præter ceteros operam navarunt superiori seculo vir in primis magnus Joachimus Camerarius, nec minus insignis claritate literarum Dionysius Lambinus; in finitibus locis alter fidarum membranarum ope restitutus, alter perpetuo commentario illustratus. Accessere dein certatim belli & politi homines, Janus Sambucus, Justus Lipsius, Janus Mellerus Palmerius, Janus Guilelmus, Literarum in Academia nostra & propemodum omni libero Belgio pater & princeps Janus Douza cum cognomine filio, Gasser Schoppius, Joanne Meursius, Simon Ulricus Pistorius, Valens Acidalius, Franciscus Dissaldau: quorum plerisque etsi juvenilis calor ultra, quam debuit, provexerit, & mors, antequam maturefcere possent, exstinxerit, negari tamen nequit, multa illos non inepte molitos & divinitus cogitasse. Horum omnium ( præter postremum, quem videre non potui ) selectos flores in unum commentarii corpus contulit Fridericus Taubmannus. Eodem tempore brevia, qua margines cujusque pagina caperent, scholia collegit Philippus Pareus. Erat cum majori spe assequendi doctum sermonem, & in eo proficiendi, lectionem tanti scriptoris ingredi: multum tamen etiam infæta & manum desiderantis materia restabat. Taceo nunc nodos vel latentes vel agnitos, & adhuc insolubiles, quos Καυρὶς ὁ πανδαμάτωρ identidem existenti alicui ad conjecturam sagaci reservat. Inoleverat in renata Critices infantia, ut bonum factum putarent consolidare ac complanare lacunas, & hiatus, qui alicui discedebant manifesti. Sic passim pro suo quisque captu interpolant veteres auctores, & eos centunculis deformatos, quam suos & sinceros una cum nevis, quibus antiqua ab auctoritate nulla remedium erat, versari maluerunt. Qua periculosa ratio & merito postea eruditius damnata eo valuit in nostro, ut & plurima, que per Δοπισώπησι prolata erant, complerent, & non modo versus atque hemistichia, sed integra dverbia canticaque, integros actus comminiscerentur: alii in editionibus infelicibus exolescere non sinerent, & velut ex veteri codice producerent: quidam inde in testi-

monium



AD LECTOREM.

monium citarent, quæ neque illi nec cuiquam Latino in buccam aut solum venerant. Sed & versuum Comitorum leges quum condidissent, duram scilicet imposuerant ipsi sibi provinciam subitas leges omnem Plantum cogendi. Quod quia sæpenumero parum procedebat (præsertim vocales non collisas in finibus & initis vocum committere veritis: quanquam & Epici, Insulæ Ionio in magno, & fœmineo ululatu, & Parrhasio Euandro. sed & vetustissimi etiam citra necessitatem carminis D'interponerent, ut prædad, dictatored, marid, pucnandod, altod. quam literam sic sapius olim, quam nunc hic, videre fuisse nemo negaverit.) quum igitur sæpe parum cederent accurati illi, quos requirebant, versus, jus sibi dederunt passim inserendi particulas, pronomina, verbum substantivum & similia, alibi eadem extirpandi, interdum voces transponendi vel in eodem vel de versu in versum, secus atque in Mss. & priscis editionibus invenerant: idque non pudenter ac raro, sed quotquot paginis. Huic malo strenue occurrit Janus Gruterus, collatis diligentissime duobus exemplaribus Camerarianis: quibus in prioribus octo fabulis (quæ alteri decant) accedebant sex Palasini: & spuria illa induxit: sicubi admisit aliquid, quod vel sensus dictabat, vel versus postulare videbatur, id aliis litteris, statim ut dignosci posset, expressit. Ante annostredecim rursus venditatus in Saxonibus Plautus sub clari nominio præconio. Jactabatur hoc esse verborum & sensuum textum, quod constituerat Gruterus: non visum tamen faciendum, ut perpetuo exemplo inhererent: sed meliora subjecta, quoties recepta scriptura interpretationem omnem refugeret, idque locis paucissimis. Honesta oratio, si dictis facta suppeterent; si opera appareret. Verum non modo istic ille velut *en vaq̄d̄n* Plautus exhibitus est, sed etiam re-collectum, quicquid Gruterus lolii & quisquiliarum evellerat: rursus trajecta & commutata locis voces, alia expuncta: denique omnia, quæ ante salutiferam illam manum offenderant, repõsita, & ut fieri solet, novis mendis accumulata. Quæ in re tametsi potissima culpa est illorum, qui ut mala mercis laudatorem invenirent, mentis sunt, & apud eum finxerunt se præstitisse, quod susque deque habuerunt: tamen & parum consuluit existimationi suæ, qui hominibus nihil nisi lucrum spectantibus tam facile credit, & de non probato opere, tanquam si unicus ejus exactor fuisset, pronuntiavit. Non jam dicam necesse est, quam sobrie ac frugal-

A D L E C T O R E M.

galiter accuraverit pensum suum, qui quinquennio post idem mangonium, velut puerum meritorium prætecta & bulla, charta & typo tam venusto, hoc in oppido, convestivit. Praefatur ille quidem, nescio quem juvenem, quem sollicitè atque incente rem irætare deprehenderit, cum melioribus editionibus & maxime postrema, cujus modo meminimus, quod exsignandum erat exemplar, contulisse: sed novissimus phaleras istas. Homines prudentes & sani, qui se ad antiquitatis docta monumenta renovanda occupant, majus sciunt id negotium esse, quam quod adolescentulis possit delegari. Et citius deprehenderit, quod pueri in faba, quam aliterius diligentiam, quitam secors ipse & hujus opera juxta præstanda atque exigenda par esset. Prorsus eandem recoxit & reposuit cramben, nisi quod inter varias lectiones & divinationes margini allitas (non minore negligentia attribuentes manuscriptis, quæ Mss. omnino non sunt, aut quasi omnium esset, quod unius est; referentes ad conjecturam, quod est scriptorum; ad veteres codices, quod mendosarum editionum: nomina instar vetuli & oblivisi nomenclatoris male reddentes, & non suis auctoribus inventa adscribentes: denique varietatibus conjecturisve nulla mentione dignis & jamdudum rejectis tantummodo oburbantes) interdum ut editoris proximi lima specimina annotantur, quæ sunt operarum aberrationes. Quum propius esset factum nihil quam ut tertia quoque fraus susciperetur, intercessi, & quod in me fuit, cavi, forte magis, dolore perituri olei & laboris & emptorum lectorumque frustratus habendorum misericordia, quam consilio, rem necopinatam aggressus. Nondum enim ludum mihi T. Livius dabat, aut tantum largiebatur otii, ut quemquam præterea respicerem; & typographus nihil aliud, quam ut aliqui suum munus ornarem, rogaverat, cui ex veteri conjectaneorum nostrorum peni paucis notulis subministratis satis me gratificaturum putabam. Prehendi tamen & volutare cæpi exemplar, quod opera erant secutura, & occurrentibus passim, quæ dubitationem adferrent, Gruterum adhibui. Cujus industriam etsi spretam viderem, ab ipso autem multa secus atque ab superioribus informata, nec in Notis, quas ille Taubmannianis commentariis attexuit, mentionem fieri, cur à vulgatis recefferit, certum tamen habui antiquioribus illum auctoribus, scriptis nimirum membranæ, uti maluisse. Hic profuerunt mihi excerpta Palatinorum codicum, quæ Philippus Paræus paraverat  
qui

quidem, ut publicaret, sed quum ob molem voluminis, nihil præter varias lectiones continentis, non reperiret, qui sumptum & officinam præstaret, supremo iudicio mihi reliquit. Sic paulatim ingravescente hac cura, & ex perfusoria in seriam versa, quandoquidem inter istos interdum disconveniebat, sive palam, quod adfirmabat hic, negaret alter; sive opera peccassent; sive denique tacitum quid transmisissent uterque; nec officio meo nec desiderio studiosorum me satisfacturum censi, nisi meis crederem oculis, manuque exaratos, quos nancisci poteram, & ipse inspexissem. Quos referam necesse est, quales fuerint, & unde acceperim, tum ut de mea fide constet curiosis & ab hoc exemplo, quod modo coargui, dissidentibus, tum ut virorum præstantissimorum ac celeberrimorum humanitati vicem rependam. Tres igitur membranaceos suppeditavit ex lecta sua & pretiosa hujus generis copia Isuaeus Vosius: quorum antiquissimus, quadratus, orduer ab Anulularia act. 11. sc. 11. vers. x11. MEG. Quid tu solus; & eam fabulam suo habet loco inter omnes tertiam; finit autem in Epidici act. 11. sc. 11. vers. LX. Obsecro mulieri Libere, ut ibi legitur: Alter integrum retinet, quod ei creditum est, nempe octo priores comœdias: Tertius incipit ab Amphitruonis act. 1. sc. 11. vers. XLIII. Faciam ita, ut vis: finit autem cum Anulularia, quemadmodum & secundus: nam uterque eam post Epidicum collocant. Nec plures numero nec alio ordine complexum Chartaceum (ex quo explicationes quasdam vocabulorum non magna rei affert in Notis, qui antehac ei dominus fuit, in cetera etsi non contemnendo parum usus) commodavit Adrianus Junius, ludi literarii, qui est Amstelædami, moderator gravissimus. Quintum in membranis Marquardus Gudius, a quadrienni peregrinatione, supra quam dici potest, eleganter ac musice transacta redux: In his prima Amphitruo, tertia Anulularia, postrema Epidici act. v. sc. 11. vers. xxix. Frugi tu homo Apocides. Accessit in Pergamena scriptus, quem bibliotheca publica hujus Academia suppeditavit, eo gratior, quod hic inveniebam eas fabulas, qua in istis desiderabantur. Codex maxima forma est: principium Asinaria act. 1. sc. 111. versus septimus: Ego pol istunc portitorem: finis Truculenti act. 1. sc. 111. vers. c11. Nondum advenisse miror. Decedunt illi quidem duobus Camerarianis, & se inferiores fatentur: facile tamen in secundo sunt pretio, & magni vel ob hoc ipsum faciendi, quod illorum

AD LECTOREM.

lorum auctoritatem fere conservant, aut ambobus aut utique alteri, subscribentes: interdum etiam docte ac diligenter ab ea divortunt, ut nulli tam felix & extra communia positus librario strulus contigit, qui semper bene provenerit, nusquam deerraverit. Quod in Caesaris Augusti chirographo saepe non litera modo, sed syllaba permutata aut praeferita conspicerentur, communem hominum errorem appellat Suetonius. Vellem quoque etiam jampridem collatos & expensos tranquille atque otiose habuissem, non per trepidationem ac tumultum, caepo jam opere, praesul sine intermissione moventibus, centies interpellatus & per diversa distraetus. At, hac utcumque me impedirent, quod licuit tamen industria atque indefesso labore pensavi, & dedi operam, ut haberes Plautum majorem partem Jani Gruteri, sed hunc quoque multis partibus emendatiorem. Tentavimus & ipsi Marte nostro compluribus jocis & dictis germanos sonos aut aptos sensus reddere, qui priorum sagacitatem fugisse videbantur; ut quidem partim nunc inter malleum & incidem, quod dicitur, se dederunt; partim jam pridem in conditis habebamus. Neque effudimus, quicquid erat praemanu: sed acerbo cum delectu produximus, quae iudicis aequis nos probaturos sperabamus. In lance satura observationis multorum nihil est, quod ego prestare debeam: interdum altero oculo adspicere vacavit, interdum minus: suos habent quaque adscriptos auctores, quibuscum, sicubi titubatum quis putavit, agere poterit. Vale & hanc subitam conditamque velut cœnulam sine fastidio accipe. L. B. A.

CLC LXIX.

DE PLAUTO,  
ET EJUS SCRIPTIS  
VETERUM AUCTORUM  
TESTIMONIA.

VARRO Parmenone, apud Nonium, in *Poscere*,  
id est, accipere.

IN Argumentis *Cæcilius poscit palmam*, in *Ethesin Terentius*, in Sermonibus *Plautus*.

Cicero lib. 1. de Officiis.

*Duplex omnino est jocandi genus; unum illiberale, petulans, flagitiosum, obscenum: alterum elegans, urbanum, ingeniosum, facetum: quo genere non modo Plautus noster & Atticorum antiqua Comædia, sed etiam Philoſophorum Socraticorum libri sunt reſerti.*

Idem Tuscul. Quæst. lib. 1.

*Serius Poëticam nos accepimus, annis enim fere ccccx. post Romam conditam Livius Fabulam dedit, C. Claudio Cæci filio, M. Tuditano Coss. ante natum Ennium, qui fuit major natus, quam Plautus & Nævius.*

Idem lib. III. de Oratore, ex persona L. Crassi.

*Equidem cum audio socrum meam Lallam, (facilius enim mulieres incorruptam antiquitatem servant, quod multorum sermonis expertes ea tenent semper, quæ prima didicerunt) eam sic audio, ut Plautum mihi aut Nævium videat audire.*

Idem lib. de Republ. apud AUGUSTINUM

De Civ. lib. 11. cap. 1x.

*Sed Pe icem, cum jam sine civitati maxima auctoritate plurimos annos domi & belli præfuisse, violari versibus, & eos agi in scena non plus decuit, quam si Plautus noster voluisset aut Nævius P. & Cn. Scipioni, Cæcilius M. Catoni maledicere.*

Idem, Catonæ Majore, ex ejusdem persona.

*Quam gaudebat Bello suo Punico Nævius! quam Truculento Plautus! quam Pseudulo!*

Idem,

Idem, Epistol. Famil. lib. ix. Epist. ad  
Papirium Pætum.

*Sed tamen ipse Cæsar habet peracris iudicium: Et ut Servius, frater tuus, quem literatissimum fuisse iudico, facile diceret: Hic versus Plauti non est, hic est: quod tris haberet aures notandis generibus Poëtarum, Et consuetudine legendi: sic audio Cæsarem, &c.*

VOLCATIUS SEDIGITUS, de Poëtis Comicis,  
apud Agellium lib. xv. cap. xxiv.

*Multos incertos certare hanc rem vidimus,  
Palmam Poëte Comico qui d'ferant,  
Eum meo iudicio errorem dissolvam tibi.  
Ut, contra si quis sentiat, nihil sentiat.  
Cecilio palmam Statio do Comico.  
Plautus secundus facile exsuperat ceteros.  
Dein Nævius, qui servet, pretio in tertio est.  
Si eris, quod quarto detur, dabitur Licinio.  
Post insequi Licinism facio Atilium.  
In sexto consequetur hos Terentius.  
Turpilius septimum, Trabea octavum obtinet.  
Nono loco esse facile facio Lusciuum.  
Decimum addo antiquitatis causa Ennium.*

PLINIUS NEPOS, Lib. i. Epist. xvi.

*Legit mihi nuper epistolas, quas uxoris esse dicebat: Plautum vel Terentium metro solutum legi credidi.*

QUINTIL. Inst. Orat. lib. io. cap. i.

*In Comædia maxime claudicamus, licet Varro dicat, Musas (Luc. Ælii Stilonis sententia) Plautino sermone locuturas fuisse, si Latine loqui vellent.*

AGELLIUS Noct. Att. Lib. i. cap. vii.

*Plautus verborum Latinorum elegantissimus, in Amphitruone dixit: Numero mihi in mentem fuit.*

Idem lib. iii. cap. iii.

*Verum esse comperior quod quosdam bene literatos homines dicere audivi, qui plerasque Plauti Comædias curiose atque contente lectitaverunt, non indicibus Ælii, nec Sedigiti, nec Clavdii, nec Aurelii, nec Accii, nec Manilii, super his Fabulis, quæ dicuntur ambiguae, credituros, sed ipsi Plauto moribusque ingenii atque linguae ejus. hac enim iudicii norma Varronem quodque esse unum videmus: nam præter illas unam et viginti, quæ Varronianæ vocantur; quas iccirco à ceteris segregavit, quoniam ambiguae non erant, sed consensu omnium Plauti esse censebantur: quasdam item alias probavit adductus stilo atque face-*  
*tia*

ria sermonis Plauto congruentis ; easque jam nominibus aliorum occupatas Plauto vindicavit : sicuti istam, quam nuperrime legebamus, cui est nomen, Bæotia. nam cum in illius una & viginti non sit, & esse Aquilii dicatur, nihil tamen Varro dubitavit quin Plauti foret ; nequã aliud quisquam non infrequens Plauti lektor dubitaverit, si vel hos solos versus ex ea Fabula cognoverit : qui quoniam sunt, ut de illius more dicam, Plautissimi, propterea & meminimus eos & adscripsimus, Para situs ibi esuriens hæc dicit :

Ut illum Di perdant, primus qui horas repperit, &c.

Favorinus quoque noster, cum Nervolariam Plauti legerem, quæ inter incertas est habita, & audisset ex ea Comædia versus hunc,

Stratææ, scrupedæ, strativolæ, fordidæ :

delectatius sacra verborum antiquitate, meretricium vitia atque deformitates significantium : Vel unus hercle, inquit, hic versus Plauti esse hanc Fabulam satis potest fides fecisse. Nos quoque ipsi nuperrime cum legeremus Fretum (nomen est id Comædiæ, quam Plauti esse quidam non putant) haud quicquam dubitavimus quin Plauti foret, & omnium maxime genuina, ex qua duos hos versus exscripsimus, ut historiam quaeremus Oraculi arietini :

— Nunc illud est,

Quod arietinum responsum magnis Ludis dicitur :

PERIBO, si non fecero : si faxo, vapulabo.

Marcus autem Varro in lib. De Comædiis Plautinis primo verba hæc ponit : Nam nec Gerni, nec Leones, nec Gonalium, nec Anus Plauti, nec Bis compressa, nec Bæotia unquam fuit, neque adeo Αἰγῶν, neque Commorientes ; sed M. Acutici. In eodem libro Varronis id quoque scriptum est, Plautium fuisse quempiam Poëtam Comædiarum : cujus quoniam Fabule Plauti inscriptæ sunt, acceptas esse quasi Plautinas : cum essent non à Plauto Plautinæ, sed a Plautio Plantiana. Feruntur autem sub Plauti nomine circiter centum atque triginta. Sed homo eruditissimus L. Ælius quinque & viginti esse ejus solas existimavit : non tamen dubium est, quin istæ, & quæ scriptæ à Plauto non videntur, & nomini ejus addicuntur, veterum Poëtarum fuerint, & ab eo retractatæ & expolitæ sint ; ac propterea respiciant dictum Plautium. Sed enim Saturationem & addictum, & tertiam quandam, cujus nunc mihi nomen non suppetit, in pistrino eum scripsisse Varro, & plerique alii memorie tradiderunt, cum pecunia omni, quam in operibus artificum Scenicorum pepererat, in mercationibus perditâ, inops Romam redisset ; & ob querendum vitulum ad circumagendas molas, quæ trusatiles appellantur, operam pistori locasset. Sicut de Nevio quoque accepimus, Fabulas eum in carcere duas scripsisse, Hariolum & Leontem, &c.

Idem lib. VII. cap. XVIIII.

Plautus homo lingua atque elegantia in verbis Latine princeps.

Idem lib. XVII. cap. XXI.

Ac deinde antea fere post quindecim, bellum adversus Pænos sumptum est : atque non nimium longe M. Cato Orator in civitate, & Plautus Poeta in Scena floruerunt.

Idem lib. XIX. cap. IIX.

*Quando Plautus lingue Latine decus, delicias quoque inxōc dixerit, præ delitiis; Mea, inquit, voluptas, mea delicia.*

MACROBIUS Satur. lib. II. cap. I.

*Et jam primum animadverto duos, quos eloquentissimos antiqua ætas tulit, Comicum Plautum & Oratorem Tullium: eos ambos etiam ad jocorum venustatem cæteris præstitisse, Plautus quidem ea te clarus fuit, ut post mortem ejus Comœdia, quæ insertæ ferebantur, Plautina tamen esse de jocorum copia noscerentur.*

D. HIERONIMUS in Epist. ad Pammachium.

*Hæc est Plautina elegantia, hic lepos Atticus, & Musarum, ut dicunt, eloquio comparandus.*

Idem, Epist. ad Pammach. De opt. genere interpretandi.

*Terentius Menandrum, Plautus & Cæcilius veteres Comicos interpretati sunt. Numquid hærent in verbis, ac non decorem magis & elegantiam in translatione conservant, quam veritatem interpretationis?*

Idem, ad Eustochium, de custodiâ Virginitatis.

*Itaque miser ego lecturus Tullium jejunabam. Post nocturnum crebras vigilias, post lacrymas, quas mihi præteritorum recordatio peccatorum ex imis visceribus eruebat, Plautus sumebatur in manus.*

Idem, adversus Ruffinum.

*Audio præterea te quedam de epistola mea Philosophice carpere, & hominum rugosæ frontis adductique supercilii Plautino in me sale ludere, eo quod Barbarum Judæum dixerim præceptorem meum.*

Idem, in EUSEBII Chronico.

*Olymp. CIV. Plautus ex Umbria Sarsinas Romæ moritur, qui propter annuæ dissimilitatem a molis mannariis pistori se locaverat. ibi, quoties ab opere vacasset, scribere Fabulas solitus & vendere.*

RUFFINUS, in D. Hieronymum.

*Cum ad hæc omnia, quæ supra diximus etiam illud addatur, ubi cessat omne commentum, quod in monasterio positus in Bethlehem ante non multo tempore partes Grammaticas exsecutus sit, & Maronem suum Comicosque ac Lyricos & Historicos auctores traditis sibi ad discendum Dei timorem pueris exponerat.*

Quinam isti Comici sint, paulo post exprimit.

*Quæro, si vel Flaccus tuus, aut Maro, si Plautus Comicus, aut Terentius ceteri, si aut Satyricus quis, &c.*

Idem



Idem ibidem.

*Sic, dum totus Plautinæ & Tullianæ cupis eloquentiæ sectator videri, oblitus es, quomodo Apostolus omnem Ecclesiam, &c.*

Idem ad Domnionem.

*Puto quod puer legeris Aspri in Virgilium & Sallustianum Commentarios, Vulcatii in Orationes Ciceronis, ViHorini in Dialogos ejus, & in Terentii Comedias Præceptoris mei Donati, æque in Virgilium; & aliorum in alios, Plautum, Læcretium, Flaccum, Persum atque Lucanum. Argue Interpretes eorum, quare non unam interpretationem sequuti sint, & in eadem re quid vel sibi vel aliis videatur enumerent.*

D. AUREL. August. lib. 2. cap. 12. De civitate Dei.

*Indignum videlicet fuit, ut Plautus aut Nævius Publico & Cneo Scipioni, aut Cæcilius M. Catoni malediceret: & dignum fuit ut Terentius vester flagitio Fovis opt. adolescentium nequitiam concitaret.*

C. SOLLIUS SIDON. APOLLINARIS,  
Panegyrico ad Anthemium Augustum.

*Qua Crispus brevitate placet, quo pondere Varro,  
Quo genio Plautus, quo flumine Quintilianus!*

Idem Carmine XXIII.

*Es te tempore qui satus severo  
Grajas, Plaute, sales lepore transis.*

SERVIUS HONORATUS ad I. Æneid.

*De numero librorum nulla hic questio est, licet in aliis inveniatur auctoribus: nam Plautum alii dicunt scripsisse Fabulas viginti unam, alii quadraginta, alii centum.*

GERH. VOSS. Instit. Orat. lib. 4. cap. 19.

*Atque etiam in deliciis tum fuerit is, quem dixi, Plautus, cujus dictionem tantopere celebrat antiquitas. Sed huic Varronis iudicio (vide supra testimonium Quintilianiani) non uno modo occurri soles. Nicolaus Loënsis vir doctissimus in Epiphyllidon libris arbitratur eum hoc loco per sermonem intelligere facetias, idque propterea, quia Plautinos sales à proavis laudari solere, etiam Honoratius dicat. Eo autem modo sermonem pro facetiis dicere autumat, quo Græci & eorum imitatione Plautus eundem appellat logos. Sed ut libere dicam, inficatum hoc vereque logos arbitror: ac adeo ridiculos, ut si ἀγλαῖος ille Crassus audisset, haud aliud fuerit facturus, quam quod egit, eum asinum vidit comedentem carduos. Facilius eidem assensero, cum sermones isti interpretatur in altero Varronis loco, qui adducitur à Parmenone. Ubi sic scripserat, in argumentis Cæcilius palmam poscit: in Terentio Terentius: in sermonibus Plautus. Quo loco etiam doctissimus Andreas Schottus per sermones intelligi sales putavit. Interim nec hujus loci sententiam penitus assequuntur: quod ut pateat, scito*

opus, tria in comedia spectari: primum argumenti inventionem ac *εὐνομίαν* sive ordinem: deinde τὸ ἰδίον, sive hominum mores, qui pro persona cujusque, si usquam sane in comedia, apte exprimi debent: tertio autem loco *ῥησίν* seu elocutionem, quæ non verba modo, sed etiam *διάρθρωσιν* respicit. In primo horum ait Varro Cæcilium vincere; in altero Terentium, in tertio Plautum. Ex quo eadem cognoscimus, causam non esse, cur, cum eodem Loensi, pro argumentis rescribamus *πυθίων*. Quanquam id aliquando non displicuerit mihi: nimirum propter illa ejusdem Varronis quæ ex quinto de L. L. Charisius adducit: ἤδη nulli alii servare convenit, quam Titinnio & Terentio: *πυθίων* vero Tra-bea & Attilius & Cæcilius, facile moverant. Nunc non tantum illud videtur, ut idcirco assensum accommodem Loensi. Nam nihil prohibet, quo minus idem Cæcilius & argumentis & sciendis affectibus vicerit. Nec ea est affinitas inter duo hæc vocabula, argumenta & *πυθίων*, ut verisimile fiat, errore librarii alterum alterius locum occupasse.

Vidimus de iis, qui, ne Varro præclaro adeo de Plauti stylo scripsisse videatur, verba ejus in longe aliam sententiam deflectunt. Venio nunc ad istos, qui illud quidem agnoscunt in sermone ab eo Plautum omnibus præferri: sed hac parte rogatorum doctissimum esse audiendum negant: quippe hominem antiquarium, qui passim pene desitit usus sit: ut imprimis cognoscimus ex fragmentis ejus quæ apud veteres Grammaticos leguntur. Atque addunt, ideo eum ab auctore dialogi de causis corruptæ eloquentiæ, una cum Sisenia amittendum illis, qui cum antiquo, quam cum a vo suo loqui maluissent. Nempe eodem illam morbo laborasse volunt, ac principem Historicorum Græcissimum Sallustium: qui & ipse veteri epigrammate incessitur, quod verba sua sublegerit Porcio Catoni: cujus dictio dura ac horrida, Ciceronis etiam judicio, suis. Atque hunc in modum disserunt illi: qui si non aliud volunt, quam aurea ætate, quam dixi, Oratori magis convenisse dictionem Ciceronis vel Cæsaris; hanc Plauti & æqualium: eundem labens is suffragor. Nam Tullii temporibus sermo vetus multum erat mutatus: Oratori autem, cui sæpe in populo orandum erat, non alia utendum oratione fuit, quam populari atque usitata. Eoque sic ei Plautus erat lex linguæ Romanæ, ut lima eadem esset Terentius, vel si quid Terentio sum cultius foret. Quare ut Plauti ætate, Musa (sic more veterum loqui liceat) sermone non alio usuræ erant, quam Plauti: ita dicere liceat, Terentii temporibus Terentiano more locutus fuisse: ac ætate Ciceronis & Cæsaris, si sermonumque Romanis serere vellent, Tullii, Cæsaris & æqualium more, id fuisse facturas. Nec enim deorum (ut sic dicam) fuisse insultius loqui, quam bonorum elegantiorum. At quis nescit aurea horum ætate, magis exultam fuisse linguam Romanam, quam secundo bello Punico, cum Musa in rudi illa, & effera Romuli gente, pedem primum posuissent? Sed ista licet fateamur non invidi: non tamen consequi ex iis putamus, quod colligere hinc conantur. Quod ut liquet magis, tria hæc tempora distinguemus: illud, quo Plautus fuit; alterum, quo Cicero florebat, & præterea tertium; quo nos sumus. Plauti ætate ne Oratorem quidem dedecabant archaïsmi & voces antiquæ, quas apud Comicum hunc legimus. Sic enim non loquuntur. Ciceronis vero ætate ea locum amplius in Oratore non habebant: attamen non usque adeo consuetudini adstringebantur hi, qui non dicerent, sed scriberent; atque eruditis magis scriberent, quam vulgo. Nempe uti necesse non est, ut *ῥασα*, quibus utimur, sermone semper

*semper habeant usitatam; sed etiam vetera aelebant, dummodo mundities adfit: ita, qui scriberent hominibus doctissimis, non semper averfabantur antiqua, modo rem pure ac proprie exprimerent. Nostro vero ævo, ni fallor, etiam plus ali- quanto licet Latine dicturo: quia non amplius in populo ( postquam ne in Latio quidem Latine loquuntur ) sed in confessu serè doctorum dicendum est. Quamobrem minime eos audimus, qui Varronem, Crispum, atque alios optimi ævi scriptores, eo nomine culpant, quia non plane sequantur consuetudinem sui temporis: mul- toque minus eos audimus, qui ad Tullianam phrasin omnia exigunt, que hodie scribuntur. Nec enim tam inops est lingua Latina, ut uno solum modo aliquid La- tine dicatur. Multa bona apud Tullium, sed & apud Plautum: In quo Romano- rum doctissimi summam agnovere sermonis castimoniam. Eoque persuasissimum habemus, juvenuti, postquam nativum illum vultum, veraque Latini sermonis lineamenta, imbiberit è fonte Tulliano, non modo Terentium, Cæsarem, alios, qui propius ad Tullium accedunt: sed Plautum etiam multum diuque esse versandam. Tantum iudicium in delectu desidero. Primum in archaïsmis, & pene defitis; que nec ubique nec semper locum habent, ut superius satis diximus. Deinde in iis, que Comicus ille finxit ad risum captandum. Multa enim apud eum decore dicun- tur à seruo, aut lenone: que si orationi nostræ inserantur, reddamus eam protri- tam ac plebejam. Quale est cum servus ait, exspuere lacrimam. Suntque apud eum compluria hujus generis, que extra scenam non habeant locum: nisi sor- te cum familiari amico sermone vel epistola visum erat paululum nugari.*

NOMINA EORUM,  
 QUORUM  
 COMMENTATIONES,  
 VARIANTES LECTIONES,  
 ET

NOTÆ AD TEXTUM PLAUTINUM

*Hac editione exhibentur.*

<p><b>A</b> Cidalius.  <i>Agolius.</i>                  Agricola.                  Alciatus.                  Angelus Decemb.                  G. Anshelmus.  <i>Apulejus.</i>  <i>Aristoteles.</i>  <i>Arnobius.</i>  <i>Artemidorus.</i>                  Ant. Augustinus.</p> <p>Barthius.                  Becmannus.                  Beza.                  Bofius.                  Boxhornius.                  Brantius.                  Brissonius.                  Brodzus.                  Bryardus.                  Buchnerus.                  Eudzus.</p> <p>Camerarius.                  Canterius.                  Casaubonus.                  Castallo.  <i>Charifus.</i>                  Ciacconius.  <i>Cicero.</i>                  Colerus.                  Colvius.                  Contarenus.                  Corafius.                  Cornutus.                  Cruquius.                  Ctufius.                  Cujacius.</p>	<p>Dalechampius.                  Delrius.                  Dissaldzus.  <i>Donatus.</i>                  Douza.                  Duarenus.                  Durantius.</p> <p>Elmenhorfius.                  Erasmus.</p> <p>Faber.  <i>Festus.</i>                  Freherus.                  Fronto.                  Fruterius.  <i>Fulgentius.</i></p> <p>Alb. Gentilis.                  Scip. Gentilis.                  Gifanius.                  Goldastus.                  Gronovius.                  Gruterus.                  Gwëllius.                  J. Gulelmus.                  Gutherius.</p> <p>D. Heinſius.                  N. Heinſius.                  Def. Heraldus.  <i>D. Hieronymus.</i>                  Hotomannus.</p> <p><i>Ifidorus.</i>                  Fr. Junius.                  Had. Junius.</p> <p>Kirchmannus.</p>	<p><i>Diog. Laërtius.</i>                  Lambinus.                  Langius.                  Langzuz.                  Lindenbrogius.                  Lipsius.                  Longolius.</p> <p><i>Macrobius.</i>                  Mff. Palatt.                  Mercerus.                  Mercurialis.                  Merula.                  Meurſius.                  Muretus.</p> <p>Nannius.                  Nanſius.  <i>Nanius.</i>                  Lud. Nonnius.</p> <p><i>Oppianus.</i></p> <p><i>Aſcon. Padianus.</i>                  Palmerius.                  Pareus.                  Parrhaſius.                  Paſſeratius.                  Petitus.                  Piſtoris.                  P. Pithœus.                  Pius.  <i>Plinius.</i>                  Politrianus.                  Polletus.                  If. Pontanus.                  Auf. Popma.                  Tit. Popma.  <i>Prifcianns.</i></p>	<p>Porphytio.                  Pylades.</p> <p>Rzvardus.                  Rigaltius.                  Rittershuſius.                  Cæl. Rhodiginus.                  Joh. Rhodius.                  Joh. Robertus.</p> <p>Salmafius.                  Sarisbeticus.                  Savaro.                  Joſ. Scaliger.                  Jul. Scaliger.                  Schegkius.                  Schoppius.  <i>Saneca.</i>  <i>Servius.</i>                  Sicama.                  Siberus.  <i>Sifenna.</i>                  Stephanus.                  Stewechius.</p> <p>Taubmannus.  <i>Theophrastus.</i>                  Thomſonus.                  Torrentius.                  Turnebus.</p> <p>Pet. Valla.  <i>Varro.</i>  <i>Vegetius.</i>  <i>Verrius Flaccus.</i>                  P. Victorius.                  Voſſius.</p> <p>Wouwerius.</p>
---	---	--	--

M. ACCI PLAUTI,

SARSINATIS UMBRI

AMPHITRUO.

DRAMATIS PERSONÆ.

SOSIA, *servus.*

JUPPITER, *Deus.*

AMPHITRUO, *Dux militaris.*

BLEPHARO, *arbiter.*

MERCURIUS, *prologus.*

ALCUMENA, *uxor Amphitruonis.*

THESSALA, )

BROMIA, ) *ancilla.*

ARGUMENTUM.

**I**N faciem versus Amphitruonis Juppiter,  
 Dum bellum gereret cum Telebois hostibus,  
 Alcmenam uxorem cepit usurariam.  
 Mercurius formam Sosia servi gerit  
 Absentis: his Alcmena decipitur dolis.  
 Postquam redire veri Amphitruo & Sosia,  
 Uterque luduntur dolis mirum in modum.  
 Hinc jurgium, tumultus, uxori & viro.  
 Donec cum tonitru voce missi ex aethere,  
 Adulterum se Juppiter confessus est.

1. **U**surariam] Uxor usuraria, mulier ea est, | tempus velut mutuitiam: ut pecunia usuraria,  
 qua quis utitur; quamque accipit ad | que ad usum accipitur mutuo. *Tantum.*

ARGUMENTUM, ut quibusdam videtur,

PRISCIANI.

**A**MORE captus Alcmenâs Juppiter,  
 Mutavit sese in ejus formam conjugis,  
 Pro patria Amphitruo dum cernit cum hostibus,  
 Habitu Mercurius ei subservit Sosia:  
 Is advenienteis, servum ac dominum, frustra habet.  
 Turbas uxori ciet Amphitruo: atque invicem  
 Raptant pro mœchis. Blepharo captus arbiter,  
 Uter sit, non quit, Amphitruo, discernere.  
 Omnem rem noscunt: geminos Alcmena enititur.

1. **A**MORE captus.] Adiecta sunt plerisque  
 omnibus Comœdiis argumenta, car  
 mine jambico Senario, caque subinde du-  
 plicia; ex quibus alterum, aut *ἄρχη*,  
 aut *μυμιαμοχορ* ab artificio & imitatione di-  
 citur: nam in literis initiantibus primæ eu-  
 jusque verbes dictionis, in seripio seu nomen  
 Comœdiæ representatur. *Longi. Alcmenas.*  
 Genitivus antiquus more Græcorum. *Virg.*  
*Aeneid. 11.*

----- *Nihil ipsa nec auris Nec sentis memor.*  
*Tantum*  
 3. *Cernit cum hostibus.*] *Ennius: Ferro, non*  
*auto, vitam certamus utique* *Lucret. lib. 4.*  
*Virgil. 12. Aeneid. cernere ferro, pro decer-*  
*nere. Tantum.*

5. *Frustra habet.*] *Frustratur.*

7. *Blepharo captus arbiter*] Videtur hoc ar-  
 gumentum, præsum Comœdiæ post infitas  
 illas scenas: alioquin *Eschylus* quod ait, *Blephar-*  
*onem captum arbitrum.* Nam ex legitimis, non  
*Blepharo*, sed *Naucrates* arbiter captus inter  
 uxorem & virum. Ex illegitimis vero, casu  
 occurrens Amphitruoni *Blepharo*, iudex  
 conlittatur, uter sit verus Amphitruo. *Dis-*  
*salidani* Fallitur *Disalideus*, etsi *Barthiam*  
 traxerit *Jo. Adv. 6.* Nam & *Jovem* atque  
*Amphitruonem* raptasse invicem pro mœchis,  
 quamvis haud ellet representatum in scena,  
 & cum domi non fuisset inventus *Naucrates*.  
*Blepharionem* falsi Amphitruonis vo-  
 catur intervenientem desperasse arbitrum,  
 satis intelligitur ex principio sc. 111. act. 1v.  
*Vs. inter eos pariter, &c.* quæ sine dubio *Pla-*  
*u* est. *Grævius.*

# ALIUD ARGUMENTUM

## CAMERARIJ.

**H**Ujus Comœdiæ argumentum est in granditate quadam admodum ridiculum. Traduxit enim Poëta Tragicum argumentum in Scenam Comicam. Atque est Fabula illa nota, Jovem adamasse Alcumenam, quæ esset nupta cum fratre patruæ Amphitruone. Fuit enim, secundum poëtas, Jovis & Danaës filius Perseus, & cum hoc nupta Andromeda Cephæ filia. Horumque filii Alcæus, Sthenelus, Mestor, Electryon, & filia Gorgophone. Alcæi autem filius Amphitruo, & Electryonis Alcumena ex filia Pelopis, quam fuisse ajunt appellatam Lysidicem. Cum autem interfecisset Electryonem clava in bovem missa invitus Amphitruo, contulit se cum uxore Thebas, desponsa quidem sibi; sed cui promississet juratus, se prius velle ulcisci cædem fratrum ipsius, quam nuptiis ejus potiretur. Ii fuerant à Taphiis, qui & Teleboæ, interemti. Adversus hos profectus, qua nocte, bello confecto, rediit; ea concubuerat cum Alcumena Juppiter; de quo Hercules; concubitu autem viri, Iphicles conceptus fuit. Sed Plautus tempora & rem commiscuit, & fabulis involvit. Nam apud hunc decimo mense post nuptias revertitur Amphitruo, relicta gravida domi uxore. Juppiter autem tribus noctibus in unam congestis, qua nocte Thebanum solum attingit Amphitruo, eadem ex Alcumena voluptatem capit, quam prægnantem fecisset mense ante septimo; atque ea uno postea partu & humanum & Jovialem foetum enixa fuit. Hæc autem habent insertas varias ac multiplices ludificationes & frustrationes & errores, quibus cum singulari festivitate dilatatur argumentum. Et est fabula hæc imprimis referta factis dictis atque jocis. Res agitur Thebis.



# PROLOGVS.

## MERCURIUS.

**V**T vos in vobris voltis mercimoniis  
Emundis, vendundisque me lætum luctis  
Afficere, atque adjuvare in rebus omnibus:  
Et ut res, rationesque vestrorum omnium  
5 Bene expedire voltis, peregræque & domi,  
Bonoque atque amplo auctare perpetuo lucro,  
Quasque incepistis res, quasque inceperitis:  
Et uti bonis vos vobrosque omnis nuntii  
Me afficere voltis: ea afferam, ea ut nuntiem,  
10 Quæ maxime in rem vestram communem sient:  
(Nam vos quidem id jam scitis concessum & datum  
Mihi esse ab diis aliis, nuntiis præsum & lucro:)  
Hæc ut me voltis approbare, annitier

Lucrum

1. **V** *Olivi.*] Margini adscriptis Ms. Palat. tert. *Lingua Umbrorum vertit V. in O. Hetrusca contra A. in V.*

2. *Latum.*] *Lati dii, sunt propitii: ut, omina & extra lata, quæ secunda. contra tristes dii, irati, apud Propert. Unde patet, latum Mercurium significare propitium, hoc est, bono publico lubentem, ac lætificantem suos. I. Guliel.*

4. *Et ut res, rationesque, &c.*] *Per Res, negoria domestica & rem familiarem intelligit: per Rationes, nomina, & quæ in codicem accepti & expensu referuntur. Jam, expedita rationes, liquidæ sunt & minime conturbatæ: contra, impedita, ubi plus aliis debemus, quam alii nobis. Lamb.*

12. *Nuntii præsum, &c.*] Duo præcipua Mercurii munera sunt, nuntium Deorum agere, & lucrum mortalibus, imprimis mereatoribus, afferre. A quorum illo *αγγελος* & *ἱεῖς*, Deorum nuntius, hoc, *εὐδοκία*, lucri dator, Græcis dicitur. Lamb.

13. *Vultu approbare.*] Et mutant male, nec bene, qui retinent, explicant. Haber autem verbum duas haud tralati-

tias significationes, quæ utraq; huc congruunt. *Approbant opus perfectum susceptores vel redemptores probantibus eensoribus, vel privatis, qui id locaverant. Huc respicit & Phædrus de Simonide: Opus approbavit. Apulejus lib. 6. ante istam vesperam opus expeditum approbato mihi. l. 24. D. locat. Si in lege locatiōnis comprehensum sit, ut arbitrato domini opus approbetur. Sic foret igitur, hæc approbare, hæc rebus & opere vobis probare ac repræsentare, qualia optatis. Altera approbare proprie dii dicuntur, quibus nutum numenque benignum præstant; quæ prosperant ac fortunant. Cic. lib. 5. in Verrem: *At enim idcirco navem Mamertinū non imperasti, quod sunt faderati, dii approbent.* Idem 2. famil. 15. *Quod altum est, dii approbent.* Ad Atticum 6. 6. *salvus sum ejus sacer, id quidem, inquit, dii approbent.* Livius lib. 10. *dii approbent, quod agitur alturique estis, Quiritēs.* Metellus Numidicus apud Gell. 1. 6. *Dii immortales virtutem approbare, non adhibere debent.* Noster Pœnulus. 5. 4. *Eas dii est æquum gratias nos agere sempiternas, cum nostram pietatem approbant**

- Luctum ut petenne vobis semper suppetat:  
 15 Ita huic facietis Fabulæ silentium,  
 Itaque æqui & justi hic eritis omnes arbitri.  
 Nunc cujus jussu venio, & quamobrem venerim,  
 Dicam: simulque ipse eloquat nomen meum.  
 Jovis jussu venio: nomen Mercurii est mihi.  
 20 Pater huc me misit ad vos oratum meus,  
 Tametsi pro imperio vobis quod dictum foret,  
 Scibat facturos: quippe qui intellexerat  
 Vereri vos se & metuere, ita ut æquum est, Jovem;  
 Verum profecto hoc petere me precatio  
 25 A vobis jussit leniter dictis bonis.  
 Etenim ille, cujus huc jussu venio, Juppiter,  
 Non minus quam vestrum quivis formidat malum:  
 Humana matre natus, humano patre,  
 Mirari non est æquum, sibi si pratimet.  
 30 Atque ego quoque etiam, qui Jovis sum filius,  
 Contagione mei patris metuo malum.  
 Propterea pace advenio, & pacem ad vos afferro,

*Sic Mo. Cam,  
 Alii Superci,*

Justam

*decorantque. Pertinet eodem Catulli: Dextram sternuit ad probationem. Optimus Gruterus suspicabatur legendum, ad-prospicere: nec intelligebat, ante oculos esse, quod velut amotum conjectura quærebatur. Gronovius.*

14. *Lucrum ut petenne.* Quasi dicat, Hæc ut vultis me approbare, hoc est, vobis dare atque anniti, ut vobis eveniant: nempe ut perpetuum lucrum suppetat: ita huic facietis fabulæ silentium. *Taubman.*

16. *Arbitri.* Spectatores, judices.

21. *Tametsi pro imperio, vobis.* Mutanda distinctio: *Tametsi, pro imperio vobis quod dictum foret, scribat falluros.* Est enim dictum pro imperio, non rogatum, sed imperatum, injunctum jure impetantis. *Gronovius.*

23. *Vereri vos se & metuere.* Vereri ut patrem & beneficium: Metuere, ut maximum & potentissimum. *Donatus Veretur liber, metuit servus. Taubm.*

24. *Precatio.* Petimus precatio & posci-

*mus pro imperio: postulamus jure. Donat.*

26. *Etenim ille.* Hactenus Mercurius de se & Jove locutus est, tanquam veris Diis, quos vereri homines & metuere æquum est; nunc vero tanquam de Diis, ut erant scenicis & personatis, & servilis conditionis hominibus, qui soli obliam rem scenicam tractabant, & male tractantes servilibus pœnis afficiebantur. *Buxhorn.*

29. *Pratimet.* Quidam hic intrudunt *peritimet*; quod nullo modo admittendum: *peritimet* enim est valde timere: *pratimere* autem est ante timere, quod hic facit Jupiter ille scenicus. *I. Grut.*

31. *Malum.* Malum hic utrobique serviles pœnas interpretatur. *Taubm.*

32. *Propterea pace advenio.* Recte *Acidalius* interpretatur *per pacem*, ut scœna sequenti v. 232. Sic *Ovidius: Tutius est aptumque magis discedere pace.* Et *Lucanus: si jure venisti, Scœvæ, huc usque licet.* *Gronov. Pace.* Bona vestra vicia,

Justam rem & facilem esse oratum à vobis volo :

Nam juste ab justis justus sum orator datus.

*Acid. nam  
juste ad ju-  
stos justis.*

35 Nam INJUSTA ab justis impetrare non decet :

Justa autem ab injustis petere, insipientia est.

Quippe illi iniqui jus ignorant, neque tenent.

Nunc jam huc animum omnes ea quæ loquar advortite.

*Fruter. C. al.  
MSL. Ani-  
mum ad ea.*

Debetis velle quæ velimus. meruimus

40 Et ego & pater de vobis & republica.

Nam quid ego memorem, ut alios in tragædiis

Vidi, Neptunum, Virtutem, Victoriam,

Mortem, Bellonam, commemorare quæ bona

Vobis fecissent? quis benefactis meus pater,

45 Deorum regnator, architectus omnibus.

Sed mos nunquam illic fuit patri meo,

Ut exprobraret quod bonis faceret boni.

Gratum arbitratur esse id à vobis sibi,

Meritoque vobis bona se facere quæ facit.

*Frut. sed  
ille mos  
nunquam.*

50 Nunc quam rem oratum huc veni. primum proloquar;

Post Argumentum hujus eloquar Tragædiæ.

Quid contraxistis frontem? quia Tragædiam

Dixi futuram hanc? Deus sum: commutavero

Eandem hanc, si vultis: faciant, ex Tragædia:

55 Comædia ut sit, omnibus iisdem versibus.

Utrum sit, an non, vultis? sed ego stultior,

Quasi

venia. Formula antiqua & elegans; *Pace vestra, tua, venio, ago, dico, &c.* Lamb.

34. Orator. ] Orare hic rogare est. Taub.

44. Quis benefactus. ] Quorum bene factorum tamen omnium meus pater, ut vetus Juppiter, & rex Deorum, auctor atque opifex est. Sic Stoici architecti verborum Ciceroni. Lambin.

48. Gratum arbitratur. ] Non ceperunt cum suis datum, gratum, ratum. Nec qui interpretantur, prodesse etiam sibi, & beneficium ad se redire. Non homines modo grati dicuntur, sed & beneficium gratum, quod

gratis datur. Contra Terentius Heaut.

5. 1. Ignosces tamen post, & id ingratum. Sena sequenti: quoniam bene qua in me fecerunt, ingrata & habui atque irrita. Afinar. 1. 2. Ingrata atque irrita esse omnia intelligo; Qua dedi & quod bene feci. Igitur arbitratur esse id sibi gratum, id est, bene positum vel collocatum. Seneca lib. 2. de beneficiis cap. 1. Gratissima sunt beneficia parata, facilissime occurrentia, in quibus merita nulla sunt, nisi in accipientu vereturum. A vobis, id est, à vestra parte, quantum à vobis grati recipere vult ac debet. Gronov.

52. Contraxistis frontem. ] Vide Epidic. Act. v. Scen. 1. vers. 3.

- Quasi nesciam vos velle, qui divus siem.  
Teneo quid animi vestri super hac re fiet.  
Faciam ut commista sit Tragicocomœdia:  
60 Nam me perpetuo facere ut sit Comœdia,  
Reges quo ventant & Di, non par arbitror.  
Quidigitur? quoniam hic servos quoque parteis habet,  
Faciam, sit, proinde ut dixi, Tragicocomœdia.  
Nunc hoc me orare à vobis iussit Juppiter,  
65 Ut conquiritores singuli in subœllia  
Eant per totam caveam, spectatoribus.  
Si cui fautores delegatos viderint,  
Ut his in cavea pignus capiantur togæ.  
Sive qui ambiſſent palmam hiſtrionibus;  
70 Seu cuiquàm artificii, seu per scriptas literas,  
Sive qui ipsi ambiſſent, seu per internuntium,  
Sive adeo ædiles perfidioſe quoi dunt,  
Sirempſe legem iussit eſſe Juppiter;  
Quasi magistratum sibi alterive ambiverit.  
75 Virtute, dixit, vos victores vivere,  
Non ambitione, neque perfidiâ. qui minus  
Eadem hiſtrioni sit lex, quæ summo viro?  
VIRTUTE ambire oportet, non favoribus.  
Sat habet favorum semper, qui recte facit:  
80 Si illis fides est, quibus est ea res in manu.

Deus, ut ab  
his.

Hoc

59. *Tragicocomœdia.*] Vide Jul. Scalig.  
Poët. lib. 1. cap. 7.

65. *Conquiritores, &c.*] *Sensus est:* ut  
speculatores & quasi *ἀνακτορι* & *αυρι-  
ουλαρι* (ut *Glossar. vertit*) spectantibus  
appositi in singula subœllia per totam ca-  
veam erant: si cui hiſtrioni fautores as-  
signatos animadverterint, ut ab his to-  
gæ auferantur in pignus. Et notum est,  
hiſtriones invicem de victoria certasse,  
victoremque muneratum esse. Quæ vi-  
ctoria quia interdum non virtute sed fa-  
vore parabat, laborat Mercurius, no  
fiat id in hac Comœdia. *Fruter.*

66. *Caveam.*] In amphitheatro  
ultimus locus, in quo populus sede-  
bat, *cavea* dicebatur; à forma, quia

erat excavatus.

70. *Artificii.*] Sc. Scenico. *Taubman.*  
72. *Quos dunt.*] Id est, dederunt.  
Jurabant autem Aediles qui Ludis  
præerant, se illi, qui optime egisse  
visus esset, palmam duros. *Lambin.*

75. *Sirempſe, &c.*] Id est, Similem re  
ipsa legem iussit esse Juppiter. *Sensus est:*  
Qua pœna afficiuntur, qui magistra-  
tum largitione & consimili pacto ac-  
cipiuntur: eadem pœna affici voluit  
Juppiter & eum hiſtrionem, qui sibi  
palmam ambiverit, & eum spectato-  
rem, qui hiſtrioni palmam ambitione  
conciliarit. *Lamb.*

79. *Sat habet favorum, &c.*] Pro  
*Favorum.* hic versus conjunctim legen-  
dus

Hoc quoque etiam mihi in mandatis dedit,  
 Ut conquisitores fierent histrionibus,  
 Qui sibi mandassent, delegati ut plauderent;  
 Quive, quo placeret alter, fecissent, minus,  
 85 Eis ornamenta & corium uti conciderent.  
 Mirari noliſm vos, quapropter Juppiter  
 Nunc histriones curet. ne miremini.  
 Ipse hanc acturus est Juppiter Comœdiam.  
 Quid admirati estis? quasi vero novum  
 90 Nunc proferatur, Jovem facere histrioniam.  
 Etiam histriones anno cum in proscenio hic  
 Jovem invocârunt, venit: auxilio eis fuit.  
 Præterea certo prodit in Tragœdia.  
 Hanc Fabulam, inquam, hic Juppiter hodie ipse aget,  
 95 Et ego una cum illo. Nunc animum advortite,  
 Dum hujus argumentum eloquar Comœdiæ.  
 Hæc urbs est Thebæ: in illifce habitat ædibus  
 Amphitruo, natus Argis ex Argo patre,  
 Qui cum Alcumena est nupta, Electri filia.  
 100 Is nunc Amphitruo præfectus est legionibus:

Nam

us cum sequenti, in hanc sententiam: Satis habet fautorum, qui recte facit; si fidi sint, & integri alienæ virtutis æstimatores ii, quorum est præmia & honores dare. *Lambin.*

82. *Conquisitores, &c.* ] Superiores conquisitores addendi sunt spectatoribus, ne quid gratiæ causa tribuant histrionibus: hi vero histrionibus, ne qui histriones mandent certis spectatoribus, ad eam rem data opera hic & illic dispositis, ut sibi plaudant quasi palma dignis: aut malitiosa consiliis perficiant, quo minus alter histrio placeat. Et vulg, ut conquisitores in horum uno deprehensum vestitu spolient, & corium, id est, tergum, lotis discendant. *Ravard.*

91. *Anno cum in proscenio.* ] *Nannio* Philadelphus & *Meursius*, *Nanno* Petitus: frustra. Nec anno est olim sed *νῦν*, apud præterito, vel ante annum, ut re-

te acceperunt dudum interpretes. *Menæchm. 1. 3. Quatuor minui ego emi istam anno uxori meæ.* *Tracul. 1. 4. Qui quasi uxorem sibi Me habebat anno, dum hic fuit.* Intelligitur *τὸ ἀββινε.* *Gronov.*

92. *Jovem invocarunt, &c.* ] *Θιὸς Ἰὼν ἡν-ἀντις, Scaliger.* *Poëtz* in inextricabilibus actionibus, finem miraculosum imponunt, & solutionem à Deo perunt, cum nihil non dissolvi sic possit. Unde usus machinæ apparet. *Heinsius.*

93. *Certo prodit in tragædia.* ] Sine controversia & sine cujusquam reprehensione. At hæc Fab. *Tragicocomœdia* est. *Lamb.*

98. *Ex Argo patre.* ] Id est, patre & ipso Argis oriundo. Male plerique omnes *Argo* interpretantur *Argivo*. Est enim *Argo* ab *Argos*, ut *chaos* à *chaos*, *pelago* à *pelagus*: & similia. Vide 4. *Observ. 17. Gronov.*

- Nam cum Telebois bellum est Thebano populo. 1.  
 Is priusquam hinc abiit ipsemet in exercitum,  
 Gravida Alcumenam uxorem fecit suam.  
 Nam ego vos novisse credo jam, ut sit pater meus?  
 105 Quam liber harum rerum multarum fiet;  
 Quantusque amator fiet, quod complacitum est semel.  
 Is amare occœpit Alcumenam clam virum,  
 Usuramque ejus corporis cepit sibi,  
 Et gravidam fecit is eam compressu suo.  
 110 Nunc, de Alcimena ut rem teneatis rectius,  
 Utrique est gravida, & ex viro, & ex summo Jove.  
 Et meus pater nunc intus hic cum illa cubat:  
 Et hæc ob eam rem nox est facta longior,  
 Dum ille, quacum volt, voluptatem capit:  
 115 Sed ita assimulavit se quasi Amphitruo fiet.  
 Nunc ne hunc ornatum vos meum admiremini,  
 Quod ego huc processi sic cum servili schema,  
 Veterem atque antiquam rem novam ad vos proferam:  
 Propterea ornatus in novum inCESSI modum.  
 120 Nam meus pater intus nunc est, eccum, Juppiter: Græc. nunc  
en eccum.

In

105. *Quam liber harum rerum multarum fiet.* Id est, quam libere morchetur. *Harum rerum* δεικτικῶς adulteria & stupra significat. *Multarum*, id est, quæ vulgo fieri solent. *Lambin.* *Quam liber harum rerum multarum.* Quam multa ejusmodi licenter agat. *Male liberarum rerum:* male liber ac mulierum multarum: male rerum multarum. Quasi non infra scen. 3. *Na illa si istu rebus te fiat operam dare.* Milite 2. 5. *Si sic aliu machu fiat, minus hic machorum fiet; Magis metuant; minus hæc res studeant.* Arnobius lib. 4. *Si quidem vobu dem Hercules natus est, qui in rebus hujusmodi patris sui transiret exsuperaretque virtutes.* Apud Apollonium Rhodium lib. 4. *Juno de Jove:*

Κεῖνον γὰρ αἰὲν τὰ δὲ ἔργα μέγαλα,  
 ἠὲ σὺν ἀθανάτοις, ἰὸν ἐπιτάισιν  
 ἰαυῶεν.

Gronevius.

108. *Usuramque.* Id est, ea usus est; usum ejus corporis cepit. Hinc *mulier usuraria*, quam quis ad usum habet tantum, idque ad tempus. *Mulier quasi fundus est;* in ea proprietatem alius habet, interdum alius usum; proprietas mariti est, veluti legitimi domini, usus adulteri. quod ad sicutum attinet, semper marito imputatur. *Salmas.*

117. *Schema.* Est penult servilis genus. *Scalger.* Nomina neutra tertie declinationis, antiquissimi secundum primam declinationem sæpe protulerunt, declinaveruntque ut fœminina. *Priscian.*

118. *Antiquam rem novam.* Antiquam tempore, olim gestam; *novam* Comica hac repræsentatione.

120. *Eccum.* Notetur, *Eccum* etiam accommodari absentibus. *Græc.*

123. *Verfi-*

In Amphitruonis vortit sese imaginem,  
 Omnesque cum esse censent servi, qui vident:  
 Ita versipellem se facit, quando lubet.  
 Ego servi sumpsi Sossæ mihi imaginem,  
 125 Qui cum Amphitruone abiit hinc in exercitum:  
 Ut præservire amanti meo possem patri:  
 Atque ut ne, qui essem, familiares quærent,  
 Versari crebro hic cum viderent me domi.  
 Nunc cum esse credent servum, & conservum suum,  
 130 Haud quisquam quæret qui siem, aut quid venerim.  
 Pater nunc intus suo animo morem gerit:  
 Cubat complexus, cujus cupiens maxume est.  
 Quæ illi ad legionem facta sunt, memorat pater  
 Meus Alcumentæ. at illa illum censet virum  
 135 Suum esse, quæ cum mæcho est. ibi nunc meus pater  
 Memorat, legiones hostium ut fugaverit:  
 Quo pacto sit donis donatus plurimis.  
 Ea dona, quæ illic Amphitruoni sunt data,  
 Abstulimus: facile meus pater quod volt facit.  
 140 Nunc hodie Amphitruo veniet huc ab exercitu,  
 Et servus, cujus ego hanc fero imaginem.  
 Nunc internoſſe ut nos possitis facilius;  
 Ego has habebō hic usque in petaso pinnulas;  
 Tum meo patri autem torulus inerit aureus  
 145 Sub petaso: id signum Amphitruoni non erit.  
 Ea signa nemo horum familiarium  
 Videre poterit: verum vos videbitis.

*Mss. Euxh.  
 Cubat, com-  
 plexus cojus.*

Sed

123. *Versipellem, &c.*] Constat *Io-*  
*vem* nulli unquam puellarum vim in-  
 tulisse, sed astu semper iis potitum.  
*Guelius.*

131. *Morem gerit.*] *Suz* libidini servit:  
 τῆ ψυχῆ φίλη καί ζῆ. *Cistell. a.*  
 4. 1. *Taubm.*

133. *Ili.*] *Pro illic*, frequentiss. *Plau-*  
*to*, *Terentio*, aliis. *Idem.*

143. *Petaso.*] *Petasus* à πτερόνυμι:  
 pileus est viatoribus solem defendens.  
*Apulcius, pilei umbraculum vocat Taubm.*

*Pinnula.*] Ornamenta quædam erant ex  
 nobilibus pennis, quæ aurcis acubus pe-  
 tasis affigebantur. *Langol.*

144. *Torulus.*] *Menf.* corrigit, *ter-*  
*tulus*: quod à torquendo. Et *terti* sunt lora  
 contorta. qui multiplicari & coagment-  
 tati *fanes* dicuntur. Vult dicere, cum *A-*  
*theniensium* more, capillum habere con-  
 gestum in conum, & πτεροφόρητα,  
 atque inde dignosci ab Amphitruone  
 germano debere: qui, cum *Thebanus*  
 esset, alio capitis ornatu incedebat.

Sed Amphitruonis illic est servus Sosia,  
 A portu illic nunc cum laterna advenit.  
 150 Abigam jam ego illum advenientem ab ædibus.  
 Adest: ferit. Operæ pretium hic spectantibus  
 Jovem atque Mercurium facere histrioniam.

151. *Adest.*] *Palm. Adeste: erit opera, &c. Mercurius retinet ferit: quasi sit ἀπξιμαός, pro, fuerit. Castalis tamen nihil mutandum censet: præsertim cum ad Sosiam adveniantis celeritatem & cupiditatem, sese in ædes domini reci-*

*piendi, exprimendum mirifice pertineant duo illa verba, adest, ferit. Licet enim nondum propius accesserit, neque fores pulsaverit, tamen Mercurio trepidanti nequid tale accideret, adeste jam Sosia, & pulsare videbatur.*

## ACTUS PRIMI SCENA PRIMA.

SOSIA. MERCURIUS.

QUI me alter est audacior homo? aut qui me confidentior?  
 Juventutis mores qui sciam: qui hoc noctis solus ambulem?  
 Quid faciam nunc, si Tresviri me in carcerem compegerint?  
 Inde cras è promptuaria cella depromar ad flagrum?  
 Nec causam liceat dicere mihi, neque in hero quicquam auxilii fiet?  
 Nec quilibet sit quin me omnes esse dignum deputent: ita  
 Quasi in eadem me miserum homines octo validi cædant: ita  
 Peregre adveniens hospitio publicitus accipiat?

Hæc

2. *Hoc noctis.*] *Δεικτικῶς, est dictum nocte tam seta atque inrempesta. vide Titinum. Act 4. 3.*

3. *Tresviri.*] Agitur hic de Triumviris, qui Nocturni dicuntur, & noctu excubias agebant, adversus grassatores, & pacis publicæ turbatores. *Paulus libro secundo de Offic. Præf. Vigil. D. Me in carcerem, &c.*] Tanquam grassatorem nocturnum; sicarium putat, aut qui vesiculariam vitam colat. Ad legem aliquam Pop. R. jocus hic respicit, qua cautum tuit, ne cui noctis conticinio per Urbem iter facere liceret: præsertim Plautinis & Belli Punicæ secundi temporibus. *Taubm.*

4. *Cras è promptuaria cella.*] Jocus servilis, quo carcerem comparat penosi-

Nam cella promptuaria est, in quam pennis aut utensilia eonduntur, & unde ad usum familiarem promuntur. Ejusmodi cellæ qui præsumt, *promicondi* dicuntur. *Taubm.*

5. *Nec causam liceat dic.*] Nec mihi liceat reculare aut verbis purgare, quo minus cædar. *Lamb.*

7. *Homines octo.*] Octo enim lictores habebant Triumviri isti capitales, qui eorum jussu in damnatum animadvertebant. *Hotom.*

8. *Ita peregre Adveniens hospitio publicitus accipiar.*] Alludit ad eos, qui peregre venientes, honoris causa, publice accipiuntur hospitio: aut fortasse ad id, quod civibus in patriam redeuntibus cœna dabatur. *Lamb.*

9. Hæc



- Hæc heri immodestia coëgit, me qui hoc  
 10 Noctis à portu ingratis excitavit.  
 Nonne idem hoc luci me mittere potuit?  
 Opulento homini hoc servitus dura est?  
 Hoc magis miser est divitis servos:  
 Noctesque diesque assiduo fatis superque est,  
 15 Quo factò, aut dicto adest opus, quietus ne sis. *scd. &c.*  
 Ipse dominus dives operis, & laboris expers,  
 Quodcumque homini accidit libère, possè getur:  
 Equom esse putat: non reputat laboris quid sit:  
 Nec, æquom anne iniquom imperet, cogitabit.  
 20 Ergo, IN SERVITUTE expetunt multa iniqua:  
 Habendum & ferendum hoc onus est cum labore.  
 ME. Satius est me queri illo modo servitutum, hodie  
 Qui fuerim liber, cum nunc potivit pater  
 Servitutis: hic, qui verna natus est, queritur.  
 25 Sum vero verna verbero. So. numero mihi in mentem fuit,  
 Disadvenientem gratias pro meritis agere, atque alloqui.

Næ

9. *Hæc heri immod.*] Hæc omnia quæ dixi, heri procuravit immodestia, qui me, &c. *Excitavit à portu.* hoc est, portu exegit, nec ibi quietem ducere passus est. *Taubm.*

11. *Hoc luci.*] Hoc adverbium est scriptura prisca, pro, huc, *Gruter.* Pro *luci*, scribendum, *lucen*, ut *noctū*. Terent. Adelph. cum primo *lucu*. Meursius. *Quæcunque nomina E littera, ablativo singulari, terminantur, I littera finita, adverbia sunt, ut inani.* Charif. *Hoc.*] Hoc, notat hic, & versu sequente, ob hoc, sive, ideo. *Gruter.*

12. *Opulento homini servitus.*] Servitus opulento homini, est servitus quam quis servit opulento. *Hoc*, id est, ob hoc, ideo. *Taubm.*

13. *Quo factò.*] Id est, ubi factò. *Glossa Mss. Plant. Cod. Boxborn.*

16. *Dives operis.*] Explicant servis, sive operarii. Immo *dives operis* est qui multum operis habet faciendi atque imperandi, Ut, *Nasamoniaci, Dorylas ditissimus agri, Dives agris Dorylas*, apud *Ovidium lib. 5. metam. Gronov.*

17. *Accidit, &c.*] Cum liberè alias fortuitum quid denotet, accedente verbo *accidit*, libidinem hominis extra omnem rationem causamque ostendit. *Ut sit sensus: Quiquid accidit, ut homini allubescat, id retur se posse: nec reputat, quid laboris aliis afferat. Pistorius.*

20. *Expetunt.*] Id est, accidunt. *Nonius.*

22. *Hodie.*] Hodie demum id muneris delegavit mihi Juppiter, ut servus essem, aut esse me, assimularem.

23. *Enim nunc potivit pater servitutis.*] Me, qui fuerim liber, pater pro suo jure compotem servitutis fecit. *Taubm.* *Potivit* in actione hic usurpavit. *Turneb.*

24. *Quis verna natus est.*] Viliores nati servi, quam facti. *Lips. Verna, &c.*] Jocus est in verberonem vernam: quasi non tantum servus sit, sed etiam vapulet. *Turneb. Palat. 6. & Vulgar. legunt, verbo.* quasi dicat: non re, sed titulo tantum; sum enim *Mercurius T.*

25. *Numero.*] Quidem, cito. *Mihi in mentem fuit.*] Ita *Bacch. i. 2. equid in men-*

Næ illi, edepol, si merito meo referre studeant gratias,  
Aliquem hominem allegent, qui mihi advenienti os occillet  
probe :

Quoniam bene quæ in me fecerunt, ingrata ea habui atque irrita.  
30 ME. Facit ille, quod vulgo haud solent, ut quid se sit dignum  
sciat.

So. Quod nunquam opinatus fui, neque alius quisquam civium  
Sibi eventurum, id contigit, ut salvi potiremur domum. Domi.  
domi.

Victores victis, hostibus legiones reveniunt domum,  
Duello extincto maximo, atque internecatis hostibus;

35 Qui multa Thebano populo acerba objecit finera, Scal.  
Quod.  
Id vi & virtute militum victum atque expugnatum oppidum est,  
Imperio atque auspicio heri mei Amphitruonis maxime,  
Præda atque agro adoreaque affecit populares suos, Domi.  
qui præ-  
da;  
Regique Thebano Creonti regnum stabilivit suum.

40 Me à portu præmisit domum, ut hæc nuntiam uxori suæ:  
Ut gesserit rem publicam ductu, imperio, auspicio suo.  
Ea nunc meditabor, quo modo illi dicam, quum illò advenero.  
Si dixerò mendacium, solens in eo more tecero.

Nam quom pugnabant maxime, ego fugiebam maxime.

45 Verum tamen quasi affuerim simulabo atque audita eloquar.  
Sed quo modo & verbis quibus me deceat fabularier,  
Prius ipse mecum etiam volò hinc meditari. sic hoc proloquar:  
Principio ut illò advenimus, ubi primum terram tetigimus,  
Continuo Amphitruo delegit viros primorum principes:

Eos

*mentem est tibi? Non est Solœcisimus inquit Agell. lib. 1. cap. 7. locum hunc laudans, sed ratione dictum certa & proba, qua & Græci utuntur. Taubm.*

28. *Occillet.* ] Os pugnis frangat & contundat, ab *occare*. Quid si *Offillet*, vocabulum ab *esse* potius quam ab *ore* formatum, rescribamus; id est, sic quasi ossatim seu frustulatim totum caput comminuat, seu concipiet mihi. *Domi.* Agitet. *Gloss. Mss. Codic. Plant. Boxhornii.* Forte, *os fugillet probe*. *Scrivenerius.*

32. *Potiremur domum.* ] *Mss.* noſtet; *domi.* *Glossa;* *Genitivus* pro *ablativo*. *Nonius. Boxhornius.*

34. *Duello.* ] Duellum, bellum videlicet, quod, duabus partibus de victoria contententibus, dimicatur. *Nonius. Internecati.* ] Penitus interfecit hostibus. Sic *bellum internecinum*. *T.*

38. *Adoreaque.* ] Antiqui Rom. omnem ex agris proventum vocabant *Adoream*. Et postquam præmium militibus frumentum erat, paræ victoria, *Adorea* pro laude accipi cepta est. *Taubm.*

46. *Fabularier.* ] Id est, *sari, publicè &c.* *Taubm.*

49. *Primerum principes.* ] Legatos ex proceribus delectos.

- 50 Eos legat : Telebois jubet sententiam ut dicant suam,  
 Si sine vi & sine bello velint rapta & raptores tradere,  
 Si quæ asportassent, redderent; se exercitum extemplo domum  
 Reducturum, abituros agro Argivos, pacem atque ocium  
 Dare illis. sin aliter sient animati, neque dent quæ petat,  
 55 Sese igitur summa vi virisque eorum oppidum expugnassere.  
 Hæc ubi Telebois ordine iterarunt quos præfecerat  
 Amphitruo: magnanimi viri freti virtute, & viribus  
 Superbi, nimis ferociter legatos nostros increpant.  
 Respondent, bello se & suos tutari posse: proinde uti  
 60 Propere de finibus suis exercitus deducerent,  
 Hæc ubi legati pertulere, Amphitruo castris illico  
 Producit omnem exercitum: contra Teleboæ ex oppido  
 Legiones educunt suas, nimis pulchris armis præditas.  
 Postquam utrinque exitum est maxuma copia,  
 65 Dispertiti viri, dispertiti ordines:  
 Nos nostras more nostro & modo instruximus legiones.  
 Item hostes contra legiones suas instruunt.  
 Deinde utrique imperatores in medium exeunt  
 Extra turbam ordinum; colloquuntur. simul  
 70 Convenit; victi utri sint eo prælio,  
 Urbem, agrum, aras, focos, seque uti dederent.  
 Postquam id actu est, tubæ utrinque canunt: contra  
 Consonat terra: clamorem utrinque efferunt.

Impe-

51. *Si sine vi & sine bello, &c.*] Romani, antequam bella susciperentur. Feciales ad res repetendas mittebant: quæ quia clara voce fiebat repetitio, dicta est *Clarigatio*. Formulam autem lib. 1. exponit Livius. Brisson. Formul. lib. 4. Agell. lib. 16. cap. 4.

53. *Agro Argivos.*] *Argivos* dixit pro *Thebanis*, quia sequebantur Argivum ducem, Amphitruonem. *Dissidans*.

55. *Expugnassere.*] Id est, expugnatum esse. Infinitivus antiquus à futuro, *expugnasso*, pro, *expugnavero*. Turn. lib. 4. 15.

66. *Moræ nostro & modo.*] *Modo*, id est, arbitrato nostro. T.

68. *Utrique imperatores.*] Pal. sec. &

Pauli Stephani scriptus, *uterque*. Langiani & Servius Fuldenis *utrimque*. Pareus & Gruterus. *In medium.*] Id est, inter utrumque exercitum: est etiam in apertum. *Turbam*.

71. *Uti dederent.*] Deditio qua verborum conceptione fieret, Livius lib. 1. docet. *Rex*, ait, interrogavit: *Estisne vos legati oratoresque missi à populo Collatino, ut vos populumque Collatinum dederetis? Sumus. Estne pop. Collatinus in sua potestate? Est. Deditisne vos, populumque Collatinum, urbem, agros, aquam, terminos, delubra, utensilia, divina humanaque omnia in meam populique Romæ deditioem? Dedimus. Et ego recipio, &c.* Hanc formam Plautus hic, cum

- Imperator utrinque hinc & illinc Jovi  
 75 Vota suscipere, hortari exercitum:  
 Pro se quisque, id quod quisque potest & valet,  
 Edit; ferro ferit: tela frangunt: boat  
 Cælum fremitu virum: ex spiritu atque anhelitu  
 Nebula constat: cadunt volneris vi & virium.  
 80 Denique, ut volumus, nostra superat manus:  
 Hostes crebri cadunt: nostri contra ingruunt.  
 Vicimus vi feroces.  
 Sed fugam in se tamen nemo convortitur,  
 Nec recedit loco, quin statim rem gerat.  
 85 Animam omittunt priusquam loco demigrent:  
 Quisque uti steterat, jacet, obtinetque ordinem.  
 Hoc ubi Amphitruo herus conspiciatus est,  
 Illico equites jubet dextera inducere.  
 Equites parent citi: ab dextera maximo  
 90 Cum clamore involant, impetu alacri:  
 Fœdant & proterunt hostium copias jure injustas.  
 ME. Nunquam etiam quicquam adhuc verborum est prolo-  
 cutus perperam:  
 Namque ego sui illic in re præsentis, & meus, quom pugnatum  
 est, pater.  
 So. Perduelles penetrant se in fugam. ibi nostris animus ad-  
 ditus est:  
 95 Vortentibus Telebois, telis complebantur corpora;  
 Ipsusque Amphitruo regem Pterelam sua obtruncavit manu.

Doct. 2.  
mittunt.

Max.  
invisis.

Hæc

iis quæ versu 102. leguntur, expres-  
 sit.

73. *Consonat terra.* ] *Legge: Consonant terra.* nam is ritus erat bellicus, ut cum clamore ac tubarum clangore arma concuterent, antequam pugnam pugnarent. *Scriverius.*

75. *Vota suscipere.* ] Vota utique plurimum in ipso pugnae discrimine fieri, bene monet Gutherius lib. 4. de jure Pontif. c. 13. Brisson. lib. 1. de Formul. *Taubm.*

83. *Sed fugam, &c.* ] *Convortitur, pro, convertit.* Nonius. Ut in Bacchid præ-

*sagitur, pro, præfagit.* Scalig. Construc-  
 tio ergo est; sed in fugam se tamen ne-  
 mo convortit. *Lamb.*

91. *Fœdant.* ] Id est, dilacerant &  
 cruentant. *Fœdum* enim tam apud *Vir-  
 gil.* quam *Sallust.* non turpe significat,  
 sed crudele. *Taubm.* *Jure injustas.* ] *Jure*  
 haud referri debet ad *injustas*, sed, *pro-  
 terant.* *Jure* proterunt hostium copias &  
 fœdant. *Boxborn.*

95. *Vortentibus.* ] *Pro versis* dictum  
 puto: ut *Lucret.* *Omnia commutat natura*  
 & *vertere cogit,* pro *verti* & *mutari.*  
*Taubm.*

Hæc illic est pugnata pugna usque à mane ad vesperum :  
Hoc adeo hoc commemini in agis, quia illo die impransus fui.  
Sed prælium id tandem diremit nox interventu suo.

- 100 Postridie in castra ex urbe ad nos veniunt flentes principes :  
Velatis manibus orant, ignoscamus peccatum suum :  
Deduntque se divina humanaque omnia, urbem & liberos ;  
In ditionem atque in arbitratum, cuncti, Thebano populo.  
Post ob virtutem hero Amphitruoni patera donata aurea est,  
105 Qui Pterela potitare rex solitus est, hæc sic dicam heræ.  
Nunc pergam heri imperium exequi, & me domum capeffere.  
ME. Atar! illic huc iturus est: ibo ego illi obviam.  
Neque ego hunc hominem hodie ad ædis has siniam unquam accedere :

Quando imago est hujus in me, certum est hominem eludere.

- 110 Et enim vero, quoniam formam cepi hujus in me, & statum,  
Decet & facta morefque hujus habere me similes item.  
Itaque me malum esse oportet, callidum, astutum admodum,  
Atque hunc, telo suo sibi, malitia à foribus pellerè.  
Sed quid illuc est? Cælum aspectat: observabo quam rem agat,  
115 So. Certe edepol scio, si aliud quicquam est quod credam,  
aut certo sciam,  
Credo ego hæc noctu Nocturnum obdormivisse ebrium.  
Nam neque se Septentriones quoquam in cælo commovent,  
Neque se Luna quoquam mutat atque uti exorta est semel.

Nec

101. *Velati.*] *Velati* dicebantur, qui caput cinctum licio lanceo habebant. Sic supplicia & velamenta tui iustitias, quod nimirum filo laneo velatum erat caduceum. Scaliger. Non velata tantum olim precantium capita, sed & vitris manus. *Præferimus manibus vitæ & verba precantum.* Virgil. 2. Æncid.

103. *Dedunt se in arbitratum.*] Ex formula & ritu quasi solenni dixit, in arbitratum. Polybius in *Megali.*

105. *Qui Pterela potitare.*] Aut *Domoxorlæ* volunt pro *Pterelæus*, aut legi *Pterelæus*. Imo *Pterela* proprie ac maxime Latina est terminatio ex tegula *Priscianæ*: *Apud Græcos in As definitia vel Es,*

*apud nos in A terminantur.* Vide lib. 4. *Observ. cap. 15. Gronov.*

110. *Statum.*] *Statum* corpori adscribitur: *Statum* ad habitum refertur. *Donatus.*

113. *Malitia.*] *Malitia* est *versuta & fallax nocendivatio.* Cicero.

116. *Nocturnum.*] Id est, *Vesperum*; quem pro *Lucifero* sumpsit. Neque turbet aliquem, quod statim *Vesperuginis* mentio fiat à *Sofia*; hæc enim decore confunduntur in persona *Iervi.* *Donatus.*

118. *Quoquam mutat atque.*] *Passestius mutat statque.* Sed verbum prius non corrigendum, satis demonstravimus lib. 3. *obiter. cap. 1.* Salva sit etiam particula: nam *mutat atque* est dictum, ut

*aliter*

Nec Jugula, neque Vesperugo, neque Vergiliæ occidunt.  
120 Ita statim stant signa: neque nox quoquam concedit die.

ME. Perge, nox, ut accepisti! gere patri morem meo:  
Optumo optume optumam operam das: datam pulchre  
locas.

So. Neque ego hac nocte longiorem me vidisse censeo:  
Nisi item unam, verberatus quam dependi perpetem.

125 Eam quoque edepol etiam multo hæc vicit longitudine. Donat. vicit.  
Credo edepol equidem dormire Solem; atq; appotum probe:  
Mira sunt, nisi invitavit sese in cæna plusculum.

ME. Ain' vero, verbero? deos esse tui similes putas?  
Ego polte istis tuis pro dictis & malefactis, furcifer,  
130 Accipiam; modo sis veni huc: invenies infortunium.

So. Ubi sunt isti scortatores, qui soli inviti cubant?  
Hæc nox scita' st exercendo scorto conducto male.

ME. Meus pater nunc pro hujus verbis recte & sapienter facit,  
Qui complexus cum Alcumena, cubat amans, animo ob-  
sequens.

135 So. Ibo, ut, herus quod imperavit, Alcumenæ nuntiem.  
Sed quis hic est homo? quem ante ædeis video hoc noctis?  
non placet.

ME. Nullus est hoc meticulosus æque. So. quem? in men-  
tem venit,

Illic

aliter atque. Quum dicimus, non se mu-  
tat quoquam atque, significamus, non se  
alio loco habet atque. Gronov.

119. Jugula. ] Jugula stella est Orion:  
dicta, quod amplior sit cateris, quasi nux  
juglandu. Festus.

120. Statim. ] Id est, fixè. supra vers. 84.  
Tum die, pro diei. Virgil. Georg. 1.  
vers. 203. Vide & Agell. lib. 9. 14.

123. Noctis longiorem. ] Libere procla-  
mabis te esse aut Mercurium, propter num-  
morum cupiditatem, aut Nocturnum, jux-  
ta Plauti Amphitruon. quo dormiente, in  
Alcumena adulterio duas noctes Iuppiter  
copulavit, ut magna fortitudinis Hercules  
nasceretur. Hieron. Advers. Vigil.

124. Perpetem. ] Id est, perpetuam  
jugem. Festus.

127. Invitavit. ] Id est, nisi mera-

cus & plus æquo bibit. Taubm.

130. Si veni. ] Quia imperativa verba  
sunt contumeliosa, addebant veteres, sis.  
quod significat, si vis. Donatus. Invenies. ]  
Comparabis, accerses. T.

132. Conducto male. ] Id est, carè,  
dissipiose, magno, Pseud. Act. 1. 2.  
Taubm.

134. Qui complexus. ] Fallitur Lam-  
binus, cum eam subintelligit: nam com-  
plexus conjungi debet cum duabus se-  
quentibus vocibus. Vossius.

136. Quem? Quem? supple; video hoc  
noctis ante adiu? nam referendum ad  
priora verba, quæ, cum Mercurius in-  
terrupisset, eo modo resumit. Mæurs.

137. Æque. ] Adverbio æque tribuit  
ablativum. ut si esset comparativum.  
Lamb.

Illic homo hoc denuo volt pallium detexere.

ME. Timet homo: deludam ego illum. So. perii! dentes pruriunt.

140 Certe advenientem me hic hospitio pugnae accepturus est. Credo misericors est: nunc propterea quod me meus herus Fecit ut vigilarem, hic pugnis faciet hodie ut dormiam. Oppido interii. obsecro hercle quantus & quam validus est! ME. Clare advorsum fabulabor. hic auscultet quæ loquar.

145 Igitur magis modum in majorem in sese concipiet metum. Agite, pugni. jam diu' est quod ventri victum non datis: Jam pridem videtur factum, heri quod homines quatuor In soporem collocastis nudos. So. formido male Ne ego hic nomen meum commutem, & Quintus fiam è Sofia.

150 Quatuor viros sopori se dedisse hic autumat: Metuo ne numerum augeam illum. ME. hem! nunc jam ergo: sic colo.

So. Cingitur, certe expedit se. ME. non feret quin vapulet.

So. Quis homo? ME. quisquis homo huc profecto venerit, pugnos edet.

So. Apage, non placet me hoc noctis esse: cænavi modo:

155 Proin tu istam cænam largire, si sapias, esurientibus.

ME. Haud

138. *Volt pallium detexere.* ] Proinde, quasi hoc pallium meum textoris opera adhuc indigeat: Ille autem, ut textor, id sit perfecturus; ergo me despoliare ac nudum statuete cogitat. Mercurius enim se ad pugnam componens; brachia huc & illuc iactabat, in morem textoris. *Donz.*

139. *Dentes pruriunt.* ] Vide Milit. Act. 2. 4.

140. *Hospitio, &c.* ] Jocus nupè *oxy-donias*. Quasi dicat, Accipiet me, non adventitia cæna, sed pugnis: vel Poëta alludit mori veterum; lino vero & nostro; quo insigniuntur domus, & præcipue hospitia publica, picturis quibusdam: dicatque Sofia; se exceptum in hospitio, cui præcipua pugna, sive adeo pugna. *Gruter.*

143. *Oppido.* ] Id est, Valde. *Nonius:* Vide & *Festum*.

145. *Igitur magis modum.* ] Idem est, quod *multo magis, magis magisque*. Itaque nihil mutandum. *Igitur* hic ut alibi Plauto significat *proinde*. *Boxhorn.*

146. *Quod ventri victum non datus.* ] Significat se esse grassatorem nocturnum; & ex spoliis hominum pugnis à se contusorum vitam tolerare. Igitur minas spoliatoris imitatur. *Turneb.*

148. *In soporem collocastis.* ] Plagis sopitos propeque exanimatos stravitiss.

149. *Quintus fiam è Sofia.* ] Jocus in ambiguo. Nam & *Quintus* prænomen est Romanum: & *Quintus* est, qui sequitur quartum. *Taubm.*

152. *Cingitur.* ] Pro accingitur, aptatque se pugnae, id est, gradum ad præliandum componit. *Taubm.*

154. *Hoc nulli esse.* ] Nocte tam sœva edete. *Taubm.*

ME. Haud malum huic est pondus pugno. So. perii! pugnos ponderat.

ME. Quid si ego illum tractim tangam ut dormiat? So. servaveris.

Nam continuas has tris noctes pervigilavi. ME. pessimum est Facinus: nequiter ferire malam male discit manus.

160 Alia forma oportet esse quem tu pugno legeris.

So. Illic homo me interpolabit, meumque os finget denuo.

ME. Exollatum os esse oportet, quem probe perculseris.

So. Mirum ni hic me quasi murænam exollare cogitat.

Ultero istunc qui exollat homines. perii! si me aspexerit.

165 ME. Olet homo quidam malo suo. So. hei! numnam ego obolui?

ME. Atque haud longe abesse oportet: verum longe hinc abfuit.

So. Illic

157. *Quid si ego illum tractim tangam.*] Non à nutriculis, non à medicis acceptum loquendi genus, ut voluerunt: sed loquitur, ut Mercurius, cujus est virga tractim tangendo oculos, sive demulcendo, quibus vult somnos conciliare. Intelligit autem ductas alapas. Vide 2. Observ. 1. Gronov.

158. *Pessimum, &c.*] Lego: Pessimum est facinus, nequiter ferire malam maledicou, manus, Alia, &c. Quis dicat: Cum prorsus iniquum sit, maledicis hominibus leviter & leniter præcidere os, oportet, ó manus, ut quemcunque tu compositè in pugnum percusseris, formam totam immutet. Gruter.

160. *Quem tu pugno legeris.*] Tralatio est à legulis uvarum & fructuum, ut enim illi manu uvas, oleas, fructus legunt: ita vindemia & fructus grassatoris est, homines pugnis male mulcatis, tanquam fructus legere & spoliare. Turneb. Gruterus simpliciter capit *legere* pro *eligerè*; ut alludat illi,

— legitque virum vir.

apud Maronem. Immo *Legeris* est transieris, persecutus fueris, mulseris, perstrinxeris. Sic vicissim *transire* Gellio est ἀναγνώσκειν & Petronio *persequi* totum parietem, pro oculis arbitrari. Fit

enim lectio ducendo visum continuata super verba. Sic *legitur* ora vel litus navibus, quæ prætercunt; *leguntur* vestigia, quæ sequimur nostris. *Legeris* igitur etiam duxeris, tractim tegeris: ut *ducere* alicui alapam. Gronovius.

161. *Me interpolabit.*] *Interpolare*, est immittere & interponere, & novam formam è veterè fingere: tractum ab arte sulcatoria. Nonius.

162. *Exollatum os.*] Exos & edentatum ac contritum. *Tanbm.*

163. *Muranam, &c.*] Murænz spinis usque adeo subtilibus sunt refectæ, ut csi non sint, ni eximantur. *Exollare* igitur ut *muranam*, est, fuste benedolere, vel ossa usque eo comminuere, ut nullum eorum sit reliquum vestigium. *Centarenu.*

164. *Ultero istunc.*] Id est, procul à me abfuit. Ita *Casina*, *Ultero te, amator* & *apage te à me. Capt. Ultero istum à me. Douza.*

165. *Olet homo, &c.*] Hominis cujusdam odor ad nares meas pervenit, magna cum ipsius pœna. Vide *Asin. 1. 2. Hei! numnam.*] *Leg. Hei mihi, quia nam ego obolui?* Id est, cut, aut quo pacto? *Camætar.*

167. *Super-*



So. Illic homo supersticiosus est. ME. gestiunt pugni mihi.

So. Si in me exerciturus, quæso in parietem ut primum domes.

ME. Vox mihi ad aures advolavit. So. næ ego homo infelix fui  
170 Qui non alas intervelli: volucrem vocem gestito.

ME. Illic homo à me sibi malam rem arcessit jumento suo.

So. Non equidem ullum habeo jumentum. ME. onerandus est pugnis probe.

So. Lassus sum hercle è navi, ut vectus huc sum: etiam nunc nauseo.

Vix incedo inanis; ne ire posse cum onere existumes.

175 ME. Certe enim hic nescio quis loquitur. So. salvos sum, non me videt.

Nescio quem loqui autumat: mihi certo nomen Sosia est.

ME. Hinc enim mihi dextera vox auris, ut videtur, verberat.

So. Metuo vocis ne vice hodie hic vapulem, quæ hunc verberat:

ME. Optime eccum incedit ad me. So. timeo: totus torpeo.

180 Non edepol nunc ubi terrarum sim scio, si quis toget:

Neque miser me commovere possum præ formidine,

Illicet, mandata heri perierunt, una & Sosia.

Verum certu' est confidenter hominem contra colloqui,

Igitur qui possim videri huic fortis, à me ut abstineat manum.

185 ME. Quo ambulas tu, qui Vulcanum in cornu conclusum geris?

So. Quid id exquiris tu, qui pugnis os exoffas hominibus?

ME. Servos esne, an liber? So. utcunque animo collibitum est meo.

ME. Ain?

167. *Supersticiosus est.*] Hic homo est ariolus, qui sciat, me longe hinc absuisse. Nam *Supersticiosus* etiam ariolum significat *Lamb.*

168. *Domes.*] *Mollitas. T.*

170. *Qui non alas intervelli.*] Hoc eo mutit Sosia: quia Mercurius dixerat, *vocem sibi ad aures advolasse.* ut persistat in metaphora, proinde ac si de bettia aliqua volatica loqueretur. *Doux.*

171. *Jumento.* Ductum ab oneribus, quæ jumentis imponimus. Vel po-

tius, sua opera impensaque sibi quaerit. *Pistor. Grur.*

176. *Nescio quem, &c.*] Suspicio erat olim, Plautum, qui undiquaque jocum captare solet, illud *Nescio quem*, ut nomen Personæ haberi voluisse. certe sequentia tale quid clamare videbantur: forte alludit ad *ἄνθρωπον* Homericum. *Taub.*

185. *Vulcanum in cornu.*] Qui ignem in laterna cornea clausum geris. Fiebant olim lateræ & ex cornu, & ex vesica. *Taubm.*

ME. Ain' vero? So. ajo enim veto. ME. verbero. So. mentiris nunc *jam*.

ME. At *jam* faciam ut verum dicas dicere. So. quid eo est opus?

190 ME. Possum scire quo profectus, quoque sis, aut quid veneris?

So. Huc eo: heri mei sum servos. nunquid nunc es certior?

ME. Ego tibi istam hodie scelestam comprimam linguam.

So. haud potes:

Bene pudiceque asservatur. ME. pergin' argutariet?

Quid apud haec aedis negotii est tibi? So. immo quid tibi' est?

195 ME. Rex Creio vigiles nocturnos singulos semper locat.

So. Bene facit: quia nos eramus peregre, tutatu' est domum:

At nunc abi sane, advenisse familiares dicito.

ME. Nescio quam tu familiaris sis: nisi actutum hinc abis,

Familiaris accipere faxo haud familiariter.

200 So. Hic, inquam, habito ego, atque horum servos sum.

ME. at scin' quomodo?

Faciam ego hodie te superbum, nisi hinc abis. So. quoniam modo?

ME. Auferete, non abibis, si ego fustem sumpsero.

So. Quin me esse hujus familiae familiarem praedico.

ME. Videlis, quam mox vapulare vis, nisi actutum hinc abis!

205 So. Tun' domo prohibere peregre me advenientem postulas?

ME. Haecine tua domu' est? So. ita, inquam. ME. quis herus est igitur tibi?

So. Amphitruo, qui nunc praefectu' est Thebanis legionibus;

Qui

188. *Verbero.*] Verberonem servili convictio Sossiam Mercurius increpat. id ille alio torquens, *Mentiri*, ait: neque enim verberas; vel potius, neque enim sum verbero, qui non verberor. Ad hoc Mercurius; *Faciam*, inquit, mox dicas, me verum dicere, & te esse verberonem, cum contudero pugnis probe. 1. *Guiljel.*

192. *Comprimam linguam.*] Horum verborum, ut à servo Sossia accipiuntur, sententia obscena est; sed tamen explicanda; Mercurius Sossia minatur, se loquacitatem & argutiam ejus compressurum. At Sossia sic accipit, quasi Mer-

curius minetur se Sossiam istumaturum. Itaque respondet Sossia, non potes me irrumare; linguam enim habeo pudicam, non fellatricem atque impudicam, *Lamb.*

200. *At scin' quomodo?*] Scilicet horum servus sis? *scin' quomodo*, formula minantiis est, crebra Plauto. *Gruter.*

201. *Superbum.*] *Superbi* videntur qui plagis ita sunt contusi, ut pedibus ambulare nequeant, aufertantur sublimes necesse est: atque hac ratione *superbi* dici possunt. *Superbum* hic *mortuum* interpretatur *Nonius*. Neque repugnat *Gutharius*

Qui cum nupta est Alcumena. ME. quid ais? quod nomen tibi est?

So. Sofiam vocant Thebani, Davo prognatum patre.

210 ME. Næ tu istic hodie malo tuo compositis mendaciis Advenisti, audaciæ columen, confutis dolis.

So. Immo equidem tunicis confutis huc advenio, non dolis.

ME. At mentiris etiã: certo pedibus, non tunicis venis.

So. Ita profecto. ME. nunc profecto vapula ob mendacium.

215 So. Non edepol volo profecto. ME. at pol profecto ingratiis.

Hoc quidem profecto certu' st, non est arbitrarium.

So. Tuam fidem obsecro! ME. tun' te audes Sofiam esse dicere,

Qui ego sum? So. perii! ME. parum etiã, præut futurum est, prædicas.

Quojus nunc es? So. tuus. nam pugnis usu fecisti tuum.

220 Pro fidi Thebani cives! ME. etiã clamas, car- Palm. Proh fidem. Thebani cives!  
nufex?

Eloquere, quid venisti? So. ut esset quem tu pugnis cæderes.

ME. Cujus es? So. Amphitruonis, inquam, Sofia. ME. ergo istoc magis,

Quia vaniloquus, vapulabis: ego sum, non tu, Sofia.

So. Ita dii faciant, ut tu potius sis, atque ego te ut verberem.

225 ME. Etiã muttis? So. jam tacebo. ME. quis tibi heru' st? So. quem tu voles.

ME. Quid igitur? quî nunc vocare? So. nemo; nisi quem jussieris.

ME. Am-

*therius*: vult enim eo nomine vocatos *superbos*, quod nunc potissimum splendidior effertur habitu, etiã pauperes. *Taubm.*

209. *Davo*.] Monet hic *Meursius*, *Davo* personam nihil aliud esse, quam quod *Vulper* in *Æsopi Fabulis*: testemque producit *Philostratum*.

212. *Confutis*.] *Suave*, proverbiali metaphora significat idem, quod Græcis *παρρησι*, id est, aliquid, quod alteri damnosum sit, struere, quod in structoris perniciem verti cum opta-

runt, dixerunt; *Suo capiti*. *Muret.*

213. *Certo pedibus, non tunicis venis*.] Alius jocus, ex interpunctione natus: quasi dixerit conjunctim, *tunicis venis*: sicut prior ex nomine quasitus est. Interim notandum, *tunicam* Plauti ævo communem Romæ servorum vestem fuisse, rusticorum item in coloniis & municipiis. At temporibus Imperatorum, non tunicæ amplius fuisse, sed *penula*, in usu servorum, perinde ut militum. *Gruter.*

220. *Pro fidi Thebani*.] *Palmer. & Meurs.*

ME. Amphitruonis te esse ajebas Sôfiam. So. peccaveram ;  
Nam Amphitruonis socium nã me esse volui dicere.

ME. Sciebam equidem nullum esse nobis, nisi me, servom  
Sofiam.

230 Fugit te ratio. So. ô utinam istuc pugni fecissent tui!

ME. Ego sum Sofia ille, quem tu dudum esse ajebas Lamb.  
quem te.

So. Obsecro per pacem liceat te alloqui, ut ne vapulem.

ME. Immo induciã parumper fiant, si quid vis loqui.

So. Non loquar nisi pace facta, quando pugnis plus vales.

235 ME. Dicito, si quid vis, non nocebo. So. tuã fidei credo?  
ME. meã.

So. Quid, si falles? ME. tum Mercurius Sofiã iratus fiet.

So. Animum advorte: nunc licet mihi libere quidvis loqui.

Amphitruonis ego sum servos Sofia. ME. etiam denuo?

So. Pacem feci, fœdus feci, verã dico. ME. vapula.

240 So. Ut lubet, quod tibi lubet fac, quoniam pugnis plus vales.  
Verum, ut utes facturus, hoc quidem hercle haud retice-  
bo tamen.

ME. Tu me vivus hodie nunquam facies, quin sim Sofia.

So. Certe edepol, tu me alienabis nunquam quin noster siem:

Nec nobis præter met alius quisquam est servos Sofia,

245 Qui cum Amphitruone hinc una ieram in exer- Camerar. vel  
hero meq  
tu exere.  
citum.

ME. Hic homo sanus non est. So. quod mihi prædicas vi-  
tium, id tibi est.

Quid, malum! non sum ego servos Amphitruonis Sofia?

Nonne hac noctu nostra navis huc ex portu Persico

Venit,

Meurs. leg. *Proh fidelem Thebani cives: qualia sunt: Pro Deum atque hominum fidem. T.*

228. *Socium.* ] Cum *Camer.* lego: *Sociennum.* Tanquam in ea voce consistat potissimum jocus, aut ejus verius explicatio. Erras, inquit Sofia: neque enim unquam dixi, certe dictum nolui, nomen mihi esse Sofiã: dixi me Amphitruonis sociam: hoc est, ne iterum vicinitate soni decipiari, *Sociennum.* Grut. V. C. *Socium met esse. Sic lege. Scri verius.*

230. *Utinam istuc pugni fecissent tui.* ] Utinam me pugni ita fugissent tui, sicuti me rationem fugisse dicis. *Muret.*

243. *Tu me alienabu nunquam.* ] Nunquam me, qui sum familiaris, alienum facies. *Lamb.*

247. *Quid, malum! non, &c.* ] *Malum per Parenthesin suaviter insertur. Et interjellio est.* Donat. ad Terent. Eun. 4. 7.

248. *Nonne hac noctu.* ] Vide *Macrob.* lib. 2. 4. *Portu Persico.* ] *Mari Euboico,* quod

Venit, quæ me advexit? nonne me huc herus misit meus?

150 Nonne ego nunc hic sto ante ædis nostras? non mihi est la-  
terna in manu?

Non loquor? non vigilo? non hic homo modo me pugnis  
contudit?

Fecit herclé, nam etiam misero nunc malæ dolent.

Quid igitur ego dubito? aut cur non introeo in nostram do-  
mum?

ME. Quid, domum vestram? So. ita enim vero, ME. quin  
quæ dixisti modo,

255 Omnia ementitus. equidem Sofia Amphitruonis sum.

Nam noctu hac soluta est navis nostra è portu Persico:

Et ubi Pterela rex regnavit, oppidum expugnativimus:

Et legiones Teleboarum vi pugnando cepimus.

Et ipse Amphitruo obruncavit regem Pterelam in prælio.

260 So. Egomet mihi non credo, quum illæc autumare illum  
audio.

Hic quidem certe, quæ illic sunt res gestæ, memorat me-  
moriter.

Sed quid ais, quid Amphitruoni à Telebois datum est?

ME. Pterela rex qui potitare solitus est, patera aurea.

So. Elocutus est, ubi patera nunc est? ME. in cistula

*261. Me.  
tall. c.  
loquere.*

265 Amphitruonis obsignata signo est. So. signi dic  
quid est?

ME. Cum quadrigis Sol exoriens. quid me captas, carnufex?

So. Argumentis vincit: aliud nomen quærendu' est mihi.

Nescio unde hæc hic spectavit. Jam ego hunc decipiam probe:

Nam quod egomet solus feci, nec quisquam alius affuit

In

quod in eo steterit classis Perfarum, non  
procul à Thebis. *Fest.*

252. *Herclé.*] *Plautus* hic defecisse vi-  
sus, qui per *Herculem* jurantem inducit,  
pondum nato *Hercule*, cujus paulo post  
in *Alcumenz* partu narivitas ponitur;  
distractus scilicet temporis sui consue-  
tutine, qua per *Herculem* juraretur.  
*Angel. Decemb.*

263. *Aurea.*] *Subintell.* *Donavit Am-  
phitruonem.* Hæc verba prævenit aut in-  
tercipit festinans *Sofia*.

265. *Signi.*] Primum nudas duntaxat  
litterarum notas pro signis habebant.  
sculptura tamen multiplex postea in u'u  
suis. Quin & bruta animalia insculpi  
solita. talis erat *Augusti Sphinx*. Aur hi-  
storia aliqua, vel fabula. talis iste *Am-  
phitruonis*. *Meursius*.

266. *Cum quadrigis.*] De hujusmodi  
annulorum sculptura vide *Meurs.* *Exerc.*  
*Critic. Part. 2. c. 9. Quid me captas.*] *Quid*  
per captiosas interrogaciones à me ve-  
ritatem exquiris? vide *Epid. 2. 2. Taubm.*

- 270 In tabernaculo, id quidem hodie nunquam poterit dicere.  
 Si tu Sospia es, legiones quom pugnabant maxime,  
 Quid in tabernaculo fecisti? victus sum, si dixeris.  
 ME. Cadus erat vini: inde implevi hirneam. So. ingressu istam  
 viam.  
 ME. Eam ego, ut matre fuerat natum, vini eduxi meri.
- 275 So. Mira sunt, nisi latuit intus illic in illac hirnea.  
 Factum est illud, ut ego illic vini hirneam ebiberim meri.  
 ME. Quid nunc? vincon' argumentis te non esse Sospiam?  
 So. Tu negas me esse? ME. quid ego ni negem, qui egomet  
 sim?
- So. Per Jovem juro me esse: neque me falsum dicere.
- 280 ME. At ego per Mercurium juro, tibi Jovem non credere:  
 Nam injurato scio plus crederet mihi, quam jurato tibi.  
 So. Quis ego sum saltem, si non sum Sospia? te interrogo.  
 ME. Ubi ego Sospia nolim esse, tu esto sane Sospia.  
 Nunc quando ego sum, vapulabis ni hinc abis, ignobilis.
- 285 So. Certe edepol, quom illum contemplo, & formam co-  
 gnosco meam,  
 Quemadmodum ego sum (sæpe in speculum inspexi) nimis  
 simil' est mei.  
 Itidem habet petasum, ac vestitum: tam consimil' est atque  
 ego.  
 Sura, pes, statura, tonsus, oculi, nasum, vel labra,  
 Mala, mentum, barba, collum: totus! quid verbis opu' st?
- 290 Si tergum cicatricosum, nihil hoc simili est similius.  
 Sed quom cogito, equidem certo idem sum qui semper fui.  
 Novi herum: novi ædis nostras. sane sapio & sentio.  
 Non ego illi obtempero quod loquitur; pultabo foris.  
 ME. Quo

273. *Hirneam.*] *Hirnea*, vel potius *Er-  
 ma*, genus vasis est vinarii: antiquitus *Er-  
 neum* vocabatur, *παρα τὸ ἔρπον*. quod  
 avis figuram haberet, sic, quod scarabæo  
 similis, *καρβόσκα*. *Scalig. Ingressus.*] Be-  
 ne & ex vero cepit.

274. *Eam ego ita ut matre fuerat na-  
 tum vini eduxi meri.*] Eam hirneam vi-  
 ni meri, ita ut matre fuerat natum; id est,  
 ita ut ex vite, seu uva fuerat expressum,

eduxi, id est, ebibi, exhausti, exsiccavi,  
 vide & *Victorium Var. lect. lib. 23. cap.  
 5. Lambin.*

282. *Saltem.*] Est quod Barbari di-  
 cunt, ad minus. *Lamb.*

283. *Ubi ego Sospia nolim esse.*] Ita omn.  
 MSS. & Edd. veteres. intrudere postero-  
 res jam. sed de suo. *Tanbm.*

292. *Sane sapio.*] *Sane* hic saniter est,  
 ut sani homines solent. nam qui sapit  
 animo,

ME. Quo agis te? So. domum. ME. quadrigas si nuncin-  
scendas Jovis,

295 Atque hinc fugias, ita vix poteris effugere infortunium.

So. Nonne heræ meæ nunciare, quod herus meus jussit,  
licet?

ME. Tuæ si quid vis nunciare: hanc nostram adire non sinam.  
Nam si me irritassis, hodie lumbistagium hinc auferes.

So. Ab eo potius: Di immortales, obsecro vos tram fidem!

300 Ubi ego perii? ubi immuratus sum? ubi ego formam perdidici?

An egomet me illic reliqui, si forte oblitus fui?

Nam hic quidem omnem imaginem meam, quæ antehac  
fuerat, possidet.

Vivo sit, quod nunquam quisquam mortuo faciet mihi.

Ibo ad portum, atque hæc uti sunt facta, hero dicam meo.

305 Nisi etiam is quoque me ignorabit; quod ille faciat Juppiter.

Ut ego hodie raso capite calvus capiam pileum.

animo, & sentit sensibus, is sanus est.  
I Gul.

294. *Quadrigas si nunc inscendas Iovis.* Credibile est Jovis quadrigas omnium esse celerissimas, ut quæ alata sint, auctore Platone in Phædro, & Luciano in Piscatore, etiam Horat. 1. Od. 34. *volucrum currum Iovis dixit.* Douz. a.

301. *An egomet, &c.* Corrigo: *An egomet me illic reliquisse forte, &c.* tali sensu: An ficti forte potuit, ut egomet Sosia non iverim una cum hero Amph. ad exercitum, sed illic domi restiterim; adque tamen nunc omnino dememinerim? Gruter.

303. *Vivo sit, &c.* Mihi vel me vivo, Imago mea præfertur, quod nunquam quilibet faciet, me mortuo. Vel ab

ipso Auctore germana loci hujus explicatio arcessenda est: Mostell. act. 2. r. *Ludos ego hodie vivo præfenti hic seni Faciam; quod credo mortuo nunquam fere.* Scimus enim, Ludos Funebres Romæ, hoc est, Gladiatorios, in illustrium virorum funebris, sic quasi in lectu publico, ad rogum fieri consuevisse antiquitus. Ad quos respectans Sosia, per joculum & ludum inquit, argute sane & vernilem in modum: *Nunc mihi sine ludis*, hoc est, nunc ego ludificor probe, cui nullus postea ludos facere volet in morte. Douz. a.

306. *Raso capite calvus capiam pileum.* Cum servus manumittebantur raso capite pileum accipiebant: idque in templo Ectonize qua libertorum dea. Setv.

## ACTUS PRIMI SCENA SECUNDA,

MERCURIUS.

**B**ene prospereque hoc hodie operis processit mihi.

Amovi à foribus maxumam molestiam,

Patri ut liceret tuto illam amplexari.

Jam ille illuc ad herum quem Amphitruonem advenerit,

Narra-

- 5 Narrabit servom hinc sese à foribus Sosiam  
 Amovisse. ille adeo illum mentiri sibi  
 Credet: neque credet huc profectum, ut jusserat.  
 Erroris ambo ego illos & dementiæ  
 Complebo, atque omnem Amphitruonis familiam.
- 10 Adeo usque satietatem dum capiet pater  
 Illius quam amat. igitur demum omnes scient,  
 Quæ facta. Denique Alcumenam Juppiter  
 Rediget antiquam in concordiam conjugis.  
 Nam Amphitruo actutum uxori turbas conciet,
- 15 Atque insimulabit eam probri. tum meus pater  
 Eam seditionem in tranquillum conferet.  
 Nunc de Alcumena, dudum quod dixi minus,  
 Hodie illa pariet filios geminos duos,  
 Alter decumo post mense nascetur puer
- 20 Quam seminatus; alter mense septumo.  
 Eorum Amphitruonis alter est, alter Jovis.  
 Verum minori puero major est pater;  
 Minor majori. jamne hoc scitis quid fiet?  
 Sed Alcumenæ hujus honoris gratia,
- 25 Pater curavit uno ut fœtu fieret;  
 Uno ut labore absolvat ærumnas duas,  
 Et ne in suspitione ponatur stupri,  
 Et clandestina ut celetur suspicio.  
 Quanquam, ut jam dudum dixi, rescisset tamen

Græc. hinc  
 p. 100.

Am-

15. **P**robri.] Vide notam act. 3. sc. 2.  
 vers. 1.

17. *Dudum quod dixi minus.*] Id est,  
 quod vobis de Alcumena nondum etiam  
 edisseravi. *Donza.*

19. *Alter decumo, &c.*] Confirmat  
 Plautus hic eorum sententiam, qui as-  
 firmant, & vere, mulierem superfortari  
 posse. *Plinius* inter alia refert, mulie-  
 rem quandam septem mensum edito  
 puerperio, insecutis mensibus, gemi-  
 nos enixam. *Taubm.*

20. *Seminatus.*] *Eccarapadi* &c.: in ute-  
 ro matris conceptus est. *Taubm.*

22. *Minori puero major, &c.*] Id est, *Her-  
 cules*, qui minor, ratione sationis. *Taubm.*

23. *Majori.*] Scilicet *Iphiclo*, filio Am-  
 phitr.

25. *Uno ut factu.*] Uno onere, unaque  
 (ut ita dicam) gravidatione. *L.*

26. *Labore.*] Vel gravidationis, vel  
 partus. *Idem.*

28. *Suspicio.*] Hæc vox *suspicio* non im-  
 merito multis mendæ suspicionem mo-  
 vit. Si quid mutandum, malim leg. *Et  
 clandestina ut celetur huc itio.* Id est, ut ad-  
 ventus huc noster clandestinus celetur.  
*Donatus*, interpretans illa Comici sui  
 verba, *Adelph. Act. 4. Scen. 5. Qui  
 eum illa consuevit prius:* quo loco *con-  
 suevere* *vix præter* ponitur, pro rem  
 habere. addit pro exemplo, ut *Plautus:*  
*& clan-*



- 30 Amphitruo rem omnem. quid igitur? nemo id probro  
 Profecto ducet Alcumenæ. nam Deum  
 Non par videtur facere, delictum suum  
 Suamque culpam expetere in mortalem ut sinat.  
 Orationem comprimam: crepuit foris.
- 35 Amphitruo subditivus, eccum, exit foras,  
 Cum Alcumena uxore usuraria.

*Et clandestina ut celetur consuetudo. At-  
 qui vetulus non patitur vocem consuetu-  
 do, cum sit Jambicus Senarius: itaque  
 pro consuetudo repono consuetio, ne fraus  
 fiat legi pedariz. Recte id porro à me  
 fieti, Festus, vel potius Verrius Flac-  
 cus, præstiterit, cujus hæc verba  
 sunt: Consuetionem Plantus pro consue-*

*tudine dixit. Quod ad Donatum atti-  
 net, etiam ille sine dubio consuetio  
 scripserat: sed quod vox insolens vide-  
 retur, ab aliis postea fuit interpolata.  
 Scioppius.*

33. *Expetere.* Recidere, evomere,  
 exundare. Nonius. Transire, desiderare.  
*Gl. nuss. Pl. Boxhorn.*

## ACTUS PRIMI SCENA TERTIA.

JUPPITER, ALCUMENA, MERCURIUS.

**B**ene vale, Alcumena: cura rem communem, quod facis.  
 Atque imperce, quaeso: menses jam tibi esse actos vides.  
 Mihi necesse est ire hinc: verum quod erit natum, tollito.

AL. Quid istud est, mi vir, negotii, quod tu tam subito domo  
 5 Abeas? JUP. edepol, haud quod tui me, neque domi, distre-  
 deat:

Sed **UBI SUMMUS IMPERATOR** non adest ad  
 exercitum,

Citius, quod non factus est usus, sit, quam quod factus sit opus.

ME. Nimis hic scitus est sycophanta, qui quidem meus sit  
 pater.

Observatote, quam blande mulieri palpabitur.

AL. Eca-

2. **I**mperce.] Jubet partui vicinam par-  
 cere sibi, & labore abstinere. *Camer.*  
*In nonnunquam auget significationem,  
 ut imperor, & hic imparco, & alibi.  
 Boxhorn.*

3. **Tollito.**] Infantes olim, simul ac  
 nati forent, humi deponcebantur: ab  
 humo vero pater tollebat, & in sinum  
 recipiebat. **Qui** autem non tollebarur,  
 pro abdicato & projectio erat. *Lamb.*

6. **Ubi summus.**] Hoc vult, imperato-  
 rem esse debere imperii diligentem. *Box-  
 horn.*

9. **Quam blande mulieri palpabitur.**] *Palpari,*  
 & palpo percutere, proprie est  
 molli & blando manus plausu tangere &  
 contrectare, ac veluti popyismo demul-  
 cere: Græcis ψαλαφῆς. Hinc pro blan-  
 diri, assentari & adulari frequentatur.  
*Turneb.*

12. *Edepol,*

- 10 AL. Ecastor, te experior, quanti facias uxorem tutam:  
 JUP. Satin' habes, si fœminarum nulla' sit quam æque diligam?  
 ME. Edepol, nã illa si istis rebuste sciat operam dare,  
 Ego faxim te Amphitruonem esse malis, quam Jovem.  
 AL. Experiri istuc mavellem me, quam mi memorarier.
- 15 Prius abis quam lectus, ubi cubuisti, concaluit locus.  
 Here venisti media nocte, nuncabis: hocine placet?  
 ME. Accedam, atque hanc appellabo, & supparasitabor patri,  
 Nunquam edepol quemquam mortalem credo ego uxorem  
 suam  
 Sic efflictim amare, proinde ut hic te efflictim deperit.
- 20 JUP. Carnufex, non ego te novi? abin' è conspectu meo.  
 Quid tibi hanc curatio est rem, verbero, aut muttitio?  
 Quoi ego jam hoc scipione. AL. ah! noli. JUP. mut- Lamb.  
Quem pot  
ego jam  
scipione.  
 titio modo.  
 ME. Nequiter pene expeditit prima parasitatio.  
 JUP. Verum quod tu dicis, mea uxor, non te mihi irasci  
 decet.
- 25 Clanculum abii à legione: operam hanc surripui tibi:  
 Ex me primo prima scires, rem ut gessissem publicam.  
 Ea tibi omnia enarravi. nisi te amarem plurimum,  
 Non facerem. ME. facitne ut dixi? timidam palpo percutit.  
 JUP. Nunc, ne legio perferentiscat, clam illuc redeundum est  
 mihi;
- 30 Ne me uxorem prævortisse dicant præ republica.

A L. La-

12. *Edepol na, &c.* ] *Hic sensus: Site cæmen Alcumena norit, ita profecto te accipiat, ut simulationis hujus poeniteat, ac malis Juppiter mansisse, quam falsus Amphitruo venisse. Acidal. Mss. quidam diserte furti. Fortasse verum est transpositis literis, Furti rebus, id est, veneris. De Fruti Venere Arnobius & Augustinus de civitate Dei. Scriverim.*

21. *Hanc curatio est rem.* ] Verbalia in *io* tegunt casum verbi sui, passum apud Plautum. *Lamb.*

23. *Nequiter.* ] Douza *Expeditit in-*

*terpretatur, expedita est, id est, peracta est. ut & Meurius: qui, nequiter expeditit, interpretatur, parum utilis fuit prima parasitatio. qualia illa sunt, Male sanus, Male suadus.*

24. *Non te mihi irasci decet.* ] *Voss. secundus: non te mecum irasci decet. Et sunt Plauti Orare cum aliquo, ca vere cum aliquo, Captare cum aliquo, servare cum aliquo si dem, queri cum aliquo, osculari cum aliquo, sacre mentionem cum aliquo, complexus cum aliquo. Gronov.*

30. *Prævortisse.* ] *Præposuisse. Gloss. Mss. Pl. Boxhorn.*

45. ME.

AL. Lactumantem ex abitu concinnas tu tuam uxorem.

JUP. tace.

Ne corrumpes oculos; redibo actutum. AL. id actutum diu' st.

JUP. Non ego te hinc lubens relinquo, neque abeo abs te.

AL. sentio,

Nam qua nocte ad me venisti, eadem abis. JUP. cur me tenes?

35 Tempu' st: exire ex urbe, priusquam lucifcat, volo.

Nunc tibi hanc pateram, quæ dono mi illic ob virtutem data' st,

Pterela rex qui potitavit, quem ego mea occidi manu,

Alcumena, tibi condono. AL. facis ut alias res soles.

Ecastor condignum donum, quali' st qui donum M. Com. quale est.

dedit.

40 ME. Immo sic condignum donum, quali' est cui dono datu' st.

JUP. Pergin' autem? nonne ego possum, furcifer, te perdere?

AL. Noli amabo, Amphitruo, irasci Sossæ causa mea.

JUP. Faciam ita ut vis. ME. ex amore hic admodum quam sævus est?

JUP. Nunquid vis? AL. ut quom absim, me ames, me tuam absentem tamen.

45 ME. Eamus, Amphitruo: lucifcat hoc jam. JUP. abi præ, Sossia:

Jam ego sequar. nunquid vis? AL. etiam: ut actutum advenias. JUP. licet.

Prius tua opinione hic adero: bonum animum habe.

Nunc te, nox, quæ me mansisti, mitto, ut cedas die.

Ut mortalis inlucifcas luce clara & candida. Sic Cover. Alii mortibus.

50 Atque quanto nox fuisti longior hac proxima,

Tanto brevior dies ut fiat faciam, ut æque disparet,

Et dies è nocte accedat. ibo, & Mercurium subsequar.

## ACTUS

45: ME. Eamus, Amphitruo.] *Domini* hoc loco nomine *Amphitruonis* servus compellat, satis pot familiariter: uritem Sossia multo etiam licentius *Alcumenam*, non *Heram*, sed *Mulierem* vocitat, *act. 2. 2.* Sed & *Servius* vocat contumeliam esse, superiorem nomine vocare. Nam salutare proptio nomine æqualium erat, vel superiorum, ad conciliandam vel firmandam gratiam. *Donx.*

51. *Ut aque, &c.*] *Lego: ut aque disparet Et dies & nox accidat.* hoc sensu: Quia hæc nox longitudine sua proxime præcedenti non respondet, faciam ut nec dies præcedenti diei respondeat: sed tanto superiore die brevior sit, quanto hæc nox præcedente nocte fuit longior. atque ita fiet, ut æque disparet hæc nox & instans dies, à præcedentibus nocte & die evadant. *Tissot.*

## ACTUS SECUNDI SCENA PRIMA.

AMPHITRUO, SOSIA.

**A** Ge i tu secundum. So. sequor, subsequor te.

AM. Sceleratissimum te arbitror. So. nam quamobrem?

AM. Quia id quod neque est, neque fuit, neque futurum est; Mihi prædicas. So. eccere, jam tuatim *M. Pall. tu ancem.*

5 Facis, ut tuis nulla apud te sit fides.

AM. Quid est? quo modo? jam quidem hercle ego tibi istam Sceleratam, scelus, linguam abscindam. So. tuus sum:

Proinde ut commodum est & lubet, quidque facias:

Tamen, quin loquar hæc uti facta sunt hic,

10 Nunquam ullo modo me potes deterrere.

AM. Sceleratissime, audes mihi prædicare id,

Domi te esse nunc, qui hic ades? So. vera dico.

AM. Malum! quod tibi dii dabunt, atque ego hodie dabo.

So. Istuc tibi est in manu: nam tuus sum.

15 AM. Tun' me, verbero, audes herum ludificari?

Tun' id dicere audes? quod nemo unquam homo antehac

vidit, nec potest fieri, tempore uno,

Homo idem duobus locis ut simul sit?

So. Profecto, ut loquor, ita res est, AM. Juppiter te perdat.

20 So. Quid mali sum, here, tua ex re promeritus?

AM. Rogasne, improbe, etiam, qui ludos facis me?

So. Merito maledicas mihi, si id ita factum est. *Acid. nisi id ita factum est.*

Verum haud mentior, resque uti facta, dico.

AM. Homo hic ebrius est, ut opinor. So. utinam ita essem!

AM. Optas

1. **S**ecundum.] Id est, post me; sequere me. *Lamb. Sequor, &c.* Bene: aliud enim est sequi, aliud subsequi. sequitur quis eminus; subsequitur cominus. *Grut.*

4. **Eccere.**] Eccere, iurandum est, ac si dicatur, per Cererem, ut *Æcclor.* Festus. Id cum significat, acere scitibendum est: ac eccere idem est, quod ecce. *Lamb. Tuatim.*] Sosipater Charisius l. 2. *Tuatim.* *Plaut. in Amphit.* jam tuatim facu. ubi *Sisenna*, ut *Notratim.* Significat autem tuo more. Similia Nonius Mat-

cellus. Ex quo probaverunt *Lambinus* & *Guilelmus*. Neque aliter *Mss. Langiani*.

13. *Atque ego hodie dabo.*] Id est, statim. *Colvius.*

20. *Tua ex re.*] *E re tua*, id est, ex tuo comodo. Nam utile tibi est, te sexvum habere, qui duobus in locis uno tempore esse possit. *Bosius.*

22. *Si id ita factum est.*] Nempe, ut te ludificaverim. *T. Acidalius* legit: *Nisi id ita factum est*, scilicet, ut tibi narravi.

- 27 AM. Optas quæ facta. So. egone? AM. tu istuc. ubi bibisti?  
 So. Nusquam equidem bibi. AM. quid hoc sit hominis!  
 So. Equidem decies dixi:  
 Domi ego sum, inquam;  
 Ecquid audis? & apud te assum Sôsia idem,  
 30 Satin' hoc plane,  
 Satin' diserte, here, nunc videor tibi locutus  
 Esse? AM. vah! apage te à me. So. quid est negotii?  
 AM. Pestis te tenet. So. nam cur istuc dicis?  
 Equidem valeo, & salvos sum recte, Amphitruo.  
 35 AM. At te ego faciam hodie, proinde ac meritus es,  
 Ut minus valeas, & miser sis.  
 Salvos domum si redierô jam  
 Sequere sis, herum qui ludificas dictis delirantibus:  
 Qui quoniam herus quod imperavit, neglexisti persequi,  
 40 Nunc venis etiam ultro itisum dominum. quæ neque fieri  
 Possunt, neque fando unquam acceperis quisquam, profers car-  
 nufex.  
 Quo jus ego hodie in tergo faxo ista expetant men-  
 dacia. Acidit in ter-  
gum, vel, tergo.  
 So. Amphitruo, MISERRIMA istæc miseria est servo bono,  
 Apud herum qui vera loquitur, si id vi verum vincitur.  
 45 AM. Quid, malum, pacto potest, nam mecum argumentis  
 puta,  
 Fieri? nunc uti tu hîc sis & domi? id dici volo.  
 So. Sum profecto & hîc & illic. hoc cuivis mirari licet.  
 Neque tibi istuc mirum magis videtur, quam mihi.  
 AM. Quo modo? So. nihilo, inquam, mirum magis tibi istuc  
 quam mihi.  
 50 Neque, ita me dii ament, credebam primo mihi met Sôsiam,  
 Donec Sôsia, ille egomet, fecit sibi uti crederem.

## Ordine

26. *Homini!* ] Per genitivum inju-  
 riose dicitur; per nominativum honorifice.  
 Dôn.

35. *Te ego faciam.* ] Genus loquendi  
 Græcum, Iræqueas Comicis, pro, te fa-  
 ciam minus valere. Lamb.

44. *Si id vi verum.* ] Si omnino nolit  
 verum esse, quod tamen verum est, &

verum dicenti sit infestus. Boxhorn.

45. *Nam mecum argumentis.* ] Videtur  
 distinguendum: *Quo id, malum, pacto  
 potest nam (mecum argumentis puta) Fieri?*  
 Atque ita proflus Voss. secandus. Tò  
 nam per tmesin, quam vocant, sejunctum  
 à *to Quo*, cujus pars est, ut solet Plautus.  
 Aulul. 1. 2. *Sed in edibus qui tibi meum*  
 nam

Ordine omne uti quidque actum est, dum apud hostes sedimus,  
Ediffertavit: tum formam una abstulit cum nomine;  
Neque lac lacti magis est simile; quam ille ego similis est mei.

55 Nam ut dudum ante lucem à portu me præmisisti domum.

AM. Quid igitur? So. prius multo ante ædis stabam Herold.  
stabat.  
quam illo adveneram.

AM. Quas, malum, nugas! fatin' tu sanus es? So. sic sum,  
ut vides.

AM. Huic homini nescio quid est mali mala objectum manu,  
Postquam à me abiit. So. fateor: nam sum obtusus pugnus  
pessume.

60 AM. Quis te verberavit? So. egomet memet, qui nunc sum  
domi.

AM. Cave quicquam, nisi quod rogabo te, mihi responderis.  
Omnium primum iste qui sit Sosia, hoc dici volo.

So. Tuus est servus. AM. mihi quidem uno te plus etiam est  
quam volo:

Neque postquam sum natus, habui nisi te servum Sosiam.

65 So. At ego hunc, Amphitruo, dico; Sosiam servum tuum  
Præter me alterum, inquam, adveniens faciam ut offendas  
domi,

Davo prognatum; patre eodem quo ego sum: forma, ætate  
item

*nam erat negotii? Metc. 5. 4. quid negotii  
est nam quaso istuc? Gronovius.*

52. *Sedimus.*] Id est, defedimus, con-  
sedimus cum exercitu. *Donza.*

55. *Nam ut, &c.*] Pendet sententia,  
interturbata ab irato. *Taub.*

57. *Sic sum, ut vides.*] Sermo est  
hominis nec laudantis se, nec vituper-  
antis: & existimaverim fuisse formu-  
lam, qua utebantur vulgo, cum oeu-  
lis suis quemque credere juberent, ita ut  
sui nihil præterea præstarent. *Gruter.*

58. *Mala objectum manu.*] Nescio  
quis veneficus ejus mentem excantavit.  
Nam in veneficis non tantum est car-  
mini locus, sed etiam manus, id est, iis,  
quæ fiunt manus opera: ut cum adhi-  
bentur herbæ, medicamenta mala, ve-  
nena, vincula. *Turneb.*

59. *Sum obtusus pugnus pessume.*] Ju-  
catur in mala manu: quæ Amphitr. pro  
venefica sumit: Sosia pro pugnus, sibi  
molesta & onerosa. *Taubm.*

63. *Uno te plus.*] Id est, mihi quidem  
plus etiam servorum est, quam volo, cum  
te unum Sosiam habeo. Significat, So-  
siam esse servum inutilem & nequam,  
& se facile eo carere posse; atque adeo  
optabile esse, ut eo careat. quo fit, ut multo  
minus velit duos habere Sosias. *Lamb.*

67. *Forma, ætate item.*] Viris doctis  
novum fuit ab uno aspectu Sosiam defini-  
re ætatem alterius sui: itaque conjecerunt  
alii, forma eadem item: alii eo sunt  
progressi, ut duo vocabula *ætate item* de-  
derent. Non ego illos, sed Terentius me-  
liora in Eunuchio 11. 3. Ubi Chærea de  
virgine, quam, nisi semel, oculis usur-  
pave.

Qua ego sum. quid opus sit verbis? geminus Sofia hic factus sit tibi.

AM. Nimia memoras mira. sed vidistis uxorem meam?

70 So. Quin introire in aedis nunquam licitum est. AM. quis te prohibuit?

So. Sofia ille, quem jamdudum dico, is qui me contudit.

AM. Quis istic Sofia est? So. ego, inquam. quoties dicendum est tibi?

AM. Sed quid ais? num obdormivisti dudum? Dissid. num obdormivisti? dic dum.

So. nusquam gentium.

AM. Ibi forte istam si vidisses quendam in somnis Sofiam.

75 So. Non soleo ego somniculose heri imperia persequi.

Vigilans vidi, vigilans nunc te video, vigilans fabulor.

Vigilantem ille me jamdudum vigilans pugnus contudit.

AM. Quis homo? So. Sofia, inquam, ego ille. quæso, nonne intelligis?

AM. Qui malum, intelligere quisquam potis est, ita nugas blatis.

80 So. Verum actutum nosces. AM. quem? So. illum nosces servum Sofiam.

AM. Sequere hac igitur me: nam mi istuc primum exquisito est opus.

Sed vide ex navi efferantur quæ jam imperavi omnia.

So. Et memor sum, & diligens, ut quæ imperes compareant.

Non ego cum vino sumitu ebibi imperium tuum.

85 AM. Utinam Di faxint, infecta dicta re eveniant tua!

## ACTUS

paverat nunquam, interroganti Parmenoni anni? respondet, anni sedecim. Quod & multo confidentius in adolescente presentem, & ipso non admodum proveciore. Rursus A. 4. Sc. 4. Pythias loquens de Chzrea pro Eunuchis adducto, quicum sermones nulli ancillis fuerant, nisi quos ipse recenset Act. 3. Scen. 3. De hoc illa; At ille alter venit annos natus sedecim. Idem in Heaut. 1.1. Annos 60. natus es aut plus eo ut conjicio. Neque in hominibus tantum, sed etiam in signis

ætas ex forma. Cic. 4. Verr. Erat admodum amplum & excelsum signum cum stella: verumtamen inerat in ista magnitudine ætas, atque habitus virginalis. Plinius 1. 3. epist. 6. loquens de signo: pendens lacerti, papilla jacens, recessit venter. A tergo quoque eadem ætas, ut à tergo, &c. Nec præter rem est, quod in eadem Eunuchis ista duo, perinde ut Plautus junguntur: Præterea forma & ætas ipsa est, facile ut pro Eunuchis probes: Gronovius.

ACTUS SECUNDI SCENA SECUNDA.  
ALCUMENA, AMPHITRUO, SOSIA, THESSALA.

- S Atin' parva res est voluptatum in vita,  
Atque in ætate agunda.  
Præquam quod molestum est. ita cuique comparatum  
Est in ætate hominum;  
5 Ita Dis placitum, voluptatem ut mæror comes consequatur:  
Quin incommodi plus in alique illico afflit, boni si obtigit quid.  
Nam ego id nunc experior domo, atque ipsa de me scio, cui  
voluptas  
Parumper data 'st: dum viri mei mihi potestas videndi fuit  
Noctem unam modo: atque Æ repente abiit à me hinc an-  
te lucem.  
10 Sola hæc mihi nunc videor, quia ille hinc abest, quem ego amo  
præter omnes.  
Plus agri ex abitu viri, quam ex adventu voluptatis cepi.  
Sed hoc me beat saltem, quod perduelles vicit, & domum  
Laudis compos revenit: id solatio est. Absit; dummodo  
Laude parta domum recipiat se: feram & perferam usque  
15 Abitum ejus animo forti atque obfirmato: id modo si mer-  
cedis  
Datur mihi, ut meus victor vir belli clueat. satis  
Mihi esse ducam. VIRTUS præmium est optimum  
Virtus omnibus rebus anteit profecto.  
Libertas, salus, vita, res, parentes,  
20 Patria & prognati tutantur, servantur:

*Famb.  
optimum.*

Virtus

3. *S Atin' parva, &c.* ] Hoc dicit: In vita hominum paucæ & raræ voluptates sunt, si cum molestius comparentur. Jam, *res voluptatum*, pro ipsis voluptatibus dictum est, more Græcorum, qui dicerent, τὸ χάρμα ἢ ἡδονῶν. *Muret.*

5. *Voluptatem ut mæror, &c.* ] Fide Gruteti & Rittershus. Edd. Vetr. *voluptatis*, ut sit Græcismus, ἡσυχαστῆς ἡδονῶν. ut aliàs. *Decere alicui, πρὸς τὴν τιμὴν.* Cicerò simili Græcismo, *comitari huic vitæ.*

Similis sententiâ Curcul. Act. 1.3. Merc. t. 2. *Taibm.*

7. *Damo.* ] Οἶκον. ut, οἶκον ἢ μαρτυρῶν, de eo, qui se ipse indicat: & οἶκον, quod cujusque proprium ac suum est. *Muret.*

16. *Victor vir belli clueat.* ] Victor nominetur, & omnium sermone celebretur. *δοτὸ τῷ κλέφτ.* Belli, autem, pro, in bello. Adverbialiter. *Camer.*

20. *Prognati.* ] id est, progenitii, posterii, ἡμιγενεῖς. *Lamb.*

25. *Aspi-*



2 Virtus omnia in se habet : omnia assunt bona, quem penes est virtus.

AM. Edepol me uxori exoptatum credo adventurum domum,

Quæ me amat : quam contra amo : præsertim te gesta bene, Victis hostibus, quos nemo posse superari ratu' sit :

25 Eos auspicio meo atque ductu primo cætu vicinus :

Certe enim me illi expectatum optato venturum scio.

So. Quid me non rere expectatum amicæ venturum meæ ?

AL. Meus vir hic quidem est. AM. sequere hac tu me. AL. nam quid ille revortitur,

Qui dudum properare sese ajebat ! an ille me tentat sciens ?

30 Atque si id volt experiri, suam abitum ut desiderem,

Ecastor mea haud invita se domum recipit suam.

So: Amphitruo, redire ad navem meliù' st nos. AM. qua gratia ?

So. Quia domi daturus nemo est prandium advenientibus.

AM. Qui tibi istuc in mentem venit ? So. quia enim fero advenimus.

35 AM. Qui ? So. quia Alcumenam ante ædis stare saturam intellego.

AM. Gravidam ego illanc hîc reliqui quom abeo. So. heiperii miser !

AM. Quid tibi est ? So. ad aquam præbendam commodum adveni domum,

Decumo post mensē, ut rationem te dictare intellego, Lawb. ductare.

AM. Bono animo es. So. scin' quam bono animo sum ? si titulam cepero,

Nun-

25. *Auspicio meo atque ductu.* ] Sumptimus ducum ipse Imperator est: Ille est, qui non ductum solum, sed auspicia etiam habet. Distincta enim ista: Ductu, cum ipse interfuit, auspiciis, cum illo mandante alius, & fortunam ac deos suos commodante. *Lapsius. Primo cætu.* ] Prima congressione, coitione. *Gl. Mss. Pl. Boxb.*

33. *Prandium.* ] Recte, prandium: nam domum veniunt mane. Solebat autem

dari cœna peregre venientibus. *Taubm.*

37. *Ad aquam præbendam commodum adveni domum.* ] Nam à partu lavationibus multum utebantur. *Ter. Andr. Fac istac ut lavet. istac autem, inquit Donatus, vel qua ex puer perisordant; vel ipsa puerpera.* *Taubm.*

38. *Decumo post mensē.* ] Scil. Lunari, qui menses noctis breviores. *Terull. Legitima natiuitas, sermo decimi mensis ingressus est.* *Turn.*

40 Nunquam edepol tu mihi divini quicquam creduis post hunc diem,

Niego illi puteo, si occipso, animam omnem intertraxero.

AM. Sequere hac me modo, alium ego isti rei allegabo, ne time.

AL. Magis nunc meum officium facere, si huic eam advorsum, arbitror.

AM. Amphitruo uxorem salutat lætus speratam suam,

45 Quam omnium Thebis vir unam esse optimam dijudicat, Quamque adeo cives Thebani vero tumificant probam. Non. r. miserant.

Valuistin' usque? expectatusne advenio? So. haud vidi magis Expectatum: eum salutat magis haud quisquam, quam canem.

AM. Et cum te gravidam, & cum pulchre plenam aspicio, gaudeo.

50 AL. Obsecro ecastor, quid tu me deridiculi gratia Sic salutas? atque appellas quasi dudum non videris, Quasique nunc primum recipias te domum huc ex hostibus, Atque me nunc proinde appellas, quasi multo post videris?

AM. Immo equidem te, nisi nunc hodie, nusquam vidi gentium.

55 AL. Cur negas? AM. quia vera didici dicere. AL. HAUD ÆQUUM facit,

Qui quod didicit, id dediscit. an periclitamini

Quid animi habeam? sed quid huc vos revertimini tam cito? An

40. Divini. ] Jurandi & detestandi solennes formulæ. Lamb.

41. Niego illi puteo. ] Vult dicere: Nisi omnem aquam de puteo extraxero, & illum desiccaro: quæ esset quasi exanimatio putei. Aqua enim puteo, quod anima est animantibus. Camer.

43. Magis, &c. ] Deliberat cum animo suo. *Alumena*, obviamne eundo, an manendo magis officium suum factura sit. Et respondet ipsa sibi, magis convenire ut maneat, cum vir suus non nunc primum adveniat peregre, sed modo digressus, domum tentandi sui, an qua alia de causa revertatur. Itaque ne salutat quidem, aut osculum offert, quæ

leviora: tantum abest, ut obviam processerit. I. Gul.

44. Speratam suam. ] E puellæ proprie *Sperata*, quæ in matrimonium destinata erant; ut postea interposito sponiæ & pacto, *Palla* atque *Sponsa*. I. Gul.

47. Haud vidi magis. ] Cum Amphitruo salutasset uxorem, neque illa quiesceret; quod virum à se paullo ante abisse, seque ab illo illudi arbitraretur; jocans qui eis adstabat, servus *Sofia* inquit,

— haud vidi magis Expectatum? quod venustissime dictum est; & ex contrario intelligendum. *Mur.*

An te auspiciū commoratum est? an tempestas continet?

Qui non abiisti ad legiones, ita uti dudum dixeras?

60 AM. Dudum! quam dudum istuc factum est? AL. tentas;  
jam dudum, pridem, modo.

AM. Qui istuc pons est fieri, quæso, ut dicis, jamdudum,  
modo?

AL. Quid enim censes? te ut deludam contra Iulorem  
meum,

Qui punctimum te advenisse dicas, modo qui hinc abieris?

AM. Hæc quidem deliramenta loquitur. So. paulisper mane,

65 Dum edormiscat unum somnum. AM. quæ ne vigilans  
somnia.

AL. Equidem ecastor vigilo, & vigilans id quod factum est  
fabulor.

Nam dudum ante lucem & istunc & te vidi. AM. quo in  
loco?

AL. Hic, in ædibus, ubi tu habitas. AM. nunquam Palm. nuf-  
factum est. So. non taces? quam.

Quid si è portu navis huc nos dormientis detulit?

70 AM. Etiam tu quoque assentaris huic So. quid vis fieri?

Non tu scis, BACCHÆ BACCHANTI si velis ad-  
vorsari,

Ex insana infaniorē facies, feriet sæpius:

Si obsequare, unâ resolves plagâ. AM. at pol quin certa res

Hanc est objurgare, quæ me hodie advenientem domum

Noluc-

58. An te auspiciū.] An tibi omen  
aliquod, vel (ut alibi dicit) religio obijecta  
est? Taubm.

64. Deliramenta.] Lira arationis ge-  
nus est, cum agricolæ facta semente di-  
rigunt sulcos. inde Delirus, qui à recto  
ordine & quasi à sulco & lira Rationis  
evagatur. Isid.

69. Dum edormiscat unum somnum.]  
Voss. tertius, *obdormiscat*. Quale in  
Mostell. Ubi somnum sepelivi omnem at-  
que obdormivi crapulam. Gronov. *Qua-  
ne, &c.* Quisli dicat: Quid opus est Al-  
cumenæ somno, quæ vigilans jam  
mniat? Taubm.

70. Assentari.] Est assentari duplex:

unum à sensu dictum, quod Græcis  
est *κολακούμεν*: alterum à *semita*, qua-  
si *assemitari*, vel *assentari* dixeris, quod  
Græcis est *συναπείρασμα*. Nec aliud  
proprie sibi Plautus voluit, cum *assentari*  
& *adversari* opponeret hoc loco.  
Fr. Inn.

73. Una resolves, &c.] Hoc vult:  
Si Bacchæ bacchanti & obvio quos-  
que, ex more, thyrsu percutienti velis  
resistere, tanto plures ab ea plagas acci-  
pies, quanto diutius adverteris. si ce-  
dis & obsequeris, semel tantum fe-  
riet, non sæpius: una plaga ipsi satis  
fiet. *Tibor. Resolves*, libgrabis te. *Gloss.*  
*Mss. Pl. Baxb.*

AM. Ubi primum tibi sensisti, mulier, implicificier?

AL. Equidem ecastor sana & salva sum. AM. cur igitur prædicas

Te heri me vidisse, qui hac noctu in portum advecti sumus?

100 Ibi cœnavi, atque ibi quievi in navi noctem perpetem.

Neque meum pedem huc intuli etiam in ædis, ut cum exercitu

Hinc profectus sum ad Teleboas hostis, eosque ut vicimus.

AL. Inmo mecum cœnavisti, & mecum cubuisti. AM. quid id est?

AL. Vera dico. AM. non quidem hercle de hac re, de aliis nescio.

105 AL. Primulo diluculo abivisti ad legiones. AM. quomodo?

So. Recte dicit: ut commeminit, somnium narrat tibi.

Sed, mulier, postquam experrecta es, prodigiali Jovi

Aut mola falsa hodie, aut thure comprecata oportuit.

AL. Væ capiti tuo! So. tua istuc refert, si curaveris.

Lamb. nō  
si curav.

110 AL. Iterum jam hicin me inclementer dicit, atque id siue malo?

AM. Tacet. tu dic, egone abs te abii hinc hodie cum diluculo?

AL. Quis igitur nisi vos narravit mihi, illi ut fuerit prælium?

AM. An etiam id tu scis? AL. quippe quæ ex te audiui: ut urbem maxumam

## Expugna-

97. *Implicificier?* ] Implicari, involvi, istam atram bilem. Lambin.

103. *Quid, &c.* ] *Mensusur* hic verbum, qui cit in mediis eod. restituit:

*Nihil te pudet, scelosa, populi in conspectum ingredi?*

105. *Primulo, &c.* ] Mens hæc est:

Quia dixerat Alcumena abisse Amphitruonem ad legiones *primo diluculo*: hinc colligit Sofia, eam narrare somnium. dicit quippe se *primo diluculo experrectam esse*. Itaque non vult Sofia eam ab Amphitruone interpellari. *Recte*, inquit, *dicit*; ne interturbat: *somnium*, prout in memoriam revocat suam, *narrat tibi*. Solebant autem, qui fabulam narrassent, dicere se *postea experrectos esse*. Petitus.

107. *Prodigiali.* ] Id est, *prodigiorum depulsi*. Turnebus.

108. *Mola falsa.* ] Græci hordeo non molito in sacris, in præter memoriam vitæ, utebantur. in qua homines nondum molere fruges, sed solidis vesci solebant. Est igitur *mola falsa*, tanquam *molitura falsa*; ut molæ, qua frumenta franguntur, nomen molito facti tribuatur. *Taubm. Comprecata oportuit.* ] *Comprecari* quid sit, copiose Douza in Cent. lib. 3. 9. Porro superstitionem veterum in expiendis somniis, festive notat Martial. Epigr. lib. 7. 53. *Semper manet mihi, &c.* Taubm.

110. *Sine malo.* ] Id est, *impune*; Lamb.

Expugnabilis; regemque Pterelam tute occideris.

115 AM. Egone istuc dixi. AL. tute istuc, etiam astante hoc Sofia. Meurf. tu-  
te istuc se-  
dixisti.

AM. Audivistin' tu me narrare hoc hodie? So. ubi ego audiverim?

AM. Hanc roga. So. me quidem praesente nunquam factum est, quod sciam.

AL. Mirum quin te advorsus dicat. AM. Sofia, age; me huc aspice.

So. Specto. AM. vera volo loqui te: nolo assentari mihi.

120 Audivistin' tu hodie me illi dicere ea, quae illa autumat.

So. Quae? edepol, num tu quoque etiam insanis, cum id me interrogas?

Qui ipse equidem nunc primum istanc tecum conspicio simul.

AM. Quin nunc, mulier, audin' illum? AL. ego vero; ac falsum dicere.

AM. Neque tu illi, neque mihi viro ipsi credis? AL. eo fit, quia mihi.

125 Plurimum credo, & scio ista haec facta proinde ut proloquor.

AM. Tun' me heri advenisse dicis? AL. tun' te abisse hodie hinc negas?

AM. Nego enim vero, & me advenire nunc primum ajo ad te domum.

AL. Obsecro, etiamne hoc negabis? te auream pateram mihi Deditse dono hodie, qua te illic donatum esse dixeras?

130 AM. Neque edepol dedi, neque dixi: verum ita animatus fui,

Itaque nunc sum, ut eam te patera donem. sed quis istuc tibi

Dixit? AL. ego quidem ex te audivi, & ex tua accepi manu Pateram. AM. mane, mane obsecro te: nimis demiror, Sofia.

Qui illaec illic me donatum esse aurea patera sciat,

135 Nisi tu dudum hanc convenisti, & narravisti haec omnia.

So. Neque

115. Tute istuc. ] Meurf. legend. censet: Tute istuc, scil. dixisti. *Tambm.*

118. Me huc aspice. ] Formula est paranda attentioni. *Tambm.*

123. Quin nunc. ] Affirmantis est, pro atque etiam. T. Ego vero. ] Sc. audio & hoc etiam audio, ipsum mentiri. *Camer.*

137. Quid

So. Neque edepolego dixi, neque istam vidi, nisi tecum simul.

AM. Quid hoc sit hominis! AL. vin' profetri pateram?  
AM. profetri volo.

AL. Fiat. tu Thessala intus pateram proferto foras,  
Qua hodie meus vir donavit me. AM. secede huc tu, Sofia.

140 Enimvero illud præter alia mira miror maxume,  
Si hæc habet pateram illam. So. an etiam id credis, quæ in  
hac cistellula

Tuo signo obsignata fertur? AM. saluum signum est? So. inspice.

AM. Recte, ita est ut obsignavi. So. quæso quin tu istanc jubes

Pro cerrita circumferri. AM. edepol quin factu est opus.

145 Nam hæc quidem edepol larvarum plena est. AL. quid ver-  
bis opu' est?

THESS. Hem tibi pateram: eccam. AM. cedo mihi. AL. age,  
aspice huc sis nunc jam,

Tu, qui, quæ facta, inficiare: quem ego jam hic convincam  
palam.

Estne hæc patera qua donatus illi? AM. summe Juppiter  
Quid ego video! hæc eæ est profecto patera. perii! Sofia.

150 So. Aut pol hæc præstigiatrix mulier multo maxuma est,  
Aut pateram hic inesse oportet. AM. agedum, eam solve ci-  
stulam.

So. Quid ego istam exolvam? obsignata est recte: res gesta  
est bene.

Tu

137. *Quid hoc, &c.*] Hæc secum Amphitruo, quasi dicat, uxorem habeo valde mirabilem. *Taubm.* Imo sic distingue & lege: *Quid? Hoc sit hominis?* quasi dicat: Hæc illa nosse non potest, nisi per artes, quæ superant humanas. *Boxh.*

138. *Intus pateram proferto.*] Ex Helenismi forma interpretandum, qua dicunt: τὸ ἐντὸς πρὸς εἶος: ut fiat, Proferto pateram eam, quæ intus est. *Deuz.*

144. *Cerrita.*] *Cerriti & Larvati male sani, ante Cereris ira, & Larvarum incurfione, animo vexati.* Nonius. *Circumfer-*

*ri?*] *Circumferre* verbum pontificale est pro, *lustrare*, & lustratione curare: ut notat *Servius* ad illud *Virgil. 6. Æneid.* *Idem ter socios pura circumtulit unda, circumtulit, id est, purgavit. nam lustratio à circumlatione dicta est vel tada vel sulphuru.* *Scalig.* *Quin falso.*] Id est, circumlatione, sive lustratione est opus. *Boxhorn.*

145. *Larvarum plena.*] A Laribus larvæ: à larvis furiosa insanique vocantur. *Turneb.*

152. *Obsignata est recte.*] *Grut.* ita distinguit: *Obsignata est. recte! res g. Nam recte*

- Tu peperisti Amphitruonem, ego alium peperisti Sositram:  
Nunc si pateram patera peperit, omnes congeminauimus.
- 155 AM. Certum est aperire, atque inspicere. So. vide sis signi  
quid fiet:  
Ne posterius in me culpam conferas. AM. aperi modo: <sup>trans-</sup>  
Nam hæc quidem nos delirantes facere dictis postulat. <sup>ferat-</sup>
- AL. Unde hæc igitur est, nisi ab te, quæ mihi dono data  
est?  
AM. Opus mihi est istuc exquisito. So. Jupiter, pro Jupiter!
- 160 AM. Quid tibi est? So. hic patera nulla in cistula est.  
AM. quid ego audio?  
So. Id quod verum est. AM. ac cum cruciata jam, ni apparet,  
tuo.  
AL. Hæc quidem apparet. AM. quis igitur tibi dedit?  
AL. qui me rogat.  
So. Me captas, quia tute ab navi clanculum huc alia via  
Præcurristi: atque hinc pateram tute exemisti, atque eam.
- 165 Huic dedisti, posthac rursus obsignasti clanculum.  
AM. Hei mihi! jam tu quoque hujus adjuvas insaniam:  
Ain' heri nos aduenisse huc? AL. ajo, adueniensque illico  
Me salutavisti, & ego te, & osculum tetuli tibi.  
AM. Jam illud non placet principium de oculo. per- <sup>perge</sup>  
gam exequi. <sup>pergam.</sup>
- 170 AL. Lavisti. AM. quid postquam lavi? AL. accubuisti  
So. euge! optime.  
Nunc exquire. AM. ne interpella; perge porto dicere.  
AL. Cæna apposta est: cœnavistu mecum: ego accubui  
simul.

AM. ILLI

sed obsignatam hero jam satis constabat, qui eam modo inspexerat. tantum miratur servas, cur eam resolvere jubeat, nisi velit signum tumpi, quod lini nodis super impressum. *Taubm. Res gestæ est bene.* Quasi dicat: Bene habet, quod est simplis gemini sumus facti. *Lamb.*

157. *Postulat.* ] Axiōi. xquum putat. *Lamb.*

158. *Nisi ab te, qua mihi.* ] Emend-

dant, quod mihi, quod sit, à quo. Sed distinguendum: nisi, ab te qua mihi dono data, est? Unde est, nisi est, quæ ab te mihi dono data. *Gronov.*

161. *At cum cruciata.* ] Id est, vix tibi. *Gl. Mss. Pl. Bexhorn.*

169. *Pergam exequi.* ] Muret. Var. lect. lib. 10. c. 13. ait legendum, *perge exsequi.* Est autem *exsequi*, narrare, dicitur in *24q. Taubm.*

171. *Lello?* ]

AM. In eodem lecto? AL. in eodem. So. hei! non placet convivium.

AM. Sine modo argumenta dicat. quid, postquam cœnavimus?

175 AL. Te dormire ajebas. mensa ablata est, cubitum hinc abiimus.

AM. Ubi tu cubuisti? AL. in eodem lecto tecum uia in cubiculo.

AM. Perdidisti! So. quid tibi est? AM. hæc me modo ad mortem dedit.

AL. Quid jam amabo? AM. ne me appella. So. quid tibi est? AM. perii miser!

Quia pudicitia hujus vitium me hic absente est additum.

180 AL. Obsecro, ecceator, cur istuc, mi vir, ex te audio?

AM. Vir ego tuus sum? ne me appella falso falso nomine.

So. Hæret hæc res: siquidem hæc jam mulier facta est ex viro

AL. Quid ego feci, qua istæ propter dicta dicantur mihi?

AM. Tute ed. ctas facta tua, ex me quæris quid deliqueris?

185 AL. Quid ego tibi deliqui, si cui nupta sum, tecum fui?

AM. Tun' necum fueris? quid illac impudente audacius?

Saltem

173. *Lello?*] Convivali, more veterum discumbentium.

175. *Dormitare.*] Desiderativum potius, quam frequentativum. *Turneb.*

177. *Perdidisti.*] *Scil. me.*

181. *Falso, &c.*] Malim: *Ne me appella falso falso nomine.* *Falsa*, hoc est, aut mendaciloqua, aut imagiue veri decepta, atque à recta ratione evagans. *Douz.*

182. *Siquidem hæc jam mulier facta est ex viro.*] *Sic restituere se ait à viro ad historiam Augustam.* Nec tamen aut *Camerarius*, aut *Taubmannus*, aut *Guiterus* aliter ediderunt. Sed mihi in interpretationem comminiscitur, *factam ex viro* dici *Alcemenam*, quæ virum amisit. Id vero Latinum esse nunquam illi concedetur. Nam quæ asserti nihil habent simile. *Sergius* ex *gladiatore* apud *Scholiasen* *Juvenalis* est, qui *gladiator fuerat: pudes* ex *matris* apud *Arno-*

bium, qui fuerat mares. Sic igitur mulier ex viro facta, quæ fuerat vir antea: non quæ perdidit matrem. *Vernis* est jocus, *Amphitruo* negat se *Alcemenæ* virum esse. Ergo fingit se suspicari servum, factum mulierem, neque enim *Hermaphroditum*, nam hic & vir & mulier. *Hæret hæc res, si quidem hæc jam mulier facta est ex viro:* virum enim se esse negat: oportet igitur, qui meus est stupor, credam in sceminam versum. *Hæc facta* autem ait partim respiciens, quod nunc eum esse fingit se putare, partim, ut *Cicerone*, *Epicurus* (hoc enim vestrum lumen est) &c. Vide in *Seneca* ad *Marciam* c. 19. Sic ludit *Ovidius* in *Illis*, quibus *sexus fertur muratus*, *Tite* *Thia*, *Iphi*, *Cælide*. &c.

185. *Tecum fui.*] *Cum viro esse*, honeste & more *Græcorum* dictum, pro, cum viro rem habere: τὸς ἀπὸ τοῦ οὐνεῖρα. *Scalig.*



Saltem tute, si pudoris egeas, sumas mutuum.

AL. Istuc facinus, quod tu infimulas, nostro generi non decet.

Tu si me impudicitiae captas, non potes capere.

190 AM. Proh di immortales! cognoscin' tu me saltem, Sofia?

So. Propemodum. AM. cœnavin' ego heri in navi in portu Persico?

AL. Mihi quoque assunt testes, qui illud quod ego dicam assentiant.

AM. *Qui? testes?* AL. *testes.* AM. *quid testicularare.* AL. *enim uno sat est,*

*Nec nobis prasente aliquis nisi servos Sofia affuit.*

195 So. Nescio quid istuc negotii dicam, nisi quispiam est

Amphitruo alius, qui forte te hic absente tamen

Tuam rem curet, teque absente, hic munus fungatur tuum.

Namque de illo subditivo Sofia mirum nimis est. Mover. mirum est minus.

Certe de istoc Amphitruone jam alterum mirum est magis.

200 Nescio quis praestigiator hanc frustratur mulierem.

AL. Per lupremi regis regnum juro, & matrem familias,

Juno-

187. *Si pudorū egeas, sumas mutuum.* ] Id est, etsi omnem jam pudorem fortasse deposueris, debebas saltem coram marito dissimulare, & mihi adlicitio pudore imponere; eorum more, qui alienis opibus suam tegunt inopiam. H. Iunius.

188. *Nostro generi non decet.* ] Imitatione Graecorum. sic infra 3. 4. *ornatum capiam, qui potis decet.* Terent. *vobis decet,* ubi notat Donatus; *Graecē dixit, εἰ μὴν κέρει.* Antiqui si addebant statim verbum; *Nos decet facere; Nos decet dicere,* dicebant. Si non addebant; *Nobis decet.* Meurs.

189. *Captas.* ] Ponitur desiderative, pro, velis capere. Boxhornius.

193. *Qui? testes?* ] Scaliger ad Illud in Phallicis, *Magni testibus ista res agitur,* notat. *Testis, ὁ μάρτυς,* ex antiqua lingua Graeca *ἡστυς:* & *μάρτυρις ἡστυς.* ἡστυς δὲ δὲ μὲν vero (quos elegantē Pater

vocat Plinius) ita nominantur, quod & ipsi *μαρτυρις τ' ἀγγέλιον*, iccirco ambigue lusit Pautus Nam, ut mos erat veterum, verbum formavit ex te, quam non intelligebat: ex *Teste, testiculari.* At dedita opeta *testiculari* dixit, pro eo, quod Graeci. *ὄργη μάρτυρις.* sicut & *κλειπελάζης* dicebant, à pudendo muliebri. quod Laberius, ut ego puto, *puellitars* interpretatus est.

194. *Nobis prasente.* ] *Prasente & absente nobis dixerunt veteres,* ut docet Nonius.

200. *Frustratur.* ] *Frustrator,* verbum commune utrumque significat, fallo & fallor. *Frustra sum,* & fallor & decipior. In quibus facere lusit Ennius in Sat.

*Nam qui lepide postulat alterum frustrari,*

*Quem frustratur, frustra cum dicit frustra esse, &c.*

Auf. Popm.

Junonein, quam me vereri & metuere est par maxime,  
Ut mi, extra unum te, mortalis nemo corpus corpore

Contigit, quo me impudicam faceret. AM. vera isthæc velim.

205 AL. Vera dico, sed nequicquam: quoniam non vis credere.

AM. Mulier es, audacter juras. AL. QUÆ non deliquit,  
deceat

Audacem esse, confidenter pro se & proturve loqui.

AM. Satis audacter. AL. ut pudicam deceat. AM. tu  
verbis probas.

*Græc. an?*  
*verbis pro-*  
*ba es.*

AL. NON EGO illam mihi dotem duco esse, quæ dos  
dicitur:

210 Sed pudicitiam, & pudorem, & sedatum cupidinem,  
Deum metum, parentum amorem, & cognatum concor-  
diam:

Tibi morigera, atque ut munifica sim bonis, profim probis.

So. Næ ista edepol, si hæc vera loquitur, ex amissim est  
optima.

AM. Delentus sum profecto ita, ut me qui sim nesciam.

215 So. Amphitruo es profecto: cave sis ne tu te usu perdis:

Ita nunc homines immutantur, postquam peregre adve-  
nimus.

AM. Mulier, istam rem inquisitam certum est non amittere.

AL. Edepol me libente facies. AM. quid ais? responde mihi.

Quid si adduco tuum cognatum huc à navi Naucratem,

220 Qui mecum una vectus est una navi: atque is si denegat

Facta, quæ tu facta dicis, quid tibi æquum est fieri?

Nunquid causam dicis, quin te hoc multem matrimonio?

AL. Si

203. *Mortalis.*] Recte addit, *mortalis*, quia putavit eum, qui erat Juppiter, esse vere mortalem & suam Amphitruonem.

*Boxborn.*

205. *Non vis credere.*] *Mulieri ne credas, ne mortua quidem.* Diogen.

214. *Delentus sum.*] *Delentus* exponitur hic mente alienatus, à Nonio. *Scip. Gentil.* docet, etiam apud *Jeros delentia* & *delentia dicta*, sumi pro incantationibus & venenis, quibus mens de suo statu dejicitur. *Lamb.*

215. *Usu perdis.*] Quia si nescires,

(ait vetus Interpres) quis esses, posset alius in tui locum succedere; & sic te privare te ipso. quia cum per usum fuisset in possessione tui, ille te acquisivisset, & tu te perdidisses ut in fundis contingit. Dicitum autem *usuperdere*, ut *usucapere*; & supra; *usucapere suum.* *Lamb.*

222. *Multem, &c.*] Adulteræ non domo solum exactæ & dote privatæ succurrunt, sed etiam necatæ: ipsique adeo Magistratus, præsertim *Ædiles*, adulteras interdum accusant. *Lipsius.*

- AL. Si deliqui, nulla causa est. AM. convenit. tu, Sofia,  
 Duc hos intro. ego huc ab navi mecum adducam Nau-  
 cratem.
- 225 So. Nunc quidem præter nos nemo est: dic mihi verum serio;  
 Equis alius Sofia intus est, qui mei similis fiet?  
 AL. Abin' hinc à me dignus domino servus. So. abeo si jubes.  
 AL. Nimis ecastor facinus mirum est, qui illi collibitum fiet  
 Meo viro, sic me insimulare falsum facinus tam malum.
- 230 Quicquid est, jam ex Naucratre cognato id cognoscam meo.
227. *Abes, si jubes.*] Jocus ex ambi-  
 guo. nam & qui manumittuntur, abite  
 à dominis jubentur. *Lambin.*
229. *Sic me, &c.*] Subintelligendum  
 fortassis est, *fecisse, aut admisisse.* Licet  
 etiam *insimulare me, explicare, insimulare in me, quod est, mihi obijcere, & in me confingere falsum facinus.* *Lamb.*

## ACTUS TERTII SCENA PRIMA.

## JUPPITER.

- EGO sum ille Amphitruo, cui est servus Sofia,  
 Idem Mercurius qui fit, quando commodum est.  
 In superiore qui habito cœnaculo:  
 Qui interdum fio Juppiter, quando lubet.
- 5 Huc autem quom ex templo adventum apporto, illico  
 Amphitruo fio, & vestitum immutò meum.  
 Nunc huc honoris vestri venio gratia,  
 Ne hanc inchoatam transigam Comœdiam;  
 Simul Alcumenæ, quam vir insontem probri
- 10 Amphitruo accusat, veni, ut auxilium feram:  
 Nam mea sit culpa, quod egomet contraxerim,  
 Si id Alcumenæ innocenti expetat.  
 Nunc Amphitruonem memet, ut occæpi semel,  
 Esse assimulabo, atque in horum familiam
- 15 Frustrationem hodie injiciam maxumam.

*Adid. ex-  
 templo ad-  
 venio, à  
 porta illi-  
 go, &c.*

Post

3 **C**OENACULO.] Perlepidè jocatut hi-  
 stris, qui personam Jovis suscepe-  
 rat pro Amphitruone subditi: se enim  
 pauperculum dicit cœnacularium, qui  
 habitat in superiore domus cœnaculo ad  
 tegulas; non in prima contignatione; sed  
 in suprema. *Turneb.*

3. *Inchoatam, &c.*] Ne inter initia pro-  
 dens me esse Jovem, statim finem huic  
 Comœdiæ imponam. Vult idem ex lege  
 pluribus actibus & scenis perfici Comœ-  
 diam, priusquam se prodât. In eo enim, se  
 prodente, est finis. *Bæbb.* Inchoarum, im-  
 perfectum. *Gl. Mff. Plant. Bæbb.*

Post igitur demum faciam res fiat palam,  
Atque Alcumenæ in tempore auxilium feram,  
Faciamque ut uno fœtu, & quod gravida est viro,  
Et me quod gravida sit, pariat sine doloribus.

20 Mercurium jussi me continuo consequi,  
Si quid vellem imperare. nunc hanc alloquar.

19. *Et me.* ] Subintell. ex. Taubm. *Sine doloribus.* ] Frustra hic à Contareno, aliisque, reprehenditur Plautus, qui sub finem adscribit dolores partus Alcume-

næ. At hic agitur de doloribus & ægritudine animi. Hanc dicit, se tollere velle Juppiter. Et sustulit exortam inter maritum & uxorem. *Bomborn.*

## ACTUS TERTII SCENA SECUNDA.

## ALCUMENA. JUPPITER.

**D**Urare nequeo in ædibus: ita, me probri,  
Stupri, dedecoris à viro argutam meo!

Ea quæ sunt facta, infecta refert, ac clamitat.

Quæ nequæ sunt facta, neque ego in me admisi, arguit:

5 Atque id me susque deque esse habituram putat.

Non edepol faciam: neque me perpetiar probri

Falso insimulatam: quin ego illum aut deferam,

Aut satisficiat mihi ille, atque adjuret insuper,

Nolle esse dicta, quæ in me infontem protulit.

10 **JUP.** Faciendum est mihi illud; fieri quod illæc postulat;

Si me illam amantem ad sese studeam recipere:

Quando ego quod feci, factum id Amphitruoni obsuit,

Atque ille dudum meus amor negotium

Infon-

1. **P**robri. ] Probrum & opprobrium proprie significat adulterium. *Scip. Gentil.*

2. *Argutam.* ] Scil. patiar, vel, par est. *Taubm.*

3. *Infecta refert, ac clam.* ] Hæc Camerarii conjectura est. Scripti, vel, *infecta re est ac clamitat*, unde Guilielmus, *infecta refert ac clamitat*: vel, *infecta re acclam.* Langianus unus: *infecta esse ac clamitat*. Unde scribendum: *infecta esse acclamitat*: Ut oggannire, occentare, objugare. Et habet ipse in *Curculione*, act. 11. scen. 3. *dormis ne declamites. &c.* refertur hic locus nullus. *Crone viue.*

5. *Id me susque deque esse habituram putat.* ] *Agellius* lib. 16. 9. *Susque deque ferre*, & *Susque deque habere*, significat, æquo animo esse, & quod accedit, non magno pendere, atque interdum negligere & contemnere: & prope modum id valet, quod dicitur Græcè *ἀδραροποιε*.

8. *Satisficiat.* ] Olim jurabant, se agnoscere, quod indigno eam injuriam intulissent: eaque res vindicabat læsum ab infamia.

11. *Ad sese studeam, &c.* ] Id est, si studeam illam recipere ad sese me amantem, hoc est, me qui ejus amore distideor. *D. M. A.*

Infanti exhibuit: nunc autem infanti mihi

15 Illius ira in hanc & maledicta expetent.

*Scal. in hunc.*

AL. Et, eccum, video, qui me miseram arguit  
Stupri, dedecoris. JUP. te volo, uxor, colloqui.

Quo te avortisti? AL. ita ingenium meum est:  
Inimicos semper oſa sum obtuerier.

20 JUP. Heja autem inimicos! AL. sic est, vera prædico:  
Nisi etiam hoc falso dici infimulaturus es.

JUP. Nimis verecunda es. AL. potin' es ut abstineas  
manum? *Lambe. Iracunda es.*

Nam certo si sis sanus, aut sapias satis,  
QUAM TU impudicam esse arbitrare & prædices,

25 Cum ea tu sermonem nec joco, nec serio  
Tibi habeas, nisi sis stultior stultissimo.

JUP. Si dixi, nihilo magis es, neque esse arbitror.  
Et id huc revorti, uti me purgarem tibi.

Nam nunquam quicquam meo animo fuit ægrius,

30 Quam postquam audiui, te esse iratam mihi.

Cur dixisti? inquires. ego expediam tibi.

Non edepol quo te esse impudicam crederem:

Verum periclitatus animum sum tuum,

Quid

14. *Nunc autem infanti mihi.* ] Haud scio, quæ sit ea Camerarii editio, in qua legatur *fonti*. Quam ego ante oculos habeo, *infanti*, ut & scripti omnes. Nec vero cum Scaligero legendum in *hunc*, aut cum Salmasio, *ne in hanc expetant*. Nondum enim id agit Juppiter, ut innocentiam Alcmenæ marito probet: id reservavit Poëta in extremum actum: sed ut ne ob mariti probra ipse, quasi maritus, ab ea excludatur. Ergo *infanti exhibuit*: non Amphitruoni interpretor, sed Alcmenæ, quæ ob Jovis amorem tam male accepta fuerat à marito. Deinde, *infanti mihi Jovi illius Amphitruonis ira in hanc & maledicta expetent*, est, in me, qui non feci convicium Alcmenæ, atque hujus culpæ infons sum, recident meque plecent, ut ab ea repellat, ira Amphitruonis in uxorem & maledicta. Habenda mihi expurgatio est, nisi velim factum

pati, & ab Alcmena excludi: quandoquidem, quod ego feci, id Amphitruonem decepit, ut illam infontem & nullius culpæ sibi consciam raptaret probris: nunc autem fururum est, nisi satisfaciam, tanquam ipse auctor conviciorum, ut ego infons nec istius criminationis reus. ob Amphitruonis iram in uxorem & maledicta poenas luam, & ab ea segreger. *Expetere alicui, pro expetere in aliquem, ut congerere alicui & in aliquem & similia.* Illi, quod olim conjecit Dissaldezus, facile admitto. *Gronov.*

19. *Inimicos.* ] Scipio Gentil. monet, ] Ctos virum post divortium appellasse, *inimicum. Oſa sum.* ] Id est, *odi contra intueri.* Nonius.

22. *Verecunda.* ] Quamvis alii legant *iracunda es*; retinco tamen *iracunda*, sensu plano.

40. *Series*

Quid faceres, & quo pacto id ferre induceres.

35 Equidem joco illa dixeram dudum tibi,  
Ridiculi causa: vel hunc rogato Sotiam.

AL. Quin huc adducis meum cognatum Naucratem,  
Testem quem dudum te adducturum dixeras

Te huc non venisse? JUP. SI QUID dictum est per jocum,

40 Non æquum est id te serio prævertier.

AL. Ego illud scio quam doluerit cordi meo.

JUP. Per dexteram tuam te, Alcumena, oro, obsecro,  
Da mihi hanc veniam: ignosce; irata ne sis.

AL. Ego istæc feci verba virtute irrita:

45 Nunc quando factis me impudicis abstines,

Ab impudicis dictis avorti volo.

Valeas, tibi habeas res tuas, reddas meas.

Juben' mi ire comites? JUP. sanan' es? AL. si non jubes,

Ibo egomet, comitem Pudicitiam duxero.

50 JUP. Mane, arbitrato tuo jusjurandum dabo:

Me meam pudicam esse uxorem arbitrarier.

Id ego si fallo, tum te, summe Juppiter,

Quæso, Amphitruoni ut semper iratus sis.

AL. Ah! propitius sit potius. JUP. confide fore.

55 Nam jusjurandum verum te adversum dedi.

Jam nunc irata non es? AL. non sum. JUP. bene facis.

Nam

40. *Serio prævertier.*] Taubmanno *serio* est adverbium, ut sit *serio prævertier*. serio accipere. Male, opinor. Ait Jupp. non esse æquum, si quæ ipse per jocum dixerit, Alcumena præhabeat lætius verbis, quibus nunc eam alloquitur. Est ea verbi acceptio supra. Act. I. Scen. 3. *Ne me uxorem prævertisse dicant præ publica.* Dissalduus.

44. *Ego istæc feci verba virtute irrita.*] Ego maledicta tua pudicitia mea feci calfa & inanla. Cic. pro Q. Rosc. *Nonne ut ignis in aquam coniectus continuo refinguitur, & refrigeratur: sic falsum crimem in purissimam & castiss. vitam collatum, statim concidit & refinguitur?* Gellius docet irritum esse verbum augurale, cum sit, *Aves irritas habuit Remus.* nam & ratum

facere, augurii est *Tullio*. Lambin.

47. *Valeas, &c.*] Verba, quibus utebantur, cum solvebatur matrimonium, extant *Lege XII. Tab.* *Si vir ab uxore divortit, uxores suas sibi habere jubete, eique claves admittito.*

48. *Juben' mi ire comites?*] *Motis suis,* ut sine comite mater familias aut matrona non prodiret in publicum: & idcirco non levem injuriam eisdem fieri ab iis, qui comites eorum abducunt, testatur *Ulpianus*. *Rævardus*. *Si non jubes.*] *Lego: Sin; ibo ego, Mecum comit. &c.* Illa verba: *si non jubes*, glossæ sunt particula *Sin*. *Scioppius*.

52. *Tum te, summe Juppiter.*] *Ridiculum.* Jurat per Jovem, qui ipse est. *Taubm.*

Nam IN HOMINUM ætate multa eveniunt hujusmodi:  
Capiunt voluptates: capiunt rursum miseras.  
Irae interveniunt, redeunt rursum in gratiam.

60 Verum iræ si quæ forte eveniunt hujusmodi,  
Inter eos rursum si revertum in gratiam est,  
Bis tanto amici sunt inter se, quam prius.  
AL. Primum cavisse oportuit ne diceres,  
Verum eadem si isdem purgas, mihi patiunda sunt.

M. P. Pal.  
Isidem,

65 JUP. Jube vero vasa pura adornari mihi,  
Ut, quæ apud legionem vota vovi, si domum  
Redissem salvus, ea ego exsolvam omnia.

AL. Ego istuc curabo. JUP. evocate huc Sofiam:  
Gubernatorem qui in mea navi fuit

70 Blepharonem arcesat, qui nobiscum prandeat.  
Is adeo impransus ludificabitur:

J. Gul. ada  
dii. dicitur

Quom ego Amphitruonem collo hinc obstructo traham.

AL. Mirum quid solus secum secreto ille agat!

Atque aperiantur ædes. exit Sofia.

57. *In hominum.*] Hunc locum Plutarchus simili valde eleganti declaravit. *Quemadmodum enim,* inquit, *cum è nubibus exiit Sol, ac post caliginem denique serventior est: ita amor, cum intercessit ira aut suspicio, pace facta, reconciliatisque animis, jucundior est, atque acrior.*

62. *Bis tanto.*] Lamb. subaudit, *magis.* Frustra, opinor, bis tanto magis amici sunt non apte sonat, *tanto quam,* non male. *Dissidans.*

63. *Primum cavisse oportuit.*] Mens

Alcumenæ est: Etsi decuisset te prius cavisse ne diceres: quia tamen tu idem eadem quæ dixisti purgas, ea patiar necesse est. *Gruter.*

65. *Vasa pura.*] *Vasa pura* sunt, quæ in alio usu non fuerunt. Sic *Vestis pura*, in sacris appellatur, inquit Servius, quæ neque funesta sit, neque maculam habeat ex homine mortuo. Alias *vasa pura*, & *argentum purum* opponi emblematis ætato, notum est. *Scalig.*

72. *Collo obstructo.*] *Obstringere* est vinculo acste circumvincire. *Lambinus.*

### ACTUS TERTII SCENA TERTIA.

SOSIA. JUPPITER, ALCUMENA.

**A**mphitruo, assium: si quid opus est, impera: imperium exequar.

JUP. Optume advenis. So. jam pax est inter vos duos?

Nam quia vos tranquillos video, gaudeo & volupe est mihi,  
Atque ITA SERVOM par videtur frugise instituire:

Proin-

2. **O** *Primum advenis.*] Opportune.

4. *Sese instituire.*] Pat videtur

servum frugi ita se componere. *Tambmannus.*

5. *Val.*

5 Proinde heri ut sint, ipse item sit: vultum è vultu comparet:  
Tristis sit, si heri sint tristes: hilarus sit, si gaudeant.  
Sed age, responde: jam vos redistis in concordiam?

JUP. Derides, qui scis hæc jam dudum me dixisse per jocum.

SO. An id joco dixisti? equidem serio ac vero ratus.

10 JUP. Habui expurgationem; facta pax est. So. optime est.

JUP. Ego rem divinam intus faciam, vota quæ sunt. So. censeo.

JUP. Tugubernatorem à navi huc evoca verbis meis

Blepharonein, ut re divina facta mecum prandeat.

SO. Jam hinc ero, quum illic censebis esse me. JUP. actutum huc redi.

15 AL. Nunquid vis quin abeam jam intro, ut apparentur quibus opus?

JUP. I sane, & quantum potest parata fac sint omnia.

AL. Quin venis, quando vis, intro: faxo haud quicquam sit moræ. Vult. vult.

JUP. Recte loquere, & proinde diligentem ut uxorem decet.

Jam hi ambo & servos & hera frustra sunt duo,

20 Qui me Amphitruonem rentur esse: errant probe.

Nunc tu divine fac huc assis Sofia.

Audis quæ dico, tamen si præsens non ades:

Fac Amphitruonem advenientem ab ædibus

Ut abigis quovis pacto, fac commentus sis.

25 Volo deludi illum, dum cum hac usuraria

## Uxore

5. *Vultum è vultu.*] Vultum suum è vultu heri fingat & conformet. *Lambin.*

11. *Vota qua sunt.*] Mutat numerum, more solito: pro, rem, qua vota est. id est, faciam intus rem divinam, & quæ diis, si salvus redirem, à me vota sunt, ea persolvam. *Lamb.* Veteres duplici de causa sacrificabant: vel quia votum, vel quia ab oraculo mandatum. Hæc sacrificia ἱεροῦ ἢ μυστηρια dicebantur, illa ὑπανηα & χαρισια. *Meurs.* Inde toties in antiquis inscriptionibus; *Ex voto fecit, solvit.* *Boxhottinius.*

12. *Verbi mei.*] Meo nomine.

18. *Ut re divina facta, mecum prandeat.*] De extis reliquiisque aliis sacrificiorum, domum secum asportatis, cenabant olim. *P. Colvius.*

17. *Sit mora.*] Hic versum à *Nonio* citatum, de sententia *Bosii*, interposuit *Lambinus*, quem etiam repeti in *Ald.* & *Brix.* solis: nam in cæteris prioribus tempore non apparet: ut nec in *Mss. Cam.* aut *Pall. sex.* Est autem talis:

*Quando isthac omnia exjurasti te mihi dixi per jocum.*

*Gruterus.*

20. *Errant probe.*] Plane falluntur.

24. *Fac commentus.*] Id est, fac callide excogitaveris. *Lambin.*



Uxore nunc mihi morigero, hæc curata sint,  
 Fac sis: proinde adeo, ut me velle intellegis:  
 Atque ut ministres mihi, cum mihi sacrificem.

26. *Morigero.*] Id est, morem gero. Genio meo obsequor. *Donz.*

ACTUS TERTII SCENA QUARTA.

MERCURIUS.

**C**oncedite atque abscedite, omnes de via decedite.  
 Nec quisquam tam audax fuit homo, qui obviam obsistat  
 mihi.

Nam mihi quidem, hercle, qui minus liceat Deo minitariet  
 Populo, nunc decedat mihi, quam servulo in Comædiis?

5 Ille navem salvam nunciat, aut irati adventum senis:

Ego sum Jovi dicto audiens, ejus jussu nunc huc me affero.

Quamobrem mi magis par est via decedere, & concedere.

Pater vocat me, cum sequor, ejus dicto imperio sum audiens:

Ut filium bonum patri esse oportet, itidem ego sum patri.

10 Amanti supparasitor, hortor, asto, admonéo, gaudeo.

Si quid patri volupe est, voluptas ea mihi multo maxima est.

Amat? sapit: recte facit, animo quando obsequitur suo:

Quod omnes homines facere oportet, dum id modo fiat bono,

Nunc Amphitruoneam volt deludi meus pater; faxo probe.

15 Jam hic deludetur, spectatores, vobis spectantibus.

Capiam coronam mihi in caput, assimulabo me esse ebrium;

Atque illuc sursum ascendero: inde optime cispellam virum.

De supero, quum huc accesserit, faciam ut sit madidus sobrius.

Deinde illi actutum sufferet suos servos pœnas Sosia.

20 Eum fecisse ille hodie arguet, quæ ego fecero hic, quid *id* mea?

Meo

3. **H**erclæ.] *Hercules* & hic & superius juratur nondum natus, nendum deus. Sunt, qui prolepsin faciunt. Sunt, qui ad Ægyptium illum, qui hoc nostro antiquior, referant. Ego puto Comicum simpliciter cum vulgari usu sic locutum: aut more suo risum captasse. *Taubm.*

5. *Irati.*] *Lego: ingrati.* Ingratus enim plerumque adventus senum, illi

non semper irati. *Acid.*

13. *Fiat homo.*] Id est, dum ne quid fiat contra leges. *Gruter.*

17. *Cispellam.*] *Cispellam*, pro, repellam: quod qui repellitur, citra regredi cogitur, non ultra progredi permittitur. *Turneb.*

18. *Ut sit madidus, &c.*] Loci hujus sententia petenda videtur è versu, quem ex Amph. Plauti citat Nonius in *Matella*:

Meo me æquum est morigerum patri, ejus studio servire ad-  
debet.

Sed eccum Amphitruonem; advenit: jam ille hic deludetur  
probe,

Siquidem vos voltis auscultando operam dare.

Ibo inro, ornatum capiam, qui potis decer.

*sic Lipsius,  
libri prima.*

25 Dein sursum ascendam in tectum, ut illum hinc prohibeam.

*14: quamvis hodie in hac Comœdia non reperiat: Ne tu postules matellam unam tibi aqua infundis in caput. Hoc igitur innuit se facturum Mercurius, ut Am-* phitruonem ab ædibus abigat. Et jo-  
cus est in ambiguitate vocis, *madidus* quod ad exteriora & interiora refertur.  
*Pisler.*

## ACTUS QUARTI SCENA PRIMA.

AMPHITRUO.

**N**Aucratem quem convenire volui, in navi non erat:  
Neque domi, neque in urbe invenio quemquam, qui  
illum viderit.

Nam omnis plateas perreptavi, gymnasia & myropolia:

Apud emporium, arque in macello, in palæstra atque in foro:

5 In medicinis, in tonstrinis, apud omnis ædis sacras.

Sum defessus quæritando, nusquam invenio Naucratem.

Nunc domum ibo, atque ex uxore hanc rem pergam ex-  
quirere,

Quis fuerit, quem propter corpus suum stupri compleverit.

Nam me, quam illam quæstionem inquisitam hodie amittere

10 Mortuum satius est. sed ædis occluserunt. eugepæ!

Pariter hoc fit, atque ut alia facta sunt. feriam foris.

Aperite hoc. heus, ecquis hic est? ecquis hoc aperit ostium?

1. **N**Aucratem.] More Græcorum, prope. *Gloss. Mss. Pl. Boxhorn.*  
accusativus pro nominativo.  
*Taubm.*

3. **Myropolia.**] Latine vocat Suetonius  
tabernæ unguentarias.

4. **Emporium.**] Locus, in quo frequen-  
tes sunt mercatores. *Gloss. Mss. Pl. Box-*  
*horn.*

8. **Quem propter.**] Ter. Eun. 2. 3. de-  
clarat: Cibum nonnunquam capiet cum ea,  
interdum propter dormiet. *Sciop. Prepter,*

prope. *Gloss. Mss. Pl. Boxhorn.*

9. **Quæstionem inquisitam hodie amit-**  
**tere.**] Inquirere non modo diligenter &  
anxie quætere, sed etiam non quætere,  
significat, sicut hoc loco. Porro cave pro  
amittere, hic cum quibusdam legas, emit-  
tere. Quæstionem amittit, qui eam in-  
cepit, sed ad finem non perducit. *Boxh.*

10. **Eugepæ.**] Interjectio est gauden-  
tis & probantis. Sed hic ironia est.  
*Lambin.*

## ACTUS QUARTI SCENA SECUNDA.

MERCURIUS, AMPHITRUO.

QUIS ad foris est? AM. ego sum. ME. quid ego sum?  
AM. ita loquor. ME. tibi Juppiter

Dique omnes irati certo sunt, qui sic frangas fores.

AM. Quo modo? ME. eo modo, ut profecto vivas ætatem miser.

AM. Sofia. ME. ita sum Sofia, nisi me esse oblitum existimas.

5 Quid nunc vis? AM. scelestæ, at etiam quid velim, id tu me rogas?

ME. Ita rogo. pene effregisti, fatue, foribus cardines.

An foris censebas nobis publicitus præberiet?

Quid me aspectas, stolide? quid nunc vis tibi? aut quis tu es, homo?

AM. Verbero, etiam quis ego sim me rogitas? ulmorum acheruns?

10 Quem pol ego hodie ob isthæc dicta faciam ferventem flagtis,

ME. Prodigum te fuisse oportet olim in adolescentia.

AM. Quidum? ME. quia senectæ ætate à me mendicæ malum.

AM. Cum cruciatu tuo isthæc hodie, verna, verba funditas.

ME. Sacrifico ego tibi. AM. qui? ME. quia enim te maesto infortunio.

SUP.

7. **P**ublicitus. ] Id est, ex xratio publico suppeditari. *Taubmannus.*

9. *Ulmorum, &c.* ] Cujus tergum ulmeas virgas vorat, quemadmodum animas Acheruns. *Taubm.*

12. *Mendicæ, &c.* ] Mendicare malum, carbunculus est orationis, quem ante oculos forsan habuit *Prudent.* cum scriberet *œi siquid dicitur: Ipsum libido factida. Per sortis tractum publica luto & cloacæ inquinat, dum spurca mendicat supra. Gruterus. Senectæ ætate, pro senili, more Plauti, qui sapius substantivum, ad instar adjectivi, cum alio substantivo conjungit.*

14. *Maesto infortunio.* ] Sacrifico tibi, non quidem victimas, sed infortunium.

*Taubm. Maestare quem infortunio, apud Plaut. solemne est. Arbitrabantur, inquit Palm. deos delectari, si tibi res divina multa fieret, & ea re felicitarem eorum augere. I. Gruterus: Post isthæc (te maesto infortunio) statim sequuntur & in vet. eodd. & in Palaw sex, Vos inter vos p. &c. nonnulla tamen deesse, res elamat: nisi forte illa ipsa intus acta dicamus, non coram populo; quod verius putaverim, estque personis convenientius. *Taubm.* Quanquam Dictator ille seculi eruditi *les. Scaliger* peculiari epistola me monuit, ut hæc atque ejusmodi alia xvi non quidem recentioris, sed tamen sequioris, in locum privatim conspicerem; tamen quia in illo Criticæ curiæ senaru, pluti-*

plurimi etiam restant, qui calculum damnatorium suspendunt, & nostro Sarsinati omnia ex æquo nondum abjudicant; sed pluscula horum aut germana esse censent, aut talia quæ non facile internoscas; possessionem eorum temere sollicitate aut tutare nec ipse volui. Diversis tamen characteris Notam præsentibus imprimere visum est, ut cuius appareret, ipsos aliquando in reos à Criticis relatos, licet nondum peractos.

## S U P P O S I T A .

AM. **T** Vn' me mactes, carnufex? nisi formam dii hodie meam perdunt,

Faxo ut bubulis coriis onustus sis, Saturni hostia.

Ira ego te certo cruce & cruciatu mactabo exi foras, Mastigia. ME. larva umbratilis, tu me minis territas?

5 Nisi hinc actutum fugias: si denuo pultaveris:

Si minuscule digito increperint fores, hac tegula

Tuum deminuam caput, ut cum dentibus linguam excrees.

*Acid. Lucr. pueris.*

AM. Tun', furcifer, meis me procul prohibebis ædibus?

Tun' meas pulsare foreis? hæc illico toto demoliar cardine.

10 ME. Pergin? AM. pergo. ME. accipe. AM. sceleste in herum? si te hodie apprehendero,

Ad id redigam materiarum, ut semper sis miser.

ME. Bacchanal te exercuisse oportuit, senex. AM. qui dum?

ME. Quando tu metuum servom cenies. AM. quid? censeo?

ME. Målum tibi: præter Amphitruonem, herum novi neminem.

15 AM. Num formam perdidisti? mirum quin me norit Sofia.

Scrutabor: cho dic mihi, quis videor? num satis Amphitruo?

ME. Amphitruo! sanusne es? Nonne tibi prædictum, senex,

Bacchanal te exercuisse, quom qui sis, alium rogites?

Afcede, moneo: molestus ne sis, dum Amphitruo

20 Cum uxore, modo ex hostibus adveniens, voluptatem capis.

AM. Quæ uxore? ME. Aleumena. AM. quis homo? ME. quotiens vis dictum? Amphitruo,

Herus

2. **Bubulu coriis.** ] Id est, Scuticis, ex bouum corio confutis, cardaris. *Saturni hostia.* ] Carthaginienses bello durissime afflicti, dicebant, *Saturnum* sibi irarum esse: quod prius excellentiores è filiis sacrificarint; postea vero clam emptis infantibus & educatis, liberorum loco immolabant. Atque inde apparet, Plautum ad emptos illos & suppositivos respicientem, Sofiam *Saturni hostiam* appellasse: veluti ad eum usum comparatus foret, ut mox liberorum loco Saturno mactaretur. *Taubm.*

4. **Larva umbratilis.** ] Non homo, sed larvæ quædam umbra. Etiam homines nihili, *larva*. *Taubm.*

10. **Accipe.** ] Cum hoc verbo, *accipe*, Mercurium ex loco superiori, in caput Amphitruonis impluisse existimo. *Pistorius.*

12. **Bacchanal te exercuisse oportuit.** ] Cum delirate aliquem dicere vellent, *Bacchanal exercere* eum inquebant. Nam, *Luna, Bacchus, Ceres* furoris præfides credebantur. Unde *Lunatici, Bacchi, Ceriti*; ita mox, tu *Bacchus es*: *πεγαυόμυθον. Meurs.*

- Herus meus, molestus ne sis. AM. qui cum cubat?  
 ME. Vide ne infortunium quæras, qui me sic ludifices?  
 AM. Dic quæso, mi Sofia. ME. blandius, cum Alcumena. AM. in eodemne  
 25 Cubiculo? ME. imo, ut arbitror, corpore corpus incubat. AM. vix  
 misero mihi!  
 ME. Lucri' sit, quod miseriam deputat. nam uxorem usurariam  
 Perinde est præbere, ac si agrum sterilem fodiendum loces.  
 AM. Sofia. ME. quid malum Sofia? AM. non me novisti, verbero?  
 ME. Novi te hominem molestum, qui ne emas litigium. AM. adhuc  
 30 Amplius: Nonne ego herus sum tuus Amphitruo? ME. tu Bacchus es,  
 Haud Amphitruo. quoties tibi dictum vis? num denuo?  
 Meus Amphitruo uno cubiculo Alcmenam complexu tenet.  
 Si pergas, cum hic sistam, neque sine tuo magno malo.  
 AM. Cupio accerfi. utinam ne pro benefactis hodie patriam,  
 35 Ædeis, uxorem, familiam cum forma una perduam!  
 ME. Accerfam equidem: sed de foribus tu interea sis vide  
 † Credo jam quæ volebat sacrificia ad epulum conduxit. †  
 Si molestus sis, evades nunquam, quin te sacrificem.

24. *Blandus.*] Lego: *blandiri?* cum  
*Alcumena.* hoc sensu: Nihil eram tibi ultra  
 responsurus, sed quoniam adeo blande  
 me compellas, iterum sepetam quæ  
 dixi; *Cubat cum Alcumena, Mi,* autem  
 blandientis esse, vel pueri norunt. *Græter.*

29. *Quine.*] Positum, pro, *qui.* Nam  
*νή παρίλη,* & ornatus causa additum  
 est. *Lambin.*

36. *De foribus tu interea sis vide.*] De  
 foribus tu interea, si vis, discedas, vide.  
*Lambin.*

### AMPHITRUO, BLEPHARO, SOSIA:

**D**I vestram fidem! quæ intemperix nostram agunt familiam!  
 quæ mira  
 Video, postquam advenio peregre! nam veru' est, quod olim est  
 auditum

Fabularier, mutatos Atticos in Arcadia homines,  
 Et sævas belluas mansisse, nec unquam denuo parentibus

5 Cognitos. BL. quid illuc Sofia? magna sunt, quæ  
 mira prædicas.

*Acid.* magna mi-  
 ra sunt quæ præ-  
 dicas.

Ain' tu alterum te reperisse domi consimilem Sofiam.

So. Ajo. sed heus tu, quom ego Sofiam, Amphitruonem Amphi-  
 truo, quid scisan

Tu forte alium Blepharonem parias? ô Di faciant, ut tu quoque  
 Concisus pugnis, & illis dentibus, id impransus  
 creduas.

*Acid.* elisa,  
 vel, elisas.

10 Nam ego, ille alter Sofia, qui illic sum, me malis mulcavit modis.

BL. Mira

3. *Mutatos.*] De hac re *Plinius* libro 8. 22.

14. *Marti-*

BL. Mira profecto. sed gradus concedet grandire: nam ut video, Expectat Amphitruo, & vacuus mihi venter crepitat. AM. & quid aliena

Fabulor? in nostro olim Thebano genere plusquam mira memorant, Martigenam ille aggressus belluam magnus Europæ quæstor, anguineo

15 Repente hosteis peperit feminio: & pugnata illac pugna  
Frater trudebat fratrem hasta & galea: & nostræ auctorem gentis  
Cum Veneris filia angueis repissis tellus Epirotica  
Vidit. de summo summus Juppiter sic statuit, sic fatum habet.  
Optumi omnes nostrates, pro claris factis, diris aguntur malis.

20 Fata istæc me premunt, pertolerarem vim tantam, cladesque  
Exanclarem impatibiles. So. Blepharo. BL. quid est? So. nescio  
quid mali suspicor.

BL. Quid? So. videtis, herus salutator oppellulatas ante foreis graditur.

BL. Nihil est, famem expectat obambulans. So. curiosè quidem: foreis enim

Claudit, ne præverteretur foras BL. ogganis. So. nec gannio, nec latro.

25 Si me audias, observes nescio quid secum solus, puto,  
Rationes colligit: quid memoret, hinc excipiam, ne propera.  
AM. Vt metuo, ne victis hostibus Di partam expungant gloriam.

Totam miris modis nostram video turbatam familiam.

Tum vero uxor vitio, stupro, dedecore me plena enicat.

30 Sed de patera miru' st: erat tamen signum obsignatum probe.

Quid enim? pugnas pugnatas prolocuta, & Pterelam oppugnatum;  
Nostris occisum manibus fortiter. at! novi jam ludum:

Id Sofiæ factu' it opera, qui me hodie quoque præsentem ausit

Indigne prævortier. So. de me locutus, & quæ velim minus.

35 Hominem ne congre diamur, quæso, priusquam stomachum detexerit.

Deus, de.  
CORCIC.

BL. Vt

14. Martigenam ille, &c.] Cadmus, qui Thebanus fuit, serpentem illum interfecit: ex cujus dentibus disseminatis nati sunt homines armati. Tambmannus. Europa quæstor.] Pro, quæstor, id est, qui ad Europam ab Agenore missus est. Douza.

16. Et nostræ auctorem gentis.] Et Cadmum Thebarum conditorem, cum Hermonia uxore sua angueis ex hominibus factos repissis. Ovidius: Serpentem spectas, & tu spectabore serpens.

22. Salutator.] Tanquam ii, qui salutatum ibant potentiores: qui si non statim admittebantur, foris prodeambulabant. Douz.

23. Famem expectat obambulans.] Cic. 5. Tuscul. Socratem serunt, quum usque ad vesperam contentius ambularet, quæsitumque esset ex eo, quare id faceret, respondisse, se, quò melius careret, obscurato ambulando famem.

24. Ne præverteretur.] Jocus: nam fores claudit, ne fames egressa cum anteverteret. Douza.

35. Hominem ne congre diamur.] Videntur Lambino superiora, usque ad hunc locum, vendi posse pro Plautinis: quæ vero sequuntur, non item. Cum multa ex eis aliunde sumpta, & pæne mendicata sint, nonnulla inconcinna & Plauto indigna.

40. Fa-

- BL. Ut lubet. AM. si illum datur hodie mastigiam apprehendere, ostendam quid sit  
 Herum fallere, minis & dolis incesso. So. audin' tu Deus. Herum fallere dolis. & minis incesso.  
 illum? BL. audio.  
 So. Illæc machina meos onerat scapulas. compellemus sis hominem. Scin' qui vulgo dici solet? BL. quid dicturus sis, nescio:  
 40 Quid tibi patiundum, fere hariolor. So. vetu' sit adagium, Fames & mora  
 Bilem in nasum conciant. BL. verum quidem è loco compellemus Alacre. Amphitruo. AM. Blepharonem audio: mirum quid ad me veniat.  
 Opportune tamen se offert, ut uxoris facta convincam turpia. Alia. impii.  
 Quid huc ad me Blepharo? BL. oblitus tam cito, quam diluculo  
 45 Misisti ad navim Solsiam, ut hodie tecum conviverem?  
 AM. Nusquam factum gentium. sed ubi illic scelestus? BL. quis?  
 AM. Solsi.  
 BL. Eccum illum. AM. ubi? BL. ante oculos. non vides? AM. vix video pro ira, adeo me illic  
 Hodie delirum fecit. ne te sacrificem, nunquam evades.  
 Sine me, Blepharo. BL. ausculta, precor. AM. dic, ausculto. tu vapula.  
 50 So. Qua de re? num satis tempori? non ociosus quivi, si me Dædalei tulissem remigiis. BL. abstine, quæso, non potuimus Nostros grandius grandire gradus. AM. sive grallatorius, sive Testudineus fuerit, certum est mihi hunc scelestum perdere:  
 En tectum! en tegulas! en obductas fores! en ludificatum herum! Deus, ubique legit, heu.  
 55 En verborum scelus! BL. quid mali fecit tibi? AM. rogas? ex illo Tecto exclusum foribus, me deturbavit ædibus. So. egone?  
 AM. Tu. quid minitabas te facturum, si istas pepulisses fores?  
 Negas, scelestus? So. quin negem? en testis ampliter, qui Deus, quis si negem?  
 cum venio:  
 Missus sedulo, ut ad te vocatum ducerem. AM. quis te misit,

Fur-

40. Fames & mora bilem in nasum conciant.] Veterum opinio fuit, ut frontem pudora, visus lienem, sic & ira sedem esse nates. Hinc Persius: *Disce, sed ira cadat naso rugesque fanna.* Id inde, quod in omni graviore commotione, maxime autem ira, spiritus concitatus ac velut æstuans vehementius ebullit, natesque erumpendo dilatat. Cernas id maxime in brutorum generosissimis, equo, tauro, leone. *Cesamb.*

41. E loco.] Alii interpretantur, op-

portune. Mihi videtur nihil aliud significare quam, statim. Ad eum modum eadem significatione dicitur, è vestigio. Boxhorn.

50. Si me Dædalei.] Id est, si volassem. Victor.

51. Non potuimus grand. &c.] De illo dicitur, qui compennis junctis genibus incedit. *Salmas.*

52. Grallatorius.] Varro apud Nonium; Grallatores qui incedunt gradu, qua sunt pæctica lignea.

60 Furcifer? So. qui me rogat. Am. quando gentium? So. dudum, jam pridem, modo,

Vbi cum uxore domi redisti in gratiam. Am. Bacchus te irritasset. So. Nec Bacchum salutem hodie, nec Cererem. tu purgari iusseras, Vasa, ut rem divinam faceres: & hunc me accersitum mittis, Ut tecum praebeat. Am. Blepharo, dispeream, si aut intus adhuc fui.

65 Aut si hunc miserim. dic, ubi meliquisti? So. domi cum Alcume-  
na conjugē.

Ego à te abiens positum versus volito, hunc tuis verbis voco. Venimus, nec te nisi nunc video postea. Am. scelsitum caput; cum uxore?

Nunquam abis, quin vapules. So. Blepharo. Bl. Amphitruo, mitte hunc mea gratia,

Et me audias. Am. en mitto, quid vis loquere. Bl. illic jam dudum mihi

70 Maxima memoravit mira: praestigiator forte aut veneficus  
Hanc excantat tibi familiam. inquire aliunde, vide quid fiet.  
Nec ante hunc excruciarum miserum facias, quam rem intellegas.  
Am. Recte mones: eamus, te adversum uxori etiam advocatum volo.

62. Tu purg. &c.] Leg. ut purgari iussit. Volebat alia addere: interpellat herus, Quasi dicat, Precor ut nec panem, nec potum ori hodie meo admoveam, nisi tu iusseras, &c. Salutare, ridiculè, pro, ori admoveam, quia Salutare & Adorare deum, rem unam notat. Quasi Amphitruo ex servo Sosia, quando gentium ipsum miserit accersitum Blepharonem: respondet servus, id jam, modo, pridem factum fuisse: & ut planius etiam loquatur, circumstantias addit; Vbi, inquit, redisti cum uxore tua in gratiam. Volebat alia addere: interpellat herus, cui cum, ut fere sit, concile admodum respondisset, ad inchoatum sermonem revortitur; ut, vel, ubi, inquit, purgari iusseras vaso, ut rem divinam faceres, tunc me mittis hunc accersitum. Ergo verba ista, Nec Bacchum, &c. clam à Sosia proferuntur. q. d. Si Bacchus me irritare debet, nolim ego vel Bacchum, vel Cererem salutare. Uterque autem factorem hominibus immittere credebatur. Sciopius.

### JUPPITER, AMPHITRUO, SOSIA, BLEPHARO.

Quis tam vasto impete has foreis toto convolsit cardine?  
Quis ante xdeis tantas tamdiu turbas concitat? quem si comperero.

Telebois sacrificabo manibus. nihil est, ut dici solet,

Diff. manibus. Am. nihil est, &c.

Quod hodie bene succedat mihi. deserui Blepharonem, & Sosiam,  
5 Ut cognatum Naucratem convenirem: hunc non reperi, & illos perdidit.  
Sed eos video: ibo adversum, ut si quid habent, scisciter. So. Blepharo, illic qui

Ex

3. Telebois sacrificabo manibus.] Teleboarum interfectorum umbris mactabo. Lambin. Porro Dissaldae hic finiri vult Jovis sermonem, & sequen-  
tia tribuit Amphitruoni, hoc modo: sacrificabo manibus. Амрн. Nihil est, ut dici solet, quod hodie bene succedat mihi.

11. Thesau-



- Ex ædibus, herus est, hic vero veneficus. BL. proh Juppiter.  
 Quid intueor? hic non est, sed ille Amphitruo. itic si fuit,  
 illum sane non esse oportuit, nisi quidem sit geminus.
- 10 JUP. Ecce cum Blepharone Sofiam. compellabo hos prius. Sofia,  
 Tandem ad nos? esurio. So. dixin' tibi hunc veneficum?  
 AM. Immo ego hunc, Thebani cives, qui domi uxorem meam  
 Impudicitia impetivit, per quem teneo thesaurum stupri. Danz, impedi-  
 tus à potest.  
 So. Here, si tu nunc esuris, ego sature pugnias ad te voluo.
- 15 AM. Pergin', mastigia? So. abi ad Acheruntem, venefice. AM. men'  
 veneficum?  
 Vapula. JUP. quæ, hospes, intemperix, ut tu meum verberes?  
 AM. tuum? JUP. meum.  
 AM. Mentiris. JUP. Sofia, i intro: dum hunc sacrfico, fac pare-  
 tur prandium.  
 So. Ibo. Amphitruonem, arbitror, ita comiter Amphitruo  
 Accipiet, ut dudum memet ego ille alter Sofia Sofiam.
- 20 Interea dum isti certant, in popinam devortundum' est mihi:  
 Lances detergam omneis, omneisque trullas hauriam. JUP. tun' me  
 Mentiri ais? AM. mentiris, inquam, meæ corruptor familiaræ.  
 JUP. Ob istuc indignum dictum, te obstricto collo hac arripiam.  
 AM. Væ misero mihi! JUP. at id præcavisse oportuit. AM. Blepha-  
 ro, suppetias mihi.
- 25 BL. Consimiles sunt adeo, ut utri assim, nesciam: rixam tamen,  
 Ut potest, dirimam. Amphitruo, noli Amphitruonem duello perdere;  
 Linque collum, precor. JUP. hunc tu Amphitruonem dic'titas?  
 BL. Quid ni? unus olim; nunc vero partus est geminus.  
 Dum tu visesse, alter quoque esse forma non delinit.
- 30 Interea quæso collum linque. JUP. linquo sed dic mihi, videtur-  
 ne tibi  
 Istic Amphitruo? BL. uterque quidem. AM. proh summe Juppiter!  
 ubi hodie  
 Mihi formam adimis! pergo quærere: tune Amphitruo? Ald. sup. perge  
 quærere. Amph.  
 tun' Amphitruo.  
 JUP. tu negas?  
 AM. Pernego, quando Thebis, præter me, nemo' est alter Amphitruo.  
 JUP. Immo, præter me, nemo; atque adeo, tu Blepharo, judex sies.
- 35 BL. Faciam id, si queo, signis palam. tu responde prius. AM. lubens.  
 BL. Antequam cum Taphis à te pugna sit inita, quid mandasti mihi?  
 AM. Para-

13. *Thesaurum.*] *Pessima rei copia, the-  
 saurus dici potest.* Nouius. *Stupri.*] Post  
 vocem *stupri*, hunc versum insero: *cui-  
 que med absente corpus (uxor) vulgavit  
 suum.* I. Gul.

21. *Omneisque trullas, &c.*] *Trulla*,  
 vas potorium: *trina* vas aquarium, quo è  
 culina aquam calefactam in lavatrinam,

hoc est; domesticum balneum fundebant. *omnes trullas hauriam*, sic interpre-  
 tamur: ut *trullas omnes* decipiamus *ἀντὶ  
 τῆ πᾶσαν ἀγύταιας*, sive trullarum  
 omne genus. neque ad *στύβου* tantum  
 referimus, sed etiam ad reliquas trullas:  
 puta *ἐπιπύσης, ζυμύσης*, &c. alias, si  
 quæ erant alix. *Casaub.*

AM. Parata navi, clavo hæeres sedulo.

JUP. Ut si nostri fugam facerent, illuc me tuto reciperem.

*P. F. parata in ipso portu navi.*

AM. Item aliud, ut bene nummatum servaretur marsupium.

40 JUP. Quæ pecuniæ? BL. tace sis tu, meu' st quærere. scisti numerum?

JUP. Talenta quinquaginta Attica. BL. hic examussim rem enarrat & tu.

JUP. Quot Philippei? AM. duo milia. JUP. oboli vero bis *Act. tribuit BLEPH.*

Rem tenet probe, intus in cymena clausum alterum esse oportuit.

JUP. Attende sis: hac dextera, ut nosti, regem mactavi Pterelam;

45 Spolia ademi; & pateram qua ille potare solitus est, in cistella

Pertuli: dono uxori meæ dedi, qui cum hodie domi lavi,

Sacrificavi, cubui. AM. he! mihi? quid audio? vix apud me sum:

Vigilans quippe dormio: vigilans somnio, vivus & sanus intereo.

Ego idem ille sum Amphitruo, Gorgophones nepos, imperator Thebanorum:

50 Et Creontis unicus Teleboarum perduellis: qui Acarnanes

Et Taphios vi vici, & summa regem virtute bellica.

Illisce præfeci Cephalum, magni Deionei filium,

JUP. Ego idem latrones hostes bello & virtute contudi.

Electryonem perdididerant, nostræ & germanos conjugis,

*Alii. ger- manum.*

55 Achaiam, Ætoliam, Phocidem, per freta Jonium & Ægeum & Creticum

Vagati, vi vortebant piratica. AM. Di immortales! mihi met

Non credo, ita omnia, quæ facta illic, ex amussim loquitur. vide,

Blepharo. BL. unum superest: id si fiat, Amphitruones fitote gemini.

JUP. Quid dicas, novi: cicatricem in dextro musculo ex illoc vulnere

60 Quod mihi impexit Pterela. BL. eam quidem. AM. appolite. JUP. Viden? en aspice.

BL. Detegite, aspiciam. JUP. deteximus, vide. BL. supreme Jupiter,

Quid intueor! utrique in musculo dextero, eodem in loco,

Signo eodem apparet probe, ut primum coivit cicatrix rufula,

Sublurida. Rationes jacent, judicium silet, quid agam nescio.

37. Parata navi ] Mandavi tibi, ut sedulo gubetnaculo affixus esses. *Lamb. Clavo hæeres.* ] Sic distingue meo periculo: — Clavo hæeres sedulo

Ut si nostri fugam facerent, illuc me tuto reciperem.

BL. Item aliud. AM. ut bene nummatum servaretur marsupium.

Cæcutiunt qui non vident, hæc ita fuisse disponenda. *Dissidans.*

41. Talenta quinquaginta Attica. ] Id est, vicena quina milia aureorum Ungaricorum, quadringentos quinquaginta quatuor, & dimidiato paullo plus. Tot

etiam talentis mulctatus fuit *Demosthenes* convictus silentii *Harpalo* venundati. *T.*

53. Latrones. ] Id est, milites conductos, quibus utebantur hostes. *Dauza.*

64. Sublurida. ] *Luridus color* à similitudine coloris *luræ*, id est, utris coriacci, atque adeo à similitudine corii appellatus. *Turneb. Judicium silet.* ] *Silentium* in causis judicii que intelligitur, cum nulla prorsum promit se conjectura veritatis dispiciendæ, unde ferri possit sententia.

Respicit autem ad *ampliationis* morem: cum in tempus aliud judicium diffinditur. *Cal. Rhodig.*

ACTUS QUARTI SCENA TERTIA.

BLEPHARO, AMPHITRUO, JUPPITER.

Vos inter vos partite: ego abeo, mihi negotium est.  
Neque ego unquam ulquam tanta mira me vidisse cen-  
seo.

AM. Blepharo, quaeso, ut advocatus mihi assis, neve abeas.  
BL. vale.

Quid opus est me advocato? qui utri sim advocatus  
nescio.

JUP. Intro hinc eo. Alcumena parturit. AM. perii miser.

Quid ego? quem advocati jam atque amici deserunt.

Nunquam edepol me inultus istic ludificabit, quisquis est.

Nam jam ad regem recta me ducam, resque ut facta est elo-  
quat.

Ego pol illum ulciscar hodie Thebsalum veneficum,

10 Qui perverse perturbavit familiae mentem meam.

Sed ubi ille est? intro edepol abiit, credo ad uxorem meam.

Qui me Thebis alter vivit inferior? quid nunc agam?

Quem omnes mortales ignorant, & ludificant, ut lubet.

Certum est, introrumpam in aedibus, ubi quinque homi-  
nem aspexero,

Sive

1. *Artite.* ] Vos inter vos istam con-  
troversiam decidite ac dirimite.  
*Lambin.*

4. *Nescio.* ] Post hunc versum infere-  
o alium, quem *Nonius* in *Decernere*, ex  
*Amph.* citat.

*Qui nequeo, vestrorum utar sit Amphitruo,*  
*decernere.*

J. *Gulliel.*

5. *Am. Perii miser! quid ego?* ] Per-  
sonis aliter collocatis, sic scribo:

JUP: Intro ego hinc eo. Alcumena par-  
turit. perii miser!

AM. Quid ego? quem advocati jam  
omnes atque amici deserunt.

Juppiter cum Amphitruonem egregie  
confutasset, redire se intro ait, tum inter  
eundem, tumultum & clamorem Alc.  
parturientis exaudiens; Alcumena, in-  
quit, parturit: & addidit, *Perii miser.* ami-

cz saluti proximis. Neque mihi hoc  
quisquam objiciat, Jovi patum conve-  
niri hanc formidinem: nam haec ipsa si-  
mulatio scenam adjuvat & Amphitruo-  
nem ex subditivo prope gotmanum fa-  
cit. Hic subjiiciens Amphitruo: *Quid*  
*ego?* inquit, an non magis perii, etiam,  
quem amici & noti omnes deserunt.  
*J. Gulliel.*

9. *Thebsalum, &c.* ] *Thebsali* vene-  
ficiis & magicis artibus infames. *Taub-*  
*mannus.*

13. *Ignorant.* ] Ignorare est ascernari  
& cognoscere nolle. *J. Gull.*

14. *Introrumpam in aedibus.* ] *Appetiz*  
*opere* est: apparet enim veteres & expo-  
sitioni *In*, sive motum in loco, sive  
ad locum significaret, indifferenter ac-  
cusativum & ablativum adjuvante.  
*Meurs.*

i. *Seput-*

- 15 Sive ancillam, sive servom, sive uxorem, sive adulterum.  
 Seu patrem, sive avom videbo, obtruncabo in ædibus.  
 Neque me Juppiter, neque di omnes id prohibebunt, si  
 volent.  
 Quin sic faciam uti constitui: pergam in ædibus nunc jam.

## ACTUS QUINTI SCENA PRIMA.

BROMIA, AMPHITRUO.

- S Pes atque opes vitæ meæ jacent sepultæ in pectore,  
 Neque ulla est confidentia jam meo in corde, quin ami-  
 serim;  
 Ita mihi videntur omnia, mare, terra, cælum, consequi,  
 Jam ut opprimar, ut enicer, me miseram! quid agam nescio.  
 5 Ita tanta mira in ædibus sunt facta. væ miseræ mihi!  
 Animo male est. aquam velim! corrupta sum; atque absum-  
 ta sum.  
 Caput dolet, neque audio, neque oculis prospicio satis.  
 Nec me inferior fœmina est, neque ulla videatur magis.  
 Ita heræ meæ hodie contigit. nam ubi parturit, deos sibi in-  
 vocat.  
 10 Strepitus, crepitus, sonitus, tonitrus: ut subito, ut propece,  
 ut valide tonuit!  
 Ubi quisque institerat, concidit crepitu. ibi nescio quis ma-  
 xuma  
 Voce exclamat: Alcumena, adest auxilium, ne time:  
 Et tibi, & tuis propitius cœli cultor advenit.  
 Exurgite, inquit, qui terroré meo occidistis præ metu.  
 15 Ut jacui, exurgo. ardere censui ædis, ita tum consulebant.  
 Ibi me inclamat Alcumena: jam ea res me horrore afficit.

Herills

1. *Sepulta.*] Id est, *extincta*. omnis  
 spei atque auxilii inopiam signi-  
 ficat.

3. *Consequi.*] *Consequi* hic puto, idem  
 esse, quod, circumgyrari, in orbem rari,  
 aut agi. Nam in orbem rapta se invicem  
 consequuntur. Maxime autem conster-  
 hatis cælum, terra, & mare circumrotari  
 fere, & lapsum minari videntur. *Boxbern.*

6. *Animo male est.*] *Animo male fieri*  
 dicitur, cum lætu alicujus mortis per-  
 cussus animus; non sustinet corpus, se-  
 quiturque ruina membrorum. *Donatus.*  
*Aquam velim!*] *Qua suffusa, semiani-*  
*mis recreet, atque reficiat.* *Lambinus.*

9. *Deos sibi invocat.*] Forte puerperis  
 illud solemne dixit, *Juno Lucina, ser-*  
*opem.* *Taubm.*

Omnium primum Alcumenag geminos peperit filios.

AM. Ain' tu geminos? BR. geminos. AM. di me servant  
BR. sine me dicere,

Ut scias tibi tuæque uxori deos esse omnes propitios.

AM. Loquere. BR. postquam parturire hodie uxor occæpit  
tua,

40 Ibi utero exorti dolores, ut solent puerperæ:

Invocat deos immortales, ut sibi auxilium ferant,  
Manibus puris, capite aperto. ibi continuo contonat  
Sonitu maximo, ædis primo ruerere rebamur tuas.  
Ædes totæ consulgebant tuæ, quasi essent aureæ.

45 AM. Quæso absolvito hinc me, exemplo quando satis de-  
luseris.

Quid fit deinde? BR. dum hæc aguntur, interea uxorem  
tuam

Neque gementem, neque plorantem uostrum quisquam au-  
divimus:

Ita profecto sine dolore peperit. AM. jam istuc gaudeo,

Ut ut erga me merita est. BR. mitte isthæc, atque hæc quæ di-  
cam accipe.

50 Postquam peperit pueros, lavere iussit nos. occæpimus.

Sed puer ille quem ego lavi, ut magnus est, & multum  
valet?

Neque eum quisquam colligare quivit incunabulis.

AM. Nimia mira memoras: si isthæc vera sunt, divinitus

Non metuo quin meæ uxori latæ suppetiæ sient.

55 BR. Magis jam faxo mira dices. postquam in cunas conditu' st,  
Devolant angues jubati deorsum in impluvium duo

Maxu-

42. *Manibus puris.*] *Puras manus* tam à sordibus & illuvie, quam à exde & sanguine, in sacris exigebant antiqui. Mimus: *Puras Deus, non plenas adspicit manus.* Fiebantque ex lavationes fere in vivo flumine. *Briffon. Capite aperto.*] In salutandis & adorandis diis stantes capite aperto, corpus dextro versus in orbem circumagebant, procumbebant etiam, dextramque ori admoventes, oskulum labris preme-

bant, tum deinde sedebant. *Briffon.*

52. *Incunabulis.*] *Incunabula* sunt fasciæ & panni, quibus pueri in cunis involvuntur, involucraque eorum, uno verbo lanea & lintea. Nam in cunis pueri involuti incunabulis colligantur. *Turneb.*

56. *Angues jubati. &c.*] *Iuba*, angibus & draconibus tribui solent, quæ quidem cristæ sunt in eorum capitibus eminentes. *Turneb. Impluvium.*] *Sireliæque*

## ACTUS QUINTI SCENA SECUNDA.

JUPPITER.

Bono animo es, assum auxilio, Amphitruo, tibi & tuis.

Nihil est quod timeas. hariolos, haruspices

Mitte omnis. quæ futura & quæ facta, eloquar:

Multo adeo melius, quam illi, quum sim Juppiter.

5 Primum omnium Alcumenæ usutam corporis

Cepi, & concubitu gravidam feci filio.

Tu gravidam item fecisti, quom in exercitum

Profectus. uno partu duos peperit simul.

Eorum alter, nostro qui est susceptus semine,

10 Suis factis te immortalis afficiet gloria.

Tu cum Alcumena uxore antiquam in gratiam

Redi, haud promeruit, quamobrem vitio vorteres.

Mea vi subacta est facete. ego in cælum migro.

9. *Qui est susceptus, &c.] Mss. Lang. qui est conceptus semine. Fortasse melius. Aliud enim conceptio est, aliud susceptio. Conceptio proprie seminis; primus uteri actus in generatio-*

*ne. Susceptio, in lucem editi pueri. opus parentum, qui natos manibus suscipiunt, atque e terra tollunt, ut ostendant, velle se eos alij atque educati. Dissidans.*

## ACTUS QUINTI SCENA TERTIA.

AMPHITRUO.

Faciam ita ut jubes, & te oro, promissâ ut serves tua.

Ibo ad uxorem intro; mihi facio Tiresiam senem.

Nunc, spectatores, Jovis summi causâ clare plaudite.

3. *Clare plaudite.] Mss. Comes. clara plaudite. forte applaudite. Grutes.*

FINIS AMPHITRUONIS.

M. ACCI PLAUTI,  
A S I N A R I A.

DRAMATIS PERSONÆ.

LIBANUS, *servus.*  
DEMÆNETUS, *senex.*  
ARGYRIPPUS, *adolescens.*  
CLEÆRETA, *lena.*  
LEONIDA, *servus.*  
PHILENIUM, *meretrix.*  
DIABOLUS, *adolescens.*  
PARASITUS.  
ARTEMONA, *uxor.*  
MERCATOR.  
GREX.

ARGUMENTUM, ut quibusdam videtur,

P R I S C I A N I.

**A** Manti argento filio auxiliarier  
Sub imperio vivens volt senex uxorio.  
Itaque ob asinos relatum precium Saurea  
Numerarier jussit servolo Leonide.  
Ad amicam id fertur. cedit noctem filius.  
Rivinus amens ob praeceptam mulierem;  
Is rem omnem uxori per Parasitum nunciat.  
Accurrit uxor, ac virum è lustris rapit.

ALIUD ARGUMENTUM

C A M E R A R I I.

**H** Ujus Comcediæ & nomen & argumentum leve atque jocosum,  
& tota, quemadmodum in Prologo dicitur, ridicula res est.  
Sed ingens turpitude & nefarium flagitium hac fabula exponitur,  
societatis scelestæ, & eorum, quæ animadversione acerrima digna, non  
solum impunita essent legibus, sed jocis etiam verborum vulgo celebra-  
rentur. Atque hæc est horribilis ira Dei, quæ impietatem ita ulciscitur,  
ut in omnia pessima illam facinora ruere, & delicias facere in gravissi-  
mis delictis patiatur. Id quod debemus in his ludis diligenter cognosce-  
re. ita in seria etiam illi ducent cum aliqua utilitate nostra, &c. Ad rem.  
In hac fabulæ, volente & jubente patre, argentum à se aufertur, quod  
detur filio amanti: ea lege, ut filius patri apud amicam locum esse pa-  
tatur. Mirifice autem ludunt adolescentem servi, parta præda. Et  
finis continet pudendam criminationem uxoris, educentis è lustris vi-  
rum suum.



## P R O L O G U S.

- H**Oc agite sultis spectatores, nunc jam,  
 Quæ quidem mihi atque vobis res vortat bene,  
 Gregique huic, & dominis, atque conductoribus.  
 Face jam nunc, tu præco, omnem auritum populum.  
 5 Age nunc reside: cave modo ne gratis. M. T. Com,  
gratis.  
 Nunc, quid processerim huc, & quid mihi voluerim,  
 Dicam; ut sciretis nomen hujus Fabulæ.  
 Nam quod ad argumentum atinet, sane breve est.  
 Nunc quod me dixi velle vobis dicere,  
 10 Dicam: Huic nomen Græce est Onagos Fabulæ.  
 Demophilus scripsit, M. A R C U S vortit barbarè. Guil. Diphilo  
scripsit,  
M. AURIUS.  
 A S I N A R I A M volt esse, si per vos licet.  
 Inest lepos ludusque in hac Comædia.  
 Ridicula res est, date benigne operam mihi,  
 15 Ut vos item alias, pariter nunc, Mars adjuvet.

3. **C**onductoribus.] Lambinus accipit de iis, qui conduxerunt ornamenta, Aedilibus. Immo vero de iis capiendum qui Ludos exhibent, quique histrionum operam conduxerunt. *Grut.*

4. *Auritum, &c.*] *Auritum populorum* accipio, qui usu autium non delituitur. *J. Galiel. Auritum, attentum.* *Gloss. Mss. Boxhorn. Gratis.*] *Epid. act. 3. 4. 18.*

10. *Græce est Onagos,*] *Langianus, Onagrost.* Duo Fall. *Onagro est. Barthianus Onago.* Scribendum: *Græce est Onago. Vel, Onego.* Nam τὸ ἐστὶν transponi vertat metrum. Vide ad Livii lib. 1. *Græcov, Onagos.*] Cum ἰσχυρὸς sonet *Asinariæ* cur *Asinariæ* vocatur Comædia? R. subauditur, *fabula.* ut perinde sit, ac si diceretur; *Fabula de asinario mercatore.* *Stephan.*

## A C T U S P R I M I S C E N A P R I M A

L I B A N U S, D E M Æ N E T U S.

- S**Icut tuum vis unicum gnatum tuæ  
 Superesse vitæ, sospitem & superstitem:  
 Ita te obtestor, per senectutem tuam,  
 Perque illam, quam tu metuis, uxorem tuam:  
 5 Si quid med erga tu hodie falsum dixeris,  
 Ut tibi superstes uxor ætatem fiet;

A T Q U E

6. *Ætatem.*] *Pro, diutissime, sive æternam, adverbialiter positum.* *Nonius. 7. Pessim.]*

Atque illa viva vivus ut pestem oppetas.

DE. Per deum Fidium quæris: jurato mihi

Video necesse esse eloqui, quicquid roges,

10 Ita me obstinate aggressus, ut non audeam

Profecto, percunctanti quin pronam omnia

Proinde actuum istud quid sit, quod scire expetis,

Eloquere: utiple scibo, te faciam ut scias.

LI. Dic obsecro hercle serio, quod te rogem.

15 Cave mihi mendacii quicquam. DE. quin tu ergo rogas?

LI. Num me illuc ducis ubi lapis lapidem terit:

DE. Quid istuc est? aut ubi est istuc terrarum loci?

LI. Ubi flent nequam homines, qui polentam pransitant.

DE. Quid istuc sit, aut ubi istuc sit, nequeo noscere,

20 Ubi flent nequam homines, qui polentam pransitant.

LI. Apud fastitudinas ferricrepinas insulas,

Ubi vivos homines mortui incurstant boves.

DE. Modo pol percepi, Libane, quid istuc sit loci,

Ubi sit polenta, te fortasse dicere. LI. ah:

25 Neque hercle ego istuc dico, nec dictum volo.

## Teque

7. *Pestem.*] *Pestis* etiam pro morte ponitur, sicut *febris* pro quocunque morbo. *Meurs.*

8. *Deum fidium.*] *Fidium* est Jovis filius, id est, Hercules. *Διὸς υἱὸς Ἡρακλῆς*, cujus sacramentum sanctissimum erat. *Festus.*

16. *Lapi lapidem.*] Dux rationes molendi indicantur à Poëta: una, cum suspensa mola fruges frangimus, ut in faba trita, & in polenta crassiuscula: altera, cum molæ non suspenduntur, sed lapis lapidem terit, id est, mola molam; cum tenuior farina & minutior elicitur. Atque hinc Comica quadam lascivia & lusu servum circumloqui *πιστίνην*, ex genere molituræ. *Turneb.*

18. *Polentam.*] Id est, hordeum, vel hordaceam farinam. *Taubm.*

20. *Qui polentam pransitant.*] Sic omnes omnino scripti. *Camerarianus* inter versus *pinstant*: & idem unus secundo post hunc versu, *pinstant*. Quod in speciem commodius. hoc enim illorum

opus est, non *pransitare*: à quo adeo erant remoti, ut & *παισιγιῶν* machinam haberent alligatam, quæ & vesici polenta & manus ori admoveere prohiberet. Unde igitur hic codicum in hoc verbum consensus? Fortasse utrobique scriptum: *Ubi flent nequam homines, si polentam pransitent*. Significat unum illis esse daturæ sortis solatium, si quid de polenta furtim aliquando subducere & pransitare possint. Ubi homines nequam perpetuam sentiunt miseriam, nisi si quando contingat, ut furtim aliquid polentæ ori inierant. *Granovius.*

21. *Fustitudines.*] *Insulas* vocat molas, quod in medijs pristini locis collocatæ, veluti insulæ speciem præbent. *Fustitudinas* vero, quod illic fustibus adigerentur servuli si alicubi cessarent. *Ferricrepidinas* etiam, quod compedibus vincirentur, ne fugiendi daretur facultas. *Longol.*

22. *Mortui, &c.*] Id est, ubi servi torris è pellibus bubulis factis exduuntur. *Lambin.*

Teque obsecro hercle, ut, quæ locutus, despuas.

DE. Fiat, geratur mos tibi. LI. age age usque excresca.

DE. Etiamne? LI. quæso hercle usque ex penitis faucibus.

DE. Etiam? LI. amplius. DE. nam quousque? LI. usque ad mortem volo.

30 DE. Cavessis malam rem. LI. uxoris dico, non tuam.

DE. Dono te ob istuc dictum, ut expers sis metu,

LI. Dî tibi dent, quæcunque optes. DE. redde operam mihi:

Cur hoc ego ex te quæram? aut cur miniter tibi,

Propterea quod me non scientem feceris?

35 Aut cur postremo filio succenseam,

Patres ut faciunt cæteri? LI. quid istuc novi est?

DE. Equidem scio, jam filius quod amet meus

Isthanc meretricem è proximo Philenium.

Estne hoc, ut dico, Libane? LI. rectam instas viam.

40 Ea res est. sed eum morbus invasit gravis.

DE. Quid morbi est? LI. quia non suppetunt dictis data.

DE. Tunc es adjutor nunc amanti filio?

LI. Sum vero, & alter noster est Leonida

DE. Bene hercle facitis, & à me initis gratiam.

45 Verum meam uxorem, Libane, nescis qualis fiet?

LI. Tu primus sentis, nos tamen prænoscimus.

Camera. nos  
tamen inde  
noscimus.

DE. Fa-

26. *Despuas.*] Despuabant veteres, quæ abominabantur ne evenirent. *Lamb.*

28. *Penitis.*] Vocabant penitum veteres, quod intimum esset: unde & *Penum* & *Penates* dixerunt. *Muretus.*

31. *Expers sis metu.* *Expers* cum sexto casu, mote veterum. *Catullus*, omnibus *expers*. *Muret.*

32. *Redde operam.*] Scil. *auscultando.* *Lambin.*

36. *Quid istuc novi est?*] Vix mihi dubium sit, quin post hæc ponendus sit versus 69. *Demiror quid, &c.* at versus ordine 70. delendus.

37. *Equidem scio jam filius quod amet.*] Nunquam magis se tradidit *Scioppius*, quam cum congestis aut corruptis aut male intellectis auctorum locis vincere voluit, *scio quod*, ut vulgus usurpat, Latine dici. De singulis videbimus alibi.

Nunc monemus tirones, ab hæc barbarie sibi caveant. Hic autem scribendum aut cum *Fl. Sanctio*, *quam*, vel *quum*: aut *Equidem scio jam filius quam amet meus, Isthanc*. Quasi esset, *Isthanc scilicet*. Bis eodem modo peccatum est apud *Livium*, lib. 3. 52. & lib. 4. 31. *Pseud.* 1. 5. *Equam scilicet filium tibicinam meum amare?* *Gronovius.*

40. *Invasit gravis.*] Post hæc verba, vetus codex huic versum inserit:

DE, *Etiamne?* LI. *age quæso, hercle, usque ex penitis faucibus.*

41. *Non suppetunt, &c.*] Non habet unde promissum solvat. *Lambin.*

46. *Nos tamen prænoscimus.*] *Camera-rii* & *Langii* Codices: *nos tamen in pretio sumus.* Recte: tu in primo pretio sentis, qualis sit uxor tua: nos tamen ipsi aliquo in pretio sive loco & tempore, id sentimus.

DE. Fateor eam esse importunam atque incommodam.

LI. Posterius istuc dicis, quam credo tibi.

DE. Omnes parentes, Libante, liberis suis,

50 Qui mihi auscultabunt, facient obsequelam:

*Scil. & Grae. obsequiam.*

Quippe qui magis amico utantur gnato & benevolo:

Atque ego me id facere studeo. volo amari à meis,

Volo me patris mei similem, qui causa mea

Nauclerio ipse ornatu per fallaciam,

55 Quam amabam, abduxit ab lenone mulierem.

Neque puduit eum id ætatis lycophantias

Struere, & beneficiis me emere gnatum suum sibi.

Eos me decteturum est persequi moris patris,

Nam me hodie oravit Argyrippus filius,

60 Uti sibi amanti facerem argenti copiam:

Et id ego percupio obsequi gnato meo:

Volo amoris obsecutum illius, volo amet me patrem.

Quamquam illum mater acerte contenteque habet,

Patres ut consueverunt: ego mitto omnia hæc.

65 Præsertim quum is me dignum, quoi concrederet,

Habuit, me habere honorem ejus ingenio decet:

Quum me adiit, ut pudentem gnatum æquum est, patrem;

Cupio esse amicæ quod det argentum suæ.

LI. Demiror quid sit, & quo evadat, sum in metu.

DE. Equi-

mus. Nam quum dicitur *primo, secundo, tertio*, potest intelligi *pretio*, perinde ut loco & numero. Pznulo act. 1. scen. 2. *Primum prima salvatis, & secunda tu secundo salvo in pretio, tertia salvo extra pretium.* Sedigitus Volcatus: *Dein Navius qui servet, tertio in pretio est, Sciopp.*

63. *Arcte contenteque habet.* ] Ride hic gravitatem mimici philosophi. Virtutem ait metam habere, intra quam & in qua consistit, quæ vocetur mediocritas: in ea qui manent, continenter aut ipsos agere aut alios habere dicit Plauto. Atqui continenter vivere potest & qui in splendore vivit, contenta non nisi qui parce aut *γὰρ ποτὲ*. Non intellexit, quid esset, contenta. Cicero pro Plancio: *Cn. Manlium, non solum ignobilem, verum sine virtute.*

*sine ingenio, vita etiam contenta ac sordida.* Latinus Pacatus. *cum videret Imperatorem, rerum potentem, terrarum hominumque dominum, parce contenteque viventem.* Paullinus Natali sexto Felicit:

*Quos solos habuit contenta rusticum illos Paupertatis opus.*

Cicero pro Sex. Roscio: *hac contenta vita & rusticana.* Gronovius.

64. *Patres ut consueverunt.* ] Seneca: *Non vides quanto aliter patres, aliter matres indulgeant? Illi exercitari jubent liberos ad studia obcunda mature: seriatu quoque diebus non patiuntur esse otiosos, & sudorem illi, & interdum lacrymas excutiunt. At matres fovete in sinu, contenta in umbra volunt.*

66. *Habere honorem.* ] Morem ipsi gerere. Lambin.

- 70 DE. Equidem scio jam, filius quod amet meus.  
 LI. Cupis id, quod cupere te nequicquam intellego.  
 Dotalem servum Sauream uxor tua  
 Adduxit, cui plus in manu sit quam tibi.  
 DE. ARGENTUM accipi, dote impetium vendidi,  
 75 Nunc verba in pauca conferam, quid te velim.  
 Viginti jam usu' sit filio argenti minis.  
 Face id ut paratum jam sit. LI. unde gentium?  
 DE. Me defraudato. LI. maxumas nugas agis.  
 Nudo detrahete vestimenta me jubes.  
 80 Defrudem te ego? age sis, tu hinc pennis vola.  
 Tene ego defrudem, cui ipsi nihil est in manu?  
 Nisi quid tu porro uxorem defraudaveris.  
 DE. Qua me, qua uxorem, qua tu servum Sauream  
 Potes, circumduce, aufer; promitto tibi  
 85 Non offuturum, si id hodie effeceris.  
 LI. Jubeas unâ operâ me piscari in aëre,  
 Venari autem rete jaculo in medio mari.  
 DE. Tibi optionem sumito Leonidam.  
 Fabricare quidvis, quidvis comminiscere.  
 90 Perficito argentum hodie ut habeat filius,  
 Amicæ quod det. LI. quid ais tu, Demænete?  
 Quid si forte in insidias devenero?  
 Tu redimes me, si me hostes interceperint?

Heinf. ve-  
nari avcum.

DE. Redi-

70. *Dotalem.* ] *Dotale servus*, idem prorsus qui *Agellio Receptitius*. Quem vide lib. 17.6. Qui quidem servus in marito p̄bescante non erat, ut reliqui; sed matronæ peculiaris: quippe *exceptus* cum reliqua pecunia, nec datus dote: quam pecuniam illa prohibitu tractabat, vel invito marito *Danza*.

76. *Viginti.* ] Miror qui senex scire potuerit filio opus esse viginti minis: cum multo post (*Scena 3.*) lena super illis cum adolescente pacificatur. *Muret*.

80. *Defrudem.* ] *Defrudare*, est fructum minuere, vel, per fraudem aliquid eximere. *Nonius*.

84. *Circumduce.* ] *Decipe*, circum-

veni. *Gloss. Mss. Boxhorn*.

86. *Piscari in aëre.* ] *Piscari in aëre*: & *venari in mari*, habent formam proverbii. Vide *Erasmus*.

87. *Rete jaculo.* ] Est *rete jaculum*, retis genus dictum à jaciendo, quod & *funda* appellatur, à *fundendo*, vel à *fundo*: *Plat.* *Græcis*, ut docet *Serq. Georg.* vers. 141. dicitur *rete jaculum*, ad differentiam *verriculi*, quod non jacitur, sed vertritur, id est, trahitur. *Turneb.*

88. *Optionem.* ] *Optiones* ab *opando* appellati: quod antecedentibus agritudine præposita, hi, tanquam adoptati eorum atque vicariis, soleant universa curare. *Vergetius*.

94. *Aliud*

DE. Redimam. LI. tum tu igitur aliud cura quid lubet.

95 DE. Ego eo ad forum, nisi quid vis. LI. i; etiamne ambulas?

DE. Atque audin' etiam? LI. ecce. DE. si quid te volam, ubi eris?

LI. Ubicunque libitum fuerit animo meo.

Profecto nemo est, quem jam dehinc metuam, mihi

Ne quid nocere possit: cum mihi tua

100 Oratione omnem animum ostendisti tuum.

Quin te quoque ipsum facio haud magni, si hoc patro.

Pergam quo occæpi, atque ibi consilia exordiar.

DE. Audin' tu? apud Archibulum ego ero argentarium.

LI. Nempe in foro? DE. ibi. si quid opus fuerit. LI. me minero.

105 DE. Non esse servus pejor hoc quisquam potest,

Nec magis versutus, nec quo ab caveas ægrius.

Eidem homini, si quid recte curatum velis,

Mandes: moriri sese misere mavolet,

Quam non perfectum reddat quod promiserit.

110 Nam ego illud argentum tam patatum filio

Sciò esse, quam me hunc scipionem contui.

Sed quid ego cæso ire ad forum, quod incæperam?

(Ibo,) atque ibi manebo apud argentarium.

94. *Aliud cura.*] Id est, tu de hac re sis securus, ego videro. *Taubm.*

95. *I; etiamne ambulas?*] Suspicio fuisse initio. *Ei, ei; ne ambula.* hoc est; *I, i; ne ambula.* sic respexit ad dictum senis *Es;* jubeatque porro ire, neque ambulare. minus enim est, imo vero & aliud ambulare, quam ire. Leporantem in eo, quod senex scipioni inniteretur, ideoque itioni minus æpris. *Gruter.*

103. *Argentarium.*] Fuit olim in civitatibus certum corpus sive *ovsippa* argentariorum, quorum erat publicum

officium. Tabernæ & mensæ cum ære in foro positas habebant. Apud menses pecuniæ deponerantur, permutabantur, emebantur, vendebantur: quod Latine est *ambare*, Græce *ἀραμεν* *ἀραμεν*. *Cujac.*

104. *Si quid opus.*] Hoc de solemnibus Romanæ antiquitatis Formulis de promptum, recte *Cic.* ad *Attic.* Erat enim, si meministi, in consularis petitione per te mihi pollicitus, *SI QUID OPUS ESSET* *Donza.*

111. *Contui.*] Id est, contacti, cernere. *Lambin.*

## ACTUS PRIMI SCENÀ SECUNDA.

ARGYRIPPUS.

Siccine hoc fit? foras ædibus me ejici?

Spomerenti optime hoc cene pretii redditur?

Bene merenti mala es, male merenti bona es.

At

- At malo cum tuo : nam jam ex hoc loco  
 5 Ibo ego ad tresviros, vestraque ibi nomina  
 Faxo erunt: capitis te perdam ego & filiam,  
 Perlecebræ, perniciës, adolescentum exitium.  
 Nam mare haud est mare, vos mare acerrimum.  
 Nam in mari repperi, hic elavi bonis.  
 10 Ingrata atque irrita esse omnia intellego,  
 Quæ dedi, & quod benefeci: at posthac tibi,  
 Male quod potero facere, faciam, meritoque id faciam tuo.  
 Ego pol te redigam eodem unde orta es, ad egestatis terminos.  
 Ego edepol te faciam, ut quæ sis nunc, & quæ fueris, scias.  
 15 Quæ priusquam istam adu, atque amans ego animum meum  
 isti dedi,  
 Sordido vitam oblectabas pane, in pannis, inopia.  
 Atque ea si erant, magnas habebas omnibus dis gratias.

Eadem

4. **A**T malo cum tuo.] Veteres cum minarentur, aut significarent, quod quis diceret aut faceret, impunè non habiturum, malo id ejus futurum ajebant, & ferè hac formula, *Malo tuo. I. Gmil. Ex hoc loco.* ] Id est, è vestigio. *Lamb.*

5. *Tresviros.*] Vide notas Amph. Act. 1. Scen. 1. *yl. 3. Nomina.* ] Solebant enim rei nomen apud magistratum ante accusationem datis tabellis deferre. *Donx.*

7. *Perlecebra, &c.*] *Pollecebra* Delinimenta sunt meretricis, blandidicis discis & suaviludiis imperitos juvenum animos irretientia: unde ipsæ meretrices *Pollices.* Joh. Guilmus.

9. *In mari.* ] Id est, in mercatura faciendâ. *Donx. Elavi.* ] *Elvero*, est decoquere, substantiam lancinare: ut Rud. Act. 2. 7. Sic *Proluero* quoque itaque *Proluvium*, pro immoderata & effusa largitate. Tacitus, *Proluerosos, &c.* Palmer.

16. *Sordido vitam oblectabas pane.* ] *Sordidum panem* Lambinus interpretatur panem cibatum, qui servis dabatur. Sed putat *Celerus* viliores fuisse: nimirum illum, quem juseulo superfuso canibus præberi solitum scribit vetus Scholiastes Juvenalis. *Taubmannus. In pannu,*

*inopia.* ] Præterquam quod Lipsius, *in-pannu*, una voce, consenserunt omnes lacunam hic esse, & quidem plurimum veiente unius versus. At locus est integerimus: ad vocem *inopia* repetenda est proximæ voci apposita præpositio: quasi esset, *in pannu, in inopia*: more Latinis usitatissimo, quod non attenderunt etiam in S. Cypriani epistola ad Donatum: *In judicium, concione, pro vestro opulenta sacundia volubili ambitione jactetur.* Sic Mss. saniores, & invenit Pamelius in suis, etsi improbet. Deinde subauditur participium verbi substantivi, *vivens, dogens, agitans, atatem agens.* An aliquid deest huic orationi: *in vestitu mendica & egestate vitam sordido pane oblectabas.* Atqui hæc est ipsa oratio Plauti. Sed tamen dicent, *Atque ea si erant*, quod sequitur non potest referri ad *inopiam.* Potest immo: nam *inopia* non hic significat indigentiam ipsam, sed angustias & tenuitatem inopum: ut eum dicimus, *in egestate esse, in inopia vivere*: intelligimus res parvulas & tenues, quibus tamen anima quantumvis egeni sustinetur. *Atque ea si erant*, nempe panis sordidus, panni & habitus mendicorum, alia suppellex & frivola mendicitatis. Terentius Eunuchus act. v. sc. v. *Græc.*

Eadem nunc, quom est melius, me, cujus opera est, ignoras,  
mala.

Reddam ego te ex fera, fame mansuetem, me specta Mss. Pall.  
mansuetam.  
modo

20 Nam isti quod succenseam ipsi, nihil est: nihil quicquam  
meret.

Tuo facit iussu, tuo imperio pareat: mater tu, eadem heras.  
Te ego ulciscar, te ego ut digna es, perdam, atque ut de me  
meres.

At, scelesti, viden' ut ne id quidem me dignum esse existimat,  
Quem adeat, quem colloquatur, cuique irato supplicet:

25 Atque eccam illecebra exit tandem; opinor hic ante ostium  
Meo modo loquar quæ volam, quoniam intus non licitum  
est mihi.

18. *Ignoras.*] Vide Amph. Act. 4. Νημὸς ἔγνωκός μαλθακὰν σφ' ἐφ' ἑστίον.  
Scen. 3. Scriveturim.

19. *Mansuetem.*] Ita Nonius *mansuetem*, à nomine *mansuet*, id est, καταπραΐναι.  
quasi assuetus ad manum accedere, &  
ut ait Maro, *Ille manum patiens*, Æneid. 7.  
vers. 490. *Taubm.* Æschylus Agam. 20. Nam isti.] Scil. Philenio.  
26. Modo.] More ubi iis presentibus  
loquimur quos metuimus, aliis in di-  
cendo potius morem gerimus, quam  
nobis. *Boxhorn.* An modo, arbitram.

## ACTUS PRIMI SCENA TERTIA.

CLEÆRETA, ARGYRIPPUS.

U Numquodque istorum verbum nummis Philippeis au-  
reis

Non potest auferre hinc à me, si quis emptor venerit.

Nec recte quæ tu in nos dicis, aurum atque argentum me-  
rum' est,

Fixus hic apud nos est animus tuus clavo Cupidinis.

5 Remigio veloque quantum poteris, festina & fuge.

Quam magis te in altum capeffis, tam æstus te in portum refert.

AR. Ego

1. *Philippeis.*] Sciendum nummos illæ cupientes maxime sunt, similis. Scal.  
*Philippeos* fuisse quondam aureos 4. Clavo Cupid.] Plane adamantino.  
insignes imagine *Philippi*, regis Macedo-  
num. *Cam.* Taubm.

3. *Nec recte.*] Id est, *male.* *Taubm.* 5. Remigio veloque.] Notatur summa  
*aurum merum est.*] Unde meretrices lutea 6. In altum.] Id est, mare. Capeffis.]  
veste introductæ; quia color auro, cujus Immittis. Nep.



AR. Ego pol istum portitorem privabo portorio.  
Ego te dehinc, ut merita es de me & meare; tractare exequar:

Quom tu me, ut meritus sum, non tractas, quæ ejicis domo.

10 CL. Magis istuc percipimus lingua dici, quam factis fore.

AR. Solus solitudine ego ted atque ab egestate abstuli:

Solus si ductem, referte gratiam nunquam potes.

CL. Solus ductato, si semper solus quæ poscam dabis.

Semper tibi promissum habeto hac lege, dum superes datis.

15 AR. Qui modus dandi? nam nunquam tu quidem expleri potes.

Modo quod accepisti, haud multo post aliquid quod poscas; paras.

CL. Quid modi' st? ductando, amando, nunquamne expleri potes?

Modo remisisti, continuo jam ut remittam ad te rogas.

AR. Dedi equidem quod mecum egisti. CL. & tibi ego nisi mulierem.

20 Pat pari datum hostimentu' st, opera pro pecunia;

AR. Male agis mecum. CL. quid me accusas, si facio officium meum?

Nam NEQUE usquam fictum, neque pictum, neque scriptum in poëmaticis,

Ubi lena bene agat cum quiquam amante, quæ frugi esse volr.

AR. Mihi quidem te parcere æquum est tandem, ut tibi durent diu.

25 CL. Non tu scis, quæ amanti parceret, eadem sibi parceret parum:

Quasi

7. Portorio. ] Quæstum significat metreticium. Portorium. φέρσιον, τὰ δόλω, *veclura*, sive pretium vecluræ. *Taub.*

12. Ductem. ] Ducere & perducere, inter Venerea habentur. *Gruter.*

14. Dum superes datis. ] Scil. alios. Vel *superes*, id est, abundes datis, ut vult *Vossius*. Sed simplicius est prius. *Taub.*

16. Quod accepisti. ] Quod Plauto interdum est accessio sermonis, præter vehementiam, sermoni nihil affertens. *I. Cunt.*

20. Hostimentum. ] Festus: *Hostimen-*

*tum est beneficii pensatio.* Sic *Sérv. Hostia*, victima est: & dicta, quod dii per illam *hostientur*, id est, æqui & propitii reddantur: inde *hostimentum*, æquatio. *Opera.* ] Gen. form. est opus vel labor, pro sumpta mercede, ut hoc loco. *Opus* est, id, quod opeta perficitur. *Nonius.*

23. Quæ frugi esse. ] Quæ suis rationibus consulit. *Lamb.*

25. Non tu scis. &c. ] Quæ amantem parceret & timide posceret, ea sibi exit dâ-innosâ. *Lamb.*

Quasi piscis, itidem est amator lenæ, nequam est, nisi recens.

Is habet succum, is suavitatem: cum quovis pacto condias;

*Atidal. distinguunt condias vel patinarius, vel assum vertes.*

Vel patinarium vel assum: vettes quo pacto lubet.

Is dare volt, is se aliquid posci. nam ubi de pleno promitur,

30 Neque ille scit quid det, quid damni faciat. illi rei studet:

Volt placere sese amicæ, volt mihi, volt pedissequæ,

Volt famulis, volt etiam ancillis: & quoque catulo meo

*Grus. etiam ancillis, & coquo, & catulo meo.*

Subblanditur novus amator, se ut quom videat, gaudeat.

Vera dico. AD SUUM quicunque hominem quæstum esse æquum est callidum.

35 AR. Perdidici isthæc esse vera, damno cum magno meo.

CL. Si ecastor nunc habeas quod des, alia verba perhibeas:

Nunc quia nihil habes, maledictis te eam ductare postulas.

*Si Grus. ductare meam postulas.*

AR. Non meum est. CL. nec meum quidem edepol, ad te ut mittam gratiis.

Verum ætatis atque honoris gratia hoc fiet tui:

40 Quia nobis lucro fuisti potius, quam decori tibi.

Si mihi dantur duo talenta argenti numerata in manum,

Hanc tibi noctem honoris causâ gratiis dono dabo.

AR. Quid, si non est? CL. tibi non esse credam; illa alio ibit tamen.

AR. Ubi illæc quæ dedi ante? CL. abusa, nam si ea durarent mihi,

45 Mulier mitteretur ad te: nunquam quicquam poscerem.

*Iuv. nec tu quicquam.*

Diem,

amicam verbis ductare, non donis. *Dissidau.*

28. *Patinarium.* ] *Piscis pat.* est, qui non assatur, nec elixatur, sed in patina cum jure apponitur. *Turneb. Verses.* ] *Amatorem* scil. ut piscem, dum assatur. *Taubm.*

29. *Deplens.* ] Cum amator nondum exhaustus est. *Lamb.*

37. *Te eam ductare, &c.* ] *Postulas te ductare*, ex elegantissimis Plautinis est. Ait amantem frustra, ac nequicquam velle

41. *Numerata in manum.* ] Vide *Turneb. lib. 4. 11.* ubi explicat illud *Cic. 2. Philipp. in manum lato.* *Taubm.*

44. *Abusa.* ] *Utendo*, vel in usum consumpta. *Turneb. lib. 22. 5.* Propriissime hoc verbo *Plautus* utitur: sc. in vino, unguentis, pigmentis, &c. nam id significat *abuti.* *Donat.*

- Diem, aquam, solem, lunam, noctem, hæc argento non emo:  
 Cætera quæque volumus uti, Græca mercamur fide.  
 Quom à pistore panem petimus, vinum ex œnopolio,  
 Si æs habent, dant mercem: eadem nos disciplina utimur,  
 50 Semper oculatæ nostræ sunt manus, credunt quod vident.  
 Vetus est, Nihili cocio est: scis cujus? non dico amplius.  
 AR. Aliam nunc mihi orationem despoliato prædicas:  
 Longe aliam, inquam, præbes nunc atque olim, quum dabam:  
 Aliam atque olim quum illiciebas me ad te blande ac benedice:  
 55 Tum mihi ædes quoque arridebant, cum ad te veniebam, tuæ.  
 Me unice unum ex omnibus te, atque illam amare, aiebas mihi.  
 Ubi

47. Græca, &c.] Græca mercari fide.] hic est, optima & repræsentata pecunia mercari, ut in palliata atque adeo Attica Comœdia: quasi Græci nunquam fallerent. Græci Græcis favent, & bene de gente sua & existimant & prædicant. Turneb.

51. Nihili cocio est.] Vidit hic aliquid Muretus: Quicquid enim repugnet, cocio est ipsum vocabulum *cautio*, ut *plodo plando*, *copo, caupo*. Sed cum scriptura mutat significationem & genus: non enim syngrapham significat, sed personam: petinde ut vocabulum *Optio* & electionem significat & adiutorem. Præ hoc tam facili etymo quam speciem habent, quæ comminiscuntur docti à cunctando, à coquendo, à conciendo, à cogendo: omnia *μία μόνον*. Cocio est artilator vel proxeneta, qui atra data contrahentes conciliat: infertique emptiis ac vendituti aut utiisque, & apud alterum, ut aliquid remittat, alterum ut addat pretio, interveniendo, tem conficit. lidem & pro emptore interdum spondebant; interdum & ipsi quædam emptiabant: ut nunc quoque faciunt: inde *cocios* & pro sponsoribus & pro *κέρπλοις*. Hinc explicandum dictum Laberii: *Duas uxores? hoc hercle plus negotii est, inquit cocio: sed adiles videntur*. Cocio sic loquebatur. utgens contrahentes. ut finem negotio imponerent, sibi enim & alia negotia curanda esse: ut τὸ hoc sit ablativi casus.

Sed abutitur eo Laberius, quasi nominativi esset, & significaret: hoc gravius est quam putarem. Hinc & Plautinum: *Non desidero*, inquit, & *pro nihilo habeo cocionem, qui intercedat & promittat, ad diem solutum iri: præseni volo*. Cum autem addit, *scu cujus?* indicat verbum hoc frequenter auditum in scena ex notissima aliqua comœdia. Illud absurde Salmasius, *cujus*, hic esse positum, ut *cujum pocius*. Ita enim dicendum fuisset: *scu enim*. Nec *cuja res est qualiter*, sed *cujus dominites*. Accipio autem ab eodem *cocios* apud Petronium: & intelligo artilatores, qui in mutatione mercium intervenite tolerent, & verborum, quæ inter se contrahentes communiarent, arbitri ac mediis essent. Accipio & *cociari* apud Quinilianum, ut sit facere. quod & *κέρπλος* & proxenetae solent: laudare mercem, pretium intendere, dein aliquid remittere, tum jurare, non minoris dari, rursus concedere, donec contractus perficiatur. Sic *cociationis* est Cato in Cypro πάντα ἔξαρχεῖν καὶ κατατοῖον εἰς ἀρχὴν πρὸς πρῶτον καὶ πᾶσαν αὐτὸς παρῶν, καὶ προσδῶν ἅ ἔχεται ἐπιλοχισμῶν, ut habet Plutarchus. Sic Caligula *exquiritens per se pretia & extendens* apud Sueton. cap. 38: Hinc Glossæ: *Artilator, cocio, ἰ μεταβουλεύς. Cocio, μετὰ βουλή. Cocionatura μετὰ βουλή. Μετὰ βουλή, dat danarius, cocionator, artilator. Μετὰ πρῶτον, cocio. Μετὰ πρῶτον, cocionatura. Gronov.*

Ubi quid dederam, quasi columbæ pulli in ore ambæ  
meo

Usque eratis: meo de studio studia erant vostra omnia.

Usque adhærebatis, quod ego iusseram, quod volueram,

60 Faciebatis; quod volebam ac veteram, de industria

Fugiebatis, neque conari id facere audebatis prius.

Nunc neque quid velim, neque nolim, facitis magni, pes-  
lunæ.

CL. Non tu scis? hic noster quæstus aucupii simillimu' st.

Auceps quando concinnavit aream, offundit cibum.

65 Aves alluescunt. NECESSE est facere sumptum, qui  
querit lucrum.

Sæpe edunt: semel si captæ sunt, rem solvunt aucupi:

Itidem hic apud nos. ædis nobis area est, auceps sum ego;

Esca est meretrix, lectus illix est, amatores aves:

Bene salutando consuescunt, compellendo blanditer;

70 Osculando; oratione vinnula, venustula.

Si papillam pertractavit, haud est ab re aucupis.

Savium si sumsit, sumere eum licet sine retibus.

Hæccine te esse oblitum; in ludo qui fuisti tamdiu?

AR. Tua ista culpa est, quæ discipulum semidoctum abs te  
amoves.

75 CL. Remeato audacter; mercedem si eris tactus: nunc abi:

AR. Ma-

57. *Quasi columbæ.*] Nota est colum-  
borum in osculando improbitas. *Catull.*  
*Carm. 65.*

*Nec taniùm niveo gavisâ est ulla co-  
lumbo*

*Compar, quæ multo dicitur improbius  
Oscula mordenti semper decerpere rostra.*

*Lambin.*

58. *Meo de studio.*] Id solum agere  
studebatis, quod mihi placebat.

64. *Concinnavit.*] Paravit locum æqua-  
bilem & planum. *Nonius.*

68. *Illix.*] *Ab illiciendo fit illix.* No-  
nius.

69. *Bene salutando.*] Id est, dum salu-  
tantur. *Taubm.*

70. *Vinnula.*] Ita *Isidorus* l. 2. *Origin.*  
*Vinnulata vox, est tenui atque molli atque fle-  
xibilia: & vinnulata dicta, à vinno, id est,*

*concinno molliiter flexo* Unde nunc pi-  
mum discimus, *vocam vinnulam;* sive  
*vinnulatam*, ad fractas & concisas illas  
effœminatissimis modis In concentu Mu-  
sico flexiones proprie pertinere, hoc est,  
dicta infractâ & quasi modulata voce la-  
biis tenuis modo, non autem è pectore  
penitissimo enunciata; nota metreticula-  
tum arte. *Dowl.*

71. *Haud est, &c.*] Significat; non est  
rei familiari aucupis damnosum; non  
imminuit rem familiarem. *I. Gulielm.*

72. *Sine retibus.*] Habete cum licet  
spontaneum; non coactum. *Pylad.*

75. *Si.*] *Si;* pro *cum.* *postquam;* *si-  
mul atque,* poni amat *I. Gul.* *Si,*  
Conjunctio cum verbo indicativo jun-  
cta, rem magis indubitatam facit.  
*Priscian.*

AR. Mane, mane, audi : dic quid me æquum censes pro illa tibi dare:

Annun hunc ne cum quiquam alio fit. CL. tene? viginti minas.

Atque ea lege, si alius ad me prius attulerit, tu vale.

AR. At ego: est etiam, priusquam abis, quod volo loqui.  
CL. dic quod lubet.

80 AR. Non omnino jam perii : est reliquum quo peream magis. Habeo, unde istuc tibi quod poscis dein : sed in leges meas Dabo, ut scire possis, perpetuum annum hunc mihi uti seruiat. Nec quenquam interea alium admittat prorsus, quam me, ad se virum.

CL. Quin si tu voles, domi serui qui sunt castrabo viros.

85 Postremo ut voles nos esse, syngropham facito afferas.

Ut voles, ut tibi lubebit, nobis legem imposito :

Modo tecum una argentum afferto, facile patiar cætera.

Portitorum simillimæ sunt januæ lenoniæ :

Si affers, tum patent : si non est quod des, ædes non patent.

90 AR. Interii, si non inuenio ego illas viginti minas.

Et profecto, nisi illud perdo argentum, pereundum est mihi.

Nunc pergam ad forum, atque experiar opibus,  
omni copia:

*Palæ. experiar opibus omnibus copiam.*

Supplicabo, exobsecrabo, ut quemque amicum videro :

Dignos, indignos adire, atque experiri certum est mihi.

95 Nam si mutuas non potero, certum est sumam sænore.

93. *Exobsecrabo.* ] Exquisite obsecra-  
bo. *Lamb.*

94. *Dignos, indignos.* ] Id est, *omnem.*

95. *Si mutuas non potero.* ] Recte mutuas ab amico, sænore ab Danista. Sed quum *mutus* scribit Salmasius, contra

morem antiquorum loqui facit poetam. Vide de pecunia Vet. lib. 3. c. 1. *Gronov.* *Mutuas, &c.* ] *Mutum sine usuru: Fænus cum usuru sumitur, & est accepti fæni: unde & fænus dictum est: ut Græci, τὸν ἀπὸ, quasi partem mutui sumpti. Non.*

## ACTUS SECUNDI SCENA PRIMA.

LIBANUS.

**H**Eracle vero, Libane, nunc te melius est expergiscier,  
Atque argento comparando fingere fallaciam.

Jam diu est factum quam discèsti ab hero, atque abiisti ad  
forum,

Igitur

Igitur inveniundo argento ut fingeres fallaciam.

5 Ibi tu ad hoc diei tempus dormitasti in otio.

Quin tu abste socordiam omnem reice, & segnitiam amove.

Atque ad ingenium verus versutum te recipis tuum.

Serva herum: cave tu idem faxis, alii quod servi solent,

Qui ad heri fraudationem callidum ingenium gerunt.

10 Unde sumam? quem intervortam? quo hanc celocem con-  
feram?

Impetritum, inauguratum' st: quovis admittunt aves.

Picus & cornix est ab læva; corvus porro ab dextera.

Consuadent: certum hercle est, vos tram consequi sententiam.

Sed quid hoc, quod picus ulmum tundit? non temerarium' st:

15 Certe, hercle, ego, quantum ex augurio auspicii in-  
tellego,

Aut mihi in mundo sunt virgæ, aut atriensi Saurer.

Sed quid illuc, quod exanimatus currit hic Leonida?

Metuo, quod illic obscævavit meæ falsæ fallaciæ.

*Movet. ex  
auspicio  
auspicio-  
que.*

10. **C**elocem.] *Celox* navigium breve  
& ecele, quod majoribus &  
radioribus subservit. Significat se du-  
bitare quibus rationibus & qua cele-  
ritate navem in portum ducat, hoc  
est, rem ad optatum exitum perducatur.  
*Lambin.*

11. *Impetritum.*] In sacrificiis quod li-  
tare est, id in auspiciis *impetrare*. Nihil au-  
tem aliud est, quam *impetrare*. *Scalig.*  
12. *Quovis admittunt aves.*] In quamvis par-  
tem admittunt seu addicunt aves, &  
consilium suo garnitū aut volatu ratum  
faciunt. *Taubm.*

12. *Et cornix.*] *V. N. Aulular. act. 4. 3.*  
*Porro.*] *Miss. Camer. parra.* Jam *Plinio,*

lib. 11. 37. *Parra* avis in capite cornicula-  
tus est apex, ut *Phaliansis*; inauspicatuf-  
que: quæ Sirio oriente ipso die non ap-  
paret, donec occidat: lib. 18. 29.

14. *Ulmum.*] Unde virgæ fiebant. T.  
16. *In mundo.*] Id est, paratæ sunt: in  
expedito sunt. *Charisius.* Vide *Epid. 5. 1.*  
*Atriensi.*] *Atrienses* sævi observabant  
atrium, ubi cœnabant veteres: & sup-  
pellectilem adium aut villæ exponebant,  
& ut omnia munda & integra præstaren-  
tur, curabant. *Sexvius ad lymina*, dictus  
pro atriensi. *Virgil. 9. Æn. fidesque ad  
limina iussit.*

18. *Obscævavit.*] Id est, malam scia-  
viam sive omen obtulit. *Nonius.*

## ACTUS SECUNDI SCENA SECUNDA.

LEONIDA, LIBANUS.

U BI ego nunc Libanum requiram, aut familiarem si-  
lium?

Uti ego illos lubentiores faciam, quam lubentia' st?

Maximam prædam & triumphum eis adfero adventu meo,

Quando mecum pariter potant, pariter scortari solent.

- 5 Hanc quidem quam nactus prædam, pariter cum illis partiam,  
 LI. Illic homo ædis compilavit, more si fecit suo.  
 Væ illi, qui tam indiligenter observavit januam. Com. ob-  
servavit.  
 LE. Ætatem velim servire, Libanum ut conveniam modo.  
 LI. Mea quidem hercle opera liber nunquam fiet ocus.  
 10 LE. Etiam de tergo ducentas plagas prægnantis dabo.  
 LI. Largitur peculium, omnem in tergo thesaurum gerit.  
 LE. Nam si huic occasione tempus sese subterdixerit,  
 Nunquam e de pol quadrigis albis indipiscet postea:  
 Herum in obsidione linquet, inimicum animos auxerit.  
 15 Sed si mecum occasionem opprimere hanc, quæ obvenit,  
 studet,

Maximas opimitates gaudio effertissimas

Suis heris ille una mecum pariet, gnatoque & patri:

Adeo ut ætatem ambo ambobus nobis sint obnoxii,

Nostro devincti beneficio. LI. vinctos nescio quos ait,

- 20 Non placet: metuo in commune, ne quam fraudem frau-  
 sus fiet.

LE. Perii ego oppido, nisi Libanum invenio jam, ubi ubi  
 est gentium,

LI. Illic homo socium ad malam rem quærit, quem adjun-  
 gat sibi.

Non placet. pro monstro extemplo est, quando qui  
 sudat tremit.

1. Col. pro  
monstro  
exemplum  
est.

LE. Sed

7. **O**bservavit. ] Custodes, servitii  
 pars erant. eorum munus obser-  
 vatio: & ipsi illi, cum ædium custodia  
 diligenter & ex officio suo præsent, ob-  
 servare dicuntur, aut servare. Jan. Gu-  
 lielmus.

8. Ætatem. ] Pro diutissime sive æter-  
 num, adverbialiter positum. Casaub. in  
 Athen. lib. 7. cap. 1. Ætatem, interpre-  
 tatut, per omnem ætatem, ut Græci  
 dicunt, δια βίω, pro δι όλω βίω, & ut  
 Helychius, δια παντός, &c. Taubm.

10. Prægnantis. ] Id est, eminentes ac  
 protuberantes, ut prægnantium lateri so-  
 lent. Varrō: Excitatum verberibus corpus.  
 Et est locus, quasi magnum quid largitu-  
 rus sit. Taubm.

13. Quadriga, &c. ] Quadriga alba  
 sunt, Iovis quadriga, quæ celerissimo per  
 coelum ferri curriculo censentur. Turneb.  
 Indipiscet. ] Adscquetur, adipiscetur. Fe-  
 stus.

14. In obsidione. ] In discrimine, à re  
 militari sumpta comparatione.

15. Opprimere. ] Occupare, & ita  
 subito arripere, ut elabi non possit,  
 Taubm.

16. Optimates. ] Vide Capt. 4. 1.

20. In commune. ] Mihi & illi. Ne  
 quam fraudem fraudus fiet. ] Id est, frau-  
 dem commiserit. Festus.

21. Pro monstro. ] Potenti loco est,  
 à τὸν τίξω. Taubm. Sudat. ] Alluditur  
 ad sudiculum, flagelli genus dictum Festo,  
 quod

LE, Sed quid ego hîc properans concesso pedibus, lingua largior?

25 Quin ego hanc jubeo tacere, quæ loquens lacerat diem?

LI. Edepol hominem infelicem, qui patronam comprimat! Nam si quid scelestè fecit, lingua pro illo pejerat.

LE. Approperabo, ne post tempus prædæ præsidium parem.

LI. Quæ illæc præda est? ibo adversum, atque electabo quicquid est.

30 Jubeo te salvere voce summa, quoad vires valent.

LE. Gymnasium flagri, salveto. LI. quid agis, custos carceris?

LE. O catenarum colone. LI. O virgarum lascivia.

LE. Quot pondo ted esse censes nudum? LI. non edepol scio.

LE. Scibam ego te nescire: at pol ego qui te expendi scio.

35 Nudus vinctus centum pondo es, quando pendes per pedes.

LI. Quo argumento istuc? LE. ego dicam, quo argumento & quo modo.

Ad pedes quando alligatus es æquum centupondium,

Ubi manus manicæ complexæ sunt, atque adductæ ad trabem,

Nec dependis, nec propendis, quin malus nequamque sis.

LI. Væ

quod vapulantes sudantes facit. *Passer*. Sudor frigidus & trementis & æstuantis animi indicium est. Vide CæL. Rhodig. lib. 6. cap. 4.

24. *Properans concesso pedibus, lingua largior.* ] *Bofius*, cum *cesso*. Male. nam *concesso*, nihil aliud est, quam *cesso*. *Pænuolo* 1. 2. *amba nonquam concessavimus*. Ut *condoleo*, *concessigo*, *computo*, idem quod *simplicia* significant. Pro *properans* legi possit *perperam*. Sed non est necesse. Id enim refertur ad animum, & negotium. Quid ego *cesso*, cum negotium sis, quod festino & cupio celeriter exsequi. *Grenovius*.

26. *Patronam.* ] Sic *Menander* γλοσσιδαιδης servos vocat: quod lingua se, tanquam scuto, defendant. *Taubm.*

29. *Electabo.* ] *Eliciam*. *Fofius*.

31. *Gymnasium.* ] Vide *Aulul.* 3. 1.

32. *Catenarum colone.* ] Vide *Pseud.* 2. 4. 6. *Virgarum lascivia.* ] In cujus

tergo lascivire & exultare solent virgæ. *Lambin.*

34. *Expendi.* ] *Libravi*, heri jussu. Servi autem pendentes vapulabant. *Taubm.*

35. *Centum pondo es.* ] *Usitata* hominis statura erat pedum fere sex; pondus Romanarum librarum centum plus minus. *Casaub.*

37. *Æquum centupondium.* ] *Æquum centupondium* est justum & æquum centum librarum pondus. Alligabatur autem ad pedes servorum pendentium pondus aliquod; ne inter vapulandum calcitrarent, neve pedibus aut calcibus eos à quibus verberabantur, peterent. *Bofius*.

38. *Manica.* ] *Vincula*, quibus manus vinciuntur. *Nonius*.

39. *Dependis.* ] Quo tandem modo pendas, plane & ex omni parte improbus es. *Dependens* est non satis pendere, nec pondus æquare. *Propendere* plus pendere. *Turneb.*



- 40 LI. Væ tibi! LE. hoc testamento Servitus legat tibi.  
LI. Verbis velitationem fieri compendi volo.  
Quid istuc negotii est? LE. certum est, credere? LI. audacter  
licet.  
LE. Sis amanti subvenire familiari filio,  
Tantum adest boni improvise, verum commistum malo.
- 45 Omnes de nobis carnificum concelebrabuntur dies.  
Libane, nunc audacia usus est nobis inventa & dolis.  
Tantum facinus modo inveni ego, ut nos dicamur duo  
Omnium dignissimi esse; quò cruciatus confluaunt.  
LI. Ergo mirabar, quod dudum scapulae gestibant mihi,  
50 Hariolari quæ occeperunt sibi esse in mundo malum.  
Quicquid est eloquere. LE. magna est præda cum magno  
malo.  
LI. Siquidem omnes conjurati cruciamenta con-  
ferant,
- Habeo opinor familiarem tergum, ne quæram foris.  
LE. Si istam firmitudinem animi obtines, salvi sumus.
- 55 LI. Quin si tergo res solvenda est, rapere cupio publicum:  
Pernegabo atque obdurabo, perjuro denique.  
LE. Hem! ISTA VIRTUS est, quando usu' sit qui  
malum fert fortiter,  
Fortiter malum qui patitur, idem post patitur bonum,

Pur. 2on-  
juratim.Jell. Cam.  
fam. are.

LI. Quin

40. *Hoc testamento.*] Servitus tibi  
va, id est, miseriam, tanquam lega-  
tum quoddam, testamento reliquit.  
*Lambinus.*

41. *Verbis, &c.*] Sensus est: *verbu veli-  
tationem*, id est, hanc ipsam velitatio-  
nem & contentionem nostram, quæ sit  
verbis, volo compendi fieri, id est, volo  
non usurpato: volo nos desinere verbis  
velitari. *Verbu* autem cõhæret cum *veli-  
tationem*: ut intelligamus, *verbu veli-  
tationem* dictum, pro verborum velitatio-  
nem, quam *λεγομαχίας* Græci appel-  
lant. *Lambin.*

43. *Su.*] Licet, si vis.

45. *Omnes de nobis.*] Quisvis loquetur  
de exquisitis cruciatibus, qui in nos con-  
fluent.

51. *Familiarem tergum.*] Id est, do-  
mi habeo tergum, ne mihi querendum  
sit foris, quod valet; paratus sum ad per-  
bera, si quod facinus audax fecero. *Tergum*  
autem, mascul. genere veteres dixisse,  
hinc probat Nonius.

55. *Quin si tergo res solvenda est.*] Omnes & pall. & nostri Voss. ac Jun. *re-  
solvenda* vel *re solvenda*. Plaut. scripsit:  
*Quin si tergom re solvenda est*. Nam *re  
solvenda esse* & *solvendu esse* idem. Et sane  
Acad. *Quin si tergom resolvenda est*. Gron-  
ovius. *Publicum.*] Id est, pecuniam pub-  
licam. *Lamb.*

58. *Idem post patitur bonum.*] Lambi-  
nus, *patitur*, quasi pati semper de malo  
dicatur. Imo non semper. Vid. 1. *Observ.*  
14. *Gronovius.*

LI. Quin rem actutum edisseris? cupio malum nanciscier.

60 LE. Placide ergo unumquidque derogita, ut acquiescam: non vides

Me ex cursura anhelitum etiam ducere? LI. age age, man-  
fero

Tuo arbitrato, vel adeo usque dum peris. LE. ubi nam est  
herus?

LI. Major apud forum' st, minor hic est intus. LE. jam satis  
est mihi.

LI. Tum igitur tu dives es factus? LE. mitte ridicularia.

65 LI. Mitto. istud quod affers aures expectant meæ.

LE. Animum adverte, ut æque mecum hæc scias. LI. taceo,  
LE. beas.

Meministin' asinos Arcadicos mercatori Pellæo

Nostrum vendere ateniensem? LI. memini. quid tum postea?

LE. Hein! ergo is argentum huc remisit, quod daretur Saureæ

70 Pro asinis. adolescens venit modo, qui id argentum atulit.

LI. Ubi is homo' st? LE. jam devorandum censes, si con-  
spexeris.

LI. Ita enimvero: sed tamen tu nempe eos asinos prædicas

Vetulos, claudos, quibus subtrita ad femina jam erant <sup>D. ut</sup>  
ungulæ. <sup>femina.</sup>

LE. Ipsos, qui tibi subvectabant rure huc virgas ulmeas.

75 LI. Teneo: atque iidem te hinc vexerunt vincitum rus.

LE. memor es probe,

Verum

61. *Anhelitum etiam ducere?* ] *Miss.*  
Lang. *anhelitum etiam trahere?* Signifi-  
cantius: nam plus est *trahere* quam *ducere*.  
*re.* Ait, scex cursura *πρωσις* *πρὸς ἀδ-*  
*μολίην.* *Dissaldu.*

63. *Major.* ] *Majores & Minores* inter  
cognomina. Ita filii cum essent sui herede-  
des, haberentque dominium in spe, *Mini-*  
*nores* *hævi* appellabantur; *Patres*: autem  
*Majores.* *Scalig.*

64. *Tum igitur tu dives?* ] *Jocus* ex eo,  
quod dixerat *Leonidas*, sibi *jara* *sati* *esse*.  
*&c.* Nam alter satis *verborum* intelli-  
git, alter *satis bonorum fortunæ*, quæ  
quibus contingant, ii divites sunt.  
*Lamba.*

67. *Asinos Arcadicos.* ] *Plinius* *Arca-*  
*dicos* *asinos* præcipue à veteribus quæsi-  
tos ostendit. *Longol.* *Pellæ.* ] *Pellæ.* *Pel-*  
*la* urbs est *Macedoniz*, in qua natus *A-*  
*lexand.* *Magn.* In ea mercatores famo-  
sissimi fuisse, facile est videre apud *Lu-*  
*cianum.* *Scalig.*

71. *Devorandum.* ] *Latet* obscenior  
sensus: tanquam si alter conditionem  
ejus ambiat, & desideret una esse. *Pa-*  
*ram.*

73. *Femina.* ] *Hyperbole.* Neque enim  
jumentis usque ad femina, aut femora  
ungulæ sunt, vel atteruntur. *Lambin.*

75. *Memor es probe.* ] *F. Memor es pro-*  
*be.* *Scrivetus.*

- Verum in tonstrina ut sedebam, me inquit percontarier;  
 Ecquem filium Stratonis noverim Demænetum?  
 Dico me novisse extemplo, & me ejus servom prædico  
 Esse, & ædis demonstravi nostras. *Li.* quid tum postea?  
 80 *LE.* Ait se ob alinos ferre argentum atriensi Saureæ  
 Viginti minas; sed eum sese non novisse hominem qui fiet;  
 Ipsum vero se novisse callide Demænetum;  
 Quoniam ille elocutus hæc sic. *Li.* quid tum? *LE.* ausculta  
 ergo; scies.  
 Extemplo facio factum me, atque magnificum virum,  
 85 Dico me esse atriensem. sic hoc respondit mihi:  
 Ego pol Sauream non novi, neque qua facie sit scio:  
 Te non æquum est succensere. si herum vis Demænetum,  
 Quem ego novi, adduce: argentum non merabor quin  
 feras.  
 Ego me dixeram adducturum, & me domi præsto fore. *Acid. et. xi herum.*  
 90 Ille in balineas iturus est, inde huc veniet postea.  
 Quid nunc consilii captandum censes? dic. *Li.* hem istuc ago  
 Quomodo argentum intervortam, & adventorem, & Sau-  
 ream.  
 Jam hoc opus est exasciatum: nam si ille argentum prius  
 Hospes huc adfert, continuo nos ambo exclusi sumus.  
 95 Nam me hodie senex seduxit solum, seorsum ab ædibus;  
 Mihi, tibi que interminatu' st, nos futuros ulmeos,  
 Ni hodie Argyripo viginti essent argenti minæ.  
 Jussit vel nos atriensem, vel nos uxorem suam,  
 Defraudare: dixit sese operam promissam dare.  
 100 Nunc tu abi ad forum ad herum, & narra, hæc ut nos acturi  
 sumus.

Te

81. *Viginti minas.* ] Meurs. leg. *vig. minas*, numeris obsecutus. Veteres dicebant, *mina*, *mina*, ut *lamna*, *lamina*. Ita *Cure.* 2. 3. *Triginta minis*.

92. *Et adventorem.* ] Scripti *adventorem*, id est, qui argentum advexit. Vide de pec. vet. 2. 3. & ad Senec. de Tranq. an. cap. 5. *Grænovius.* *Adventorem.* ] Id est, hospitem.

93. *Est exasciatum.* ] Significat, hoc

negotium jam inceptum esse: & quamvis rude adhuc sit, tamen inibi esse, ut mox perfici & perpoliri possit. *Exasciare* est ascia sive securi parare, & rudiore quasi opera præparare. *Lamb.*

96. *Ulmeis.* ] Ulmeis excipiendos virgis.  
 99. *Dixit sese.* ] Dixit, se nobis adiutorem fore, ut promisit. *Operam sese promissam.* ] Filio scilicet. & hoc à se factum supra indicavit Demænetus. *Tanquam.*

Te ex Leonida futurum esse atriensem Sauream,  
Dum argentum afferat Mercator pro asinis. LE. faciam uti  
jubes.

LI. Ego illum interea hinc oblectabo, prius si forte advenerit.

LE. Quid ais? LI. quid vis? LE. pugno malam si tibi  
percussero,

105 Mox cum Sauream imitabor, caveto ne succenseas,

LI. Hercle vero tu cavebis, ne me attigas, si me tagis,

Næ hodie malo cum auspicio nomen commutaveris.

LE. Quæso æquo animo patitor. LI. patitor tu item cum  
ego te referiam.

LE. Dico ut usus fieri. LI. dico hercle ego quoque ut factu-  
rus sum.

110 LE. Ne nega. LI. quin promitto inquam hostire contra, ut  
merueris.

LE. Ego abeo: tu jam scio patiere. sed quis hic est? is est.

Ille est ipsus, jam ego recurro huc. tu hunc interea hic tene.

Volo seni narrare, LI. quin tu officium facis ergo, ac fugis?

103. *Oblectabo.* ] *ὀλέξω*, blandis ver-  
bis lactabo & retinebo.

104. *Quid ais?* ] Recent. *Sed quid ais?*  
*Sed quid,* transitum significat ad aliam  
rem ab ea quæ agebatur. *Donat.*

107. *Nomen commutaveris.* ] Ex Leoni-  
da factus sis Taurea. Alluditur ad vocem  
*Taurea*, quæ loreum etiam flagellum si-

gnificet, quod Pseud. *terginum* appellet,  
*αἰμοχόσπονρον*. Tertullianus: *Alii inter*  
*venatorum tauream scapula patientissima*  
*inambulaverunt.* *Colet.*

110. *Hostire.* ] Redhostire, pari pari re-  
ferre, supra 1. 3.

112. *Tene.* ] *Oblecta.* *Gloss. Mss.*  
*Boxhorn.*

## ACTUS SECUNDI SCENA TERTIA.

MERCATOR, LIBANUS.

Mss. Camer.  
CHEAMY-  
DATUS.

UT demonstratæ sunt mihi, hæc ædis esse oportet.

Demænetus ubi dicitur habitare. I puere, pulta,

Atque atriensem Sauream, si est intus, evocato huc.

LI. Quis nostras sic frangit fores? ohe, inquam, si quid  
audis.

5 ME. Nemo etiam tetigit; sanusne es? LI. at censcbam at-  
tigisse,

Propter-

4. *Ohe!* ] Vox significantis, satis esse.

6. Cen-

Propterea, huc quia habebas iter. nolo ego fores conservas meas

A te verberarier: sane ego sum amicus nostris ædibus.

ME. Pol, haud periculum est, cardines ne foribus effringantur, Si istoc extemplo tu omnibus, qui quærunt, respondebis.

- 10 LI. Ita hæc morata est janua: extemplo janitorem Clamat, procul si quem videt ire ad sese calcitronem. Sed quid venis? quid quæritas? ME. Demænetum volebam. LI. Si sit domi, dicam tibi. ME. quid? ejus atriensis? LI. Nihilo magè intus est. ME. ubi est? LI. ad tonsorem ire dixit.

- 15 ME. Quum venisset, post non rediit? LI. non edepol: <sup>Alia. cum</sup> <sub>ivisset.</sub> quid volebas?

ME. Argenti viginti minas, si adesset, accepisset.

LI. Qui-pro istuc? ME. a sinos vendidit Pellæo mercatori Mercatu. LI. scio, tu id nunc refers? jam hîc credo eum a futurum.

ME. Qua facie vestet Saurea est? si is est, jam scire potero.

- 20 LI. Macilentis malis, rufulus, aliquantum ventriosus, Truculentis oculis, commoda statura, tristi fronte. ME. Non potuit pictor rectius describere ejus formam. Atque hercle ipsum adeo contuor, quassanti capite incedit. LI. Quisque obviam huic hîc occeserit irato, vapulabit. 25 Siquidem hercle Æacidinis minis animisque expletus incedit.

Si

6. *Conservas.*] Lepide fores domus herilis, *Conservas* suas appellat, Sic Ovid.

*Duraque conserva ligna valete fores.*

Doza.

7. *Amicus nostris ædibus.*] Furcillis expello illud, *adibus*: quod huc inserunt ii, qui non animadvertent, *Nostros* dixisse veteres de iis, qui in eadem secum familia, hoc est familiares essent; ut cætos, *Alienos*. Lepidè igitur servus de janua ut de familiarium aliquo loquitur. I. *Gulielm.*

15. *Quum venisset.*] *Venisset*, pro, *ivisset*. Gloss. Mss. Plaut. Boxhorn.

17. *Qui-pro.*] *Tro quo, quare*. Gloss. Mss. Boxh.

18. *Mercatu.*] *Mercatus* locus est,

*in quo agitur mercatura.* Nonius.

21. *Commoda statura.*] *Statura* sive *proceritas* *commoda*, classicis auctoribus dicitur etiam *media*, item *militaria*. Et hæc quæ superaret, dicta *statura proceræ*, item *prolixa* Spartiano: *eminens* Suetonio: *eximia* Livio. Quæ minores, *axiles*, *breves*, & *brevi statura* dicti. *Stomach.*

25. *Æacidinis.*] id est, etiam si *Pelida* stomacho (uti apud Horat. est) *cedero* *ne scio*, fastuque & iracundia Achillea plenus ac sufflatus ambulet. *Doza.* *Minis animisque expletus incedit.*] Suspicio scripsisse: *expletus* *cedit*, id est, venit. Ut in Aulul. *Iam hos absolutos censens. cedunt, petunt* Trecenti. Et statim: *Ibi ad prostre-*

Si me iratus tetigerit, iratus vapulabit.

*postremum cedit miles, as petis. Gronov.*  
26. *Iratus vapulabit.*] intelligi potest,  
inquit, vel verberandus, vel ver-  
beraturus est, & in eo esse Plauti jo-

cum. Atqui nec vapulare est verberare,  
nec vapulatum est verberatum. *Iratus*  
*vapulabit*; est, iratus habebit malum.  
*Gronovium.*

## ACTUS SECUNDI SCENA QUARTA

LEONIDA, MERCATOR, LIBANUS.

QUid hoc est negotii? neminem meum dictum magni-  
facere,

Libanum in tonstrinam ut iusseram venire, is nullus venit.  
Næ ille edepol tergo & cruribus consuluit haud decore.

ME. Nimis imperiosus est. LI. væ mihi hodie! LE. salvere  
iussi

Libanum libertum! jam manu emissus? LI. obsecro te.

LE. Næ tu hercle cum magno malo mihi obviam occes-  
sisti.

Cur non venisti, ut iusseram, in tonstrinam? LI. hic me  
moratu' st.

LE. Siquidem hercle nunc summum Jovem te dicas deti-  
nuisse,

Atque is precator afflicto, malam rem effugies nunquam.

10 Tu, verbero, imperium meum contempsisti? LI. perii!  
hospes.

ME. Quælo hercle noli, Saurea, mea causa hunc ver-  
berare.

LE. Utinam nunc stimulus in manu mihi sit! ME. quiesce  
quælo.

LE. Qui latera conteram tua, quæ occalluere plagis.

Absce-

2. *N*ullus venit.] Sic Cic. lib. 11. Ep. 24. ad Attic. *Philotimus nullus venit.* Sic noster Bacchid. *Nullus affuerit.* Terent. *Nullus mones, &c.* ubique pro *Non*, eleganter & antiquè. *Taubmannus.*

4. *Salvere iussi.*] Scilicet. Ironia qua significat servum se gerere pro liberto.

6. *Occessisti.*] Hinc apparet, ubicun-

que fere, *Obviam accessit*, habes in Plauto; *occessit*, reponendum. Et *occedamus*, pro, *contra cedamus*, Plautum dixisse, notat *Festus*. Tametsi non nesciam, *Ad* pro *Ob*, & contra *Ob* pro *Ad*, operas inter se mutuas tradere, &c. *Donza.*

13. *Occalluere.*] Id est, sensum mali assuetudine amiserè. *Longol.*

Propterea, huc quia habebas iter. nolo ego fores conservas meas

A te verberarier: sane ego sum amicus nostris ædibus.

ME. Pol, haud periculum est, cardines ne foribus effringantur, Si istoc extemplo tu omnibus, qui quærent, respondebis.

10 LI. Ita hæc morata est janua: extemplo janitorem Clamat, procul si quem videt ire ad sese calcitronem.

Sed quid venis? quid quæritas? ME. Demanetum volebam.

LI. Si sit domi, dicam tibi. ME. quid? ejus artienfis?

LI. Nihilomage intus est. ME. ubi est? LI. ad tonsorem ire dixit.

15 ME. Quam venisset, post non rediit? LI. non edepol. Alia. cum  
iustit. quid volebas?

ME. Argenti viginti minas, si adesset, accepisset.

LI. Qui-pro istuc? ME. asinos vendidit Pellæo mercatori

Mercatu. LI. scio, tu id nunc refers? jam hinc credo eum afuturum.

ME. Qua facie vester Saurea est? si is est, jam scire potero.

20 LI. Macilentis malis, rufulus, aliquantum ventriosus, Truculentis oculis, commoda statura, tristi fronte.

ME. Non potuit pictor rectius describere ejus formam.

Atque hercle ipsum adeo contuor, quassanti capite incedit.

LI. Quisque obviam huic hinc occesent irato, vapulabit.

25 Siquidem hercle Æacidinis minis animisque expletus incedit.

Si

6. *Conservas.*] Lepide fores domus herilis, *Conservas* iuas appellat, Sic *Ovid.*

*Duraque conserva ligna valete fores.*

*Douza.*

7. *Amicus nostris ædibus.*] *Furcillis* expello illud, *adibus*: quod huc infererunt ii, qui non animadvertent, *Nostris* dixisse veteres de iis, qui in eadem secum familia, hoc est familiares essent; ut ceteros, *Alianos*. Lepidè igitur servus de janua ut de familiarium aliquo loquitur. *J. Gulielm.*

15. *Quam venisset.*] *Venisset*, pro, *ivisset*. *Gloss. Mss. Plaut. Boxhorn.*

17. *Qui-pro istuc.*] *Pro quo, quare.* *Gloss. Mss. Boxh.*

18. *Mercatu.*] *Mercatus* locus est,

*in quo agitur mercatura.* *Nonius.*

21. *Commoda statura.*] *Statura* sive *proceritas* *commoda*, classicis auctoribus dicitur etiam *media*, item *militari*. Et hanc quæ superaret, dicta *statura proceræ*, item *prolixa* *Spartiano*: *eminens* *Suetonio*: *eximia* *Livio*. *Qui* minores, *axiles*, *breves*, & *brevi statura* dicti. *Stenech.*

25. *Æacidinis.*] id est, etiam si *Pelida* *stomacho* (uti apud *Horat.* est) *cedere nescio*, *fastuque* de iracundia *Achillea* plenus ac suffatus ambulet. *Douza.* *Minis animisque expletus incedit.*] *Sulpicor* scripsisse: *expletus cedit*, id est, venit. Ut in *Aulul.* *Iam hos absolutos confem. cedunt, petunt* *Tricenti.* Et statim: *Ibi ad postre-*

Si me iratus tetigerit, iratus vapulabit.

*postremum cedit miles, as petit. Gronov. 26. Iratus vapulabit.]* Intelligi potest, inquit, vel verberandus, vel verberaturus est, & in eo esse Plauti jo- cum. Atqui nec vapulare est verberare, nec vapulatum est verberatum. *Iratus vapulabit*; est, iratus habebit malum. *Gronovium.*

## ACTUS SECUNDI SCENA QUARTA

LEONIDA, MERCATOR, LIBANUS.

QUid hoc est negotii? neminem meum dictum magnifacere.

Libanum in tonstrinam ut jusseram venire, is nullus venit. Næ ille edepol tergo & cruribus consuluit haud decore.

ME. Nimis imperiosus est. LI. væ mihi hodie! LE. salvere jussi

Libanum libertum! jam manu emissus? LI. obsecro te.

LE. Næ tu hercle cum magno malo mihi obviam accessisti.

Cur non venisti, ut jusseram, in tonstrinam? LI. hic me moratu' st.

LE. Siquidem hercle nunc summum Jovem te dicas detinuisse,

Atque is precator affiet, malam rem effugies nunquam.

10 Tu, verbero, imperium meum contempsisti? LI. perii! hospes.

ME. Quæso hercle noli, Saurea, mea causa hunc verberare.

LE. Utinam nunc stimulus in manu mihi sit! ME. quiesce quæso.

LE. Qui latera conteram tua, quæ occalluere plagis.

Abse-

2. *N*ullus venit.] Sic Cic. lib. 11. Ep. 24. ad Artic. *Philorimus nullus venit.* Sic nosser Bacchid. *Nullus affuerit.* Terent. *Nullus mones, &c.* ubique pro *Non*, eleganter & antique. *Taubmannus.*

4. *Salvere jussi.*] Scilicet. Ironia qua significat servum se gerere pro liberto.

6. *Accessisti.*] Hinc apparet, ubi cun-

que fere, *Obviam accessit*, habes in Plauto; *accessit*, reponendum. Et *occedamus*, pro, *contra cedamus*, Plautum dixisse, notat *Festus*. Tametsi non nesciam, *Ad* pro *Ob*. & contra *Ob* pro *Ad*, operas inter se mutuas tradere, &c. *Donza.*

13. *Occalluere.*] Id est, sensum mali assuetudine amittere. *Longol.*

17. *Sup-*



Abscede, & sine me hunc perdere, qui semper ita incendit.

- 15 Cui nunquam unam rem me licet semel præcipere furi,  
Quin centies eadem imperem, atque ogganniam: itaque jam  
hercle

Clamore ac stomacho non queo labori suppeditare.

Julfin', sceleste, ab janua hoc stercus hinc auferris?

Julfin' columnis dejici operas araneorum?

- 20 Julfin' in splendorem dari bullas has foribus nostris?  
Nihil est: tanquam si claudus sim, cum fusti est ambulandum;  
Quia triduum hoc unum modo foro operam assiduam dedi,  
Dum reperiam qui quæritet argentum in fœnus. hinc vos  
Dormitis interea domi, atque herus in hara, haud ædibus  
habitat.

- 25 Hem ergo, hoc tibi. LI. hospes, te obsecro, defende. Me. Sau-  
rea, oro

Mea causa ut mittas. LE. cho, ecquis pro vectura olivi

Resolvit? LI. resolvit. LE. cui datum est? LI. Sticho vica-  
rio ipsi

Tuo. LE. val! delenite apparatus. scio mihi vicarium esse.

Neque eo esse servom in ædibus heri, qui sit pluris quam  
ille sit.

- 30 Sed vina quæ heri vendidi vinario Exærambo,

*Casab.  
Sarrubio.*

Jam pro iis satisfecit Stichus? LI. fecisse satis opinor:

Nam vidi huc ipsum adducere trapezitam Exærambum.

LE. Sic dederō. prius quæ credidi, vix anno post exegi.

*Scol.  
credidim.  
Nunc*

17. *Suppeditare.*] *Ε'ραπειν*, par esse.  
*Lambin.*

20. *Bullæ.*] *Bulla.*] Cicero VI. Ver. pro capite clavi umbellato, in bullæ modum fastigiato, quo superbarum ædium fores configi solent, interdum deaurato. *H. Junius.*

21. *Cum fusti.*] Fusti est & claudicantium, & eorum qui imperiosi sunt in negligentes. In dubia vel verbi, vel rei significatione Plautinæ Comædiz locus versatur: *Bozhornius.*

24. *In hara.*] *Hara est in qua pecora includuntur.* Donat.

25. *Hem.*] *Hem* verbetantis est. *Taubm.*

30. *Vinaris.*] Servi suo. *Lamb.*

33. *Sic dederō.*] Jure queritur Camerarius, injuria hoc mutari: Non cepit tamen, cum explicat, ita potius donare velle, quam vendere, cum tam male solvatur: quem sequitur Lambinus. Sensus enim: Hac quidem condicione semper paratus sum dare rem, nempe si ipse ultro debitor & tam celesiter satisfaciatur, ut etiam accepit Acidalius. Post quem tamen corrigunt pessime: *sic debao prius quam credidi.* Pænulo 5. 5. *Sic dederō. ara militari tetigero lenunculum.* Huc pertinet alibi frequentatum: *Sic datur. Exegi est redegi & recepi.* Cic. ad Afric. 5: ep. 21. *si præsellus esse vellet Syngraphæ causa.*

Nunc fatagit : adducit domum etiam ultro, & scribit nummos.

35 Dromo mercedem retulit ? LI. dimidio minus opinor.

LE. Quid reliquom ? LI. ajebat reddere quam ex tempore red-  
ditum esset :

*scil. red-  
ditum.*

Nam retineri, ut quod sit sibi operis, efficeret, locatum.

LE. Scyphos quos utendos dedi Philodamo, retulitne ?

LI. Non etiam. LE. hem, non ? si velis, da, commoda homi-  
ni amico.

40 ME. Perii hercle ! jam hic me abegerit suo odio. LI. heus jam  
fatis tu,

Audin' quæ loquitur ? LE. audio, & quiesco. ME. tandem  
opinor

Conticuit. nunc adeam optimum est, priusquam incipit  
tinnire.

Quam mox mihi opetam das ? LE. ehem, optime : quam-  
dudum tu advenisti ?

Non hercle te provideram, quæso ne vitio vortas,

45 Ita iracundia obstitit oculis. ME. non mirum factum est.

Sed si domi est, Demænetum volebam. LE. negat esse intus.

Verum istuc argentum tamen mihi si vis denuerare,

Repromittam istoc tibi nomine solutam rem futuram.

ME. Sic

*causa, me curaturum ut exigeret. Grono-  
vius.*

34. *Adducit, &c.* ] Gloriatu Leonida, se Exzrambum eo prioribus suis flagitationibus perduxisse, & adeo sollicitum effecisse in maturanda solutione, ut quamvis id quod antea ei crediderat, toto demum anno post exigere ab eo potuerit, nunc tamen Exzrambus ille de maturanda solutione magis sollicitus sit, ( hoc enim est illud, *Nunc fatagit* ) adeo ut non necesse fuerit ipsum sequi ad trapezitam in forum, sed ipsemet ultro trapezitam domum adduxerit, & per eum nummos *rescripserit*, id est, effecerit ut trapezita nomine Exzrambi se solutum constituerit, idque in tabulas suas retulerit. *Pistorn.*

37. *Retineri.* ] Dicit, Dromonem ex-  
cussasse se, quod reliquum non reddat, eo,

quod is, cui opetæ Dromonis à Saurea locatæ essent, totam mercedem non prius solvere velit, quam opus locatum sit perfectum. *Retineri* scilicet mercedem vel reliquum. *Pistorn.*

39. *Si velis, da, commoda, &c.* ] Puto Plautum scripsisse :

— *si velis dare, commoda homini  
amico.*

Quasi dicat : Idem est dare & commodare amicis ; quod scilicet raro reddant commodatum. *Dissald.*

40. *Suo odio.* ] Id est, sua odiosa loquendi importunitate. *Lambin.* Videntur hæc, Mercatore non audiente, sibi mutuo insultare. *Down.*

48. *Repromittam.* ] Id est, stipulatione à te concepta, me obstringam. Vel *repromittam* tibi neminem amplius isto nomine petiturum, teque omni obligatione

ME. Sic potius, ut Demæneto tibi hero præfente reddam.  
 50 LI. Herus istunc novit, atque herum hic. ME. hero huic præfente reddam.

LI. Da modo meo periculo; rem salvam ego exhibebo:  
 Nam si sciat noster senex fidem non esse huic habitam,  
 Succenseat, cui omnium rerum ipse semper credit.

LE. Non magni pendo, ne duit! si non vult. sic sinastet,  
 55 LI. Da, inquam. vah! formido miser, ne hic me tibi  
 arbitrerur

Suasisse, sibi ne crederes. da, quæso, ac ne formida.  
 Salvum hercle erit. ME. credam fore, dum quidem ipse in  
 manu habeo.

Peregrinus ego sum, Sauream non novi. LI. at nosce sane.

ME. Sit, non sit; non edepol scio. si is est, eum esse oportet.  
 60 Ego certe me incerto scio hoc daturum nemini homini.

LE. Hercle istum di omnes perduint: verbo cave suppli-  
 castis.

Fetox est, viginti minas meas tractare sese.

Nemo accipit! aufer te domum. abscede hinc, molestus ne sis.

ME. Nimis iracunde. NON DECET superbum esse  
 hominem servum.

65 LI. Malo hercle jam magno tuo nunc isti nec recte  
 dicis. I. Gul.  
ni 191 ne  
recte.

Impute, nihili, non vides irasci? LE. perge porro.

LI. Fla-

tione liberum præstabo. Longol. *Istoc nomine.*] Nomen pro syngrapha creditarum aut solutarum pecuniarum sumitur. *Id.*

53. *Omnium rerum.*] *Omnium rerum*, id est, quod ad res omnes attinet. Sic *Caterarum*, *Aliarum rerum*, Cicetoni & aliis. Intelligitur hic *servus Altor: διοικητικῆς πρῶτης νομίας*: quibus rerum omnium summa commissa: quique villicis rebus & rationibus domesticis præpositi. Suetonius *Altores summarum* vocat. Ab *Alto* tamen differt *servus Prætorator & dispensator*. Hotomann.

64. *Nimio iracunde.*] Sensus hic est: Cum Leonida magnifice à se rejecisset Chlamydatum: & ille diceret, non decere superbiam servum: conversus ille

ad Libanum, Malum tibi, inquit, nisi in istum (Chlamydatum innuens) mala multa verba congesteris. Cui alter paret sane diligenter: & tamen instat, ut pergat hic: & qui speraret conviciis aliquid profectum, numerari sibi argentum jubet modestius: ita finem maledicentiz fore. sed strenue Chlamydatum sustinet hæc omnia: quod non fert contumax scurræ Leonida, & quasi patum fecisset Libanus, impudicitiam præterea peregrino exprobrari jubet: quod convicium homini libero gravissimum: & adjicit, nisi ita faciat, vapularum: & simul ad verberandum gestu se parat: quem metuens scilicet Libanus, auxilium se petere ab hospite simulat, ad spectus inter-

rit

LI. Flagitium hominis, da obsecro argentum huic, ne male loquatur.

ME. Malum hercle vobis quaeritis. LE. crura, hercle, diffringentur.

Ni istum impudicum percies. LI. perii hercle! age impudice,

70 Sceleste, non audes mihi scelesto subvenire?

LE. Pergin' precari pessumo? ME. quæ res? tun' libero homini

Male servus loquere? LE. vapula. ME. id quidem tibi hercle fiet,

Ut vapules, Demænetum simulac conspexero hodie.

In jus voco te. LE. non eo. ME. non is? memento. LE. mini.

75 ME. Dabitur pol supplicium mihi de tergo vestro. LE. væ, te!

Tibi quidem supplicium, carnufex, de nobis detur? ME. atque & jam

Pro vestris dictis maledictis pœnæ pendentur mihi Miss. Long. maledictis. hodie.

LE. Quid, verbero? ain' tu, furcifer: herum nosmet fugitare censes?

I nunc jam ad herum, quo vocas jam dudum, quo volebas.

80 ME. Nunc demum? tamen nunquam hinc feres argenti nummum, nisi me

Dare jusserit Demænetus. LE. ita facito, age ambula ergo.

Tu contumeliam alteri facias, tibi non dicatur?

Tam ego homo sum quam tu. ME. scilicet ita res est. LE. sequere hac ergo.

Præ-

rim flagitiorum istis nominibus. I. Guelm.

68. *Diffringentur.* ] *Crurifragium* sive *Crurifrangium*, *σκαλοκομία*, ut *Crux* ipsa, fervorum peculiare quasi supplicium fuit. Ratio autem & modus frangendi crura talis erat, ut incus cum malleo vel vecte ferreo inferretur, ac tibiis incudi apponerent, validis ictibus sic frangendas. *Lipsius.*

69. *Percies.* ] Id est, clara voce proclamens. *Acidal.*

70. *Mihi scelesto.* ] Mihi infelici, cui

dii sunt irati, ut scelesto. *Lambin.*

74. *Memento.* ] Alludere viderur ad formulam attestandi. *Douz.*

80. *Nunc demum.* ] Scil. ad hærum te venire velle? *Douz.*

82. *Contumeliam facias.* ] *Antonius* dixerat: *Facere contumeliam*, pro affici contumelia; ut, *facere damnum*, *injuriam*: quam phrasin *Cicero* Philip. 3. reprehendit. non tanquam nemo unquam sic locutus fuerit, sed quod tunc ita nemo loqueretur. *Taub.* Vide de hoc loquendi genere, quas scripsimus lib. 3. *Obsev. 8. Gronovius.*

- Præfiscini hoc nunc dixerim, nemo etiam me accusavit  
 85 Merito meo; neque me Athenis est alter hodie quisquam,  
 Cui credi recte æque putent. ME. fortassis! sed me tamen  
 Nunquam hodie induces, ut tibi credam hoc argentum  
 ignoto.  
 LUPUS est homo homini, non homo; quom qualis sit  
 non novit.  
 LE. Jam nunc secunda mihi facis. scibam huic te capitulo  
 hodie  
 90 Facturum satis pro injuria. quanquam ego sum sordidatus,  
 Frugi tamen sum, nec potest peculium enumerari.  
 ME. Fortasse! LE. etiam nunc dico: Periphanes Rhodo  
 mercator  
 Dives, absente hero solus mihi talentum argenti  
 Soli annumeravit, & mihi credidit, neque deceptus in eo.  
 95 ME. Fortasse! LE. atque etiam tu quoque ipse, si es percun-  
 ctatus  
 Me ex aliis, scio pol, crederes nunc quod fers. ME. haud  
 negassim.

84. *Præfiscini.* ] Vetus erat opinio, periculum esse aliquod à fascino, ubi quis impensius aut laudatet ipse se, aut præfens ab alio laudaretur. Et ex ea opinione receptum erat, ut in laudando plerunque adderet vocem *præfiscinus* aut *præfiscini*. qua invidiam & fascino à se amolirentur ac deprecarentur. Vid. Turneb. l. 14. c. 31. Agell. l. 10. 24. *Muretus*.

88. *Lupus est homo homini.* ] Ita Senec. Epist. 103. *Ab homine homini quotidianum periculum.* Contrarium illi Cæcilliano apud Symmachum r. *Homo homini Deus est, si summ officium sciat.* Vide Rittershus. Oppian. lib. 2. Hal.

89. *Secunda.* ] Lego: *Secunda mihi facis.* Quid sit, *secundas* facere, aut *secundas* agere, docet Seneca, 3. de Ira: *Optimum judicavit, quicquid dixisset, sequi, & secundas agere.* Non tulit Calius assentientem, &c. Lipsius. Significat autem *tervius*, mercatorem non contentum prio-

ribus injuriis, novas sibi alias dicendo facere. *Lambin. Hinc capitulo.* ] *Quali de semilibeto.* servi enim in jure caput non habent, ideo nec capite minui possunt. *Propert. 2. el. 8.*

— an usque

*In nostrum jacies verba superba caput?*  
 Pass.

90. *Sum sordidatus, &c.* ] Vult dicere: Non est quod me vitimes ex vilitate vestis. tantum enim fideli frugalitate confectus sum peculii, ut eo nemini cedam. *Tantum. Peculium,* quod servo herus permisit, velut proprium. *Gruter.*

91. *Nec potest peculium enumerari.* ] Volunt dicere tantum illud esse, non quod revera sit, sed quod servo, ut cuivis egeno, modicum videatur maximum. Rectius *Lambinus.* Audit hoc mercator, tanquam infanum magnum sit. *Leontidas* autem ambiguis verbis fatetur nullum esse: nam & quod nihil est, enumerari non potest. *Grænov.*

## ACTUS TERTII SCENA PRIMA.

CLEÆRETA, PHILENIUM.

NEQUEON' ego te interdictis facere mansuetam meis ?

AN ita tu es animata, ut qui expertis matris imperii fies ?

PH. Ubi piem Pietatem, si isto more moratam tibi

Postulem placere, mater, mihi quo pacto præcipis ?

5 CL. An decorum est advertari meis te præceptis ? PH. quid est ?

CL. Hocceine est pietatem colere, matris imperium minuere ?

PH. Neque quæ recte faciunt culpo; neque quæ delinquent  
amo.

CL. Satis dicacula es amatrix. PH. mater, is quæstu' st mihi.

Lingua polcitur, corpus quærit, animus orat, res monet. Act. anl-  
mus hortat.

10 CL. Ego te volui castigare, tu mihi accusatrix ades.

PH. Neque edepol te accuso, neque id me facere fas existumo.

3 Vetum ego meas quætor fortunas, quom illo quem amo pro-  
hibeor.

CL. Ergo una pars orationis de die dabitur mihi.

PH. Et meam partem loquendi, & tuam trado tibi.

15 Ad loquendum, atque ad tacendum tute habeas portisculum.

Quin pol si reposivi rennum, sola ego in castrera Alit. re-  
positi.

Ubi quiesco, omnis familiæ causa consistit tibi.

CL. Quid aistu, quam ego unam vidi mulierem audacissu-  
mam ?

Quo-

2. **U**T qui expertis.] Pto, ut qua. Lam-  
bin.

3. Piem.] Colam. Nonius.

7. Quæ delinquent.] Id est, in quibus.  
ut ad parentes referatur. Douzæ.

13. De die.] Vult dicere: Si tu conti-  
nenter ita loqueris, mihi de die semel  
duntaxat loqui licebit. Pareus.

15. Ad loquendum.] Idem dicit aliis  
verbis. Tu ipsa jus habeas & orationis  
impetandæ, & silentii indicendi. Taub.

Tute habeas portisculum.] Portisculum non  
est hortator ipse, ut plerique putarunt,  
sed instrumentum hortatoris, malleus,  
quo ille pulsans, verbi causa, æneum or-  
bem, motum & quietem dictabat temis.  
Vide lib. 4. Observ. cap. 26. Gronov.

16. Castrera.] Pto, scastera. Salinas,  
Castrera, locus, ubi, cum navigatio con-  
quisit, remi & gubernacula conquisiunt.  
Nonius.

17. Causa consistit.] Singularis illa vo-  
cis causa significatio hinc erui potest, cu-  
jus in Jute non obscurus usus est, cum  
dicimus: rem alicui restituendam esse cum  
sua causa, id est, cum omni emolumen-  
to, quod ex re habere potuisset. Ita ergo,  
omni causa familia tibi consistit, esset,  
omne emolumentum, quod ex familia  
capis, cessat & impeditur. Pistori. Vel  
consistit tibi, id est, in te sita est. Douzæ.  
Omni familia causa, id est, omnis quæ-  
stus vel reditus, unde familiam tuas,  
cessat. Vide 4. Observat. 26. Gronov.

- Quoties te vetui Argyrippum filium Demæneti  
 20 Compellare aut contrectare, colloquere aut contui?  
 Quid dedit? quid deportari iussit ad nos? an tu tibi  
 Verba blanda esse aurum rere? dicta docta pro datis?  
 Ultro amas, ultro expetessis, ultro ad te arcessi jubes.  
 Illos qui dant, eos derides: qui deludunt, deperis.  
 25 An te id expectare oportet, si quis promittat tibi,  
 Te facturum divitem, si moriatur mater sua?  
 Ecce nos periculum magnum & familiæ portenditur,  
 Dum ejus expectamus mortem, ne nos moriamur fame.  
 Nunc adeo nisi mihi huc argenti affert viginti minas,  
 30 Næ ille ecce nos hinc trahetur largus lacrimarum foras.  
 Hic dies summu' est apud me inopiæ excusatio.  
 PH. Patiar, si cibo carere me jubeas, mater mea.  
 CL. Non veto te amare, qui dant, quia amentur gratia.  
 PH. Quid si hic animus occupatu' est, mater, quid faciam?  
 mone. CL. hem!  
 35 Meum caput contemples, si quidem ex te consultas tua.  
 PH. Etiam opilio, qui pascit, mater, alienas oves,  
 Aliquam habet peculiarem, qui spem soletur suam.  
 Sine me amare unum Argyrippum, animi causa, quem volo.  
 CL. Intro abi. nam te quidem edepol nihil est impudentius.  
 40 PH. Audientem dicto, mater, produxisti filiam.

Scil. illi  
qui dant.

Mff. Pal. summa est inopia.

22. *Dolla.*] Scita, ex Venerem & Cupidinum arte deprompta. Facit huc illud Juvenalis, *Concumbunt Grace.* Boxhorn.

26. *Mater sua.*] Ut suus pater, in duodecim tabulis, & apud Cic. idem idem. Terent. *Hec. 4. 4. Mater quod suavit sua,* &c. Taubmann.

30. *Largus, &c.*] Nihil largiturus præter lacrimas. Lambius.

31. *Hic dies, &c.*] Sensus est: Qui negat se nobis quicquam dare posse propter inopiam, is mihi quodammodo mortem denunciat. Taubm. *Hic dies summu' est apud me.*] Nostri omnes *summa* vel *summe*, neque aliter Palatini, præter unam, in quo *summu' est* pro *summa est*. Neque aliud volunt isti quam *summa est*. Sermo elegantissimus. *Hic dies summa est apud me inopia excusatio.* Hic dies est,

quo postremum hæc excusatio accipitur: ultra quem nulla talis excusatio valet. Tempus pro re, quæ in tempore. Tale in Persa 1. 1. *Hac dies summa hodie est, mea amica sit ne libera, An sempiternam servitutem serviat.* Gronov.

34. *Occupatu' est.*] Scilicet amore Argyrippi. Taubm.

37. *Caput.*] Quod jam canum est. Taubm. In flore ætatis rebus tuis consule, ne inops, ut ego, pervenias ad miseram senectutem. Boxhorn. *Contemplos.*] Pro, Contempleris. Vid. Agell. lib. 18. 12.

37. *Peculiarem.*] *Peculatoria ovis,* hoc genus indiget Varro, quæ nimirum servis aut filiis familias sunt in peculio.

40. *Produxisti.*] Producere, educere, instituire. *Gloss. Mff. Plant. Boxhornius.*

ACTUS

## ACTUS TERTII SCENA SECUNDA.

LEONIDA, LIBANUS.

- P**erfidiae laudes gratiasque habemus merito magnas,  
 Quum nostris sycophantiis, dolis, astutiisque,  
 Scapularum confidentia, virtute ulmorum freti,  
 Qui adversum stimulos, laminas, cruceſque compedeſque,  
 Nervos, catenas, carceres, numellas, pedicas, boias,  
 Indoctoresque acerrimos, gnarosque nostri tergi;  
 Qui saepe ante in nostras scapulas cicatrices indiderunt:  
 Eæ nunc legiones, copiae, exercitusque eorum,  
 Vi, pugnando, perjuriis nostris, euge, potiti.  
 Id virtute hujus collegæ, meaque comitate  
 Factum est. **L.** qui me vir fortior est ad sufferendas plagas?  
**L.** Edepol virtutes qui tuas nunc possit collaudare,  
 Sicut ego possim, quæ domi duellique male fecisti.  
 Næ illa edepol pro merito nunc tuo memorari multa possunt.

Ubi

2. **Q**uum nostris sycophantiis. ] Duo sunt, quæ adhuc locum hunc obsecrunt & impervestigabilem fecerunt: alterum, quod rō *Qui* in quarto versu (quod delent aut mutant, quum sit in omnibus scriptis) revocandum est sensu ad secundum: alterum defectus verbi substantivi, quod intelligitur in *vis freti & potiti*. Sic enim evolvenda oratio: *Quum, qui adversum stimulos, laminas, cruceſque compedeſque, nervos, catenas, carceres, numellas, pedicas, boias, inductoresque acerrimos gnarosque nostri tergi (qui saepe in nostras scapulas cicatrices indiderunt) nostris sycophantiis, dolis astutiisque scapularum confidentia, virtute humorum freti sumus, eas nunc legiones, &c. potiti sumus: ut in Rudente 2. 4. 32. quam rata est, quam rata sumus. Imitatur haud dubie prisicum sermonem, quo ordinis apud exercitum solebant imperatores, quum hostem acie vicissent, & militi pro concione ob operam egregie reipubl. navatam grates agerent. Ut & in Persa 5. 1. Hostibus victis, civibus salvis, re placida, pacibus perfectis, Bello extincto, &c. Placet autem Lambin. humorum, quicquid repugnant. Placet*

*inductores, non ut illi voluerunt à re militari, sed ab illis, qui testorio parietem inducunt, aut qui auro vel argento inducere aliquid dicuntur. Sic enim livore caesis inducebatur tergum. Sic in Rudente: Fiet tibi puniceam corium, post atrum denno. Restat nodus in postremis. Omnes enim omnino Mss. Ha vel He nunc legiones copia, non eas & copias. Hoc mihi suspicionem facit auctorem dedisse: Ha nunc legiones, copia exercitusque eorum, Vi pugnando, perjuriis nostri, euge, potiti. Ut intelligatur sunt. Potiti respicit postremum exercitus: & potiti sunt nostri, ut potitus hostium, qui in eorum potestatem devenit. Milit. act. 2. sc. 2. Vi pugnandoque hominem capere certa res est. Menæchm. 5. 8. Quum ego accurro, teque eripio, vi, pugnando, ingratiis. Forum, quod est in Mss. videtur factum ex eorum, ut & act. 4. sc. 1. Pl. 24. Tertii tamen Vossiani margo: pro surum, O pro Umore antiquo: & Junianus plane: Ha nunc legiones, copia, exercitusque surum. Gudianus: Ha nunc legiones, copia exercitus surumque. Et si lubet accipere ut Terentianum, ubi centurio est Sanga & manipulus surum, per me licet. Gron. 5. Boias. ] Vide Capt. 4. 2.*



- 15 Ubi fidem fraudaveris, ubi hero infidelis fueris,  
 Ubi verbis conceptis sciens libenter perjuraris,  
 Ubi parietes perfoderis, in furto ubi sis prehensus,  
 Ubi saepe causam dixeris pendens adversus octo  
 Astutos, audacis viros, valentes virgatores.
- 20 *LI.* Fateor profecto ut prædicas, Leonida, esse vera.  
 Verum edepol næ etiam tua quoque malefacta iterari multa  
 Et vero possunt. ubi sciens fideli infidus fueris:  
 Ubi prehensus in furto sis, & manifesto verberatus:  
 Ubi perjuraris: ubi sacro manus sis admolitus:
- 25 Ubi heris damno, molestiæ, & dedecori saepe fueris:  
 Ubi creditum tibi quod sit, tibi datum esse pernegaris:  
 Ubi amicæ, quam amico tuo, fueris magis fidelis:  
 Ubi saepe ad languorem tua durtia dederis octo  
 Validos lictores, ulmeis affectos lentis virgis.
- 30 Num male relata est gratiâ? ut collegam collaudavi!  
*LE.* Ut meque teque maxume atque ingenio nostro decuit.  
*LI.* Jam omitte ista, atque hoc quod rogo responde. *LE.* ro-  
 gita quod vis.  
*LI.* Argenti viginti minas habesne? *LE.* hariolare.  
 Edepol senem Demænetum lepidum fuisse nobis.
- 35 Ut assimulabat Sauream in ed esse, quam facete!  
 Nimis ægre risum continui, ubi hospitem inclamavit,  
 Quod se absente mihi fidem habere noluisset.  
 Ut memoriter me Sauream vocabat atriensem!  
*LI.* Manedum. *LE.* quid est? *LI.* Philenium est ne hæc quæ  
 intus exit?
- 40 Atque Argyrippus una, *LE.* opprime os: is est, etiam sub-  
 aulculcemus.

*For. affertur.  
 id est, casus.*

## Lacru-

16. *Verbis conceptis.* ] Vide Pseudol.  
 Aq. 1. 2.

19. *Astutos.* ] *Lego: artitos*, id est, ro-  
 bustos: *ars* enim prima sua origine ro-  
 bur corporis ac fortitudinem designavit.

21. *Iterari.* ] Memorari, antique. *Taub.*

22. *Fideli.* ] *Qui tibi fidebat.* *Taub.*

29. *Ulmeu affectos, &c.* ] Ita *Mss.*  
*Cam. & vett. codd. instructos flexilibus*  
*virgis.* *Taubmannus.*

31. *Ingenio nostro decuit.* ] *Lego: inge-  
 nium nostrum decuit*; nisi sit metaleptis,  
*decuit*, pro, dignum fuit. ut meque te-  
 que sint ablativi casus. *Doux.*

34. *Edepol.* ] *Edepol* cum infinitivo:  
 sicut *scilicet, fortassis, nimirum.* *Palm.*

36. *Inclamavit.* ] *Conviciu & malodi-  
 cium insectatus est.* *Festus.*

38. *Memoriter.* ] Id est, *memoriter fa-  
 cere*, ut nec compacto & composito, nec

tan-

Lacrumantem lacinia tenet lacrumans. quidnam esse dicam?  
Tacite auscultemus. LI. attate! modo hercle in men-  
tem venit.

Nimis vellem habere perticam. LE. quoi rei? LI. qui verberarem

Afinos, si forte ocepserint clamare hinc ex crumina.

tanquam præmeditatus, sed ex tempore dicere facereque videaris. *Memoriter*, *Gloss. Mss. Pl. Bexhorn.* Vide Turneb. l. 21. 14.  
id est, prompte. *Bexhorn.* 44. *Afines.*] Urbane, viginti minas pro afinis acceptas, vocat *afinos*. Taubm.

41. *Lacinia.*] Limbo vestis, vel ora.

## ACTUS TERTII SCENA TERTIA.

ARGYRIPPUS, PHILENIUM, LIBANUS, LEONIDA.

Cur me retentas? PH. quiatui amans abeuntis egeo.

AR. Vale. PH. aliquanto amplius valerem, si hic maneres.

AR. Salve. PH. salvere me jubes, quoi tu abiens affers morbum.

AR. Mater supremum mihi tua dixit, domum ire iussit.

5 PH. Acerbum funus filie faciet, si te carendum est.

LI. Homo hercle hinc exclusus est foras. LE. ita res est.

AR. mitte quæso.

PH. Quo

4. **M**ater supremum mihi tua dixit.] Vere Turnebus *supremam*, quicquid ogganniant. Varro lib. 5. de LL. *Suprema summum dici. id à superrime. hoc tempus 12. tabula dicunt esse occasum solis: sed postea lex Pratoria id quoque tempus jubet esse supremum, que præter in comitio Supremam pronuntiavit populo.* Intellige per præconem: aut certe legendum, quo præco. Plinius lib. 7. cap. 60. XI. tabb. ortus tantum & occasus nominantur: post aliquot annes adjectus & meridies, accenso censulum id pronuntiant, cum à Curia inter Rostra & Græcæstasin prospexisset solem: à columna Mania ad carcerem inclinate siders *supremam* pronuntiabat. Videtur scripsisse Plinius: ut à columna. Censorinus de die natali: *Inde de meridie: hinc suprema, quanquam plurimi supramam post occasum solu esse existimant, quia est in duodecim tabula scriptum: Sol. occasus. suprema.* Donatus in Phormionis act. 1.

sc. 4. *Illic per ovæorwâ. Sic judices de consilie dimittebantur suprema dicta, quum præce pronuntiasset, Illicet. Glossarium Latino-saxonicum Ælfrici editum doctissimo Sonneto: Suprema, Ofernen odde geletondag. Quin idem vocabulum restituendum Justino censco. lib. 31. 2. Quum teta die in oculo principum legati que Romani in fore Carthaginiensium eb-versatus in supremam fuisset. Uturumque omnes libri in supremam. Et suprema dicta soto excedebant, domum ibant. At, inquit, sequitur, Acerbum funus filia faciet. At; à *μῆρος*, uter domum ire jubetur, qui in cæta supremum voce cietur, an quibus suprema dicta est? Illic quidem cui *supremum* dicitur, (ut vos interpretamini, ego Latino us id receptum non puto) forte portatur in urna & quidem in agrum, ubi sepulcro effatus locus: nequaquam vero it domum. dein *acerbum funus filia faciet*,*

PH. Quo nuncabis? quin tu hîc manes? AR. nox si voles manebo.

LI. Audin' hunc? opera ut largus est nocturna. nunc enim est Negotiosus interdius. videlicet Solonem,

10 Leges ut conscribat, quibus se populus teneat. gerræ.

Qui sese parere apparent hujus legibus, profecto  
Nunquam bonæ frugi sient, dies noctesque potent.

LE. Næ iste hercle ab ista non pedem discedat, si liceffit,

Qui nunc festinat, atque ab hac minatur sese abire.

15 LI. Sermoni jam finem face tuo: hujus sermonem accipiam.

AR. Vale. PH. quo properas? AR. bene vale: apud Orcum te videbo.

Nam equidem me, jam quantum potest, à vita abjudicabo.

PH. Cui tu obsecro immerito meo me morti dedere optas?

AR. Ego te? quam si intellegam deficere vita, jam ipse

20 Vitam meam tibi largiar, & de mea ad tuam addam.

PH. Cur ergo minitaris tibi te vitam esse amissurum?

Nam quid me facturam putas, si istuc quod dicis, faxis?

Mihi certum est, efficere in me omnia eadem quæ tu in te faxis.

AR. O melle dulci dulcior mihi tu es. PH. certe enim tu vita es

Mihi.

ciet, est, filiam immaturam efferet. De se hoc dicit Philenium, non de Argyripo. *Grænovius.*

7. Nox. ] Id est, *nocturnum*. Nam adolescentem aliquid de nocte dixisse, patet statim ex sequenti versu. *Lips.*

9. *Negotiosus.* ] Interdiu est occupatus in conscribendis legibus: noctu tantum vacat. Ironia est. *Lambin.* *Videlicet Solon est.* ] Indignor, quandoque hic tardus celerem Pareus occupavit Gruterum. *Plerique MS.* ut fatetur ipse: *Solonem.* Et sic loquebantur. Vide 3. observat. 9. *Grænovius.*

10. *Gerræ.* ] Hic *gerræ* non sunt nugæ & affaniz. sed *gerrones*. *Glossarium, Gerra, ἰδιωματικ.* & ita veteres accepisse, præter hunc locum, probat ab hac composita vox, *congerræ.* *Luceilius:*

*Tapulam tident legere congerræ Opimi.*

Qui versus verbis Plauti illustrandis aptissimus est. nam iisdem de legibus conviviorum agit hic Plautus: quas ita ab Argyripo ait temisse & prolixè scriptum iri, ut *gerræ* sive *compotores*, qui iis parituri sint, noctes & dies ebrii sint futuri. *I. Gul.*

17. *Abjudicabo.* ] Separabo. Tralatio à *judicium* sententiis, qui reos à vita abjudicant, & morti adjudicant. *Longol.*

19. *Deficere.* ] Hoc genere loquendi in magni amoris significatione veteres usi sunt. Seneca: *Dicere solent eum, quos validissime diligunt, paratos se partem annorum suorum dare.* *Muzet.*

24. *Dulci dulcior.* ] Carpunt hic quidam poetam, quasi per pleonasmum adjectit, *dulci*, verum sciant ex auctoribus, *mella* quoque amara plurius in regionibus esse. *Longol.*

25 Mihi. complectere. AR. facio lubens. PH. utinam sic effe-  
ramur!

LE. O Libane, UT MISER est homo qui amat!

LI. imo hercle vero,

Qui pendet, multo est miserior. LE. scio, qui periculum feci.  
Circumsistamus: alter hinc, hinc alter appellemus.

LI. Here, salve. sed num fumus est hæc mulier, quam am-  
plexare?

30 AR. Qui dum? LI. quia oculi sunt tibi lacrimantes, eo rogavi.

AR. Patronus qui vobis fuit futurus, perdidistis.

LI. Equidem hercle nullum perdidit: ideo, quia nunquam  
ullum habui.

LE. Philenium, salve. PH. dabunt di, quæ velitis, vobis.

LI. Noctem tuam & vini cadum velim, si optata fiant.

35 AR. Verbum cave faxis, verbero. LI. tibi equidem, non mi-  
hi opro.

AR. Tum tu igitur loquere quod lubet. LI. hunc hercle ver-  
berare.

LE. Quisnam istuc accredat tibi, cinæde calamistræ?

Tun' verberes, qui pro cibo habeas te verberari?

AR. Ut vestra fortunæ meis præcedunt, Libane, longe,

40 Qui hodie nunquam ad vesperum vivam! LI. quapropter  
quæso?

AR. Quia ego hanc amo, & hæc me amat: huic quod ego  
dem, nusquam quicquam est.

Hinc me amantem ex ædibus delegit hujus mater.

Argenti viginti minæ me ad mortem appulerunt,

Quas hodie adolescens Diabolus ipsi daturus dixit:

45 Ut hanc ne quoquam mitteret, nisi ad se hunc annum totum.

Videtin' viginti minæ quid pollent, quidve possunt?

Ille, qui illas perdit, salvus est: ego, qui non perdo, perco.

LI. Jam dedit argentum? AR. non dedit. LI. bono animo es,  
ne formida.

LE. Sece-

29. Sed num.] Usitatum est Plauto, post  
salutationem statim per particulam, sed,  
aliud aliquid subjungere. Pistor. Fumus.]  
Quia fumus lacrimas commovet. Pareus.

36. Verberare.] Sc. lubet, velim. Lamb.  
42. Delegit.] Deligere & diligere si-  
gnificant distractionem & divisionem.  
Nonius.

LE. Secede huc: Libane, te volo. LL. si quid vis. AR. obsecro vos,

50 Eadem istac opera suavius est complexos fabulari.

LL. Non omnia eadem æque omnibus, here, suavia esse scito: Vobis est suave amantibus complexos fabulari:

Ego complexum hujus nihil moror. LE. meum autem hæc aspernatur.

Proinde istud facias ipse, quod faciamus, nobis suades.

55 AR. Ego vero, & quidem edepol lubens. interea, si videtur, Concedite istuc. LE. vin' herum deludi? LI. dignu' st sane.

LE. Vin' faciam ut me Philenium præsentem hoc amplexetur?

LI. Cupio hercle. LE. sequere hæc. AR. ecquid est salutis? fatis locuti.

LE. Auscultate, atque operam date, & mea dicta devorate.

60 Primum omnium servos tuos nos esse non negamus:

Sed si tibi viginti minæ argenti proferentur,

Quo nos vocabis nomine? AR. libertos. LE. non patronos?

AR. Id potius. LE. viginti minæ hîc insunt in crumina.

Has ego, si vis, tibi dabo. AR. di te servassint semper,

65 Custos herilis, decus populi, thesaurus copiarum, Longol. corporis.  
Salus interioris hominis, amorisque imperator.

Hîc pone, hîc istam colloca cruminam in collo plane.

LE. Nolo ego te, qui herus sis mihi, onus istuc sustinere.

AR. Quin tu labore liberas te, atque istam imponis in me.

LE. Ego

50. *Complexos.*] Scil. vos. Hoc edixit, quod collatis capitibus colloquebantur. *Lamb.*

53. *Hujus.*] Scil. Leonidæ. *Hæc aspernatur.*] Serviliter penitus & irrisive, culpam & causam separationis suæ in Philenium retorquet. Et non video, quo modo non argute dicat servus: hunc Leonidam non libet amplexari, illam tuam Philenium non licet. *Camer.*

59. *Auscultate, &c. devorate.*] *Pznulo:* *Orationem aures devorant, &c.* *Meursius* emendat: *auscultato atque op. dato & m. d. devorato* Quia ad unum *Argyrippum* ei setmo sit. *Taubm.*

63. *Crumina.*] *Bulga.* Est folliculus omnia, quam & cruminam veteres appella-

runt, & est sacculus à brachio pendens. *Nonius.*

65. *Custos herili.*] Id est, heri. Ita *Varro Attiacinus:* *Humano major Cato,* id est, homine. *Rittershus.*

66. *Salus interioru.*] Subesse aliud putato quam vulgus *Commentatorum* tractat. Videtur enim mihi *Pocia* significasse vim amoris, qui interiora corporu usque ad ossa depascere dicitur. *Longol.* *Boethorius* legendum putat; *Salus imperatoru, domini amorisque imperator.* Salve tu, cui salutem suam imperator tuus, id est, dominus, debet: tu salve, qui in dominum ac domini amores omne imperium jam potes exercere. Herus alibi rex, hic imperator, à *Plauto* appellatur.

70. Ego

- 70 LE. Ego bajulabo: tu, ut decet dominum, ante me ito inanis.  
 AR. Quid nunc? quid est? quin tradis huc cruminam pressatum herum?
- LE. Hanc, cui datus hanc, jube petere atque orare mecum. Nam istuc proclive est, quod jubes, me plane collocare.
- PH. Da meus ocellus, mea rosa, mi anime, da mea voluptas,
- 75 Leonida, argentum mihi; ne nos de jure amantis.  
 LE. Dic igitur me tuum passerulum, gallinam, coturnicem, Agnellum: hædillum me tuum dic esse, vel vitellum: Prehende auriculis, compara labella cum labellis.  
 AR. Ten' osculetur, verbero? LE. quam vero indignum visum est!
- 80 Atqui pol hodie non feres, ni genua confricantur,  
 AR. QUID VIS egestas imperat: fricentur, da nunc quod oro.  
 PH. Age mi Leonida, obsecro fer amanti hero salutem. Redime istoc beneficio te ab hoc, & tibi eme hunc isto argento.  
 LE. Nimis bella es atque amabilis: & si hoc esset meum, hodie
- 85 Nunquam me orares quin darem: illum te orare Alii, mo-  
taret.  
 meliu' sit.  
 Illic hanc mihi servandam dedit, i sane, bella, belle,  
 Cape hoc sis, Libane. AR. furcifer, etiam me delusisti?  
 LE. Nunquam hercle facerem, genua ni tam nequiter fricares.  
 Agesis

70. *Ego bajulabo.* ] *Bajulare* dicuntur, qui corpore proprio ferunt. *Cajus* lib. 3. ad leg. XII. tab. *Ferri* dicimus, *qua* *quæ* *sua* corpore *bajulat*: *Portaria* *qua* *quæ* *jumento* *secum* *ducit*: *Agia* *ea*, *qua* *animalia* *sunt*. *Stewech.*

71. *Cruminam pressatum herum.* ] Hærent hic interpretes. Et mihi quoque hærenti legendum videtur, vel, *pressuram herum*; vel, *i pra, ante herum*; id est; personam mutemus, tu ante me ito inanis, ut dominus, ego sequarte, ut servus, cum crumena. *I pra*, disertim habet noster *Mss. Baxhorn.* Sed *Meursius* leg. *ara pressatam*, id est, essetam nummis & dissentam.

72. *Hanc.* ] *Scil. Philenium. Hanc.* ]

*Scil. crumenam. Mecum.* ] *Pro me. D.*

73. *Proclive.* ] Vult dicere: Quin tu potius *Philenium* *mecum* agere jubes, cui daturus sum, quæ à me impetrabit. Nam eo jam dudum propendet ac fertur, quod tu in te tanquam in locum planum collocari volebas. *Pistor.*

78. *Prehendo auriculis.* ] Solebant sic veteres osculari, ut prehensis ejus, quam carissimam habebant, auribus, oscula libarent. *Scalig.*

80. *Ni genua.* ] Id est, nisi mihi genua atrectans supplicaveris. *Doux.*

81. *Quidvis egestas imp.* ] Excusat se dominus, & dicit: Fricabo igitur servi mei genua, cum egestas fas juxta atque nefas impetare soleat. *Tanbm.*

Agesis tu in partem nunc jam hunc delude, atque amplexare hanc.

90 LI. Taceas, me spectes. AR. quin ad hunc Philenium agredimur,

Virum quidem pol optimum, & non similem furis hujus.

LI. Inambulandum est: nunc mihi vicissim supplicabunt.

AR. Quæso hercle, Libane, sis herum tuis factis sospitari,

Da mihi istas viginti minas. vides me amantem egere.

95 LI. Videbitur, factum volo, redito huc conticinio.

Nunc istanc tantisper jube sis petere atque orare mecum.

PH. Amanidone exorari vides te, an osculando?

LI. Enimvero utrumque. PH. ego obsecro te, & tu utrumque nostrum serva.

AR. O Libane, mi patrone, mihi trade istuc. LI. magis decorum est,

100 Libertum potius, quam patronum, onus in via portare.

PH. Mi Libane, ocellus aureus, donum decusque amoris,

Amabo, faciam quod voles, da istuc argentum nobis.

LI. Dic igitur me anaticulam, columbam, vel catellum,

Hirundinem, monedulam, passerulum, putillum.

105 Fac proserpentem bestiam me, duplicem ut habeam linguam,

Circumdatoque me brachiis: meum collum circumplecte.

AR. Ten' complectatur, carnufex? LI. quam vero indignus videor.

Ne

89. In partem.] Pro tua parte. *κατὰ μέρος*. Bosius.

92. Supplicabunt.] Argyrippus & Philenium,

93. Si herum.] Frustra versat se Libanus: cum omnia sint plana, si si pro se via accipiamus, hoc sensu: Si vis comitati tuæ salutem acceptum feram, trade huc mihi quas habes xx. minas. Taubm.

95. Conticinio.] Conticinium, prima pars noctis, secunda vigilia, *πυκνὸς ἀρχὴ*. Taubm.

101. Ocellus aureus.] Conjunxit duas res omnium carissimas, oculum & aurum. Taubm.

103. Anaticulam, &c.] Ideo hæc aves

hic commemorantur, tanquam delicatæ, quia istæ & aliz id genus pueris patriciis in delitiis erant. Lamb.

104. Putillum.] Putus, seu putus, *πυκνὸς* nutricum est. Lascivia inest, ut & in usu vocis, ita & in etymo. Ergo lascivia in Græcis nutricibus. *πατρὸς τῶν παιδῶν* pueros *παιδῶν* vocare. eadem & in Romanis à puta putus seu potus. unde & hodie pars in muliere, quæ honeste nominari non potest, vulgo in Italia eo nomine nota est. Scalig.

105. Fac proserpentem.] Componere linguam tuam cum mea inter osculandum, ut similis fiam serpenti: cui Plinius bifurcam linguam tribuit. Pareus.

Ne istuc nequicquam dixeris tam indignum dictum in me :  
Vehes pol hodie me, siquidem hoc argentum ferre speres.

110 AR. Ten' ego veham? LL. tun' hoc feras argentum hinc aliter à me?

AR. Perii hercle! si verum quidem est decorum, herum vehere servom.

Inscende. LL. sic isti solent superbi subdomari.

Asta igitur, ut consuetus es puer olim. scin' ut dicam?

Hem sic. abi: laudo. nec te equo magis est equus ullus sapiens.

115 AR. Inscende actutum. LL. ego fecero. hem! quid istuc est? ut tu incedis!

Demam hercle jam de ordeo, tolutim nî badizas!

AR. Amabo, Libane, jam sat est. LL. nunquam hercle hodie exorabis.

Nam jam calcari quadrupedem agitabo advorsum clivum,  
Postea ad pistores dabo, ut ibi cruciere currens.

120 Asta, ut descendam nunc jam in proclivi, quanquam nequam es.

AR. Quid nunc? quoniam ambo, ut est libitum, nos ambo delusistis,

Datisne argentum? LL. siquidem mihi statuam & aram statuis,

Atque ut Deo mihi hîc immolas bovem: nam ego tibi Salus sum.

LE. Etiam

111. Perii.] E Mff. Busbequii. huc colloco talem versum:

Perii. illic habebat flocco jam homo lumbos meos. J. Gul.

Si verum quidem.] Nihil mutandum. Sensus est; si verum est, decorum esse, ut herus servum vehat. *Boxhorn*. Non vidit verum hoc loco significare *agnum* seu *justum*, quod ter quater apud Terentium, & cui ignotum illud Horatii est? *Metiri se quemque suo modulo ac pedo verum est*. Verum ibi pro *agnum* seu *justum* positum fuit. Neque pauca apud Græcos sunt exempla hujus significationis in voce *ἰσχυρῶς*, quæ & verum & agnum notat. *Tanfaber*.

113. *Consuetus*.] *Palmerius* genus libidinis notat, quod *Equus* nominabatur. *Colero* tamen hic nihil obsceni. Vult, ut quadrupes fiat: quo modo pueri tenelli solent grassari. *Boxhorn*.

114. *Hem sic, abi*.] Exclamatio laudantis est, *abi*. non discedere jubentis inelamatio. Vide *Truc. act. 2. 3. Taubm*.

116. *Tolutim, &c.*] Quasi *volutim* & *glomeratim*. Verbo *badizas* bis idem dicit: nam *badizas*, proprium gradarii ac tolutarii equi. *Glossæ badizas, Tolutarius*. *Nonius* & *Mercerus*.

118. *Quadrupedem, &c.*] Id est, contra ascenium, in quo laborat equus. *Salmasius*.



- LE. Etiam tu, here, istunc amoves abs te, atque ipse me aggredire? *Abi. ag-  
gredere?*
- 125 Atque illa sibi quæ hic iusserat, mihi statuis, supplicasque?  
AR. Quem te autem Deum nominem? LE. Fortunam atque Obsequentem.  
AR. Jam istoc es melior. LI. an quid est olim homini salute melius?  
AR. Licet laudem Fortunam, tamen, ut ne Salutem culpem.  
PH. Ecce istor ambæ sunt bonæ. AR. sciam ubi boni quid dederint.
- 130 LE. Opta id, quod, ut contingat, tibi vis. AR. quid si optaro? LE. eveniet.  
AR. Opto annum hunc perpetuum mihi hujus operas. LE. impetrasti.  
AR. Ain' vero? LE. certe, inquam. LI. ad me adhi vicissim, atque experire.  
Exopta id quod vis maxime tibi evenire, fiet.  
AR. Quid ego aliud exoptem amplius, nisi illud cujus inopia it?
- 135 Viginti argenti commodas minas, hujus quas dem matri.  
LI. Dabuntur: animo sis bono face: exoptata obtingent.  
AR. UT CONSUEVERE, homines Salus frustratur & fortuna.  
LE. Ego caput huic argento fui hodie reperiundo.  
LI. Ego pes fui. AR. quin nec caput, nec pes sermonum apparet.

Nec

124. Etiam. ] Pro quin. D. Aggredire pro aggredere.

126. Fortunam, atque Obsequentem. ] Servus vocari se Fortunam vult, & quidem, quia obsequabatur amori & voluntati heri sui, cognomento Obsequentem. Colebatur autem Fortuna Obsequens Romæ, eoque allusum est. Lips.

128. Tamen, ut Salutem culpem. ] Ita mihi laudare Fortunam licet, ut tamen Salutem non vituperem. Lamb.

131. Operas. ] Id est, Philicæ noctes. Lamb.

135. Commodas minas. ] Justiponderis, non adulterinas. Douza. Vide Mercat. 2. 3.

136. Faci. ] Pignus in omnes fortunas meas dare paratus sum, Plautum scripserit, Faciem exopt. Vetere faciem, dicam pro faciam, dicam, scripserit, auctor est & Quintil. Lips.

138. Caput. ] Caput, origo & summa unius cujusque rei est. Donat. Duxi, significet.

139. Pes. ] Jocus. Pes, quadriv fundamentum. Scalig.

146. Ne-

140 Nec quid dicatis, nec me cur ludatis scire possum.

LI. Satis jam delusum censeo: nunc rem, ut est, eloquamur.  
Animum, Argyrippe, advorte sis! pater nos ferre hoc iussit  
Argentum ad te. AR. ut tempore oportuneque attulistis!

LI. Hic inerunt viginti minæ bonæ, mala opera partæ:

145 Has tibi nos pactis legibus dare iussit. AR. quid id est quæso?

LI. Noctem hujus & cœnam sibi ut dares. AR. jube advenire quæso.

Meritissimo ejus quæ volet faciemus, qui hosce amores  
Nostros dispullos compulit. LE. *patieris, Argyrippe,*  
Patrem hanc amplexari tuum? AR. hæc facile faciet ut  
patiar.

150 Leonida, curre obsecro; patrem huc orato ut veniat.

LI. Jamdudum est intus. AR. hæc quidem non venit.

LI. angiporto

Illac per hortum circumit clam, ne quis se videret

Huc ire familiarium. ne uxor resciscat, metuit.

De argento, si mater tua sciat ut sit factum. AR. heja!

155 Benedicite. ite intro cito. valete. LE. & vos amate.

146. *Noctem hujus, &c.* ] Hic verum est, quod ait Lucilius lib. 28. *In medium Chremes, in summum ire Demænetus. q. d. Chremes ille in filio indulgendo medium tenuit: Demænetus Plauti medium excessit. Lips.*

148. *Dispullos compulit.* ] *Bella anthitelis. Cic. ad Attic. Quid ergo, in qua, alterus est? idem quod pecudes, qua dispulsa sui*

*generi sequuntur grezes. Taubm.*

149. *Hæc facile.* ] *Scilicet crimina, δυνάμεις. nam maneam identidem tractabar ac vibrabat. Dow.*

155. *Heja! benedicite.* ] *Cum Libanus aliquid mali ominis esset additurus, interpellans Argyrippus, Eja, inquit, αὐφύμειται. Sic enim solebant veteres mala nomina vitare & averfari. Lamb.*

## ACTUS QUARTI SCENA PRIMA.

DIABOLUS. PARASITUS.

**A** Gedum, istum ostende quem conscripsisti syngraphum.

Inter me & amicam & lenam: leges perlege.

Nam tu Poëta es prorsus ad eam rem unicus.

PA. HOR-

**S** *ingraphum.* ] *Chirographum est privata scriptura, manu cujusque subscripta. Syngraphum quod simul plures subscripserunt. in illo, tantum quæ gesta sunt. continentur, in hoc etiam pactio-*

*nes veniant. ut in hoc nostri. Auf. Popta.*

3. *Unicus.* ] *Unicum veteribus video idem sonare ac valere, quod egregium, præclarum, ac singulare. Gifan.*

s. 26

- PA. Horrefcet faxo lena, leges quum audiet.  
 5 DI. Age quæſo, mi, hercle, tranſlege. PA. audin? DI. audio.  
 PA. Diabolus Glauci filius Cleareta  
 Lenæ dedit dono argenti viginti minas,  
 Philenium ut ſecum eſſet noctes & dies  
 Hunc annum totum. DI. neque cum quiquam alio quidem.  
 10 PA. Addone: DI. adde: & ſcribas, vide, plane & probe.  
 PA. Alienum hominem intromittat neminem.  
 Quod illa aut amicum aut patronum. DI. neminem.  
 PA. Aut quod illa amica ſux amatorem prædicet.  
 Fores occluſæ omnibus ſicut, niſi tibi.  
 15 In foribus ſcribat, OCCUPATAM ESSE SE.  
 Aut quod illa dicat peregre allatam epistolam,  
 Ne epistoſta quidem ulli ſit in ædibus,  
 Nec cerata adeo tabula. & ſi qua inutilis  
 Pictura ſit, eam vendat, ni quatruido  
 20 Abalienarit, quo abs te argentum acceperit,  
 Tuus arbitratus ſit, comburas, ſi velis.  
 Ne illi ſit cera, ubi facere poſſit literas.  
 Vocet convivam neminem illa; tu voces.  
 Ad eorum ne quem oculos adjiciat ſuos.  
 25 Si quem alium apſexit, cæca continuo fiet.  
 Tecum una poſtea æque pocula potitet.

Abs

5. *Mi hercle.*] Grutero non ſatisfacit illud *hercle*. mutatum ibat in *haſta*, aut *clari*, aut aliud quid. *Taubmann*.

12. *Quod illa.*] De antiqua hæc locutione, vide not. Milit. 2. 2.

15. *Occupatam eſſe ſe.*] Veteres Codices hunc verſum interſerunt:

*Patrem hæc amplexari tuum. DI. hæc facile faciet ut patiar. PA.*

18. *Nec cerata, &c.*] Iconicum hæud dubie ex cera picturæ genus intelligit, imaginesque, ac neſcio quæ Deorum ſimulacra, aut eorum etiam, quos cæros habebant ſibi, vultus repræſentantia. *Donza*.

19. *Inutilis pictura.*] Ea eſt, quæ eſſet mali exempli; quæ *ὀφθαλμῶν ἢ* contineret ad libidines excitandas, vel ut

peccaret accuſatius. Qualis illa Terentii Eunuch *Pareus*.

22. *Ne illi cera.*] Ne illa pictura inutilis materiam ſcortillo ſuppeditet, unde tantum ceræ abradat ſubſola, in qua literas clanculum ad amatorem perſcribat. *Donza*.

24. *Ad eorum.*] In omnib. Mſſ. extat *ſorum*. idque puto deinde degeneraſſe in *ſorum*, cum potius debuiffet in *eorum*. vetericnim ſcriptura *E* parum diſtat ab *F*. Gruter.

26. *Tecum una poſtea.*] *Malim, Tecum una poſcat: æque pocula potitet, &c.*

Multi ſunt, in quibus delicias ſibi faciunt amantes in potu. Simul poſcere: ſimul bibere: invicem ſibi porrigere: propinare: & hæc talia. *Piſter*.

Abs ted accipiat, tibi propinet, tu bibas.

Ne illa minus, aut plus quam tu, sapiat. DI. satis placet.

PA. Suspiciones omnes abs se segreget,

30 Neque illæ ulli pede pedem homini premat.

Cum surgat, neque in lectum inscendat proximum,

Neque cum descendat, inde det cuiquam manum.

Spectandum ne cui annulum det, neque roget.

Talos ne cuiquam homini admoveat, nisi tibi.

35 Cum jaciatur, Te, ne dicat: nomen nominet.

Deam invocet sibi, quam lubebit, propitiam,

Deum nullum. si magis religiosa fuerit,

Tibi dicat, tu pro illa ores, ut sit propitius.

Neque illa ulli homini nutet, niſtetur, annuat;

40 Post, si lucerna extincta est, nequid sui

Membri commoveat quicquam in tenebris. DI. optimum est;

Ita scilicet facturam: verum in cubiculo

Deme istuc: equidem illam moveri gestio.

Nolo habere illam causam, & votitam dicere.

45 PA. Scio, captiones metuis. DI. verum. PA. ergo, ut jubes,

Tollam. DI. quid ni? PA. audi reliqua. DI. loquere; audio.

PA. Neque ullum verbum faciat perplexabile.

Neque ulla lingua sciat loqui nisi Attica.

Forte si tussire occæpsit, ne sic tussiat,

50 Ut cuiquam linguam in tussiendo proferat.

Quod illa autem simulet, quasi gravedo profluat,

Hoc ne sic faciat: tu labellum abstergeas

Potius;

37. *Si magis religiosa.*] Si plus nimio religiosa tætet, ut putet non tantum deas feminas: sed & deos mares sibi invocandos & propitiandos, ne ipsa faciat, sed te vicarium supponat. *Lambinus.*

39. *Nutet, niſtetur, annuat.*] *Nutare* capitis; *Niſtare* oculorum; *Annuere* narium, labiorum, superciliorum significantiam esse, decteverunt veteres. Per signa autem locutos olim amantes, notum est *Ovid. l. de Arte:*

*Nel opus est digitu, per quos arcana loquar:*

*Nec tibi per notas accipienda nota est.*  
*Taubmann.*

44. *Nolo habere illam causam.*] Nolo habere illam hunc pretextum, cui non moveatur *ουνοσασμα*: ut dicat, se *votitam*, id est, religione aliqua prohibitam. *Nonius.*

47. *Faciat perplexabile.*] Id est, figuratum, quod aliud audiatur, aliud sentiantur. *Nonius.*

50. *Tussiendo proferat.*] Ne lingua prolata videatur aliquem ad basianandum invitare. *Lambin.*

H

53. Sa:

- Potius, quam cuiquam *savium* faciat palam,  
 Nec mater lena ad vinum accedat interim,  
 55 Nec ulli verbo male dicat. si dixerit,  
 Hæc multa ei esto, vino viginti dies  
 Ut careat. *Di.* pulchre scripsisti: *scitum syngraphum!*  
*Pa.* Tum si coronas, sarta, unguenta iusserit  
 Ancillam ferre Veneri aut Cupidini,  
 60 Tuus servus servet, Venerine eas det, an viro.  
 Si forte pure velle habere dixerit,  
 Tot noctes reddat spurcas, quot puras habuerit:  
 Hæc sunt non nugæ: non enim mortualia.  
*Di.* Placent profecto leges. sequere intro. *Pa.* sequor.

53. *Savium.* ] *Savium*, hic longe diversum à communi usu significare autumo; & *sativum* expono, quam suspicius amator aliorum oculis prodi aut palam fieri non vult. *Donza.*

54. *Ad vinum.* Id est, ad mensam: ad pocula. *Lamb.*

59. *Veneri aut.* ] Ut milites exauctorati arma sua ad *Martia*, gladiatores rude donari ad *Hercule* ponebant: ita arbitror & Comensatores, & Puellas etiam illas quæ Veneri militarent, languidas corollas demptas suo capiti, deo cuiquam in munus dedisse. Hoc quoque servasse meretriculas puto, ut quoties pensum absolvisissent, aut ut *Preper.* loquitur, quot itineraria nocte una confecissent, tot

corollas ludicro cuiquam & minorum gentium deo donarent, pura *Trephallo*, *Marsia*, *Herma*, talibus. *Lipsius.*

60. *Servet.* ] Id est, observet. *Viro.* ] Alicui amatori. *Lambin.*

61. *Si forte pure.* ] In casto aut *Per-vigilia* *Isidu* votivas decem noctes matronis & meretricibus secubandum erat: neque aliter rem divinam facere sine piaculo poterant. id Latini *Pura habere*, Græci *ἀγνύειν*, *ἀγνῶς ἰχθῦ* dicebant. *Donza.*

62. *Tot noctes reddat spurcas.* ] Tot noctes tecum cubet, quot abs te seorsum cubuerit. *Taubm.*

63. *Non nugæ.* ] *Nugæ*, & mortualia, vocantur carmina præficarum. *Scalig.*

## ACTUS QUARTI SCENA SECUNDA.

### DIABOLUS, PARASITUS.

SEquere hac: egon' hæc patiar? aut taceam? emori  
 Me malim, quam hæc non ejus uxori indicem.  
 Ain' tu? apud amicam munus adolescentuli  
 Fungare? uxori excuses te, & dicas senem?

Præ-

2. *Sequere, &c.* ] Non convenit ut statim atque leges legerunt, exieruntque à scena, nullo spatio interjecto, prodeant rursus in scenam cognita pactione *Aegypti*. Ergo hinc fit exordium actus quinti, quippe dum canunt tibicines, satis temporis fuit ado-

lescenti ac parasito, ut resciscerent eam pactionem, de qua questii in scena, excedunt; & tum aperitur siparium, ut decumbentes aspici possint à populo. *Mercerus.*

3. *Ain' tu?* ] Scilicet talia debere diffimulari? *Stephan.*

5. *Amanti.* ]

5 Præcipias scortum amanti, atque argentum obicias  
 Lenæ? suppiles clam domi uxorem tuam?  
 Suspendas potius me, quam tacita tu hæc auferas.  
 Jam quidem, hercle, ad illam hinc ibo, quam tu propediem,  
 Nisi quidem illa ante occupassit te, effliges scio,

10 Luxuriæ sumtus suppeditare ut possies.  
 PA. Ego sic faciendum censeo. me honestiu' est,  
 Quam te, palam hanc rem facere, ne illa existimet  
 Amoris causa percitum id fecisse te,  
 Magis quam sua causa. DI. at pol qui dixi rectius.

15 Tu ergo fac ut illi turbas, lites concias,  
 Cum suo sibignato unam ad amicam de die  
 Potare, illam expilare jam. PA. ne me mone.  
 Ego istud curabo. DI. at ego te opperiat domi.

Lipf. una  
 l. 9. ut.  
 clau.

5. *Amantis*] *Argyrippo*, vel potius mihi. *Lambinus*.

7. *Tacita, &c.*] Quam hæc à me taceantur. *T.* De hoc genere loquendi, tacitum ferre ab aliquo, vide ad *Livium* lib. 1. 50. *Gronov.*

9. *Effliges, &c.*] *Sensus est*: Tu quidem uxorem tuam nimis parcam, certo seio, occides tandem, ut sumtus ad luxuriam habere possis: nisi illa te prævenit, ut tibi inferat, quod à te expectat. *I Gul.*

14. *At pol.*] Scil. ergo ipse rem facere palam volo. Sequitur tamen correctio, *Immo vero dixisti rectius.* *Lamb.*

16. *De die.*] *De die*, est *de medio die*. Sic *de nocte*, pro, *de media nocte* dicebant.

Tunc enim maxime nox aut dies esse intelligitur, quum media sunt. *Salmasius.* Quod Latini dicunt *convivia de die ducere*, id Græci esse ferre solent ἀφ' ἡμῆρας. à quibus mutuati esse videntur Latini. Sic *Polyb.* lib. 8. Γαίον τὸν Λαβίαν νεοκρίσιν μὲν ἦ συνῆδον ἀφ' ἡμῆρας. Et paulo post bis eadem locutione utitur. Hæc Latini tempitiva convivia appellant, quæ scilicet ante horam nonam inchoabantur, ut recte *Lipsius* ad lib. 14. Taciti adnotavit. quare errat is qui aliter contra *Lipii* sententiam interpretatur *de die*, ut idem sit quod meridie. Igitur si quis ab hora 7. convivium iniecit, is de die potare non dicitur? quo quid est absurdius. *Valefius.*

## ACTUS QUINTI SCENA PRIMA.

ARGYRIPPUS, DEMÆNETUS.

A Gedum, decumbamus sis, pater. DE. ut jufferis,  
 Mi gnate, ita fiet. AR. pueri, mensam apponite.  
 DE. Nunquid nam tibi molestum est, gnate mi, si hæc nunc  
 mecum accubat?

AR. Pietas, pater, oculis dolorem prohibet, quanquam ego  
 istanc amo,

Possu n

4. *Oculis dolorem, &c.*] *Veteres* ei dicebant *oculos dolere*, qui

quod nollet, videret. Sic *Tarent.* *Phormion.*

H 2

Vid'

5 Possum equidem inducere animum, ne ægre patiar, quia tecum accubat.

DE. DECET verecundum esse adolescentem, Argyrippe. AR. edepol, pater.

Merito tuo facere possum. DE. age ergo, hoc agitemus convivium

Vino & sermone suavi. nolo ego metui, amari mavolo,

Mi gnate, me abs te. AR. pol ego utrumque facio, ut æquum est filium.

10 DE. Credam istuc, si es te hilarum videro. AR. an tu esse me tristem putas?

DE. Putem ego? quem videam æque esse mæstum, ut quasi dies si dicta sit.

AR. Ne dixis istuc. DE. ne sic fueris, illico ego non dixero.

AR. Hem! aspecta: rideo. DE. utinam, male qui mihi volunt, sic rideant!

AR. Scio equidem quamobrem me, pater, tu tristem credas nunc tibi;

15 Quia istæc est tecum. atque ego quidem, hercle, ut verum tibi dicam, pater,

Ea res male habet: ac non eo, quin tibi non cupiam quæ velis: Verum istam amo. aliam tecum esse equidem facile possum perpeti.

DE. At ego hanc volo. AR. ergo sunt quæ exoptas. mihi quæ ego exoptem volo.

DE. Unum hunc diem perpetere, quoniam tibi potestatem dedi,

20 Cum hac annum ut esses, atque amanti argenti feci copiam.

AR. Hem istoc me facto tibi devinxisti. DE. quin te ergo hilarum das mihi.

*Vin' facere quod tuo viro oculi dolent.*

Contra Græci auctores oculos dolere illis significarunt, qui rem pulchram & jucundam cernerent, quæ tamen frui non possent. P. Vill.

11. *Putem ego.*] Quasi dicat, Nihil hic opus est putare; cum res ipsa loquatur, te tristem esse. Lambinus. *Quasi dies, &c.*] Id est, quasi certa dies accusationis reo constituta sit. Longol.

## ACTUS QUINTI SCENA SECUNDA.

ARTEMONA, PARASITUS, DEMÆNETUS,  
ARGYRIPPUS, PHILENIUM.**A** In tu, meum virum hic potare, obsecro, cum filio?

Er ad amicam detulisse argenti viginti minas?

Meoque filio sciante id facere flagitium patrem?

**PA.** Neque divini, neque mi humani posthac quicquam acceduas,

5 Artemona, si hujus rei me esse mendacem inveneris.

**ART.** At scelestus ego, præter alios meum virum sui rata

Siccum, frugi, continentem, amantem uxoris maxime.

**PA.** Ar nunc dehinc sciro, illum ante omnes minimi mortalem preci:

Madidum, nihili, incontinentem, atque oforem uxoris suæ.

10 **ART.** Pol ni vera ista essent, nunquam faceret ea quæ nunc facit.**PA.** Ego quoque, hercle, illum antehac hominem semper sum frugi ratus.

Verum hoc facto sese ostendit, qui quidem cum filio

Potet una, atque una amicam ducet decrepitus senex.

**ART.** Hoc ecastor est, quod ille ir ad cœnam cotidie.

15 Ait sese ire ad Archidemum, Chæream, Chærestratum,

Cliniam, Chremem, Cratinum, Diniam, Demosthenem.

Is apud scortum corruptelæ, &amp; liberis lustris studet.

**PA.** Quintu illum jubes ancillas rapere sublimem domum?**ART.** Tace modo. næ illum ecastor miserum habebis, **PA.** ego istuc scio20 Ita fore illi, dum quidem cum illo nupta eris. **ART.** ego censeo

Eum etiam hominem aut in senatu dare operam, aut clientibus:

Ibi

4. **N** Equedivini.] Vid. Amph. act. 2. 2.

5. Præter alios.] Ita J. Guill.

è Lang. & Douza, præter alios, ὑπὸ ἄλλοις  
τῶν ἄλλοις. Taub.13. Ducet.] Vide Epid. 3. 2. Decrepitus,  
opponitur crudo seni. Vide Epid. 5. 2. T.

17. Liberu lustru.] Quæ sunt libera lustra? Scribo,

Is apud scortum corruptela est liberu;  
lustru sudet.

Nam cum filio apud meretricem desidebat. Heinſius. Hunc locum perperam sollicitant viri docti: nam hic accipienda Libera lustra sunt, ubi omni libidinandi licentia genio suo libere indulgent. Salmas.



Ibi labore delassatum noctem totam stertere.  
 Ille opere foris faciundo lassus noctu advenit :  
 Fundum alienum arat , incultum familiarem deserit.

25 Is etiam corruptus , porro suum corrumpit filium.

PA. Sequere hac me modo, jam faxo ipsum hominem manifesto opprimas.

ART. Nihil ecastor est quod facere mavelim. PA. manedum.

ART. quid est?

PA. Possis, si forte accubantem tuum virum conspexeris,  
 Cum corona amplexum amicam, si videas, cognoscere?

30 ART. Possum ecastor. PA. hem tibi hominem. ART. petii!

PA. paulisper mane.

Aucupemus ex invidiis clanculum quam rem gerant.

AR. Quid modi, pater, amplexandi facies? DE. fatcor, gnate mi.

AR. Quid fatere? DE. me ex amore hujus corruptum oppido. *Lip. corruptum.*

PA. Audii' quid ait? ART. audio. DE. egon' ut non domo uxori meæ

35 Subripiam in deliciis pallam quam habet, atque ad te deferam? Non edepol conduci possum vita uxoris annua.

PA. Censen' tu illum hodie primum ire assuetum esse in ganem?

ART. Ille ecastor suppilabat me, quod ancillas meas

Suspicabar, atque in montis miseram cruciabam. AR. pater,

40 Jube dare vinum; jam dudum factum est, quum primum bibi.

DE. Da

23. *Opere foris faciendo.* ] Nihil frequentius nostris, quam agriculturæ vocabula transferre ad rem voluptatum. Eandem & *Hortus* & *Agello* designari, notatum est multis. In *Caism. liberor*:

*Quod meus hortus habet, sumas impune licebit,*

*Si dederis nobis, quod tuus hortus habet.*

Et *Marrsal. lib. 7. epigt. 101. Lipsius.*

25. *Filium.* ] Post hunc versum existimat *J. Gul.* istum è *Nono* locum habere:

*Quin etiam memiseram famosam facit flagitium suum.*

36. *Vita uxoris annua.* ] *Sensus est:* Si

quis mihi ita dicat: Demerete, si pallam uxori tuæ, quam in delitiis illa habet, non furripies, neque ad Philenium defetes, hanc tibi ejus rei mercedem promitto, quod tua uxor non plus anno victura est; conditionem non accipiam: etsi morte ipsius nihil mihi carius. *Lamb. Adde, si tanti est, nostra in Ecclesiasticis scriptoribus observata cap. 7. p. 77. Gronovius.*

37. *Ganem.* ] *Veteres ganem tabernam meritoriam dixerunt: δὲν τ' γὰρ, τὰς ἡμέρας, quod ea sint in terra, non, ut canacula, supra. Donatus.*

41. *Da,*

DE. Da puere ab summo; age, tu interibi ab infimo da su-  
vium.

ART. Perii misera! ut osculatur carnufex, capuli decus.

DE. Edepol animam suaviorem aliquanto quam uxoris  
meæ.

PH. Dic amabo, an scetet anima uxoris tuæ? DE. nauteam

45 Bibere malim, si necessum est, quam illam oscularier.

ART. Miser ecastor es. PA. mecastor dignus est. AR. quid  
ais, pater?

ART. Ain' tandem? edepol næ tu istuc cum malo magno tuo  
Dixisti in me. sine! venias modo domum, faxo ut scias

Quid perici sit dotatæ uxori vitium dicere. Dant. con-  
VICIUM.

50 AR. Ecquid matrem amas? DE. egone? illam nunc amo,  
quia non adest.

AR. Quid, cum adest? DE. periisse cupio. PA. amat homo  
hic te, ut prædicat.

ART. Næ ille ecastor scenerato funditat: nam si domum  
Redierit hodie, osculando ego ulciscar potissimum.

AR. Jaccè; pater, talos, ut porro nos jacciamus. DE. ma-  
xime.

55 Te Philenium mihi, atque uxori mortem, hoc Venerium est.

PA. Pueri, plaudite, & mihi ob jactum cantharo mulsùm date.

ART. Non nequeo durare. PA. si non didicisti fullonicam,  
Non

41. *Da, puere, ab summo.*] *Ab sum-*  
*mo*, nempe ab Argyripo fillo, qui sum-  
mam lecti convivialis partem promebat.  
Singularis Lectisternii mentionem hic  
fieri videmus. in quo senex ipse *medius*  
(ut æquum erat patrem) loco puta hono-  
ratiore, Philenium *interior* porro hoc  
est, in gremio ospularis amasi sui ima  
accubat, more amantibus solemnî. Un-  
de; *suavius ab infimo dari sibi*, postulat  
Demznetus, ab ea scilicet parte, atque  
ex eo loco, ubi basiatura decumbat.  
*Dante.*

42. *Capuli.*] *Capulus* à *capiendo*: nam  
sepulcrum *voteri* capulus dici voluerunt,  
quod corpora capiat. Nonius. Vult igitur  
huic seni convenite magis capulum, id  
est, sepulcrum, aut phetretum, quam  
lustra seu ganeum. *Lamb.*

44. *Nauteam.*] *Nautea* est aqua defen-  
tina, à *nautu* dicta. Nonius.

48. *Sine.*] *Sine*, minantis est. *Taubm.*

52. *Fanorato.*] Hic locus explicatur à  
versu superiore: *Edepol nati, &c.* *Taub.*  
Verba hæc, qui in me fundit, magno  
illi constabant. *Lamb.*

54. *Jacotalor.*] *Vide Persi. act. 5. 1.*

55. *Mortem.*] *Scil. apto, voco.* Sole-  
bant amatores puellas, quas amabant,  
inter talorum jactus, invocare. *Lambin.*  
*Hoc Venerium.*] *Jactum Veneris* signifi-  
cat. Dicebatur talis, tum quatuor tali ja-  
cti dissimiliter cecidissent. Is felix habe-  
batur. *Lambin.*

57. *Si non didicisti fullonicam.*] *Duss*  
hic interpretationes habet *Lambinus*, ex  
quibus meliore præterita pejorem refer-  
unt & venditant. Sed regnat hic *Guill-*  
*mius,*

Non mirandum est. in oculos invadi *nunc* est optimum.

ART. Ego pol vivam, & tu isthæc hodie cum tuo Act. 18.  
hunc, sc.  
Paulum,  
magno malo

60 Invocavisti. PA. cequis currit pollinctorem arcessere?

AR. Mater, salve. ART. sat salutis st. PA. mortuus st De-  
manetus.

Tempus est subducere hinc me: pulchre hoc gliscit prælium.

Ibo ad Diabolum, mandata dicam facta, ut voluerit.

Atque interea ut decumbamus suadebo, hi dum Lamb. dif.  
cumbamus,  
litigant.

65 Post eum demum huc cras adducam ad lenam, ut viginti  
minas

Ei det, in parte hac amanti ut liceat ei potitier. Lamb. 19  
partem.

Argyrippus exorari spero poterit, ut sinat

Sele alternas cum illo noctes hac frui. nam ni impetra,

Regem perdidit: ex amore tantum est homini incendium.

70 ART. Quid tibi huc receptio ad te est mecum virum? PH. pol  
me quidem

Miseram odio enicavit. ART. surge, amator; i domum.

DE. Nullus sum. ART. immo es, ne nega, omnium pol ne-  
quissimus.

At

mius, etsi nec de consilio nec de durandi  
verbo quicquam sani. Quid est durare  
vestem? Creta scilicet? Quis ita locutus?  
Id tamen supinis manibus exceperunt  
Th. Marcellus ad Persium & Ramiresius  
& inde tentant l. 31. D. locati & x. 1.  
Instit. eodem & l. 12. D. defyctis, ubi re-  
de vestimenta curanda. Curabant fullones  
vestem, hoc est, eluebant & interpola-  
bant, ut curare arma & tergere apud Li-  
vium 26. curare vineam falce Cato de re  
rust. cap. 137. & Plinius 17. 22. idem  
curare fruges, 18. 34. Festus in Polimen-  
to: à politone segatum aut vestimentorum,  
qua similiter atque illa curantur. Sed in-  
ter curandum durabant teterrimum tole-  
rando odorem ex aqua fullonica urinis  
permixta, in qua stabant & argutaban-  
tur pedibus, plane quasi moventes Ca-  
marinam. Athenzus lib. 11. τὸ ἀφ'  
ἀμῶν διαβήσθαι τῶν ἐστὶν ἐστὶν δὲ μὴ τῶ

γὰρ ἰμὸν παρὰ τὸν Χρῆσθου ἀμῶν ἀβ-  
βουσι οἱ γυαφῆς. Igitur quum mulier  
dixisset, Non queo durare, respondet  
parafitus, Si non didicisti Julianicum,  
Non est mirandum, scilicet te non posse  
durare: nam illi si quisquam mortu-  
um durant, quum sustinent gravem o-  
dorem agitati cum subactis vestibus to-  
til. Gronov.

60. Polinclerem. ] Qui eum sepeliat.  
Lamb. Vide Præ. prolog.

66. Es. ] Lenæ. Amantis. Diabolo.  
Lamb.

69. Regem. ] Id est, qui me alit, vel  
Dominum. Taub.

71. Enicavit. ] Illud enicavit respicit  
non Attemonam, sed vero Demone-  
tum: ut velis Philenium; imo recte fa-  
ctum, quod capularem istum excitas,  
qui mihi supra omne odium odiosus.  
Gruter.

73. Cubat. ]

At etiam cubat cuculus. surge, amator; i domum.

DE. Væ mihi! ART. vera hariolare. surge, amator; i domum.

75 DE. Abscede ergo paululum istuc. ART. surge, amator; <sup>Alit.</sup> i domum. <sub>istuc.</sub>

DE. Jam, obsecro, uxor. ART. nunc uxorem me esse meministi tuam?

Modo, quum dicta in me ingerebas, odium, non uxor eram.

DE. Totus perii! ART. quid tandem? anima fœtetne uxoris tuæ?

DE. Murrham olet. ART. jam surripuisti pallam, quam scorto dares?

80 AR. Ecastor quin surrepturum pallam promisit tibi?

ART. Non taces? AR. ego dissuadebam, mater. ART. bellum filium.

Istosine patrem æquom mores est liberis largiri?

Nihilne te pudet? DE. pol, si aliud nihil sit, tui me, uxor, pudet.

ART. Cano capite te cuculum uxor ex lustris rapit.

85 DE. Non licet manere, (cœna coquitur,) dum cœnem modo?

ART. Ecastor cœnabis hodie, ut te dignum est, magna malum.

DE. Male cubandum est: iudicatum me uxor adducit <sup>Donz.</sup> <sub>abducit.</sub> domum.

AR. Dicebam, pater, tibi, ne matri consuleres male.

PH. De palla memento, amabo. DE. juben' hanc hinc abscedere?

90 PH. Immo intus potius: sequere hac me, mi anime. DE. ego vero sequor.

ART. I domum. PH. da saviium etiam prius quam abis.

DE. i in crucem.

73. *Cubat.*] In cubitum se componit. *Donza.* *Cuculus.*] *Cuculi* etiam dicebantur olim in re patrum honesta deprehensi. *Erasm.*

80. *Promisit.*] Minatus est seipsum palam dixit. De simili captione vide *Menæchm.* act. 4. 2.

87. *Iudicatum me uxor.*] Addunt hic

notam ex *Mf. damnatum indicta causa:* Quæ explicatio anceps & falsa est. Hic quidem illud fit, quia senex suo iudicio ex conscientia damnatus erat, ne hiscere audebat pro causa. Cæterum *iudicari* sunt non damnati *indicta causa*, sed sive dicta sive non dicta additi creditoribus. Vide lib. 2. *Observ. cap. 11. Gronov.*

## G R E X.

**H**IC senex, si quid, clam uxorem, suo animo fecit volup',  
 Neque novum, neque mirum fecit, nec secus quam  
 alii solent.

**NEC QUISQUAM** est tam ingenio duro, nec tam  
 fitmo pectore,

Quin ubi quicquam occasionis sit, sibi faciat bene.

5 Nunc si vultis deprecari huic seni ne vapulet,

Remur impetrari posse, si plausum sic clarum datis.

1. GREX.] Gregem histricum, hoc est  
 Chorum & Cateruam histrioniam facien-  
 tium elegantibus versiculis designat Pe-  
 tronius Arbiter:

*Grex agit in scena mimus: Pater ille  
 vocatur.*

*Filius hic: nomen Divitiu ille tenet.*

*Mox utridendos inclusit pagina partem,  
 Vera redit facies, ad simulata perit.*

FINIS ASINARIÆ.

M. ACCI PLAUTI,  
AULULARIA,

DRAMATIS PERSONÆ.

LAR, *prologus.*  
EUCLIO, *senex.*  
STAPHYLA, *anus.*  
EUNOMIA, *mulier.*  
MEGADORUS, *senex.*  
STROBILUS, *geminus servus.*  
ANTHRAX, } *coçi.*  
CONGRIO, }  
PYTHODICUS, *servus.*  
LYCONIDES, *adolescens.*  
PHÆDRA, *puella.*

## G R E X.

**H**IC senex, si quid, clam uxorem, suo animo fecit volup',  
 Neque novum, neque mirum fecit, nec secus quam  
 alii solent.

**NEC QUISQUAM** est tam ingenio duro, nec tam  
 firmo pectore,

Quin ubi quicquam occasionis sit, sibi faciat bene.

5 Nunc si vultis deprecari huic seni ne vapulet,  
 Remur impetrari posse, si plausum sic clarum datis.

I. GREX.] Gregem histricum, hoc est  
 Choram & Catervam histrioniam facien-  
 tium elegantibus versiculis designat Pe-  
 tronius Arbitr:

*Grex agit in scena mirum: Pater ille  
 vocatur,  
 Filius hic: nomen Divitiu ille tenet.  
 Max ubi videndus inclusit pagina partem,  
 Vera redit facies, ad simulata perit.*

FINIS ASINARIÆ.

M. ACCI PLAUTI,  
AULULARIA,

DRAMATIS PERSONÆ

LAR, *prologus.*  
EUCLIO, *senex.*  
STAPHYLA, *anus.*  
EUNOMIA, *mulier.*  
MEGADORUS, *senex.*  
STROBILUS, *geminus servus.*  
ANTHRAX, } *cocti.*  
CONGRIO, }  
PYTHODICUS, *servus.*  
LYCONIDES, *adolescens.*  
PHÆDRA, *puella.*



ARGUMENTUM.

**S**enex avarus vix sibi credens Euclio,  
 Domi sua defossam multis cum opibus  
 Aulam invenit, rursusque penitus conditam  
 Exsanguis, amens, servat. ejus filiam  
 Lyconides vitiat. interea senex  
 Megadorus, à sorore suavis ducere  
 Uxorem, avari gnatum deposcit sibi.  
 Durus senex vix promittit: atque aula timens,  
 Domo sublata variis abstrudit locis.  
 Insidias servos facit hujus Lyconidis,  
 Qui virginem vitiat; atque ipse obsecrat  
 Avunculum Megadorum sibi met cedere  
 Uxorem amanti. per dolum mox Euclio  
 Quum perdidisset, aulam insperato invenit,  
 Latiusque natam collocat Lyconidi.

ARGUMENTUM, ut quibusdam videtur,

PRISCIANL

**A**ulam repertam auri plenam Euclio  
 Vi summa servat, miseris affectus modis.  
 Lyconides istius vitiat filiam.  
 Volt hanc Megadorus indotatam ducere.  
 Lubensque ut faciat, dat coquos cum obsonio,  
 Auro formidat Euclio; abstrudit foris.  
 Reque omni inspecta, compressoris servulus  
 Id surpit. Illic Euclioni rem refert,  
 Ab eo donatur auro, uxore, & filio.

ALIUD

# ALIUD ARGUMENTUM

## CAMERARIUM

**N**omen Fabulæ inditum à re, quæ negotium & variat, & reddit copiosiore expositionem. Ea est olla plena auri, reperta ab Euclione in domo paterna. Hujus senis avarissimi & parcissimi filiam, vi noctu adolescens Lyconides compresserat. Itaque instante partu, cum puellam amaret, & avunculo desponsam esse cognovisset, rem omnem matri indicat; & per hanc impetrat, illa sibi ut nubat: Intererea senex de auri custodia delirias facere, & illud tamen amittere. hinc illæ turbæ querelarum, & error confessionis, factæ injuriæ. Tandem adolescens de servo suo cognoscit, quid de olla sit factum. Atque hæcenus Plautina ad nos pervenerunt. Ex proposito autem argumento intelligi potest, tum & aurum redditum seni, & illum animo mutatum fuisse, & dotatam filiam tradidisse Lyconidi. Hæc *Codrum* persecutum esse accepimus, expositione sua, & illius versus esse, qui vulgo feruntur. Noster quidem *Fabritius* indicavit quædam Romæ reperta, quibus supplerentur hæc deficientia: sed ne illa quidem satis Plautina, neque causa, cur adjici vellemus, visa fuit. **PROPONITUR** imago sordidæ parsimonix & morositatis in Euclione. Nam & hoc vitium senile est. Quo ipso quoque indicatur, una cum ætate intelligentiam animi minui. Perverse enim certe fit, ut tum maxime studeatur rei, cum minime ad usum longi temporis spes relinquatur.

PROLO-

## PROLOGUS.

## LAR FAMILIARIS.

- NE quis miretur qui sum, paucis eloquar.  
 Ego Lar sum Familiaris, ex hac familia,  
 Unde exeuntem me aspexistis. hanc domum  
 Jam multos annos est cum possideo, & colo  
 Patrique, avoque jam hujus, qui nunc hinc habet:  
 Sed mihi avos hujus obsecrans concedidit  
 Thesaurum auri clam omnis: in medio foco  
 Defodit, venerans me, ut id servarem sibi.  
 Is quoniam moritur, ita avido ingenio fuit,  
 Nunquam indicare id filio voluit suo:  
 Inopemque optavit potius eum relinquere;  
 Quam eum Thesaurum commonstraret filio.  
 Agri reliquit eji non magnum modum,  
 Quo cum labore magno, & misere viveret.  
 Ubi is obiit mortem, qui mihi id aurum credidit,  
 Cœpi observare, ecquî majorem filius  
 Mihi honorem haberet, quam ejus habuisset pater.  
 Atque ille vero minus minusque impendio  
 Curare, minusque me impartire honoribus.  
 Item à me contra factum est: nam item obiit diem.  
 Is ex se hunc reliquit, qui hinc nunc habitat, filium  
 Pariter moratum, ut pater avusque hujus fuit.

Huius

2. **L**ar sum.] Adhibetur hic deus: quia, quæ à Lare dicuntur, non nisi a deo sciri poterant. Horat. in arte Poët.

*Nec deus interfit, nisi dignus vindice nodus*

*Inciderit.* —

Lares autem non solum ædibus, sed & vicis integris & itineribus præsidere existimabantur. Herald. Adv. lib. 1. c. 7.

4. Colo.] Colere & vivere, & habitare significat. Vid. Mil. 3. 1.

5. Patrique, avoque.] Sic emendo: cum possides, & color Patrique, &c. Quomodo alias hos versus connectes? Ait Lar, annos jam multos se domum eam possi-

dere, & à Patre Avoque hodierni domini pro Lare cultum. Acidal.

9. Avido.] Pro avido, notat Scaliger & veteres codices habere, avio, id est, stolido. Sententia est; Ita aut stolidus aut avarus ille senex fuit, ut defossam thesaurum sibi etiam mortuo ctedidit usum futurum. Bæhrn.

13. Agri, &c.] Horat. 2. Sat. 6.

*Hec erat in votis: modus agri non ita magnus.*

17. Honorum.] Honor hic, sacrificium & litatio est. Nonius. Et pro cultura & observantia sumitur.

18. Minusque impendio.] Id est, minus multo curabat. Nonius.

Huic filia una est : ea mihi cotidie  
Aut ture, aut vino, aut aliqui semper supplicat :

- 25 Dat mihi coronas. ejus honoris gratia  
Feci, thesaurum ut hic reperiret Euclio,  
Quo eam facilius nuptum, si vellet, daret.  
Nam compressit eam de summo adolescens loco.  
Is scit adolescens quæ sit, quam compresserit :  
30 Illa illum nescit, neque compressam autem pater.  
Eam ego hodie faciam, ut hic senex de proximo  
Sibi uxorem poscat. id ea faciam gratia,  
Quo ille eam facilius ducat, qui compresserat.  
Et hic qui poscet eam sibi uxorem senex,  
35 Is adolescentis illius est avunculus,  
Qui illam stupravit noctu, Cereris vigiliis.  
Sed hic senex jam clamat intus, ut solet.  
Anum foras extrudit, ne sit conscia.  
Credo aurum inspicere volt, ne surreptum fiet.

Long. 40.  
Tribat.

25. Coronas. ] Vel meo capiti imponit:  
vel, ut Cato autumat, in focum indit.  
Coronas autem, quæ Laribus suspensæ,  
in usitata magnitudine fuisse, docet.  
Meyf.

36. Cereris vigiliis. ] Τοῦτο δημοφίλοισ.  
Sacra enim hæc à mulieribus jeju-

nantibus nocturna celebrabantur. Quod  
Ceres filiam suam nocte quæsitit, in  
Ætæna oberrans. Et deæ appellabantur  
Δημοφίλοι, Ceres & Proserpina. Camer.

39. Ne surreptum. ] Ἐὶλ. pro, anne.  
Scalig. Vel est anastrophe, pro, surre-  
ptumne fiet.

## ACTUS PRIMI SCENA PRIMA

EUCLIO, STAPHYLA.

EXi, inquam, age exi. exeundum hercle tibi hinc esto foras.  
Circumspectatrix cum oculis emissitiis,

ST. Nam cur me miseram verberas? Ev. jure misera sis,  
Atque ut te dignam mala malam ætatem exigas.

5 ST. Nam qua me nunc causa extruxisti ex ædibus?

Ev. Tibi ego rationem reddam, stimulorum seges?

Illuc

2. Oculu emissitiis. ] Oculi emissitii  
sunt, qui huc atque illuc excu-  
runt, omnia curiose observitantes. Alii ta-  
les interpretantur quales Lamia circum-  
ferunt. Longolius.

4. Malam ætatem. ] Mala ætas, pro

senectute crebro & argute ponitur. Con-  
tra, Ætas bona, pro juvena. I. Gul.

6. Stimulorum seges. ] Id est, digna  
in ejus corpore stimuli perpetuo sit-  
ti & defixi stent, ut in segete spica-  
Lambin.

7. Illuc

Il luc regredere ab ostio: illuc sis. vide, ut  
Incedit. at scin' quo modo tibi res se habet?  
Si hodie hercle fustem essepero, aut stimulum in manum,

10 Testudineum istum tibi ego grandibogradum.

St. Utinam me divi adaxint ad suspendium  
Potius quidem, quam hoc pacto apud te serviam.

Ev. At ut scelesti sola secum murmurat!

7 Oculos hercle ego istos, improba, effodiam tibi,

15 Ne me observare possis, quid rerum geram.

Abscede: etiam nunc: etiam nunc: etiam. ohe!

Dicit, etiam  
ohe nunc.  
Istuc adeo.

Istic adstato. si hercle tu ex istoc loco

Digitum transversum aut unguem latum excesseris,

Aut si respexis, donicum ego te jussero,

20 Continuo hercle ego te dedam discipulam cruci.

Scelestiorem me hanc anu certe scio

Vidisse nunquam: nimisque ego hanc metuo inale,

Ne mihi ex insidiis verba imprudenti duit,

Neu persentiscat, aurum ubi est absconditum:

25 Quæ in occipitio quoque habet oculos, pessuma.

Nuncibo ut visam, est ne ita aurum ut condidi,

Dicit,  
sic ac ista.

Quod me sollicitat plurimis miserum modis.

St. Nec nunc mecastor quid hero ego dicam meo

Lang. non  
enim ecastor.

Malæ rei evenisse, quamve insaniam,

30 Queo comminisci: ita miseram me ad hunc modum

Decies die uno saepe extrudit ædibus.

Nescio pol quæ illunc hominem intemperix tenent;

Pervigilat noctes totas: tum autem interdus

Quasi

7. *Iluc regredere, &c.*] *I. Gul.* ita interpungit, *Iluc regredere ab ostio, illuc, sis vide, ut Incedit.* nam quo eam retro abire velit, iteratione adverbii magis significat: & ea sententia gestu adjuvanda est, ut plurimæ Comitorum.

10. *Grandibe.*] Efficiam ut majora in gradiendo spacia facias. *Taub.*

11. *Adaxint.*] Pro. *adigant.* Nonius. *Turn.* l. 23. 18. pro *adegerint.* *Axit autem antiquos dixisse, pro egerit, manifestum est.* *Festus.*

20. *Discipulam cruci.*] In crucem agam te; tanquam sub disciplinam & magisterium quoddam, ubi discas oculos istos emissitios non continere, sed claudere. *Siberus.*

23. *Duit.*] Pro *dedit.*

27. *Miserum modum.*] Post hunc versum inserit e Nonio talem, *I. Gul.*

*Na noctu, nec diu quietus unquam eam.*

32. *Intemperix.*] Ab *intemperantia*, id est, à tota mente & ratione descòtio. *Turneb.*

Quasi claudus futor domi sedet totos dies.

- 35 Neque jam quo pacto celem herilis filia  
 Probrum, propinqua partitudo cui appetit,  
 Quo comminisci: neque quicquam melius est mihi,  
 Ut opinor, quam ex me ut unam faciam literam  
 Longam, meum laqueo collum quando obstrinxero.

38. *Literam longam.* ] Literæ I so-  
 num triplicem deprehendo. Primum  
 ejus longæ, & fere longæ: quia non, ut  
 cæteræ, geminatur, sed productior fit,  
 & longitudine velut dupla. ideo *xxx*  
*εφ' οχλω*, inter omnes litteras hæc pro-  
 priè dicta *longa*. Et quæ sola inter græ-  
 das & Romanas illas litteras super cæte-

ras eminuit, & forma ipsa pensilem præ-  
 tulit ac postellam. Hac eadem mente  
 Aufonius epigt. 120. in liguritem Eu-  
 num scripsit:

*Quid imperite P putat ibi scriptum,  
 Ubi locari jota convenit longam?*

Nam suspensio censet eum dignum:  
*Lippius.*

ACTUS PRIMI SCENA SECUNDA.

EUCLIO, STAPHYLA.

Nunc defæcato demum animo egredior domo,  
 Postquam perspexi salva esse intus omnia.

Redi nunc jam intro, atque intus serva. ST. quippini  
 Ego intus servem: an ne quis ædes auferat?

- 5 Nam hic apud nos nihil est aliud quæsti furibus:  
 Ita inaniis sunt oppletæ atque araneis.

Ev. Mirum quin tua nunc me causa faciat Juppiter  
 Philippum regem aut Darium, trivenefica.

Araneas mihi ego illas servari volo.

- 10 Pauper sum, fateor, patior: QUOD DI dant fero.

Abi intro, occlude januam. jam ego hic ero.

Cave quenquam alienum in ædis intromiseris.

Quod quispiam ignem quærat, extinguere volo.

Ne caulæ quid sit, quod te quisquam quæritet.

Nam

1. *Defæcato.* ] Id est, liquido, mi-  
 nimeque turbido, id est, hilari.  
 Vide Epid. 5. 1.

3. *Serva.* ] *Servare sollicitè & suspi-  
 ciosa observare.* Nonius. *Servare domum,*  
 pro, domesticæ rei curam sedulam habe-  
 re, dicebant veteres. Inde in lapide an-  
 tiquo; *Lunam feci, domum se. vavi.*  
 Boxhornius.

6. *Inaniis.* ] *Inania, a.* id est, inani-  
 tas. Nonius. Jam vero quæ vacua sunt  
 etiam *aranearum plena esse dicimus.*  
 Mures.

10. *Patior.* ] *Cui cum paupertate bene  
 convenit, dives est. Non qui parum habet,  
 sed qui plus cupit, pauper est. Modus divi-  
 tiarum primus est, habere quod necesse est:  
 proximus, quod sat est.* Seneca.

- 15 Nam si ignis vivet, tu extinguere extempulo.  
 Tum aquam aufugisse dicito, si quis petet.  
 Cultrum, securim, pistillam, mortarium,  
 Quæ utenda vasa semper vicini rogant,  
 Fures venisse, atque abstulisse dicito.
- 20 Profecto in ædes meas me absente neminem  
 Volo intromitti; atque etiam hoc prædico tibi,  
 Si Bona fortuna veniat, ne intromiseris.  
 ST. Pol ea ipsa credo ne intromittatur cavet:  
 Nam ad ædis nostras nusquam adiit, quanquam prope est.
- 25 Ev. Tace, atque abiintro. ST. taceo, atque abeo. Ev. oc-  
 clude sis  
 Fores ambobus pessulis. jam ego hinc ero.  
 Discrucior animi, quia ab domo abeundum est mihi.  
 Nimis hercle invitus abeo: sed quid agam, scio.  
 Nam noster nostræ qui est magister Curia,
- 30 Dividere argenti dixit nummos in viros:  
 Id si relinquo, ac non peto, omnes illico  
 Me suspicentur, credo, habere aurum domi.

Nam

15. *Si ignis vivet.*] Id est, si ignis à te non extinguatur; tu vitâ extingueris. Ita *interfici totrem flammam*, Atrius: *mori conscium ignem*, Statius dixerunt. Boxhorn.

24. *Quantquam prope est.*] Unus sic Cæmætarianus. At Pall. sex aberat verbum: primus etiam *quaquam*. Scribendum cenleo: *Nam ad adu nostras nunquam adiu quaquam prope*. Hoc est, ulla ex parte. Nec dubito quin illa particula veteribus in usu fuerit. Nam & Sospiter Charisius lib. 2. hoc inter adverbia ponit, addito exemplo Pomponii, *quaquam negam nuptam*, & composita ostendunt *haudquaquam* & *nequaquam*. Denique & Langiani codices, *unquam*. Gronov.

26. *Ambobus.*] Supero & infero: totidem enim pessuli, quot limina. Apud Comicos; cum dicitur *foribus* vel *ostio obdi pessulus*, non satis scio, utrum *βάλαια* intelligatur, an *μεχλός* parvus, & obex: cui proprie verbum *Ob-*

*ders* videtur convenire. Latini autem *βάλαιον pessulum* quasi parvum *πυρόν* dixerunt; non à *pæde*. Casaubon.

28. *Invitus abeo, &c.*] Ait invitissimum se domo egredi, ob nimiam curam scilicet pro Aula illa sua: cæterum scire se quid agat, neque temerarium aut de nihilo esse, quod in publicum subinde prodiens, conspiciatur à legitimo Tribus suæ divisoræ, una cum reliquis Curialibus nummulum petitusus: quo ab se omnes videlicet suspiciones de thesauro reperto, quam longissime segeget. Douza.

29. *Magister Curia.*] *Magister Curia*, cum sit Comœdia palliata, videtur esse; quem Græci *τηροῦς* appellant, ut enim curia pars est Tribus Romanis; sic & Græcis *τηροῦς*. Græca ad consuetudinem Romanam traducta sunt. & ut pægorum erant magistri, sic & cutiarum. Taubman.

30. *In viros.*] Virisim, *κατ' ἀνδρα*: Taubman.

Nam NON EST verisimile, hominem pauperem  
Pauillum parvi facere, quin nummum petat.

- 35 Nam nunc quom celo sedulo omnes, ne sciant,  
Omnes videntur scire, & me benignius  
Omnes salutant, quam salutabant prius.  
Adeunt, consistunt, copulantur dexteras:  
Rogitant me ut valeam, quid agam, quid rerum geram,  
40 Nunc quo profectus sum ibo, postidea domum  
Me rursum, quantum potero, tantum recipiam.

38. *Consistunt.* ] In via euntem sistunt | tur, pro, copulant. Lambinus.  
& compellant. *Beshorn.* Copulantur. ] - 40. *Quo profectus.* ] Quo ire & profi-  
*Tac dicitur ipei i μετρωσι.* Copulan- | cificiintenderam.

## ACTUS SECUNDI SCENA PRIMA.

EUNOMIA, MEGADORUS.

V Elim te arbitrari me hæc verba, frater,  
Mææ fidei, tuæque rei hoc causa

Facere, ut æquom est germanam sororem.

Quanquam haud falsa sum, nos odiosas haberi.

- 5 Nam MULTUM loquaces merito omnes habemur, Paſſer. mōi-  
tuloquaces,

Nec mutam profecto repertam ullam esse

Hodie dicunt mulierem ullo in seculo.

Verum hoc, frater, unum tamen cogitato,

Tibi proxumam me, mihi que item esse te.

- 10 Ut æquom est, quod in rem esse utrique arbitremur,

Et mihi te, & tibi me consulere & monere:

Neque occultum id haberi, neque per metum mullari,

Quin participem pariter ego te, & tu me ut facias.

Eo nunc ego secreto te huic foras seduxi,

- 15 Ut tuam rem ego tecum hic loquerer familiarem.

ME. Da mihi, optima fœmina, manum. EV. ubi ea est?  
quis ea

Est nam optuma? ME. tu. EV. tune ais? ME. si negas,

Nego. EV. decet te equidem vera proloqui.

Nam

12. *M* Uffari.] Mullare est hominum  
occulta & depressa voce loquen-  
tium, quod celatum velant. Noniat.

16. *Quis.* ] Antiquæ, pro, qua. Quis  
enim est generis communis, ut Græcis  
ἴσ. *Pris.*



Nam OPTUMA nulla potest eligi: alia aliâ

20 Pejor, frater, est. ME. idem ego arbitror, nec tibi Adversari certum est de istac re unquam, soror.

Ev. Da mihi operam, amabo. ME. tua est; utere Atque impera, si quid vis. Ev. id quod in rem tuam Optimum esse arbitror, te id admonitum advento.

25 ME. Soror, more tuo facis. Ev. facta volo.

*Deur. fa-  
ctum volo.*

ME. quid est id,

Soror? Ev. QUOD TIBI sempiternum salutare Sit procreandis liberis, ita di faxint,

*Deur. ME. ita  
di faxint. Ev.  
voluit, deb.*

Volo te uxorem domum ducere. ME. hei occidi!

Ev. Quid ita? ME. quia mihi misero cerebrum excutiunt

30 Tua dicta, soror: lapides loqueris. Ev. heja, hoc face,

Quod te jubet soror. ME. si lubeat; faciam. Ev. in rem

*Deur. si  
jubet.*

Hoc tuam est. ME. ut quidem emoriar, priusquam ducam.

Sed his legibus; si quam dare vis, ducam: que

Cras veniat, perendie foras feratur, soror.

His

26. *Quod tibi sempiternum, &c.*] Sic solebant initio reigerendæ profari, bene ominandi causa. Vide Formul. *Quod bonum, faustumque felixque sit.* Taubm.

27. *Ita di faxint.*] Inde non sequitur. illa verba, ita *Di faxint*, absurde *Megadoro* tribui, quoniam abhorret ab uxore frater. nam potuit vel joci causa hoc inserfari: tanquam scilicet etiam liberos procreare liceret ex alia re quam foeminis: respexitque ad illa *Euripidi* in *Hippol.* τί Ζηδ' ἴ τι δὲ κλέδουλον ἀνδρῶπιος καλόν, &c. *Gruter, Ita di faxint, inquit.*] Postremum verbum *Heraldus* ex conjecura interposuit, & hæc verba dedit *Eunomix*, quum vulgo haberet *Megadorus*, quippe cui à nuptiis abhorrenti male convenirent. Inrellexit nodum, quem jocosus sunt, qui sic rollunt, joco inserfari *Megadorum*, quasi cogitaret posse liberos procreari aliunde quam ex foeminis. *Lambinus* vidit *τὰ liberii procreandu* non bene conjungi cum preccatione, sed potius pertinere ad illa *uxorem ducere*. Ut apud *Ennium: liberum quasondorum gratia familia matrem ducere; & ducit me uxorem sibi liberum*

*quasendum gratia.* Et passim. Sed immodicus est, quum scribit: *salutare sit. ME. ita di faxint. Ev. liberii procreandis uxorem.* Utrumque incommodum sola nos interpunctio tollimus, scribendo: *Quod tibi sempiternum salutare sit, procreandu liberii ( ita di faxint ) Volo te uxorem domum ducere.* Gronovius.

28. *Domum ducere.*] *Mos erat Romanis*, in domum mariti novas nuptas, & quidem velatas, traducere: quod fiebat vespere tædis ac facibus præcuntibus; noctu enim nubebant. *Augustinus* lib. 6. de *Civit. DEI*, cap. 9. *Sed domum ducenda est, qua nubis: adhibetur deus Damiducus;* sic enim eum deum, qui ei solemnî deductioni præerat, appellabant. *Briffonius.*

30. *Lapides loqueris.*] *Durus & asper tuus sermo est: qui me quasi lapidibus impellit.* Contra *Arsiphanes.* Πόδα π' αἰρηκας, *Rosus* mihi locutus est. *Longol.*

34. *Foras feratur.*] *Foras ferre*, est esse ferre, *καρπέω.* *Terentius.* Effertur: imus. ubi *Donatus: Effertur proprie dicuntur, cadavera mortuorum: & IRE, proprio ad exsequias.* *Herald.*

36. *Quom*

35 His legibus quam dare vis, cedo, nuptias adorna.

Ev. Quam maxuma possum tibi, frater, dare dote:

Sed est grandior natu: media est mulieris ætas.

Eam si jubes, frater, tibi me poscere, poscam.

ME. Num non vis me interrogare te? Ev. immo si quid vis, roga.

40 ME. POST MEDIAM ætatem, qui me-  
dijam ducit uxorem domum;

*Pomp. Cod. del.  
mediam & ut  
sq. animum.*

Si eam senex anum prægnantem fortuitu fecerit,

Quid dubitas, quin sit paratum nomen puero Postumus?

Nunc ego istum, soror, laborem demam, & dimi-  
nuam tibi.

*Nov. de-  
gam.*

Ego virtute Deum & majorum nostrorum, dives sum satis.

45 Istas magnas factiones, animos, dotes dapfiles,

Clamores, imperia, eburata vehicula, pallas, purpuram,

Nihil motor, quæ in servitutem sumptibus redigunt viros.

Ev. Dic mihi, quaeso, quis ea est, quam vis ducere  
uxorem? ME. eloquar.

*Prisc. dic mi-  
hi iodes.*

Novistin' hunc senem Eucionem ex proximo pauperulum?

50 Ev. Novi, hominem haud malum mecastor. ME. ejus cupio  
filiam

Virginem mihi desponderi. verba ne facias, soror.

Scio quid dictura es: hanc esse pauperem. hæc pauper placet.

Ev. Di

36. *Quam maxuma possum.*] Nec Gruteti cum admittendum, nec audiendus qui refingit: *Quam? maxuma.* Accipiunt illi duas esse, quarum optionem fratri facit Eunomia. Sed errant: nam una eademque est illa grandior natu & cujus media ætas est. Gronov.

40. *Mediam ætatem.*] Cic. in Cat. *Ea jam confians requirit ætas, qua dicitur media.* Qui mediam ducit uxorem,] Nimis acris ille codex, qui delet *et mediã*. Habent multo plures & meliores. Si defendere libet, præsto est Seneca epist. 20. *Quem, anque vi, occupa, adolescentem, senem, mediam.* Ego tamen Plautum scitipliciter censeo. *Post mediam ætatem qui media ducit uxorem.* ut intelligas uxorem media ætate. Et sic Langianicodices. Gronov.

41. *Anum prægnantem fortuitu.*] Non possunt scire anum dici, quæ sit media

ætati. Ecce codicem, in quo unum. Ergo conjiciunt uno: & uno fortuitu, esse, si semel sorte prægnantem fecerit. Gaudeant suo uno fortuitu, quod sine exemplo commenti sunt. Plautus dicit anum, pro quasi anu, vel propemodum anu. Gronov.

42. *Postumus.*] Scribendum *Postumus* sine h. est enim à *post*, quia post patrem mortuum nascitur *postumus*, *Postumus* tamen censetur etiam, qui post factum testamentum natus est, etiam vivo patrefamilias: sed & qui post alios liberos, ultimisque gignitur. Turneb.

45. *Factiones.*] Id est, opulentiam & nobilitatem. Nonius. *Clientela.* Boxh. *Dapfiles.*] Vide Mostel. 4. 2. & Pseudol. 1. 4.

52. *Scia quid dictura es.*] Hoc quoque servit Scioppio ad liberandum solocetimi

Eu. Dî bene vertant. ME. idem ego spero. Eu. quid ! me nunc quid vis ? ME. vale.

Eu. Et tu, frater. ME. ego conveniam Euclionem, si domi  
55 Est, sed eecum. nescio unde sese homo recipit domum.

erimine, scio quod : quia sic in Lan-  
gianis. Sed illud seruant Cam. & sex  
Poll. Bacch. 1. 1. Scio quid ago. P. &  
pol ego scio quid metuo. Et tamen in  
alitero quoque to quod pronomem fo-  
ret, non conjunctio : quippe quod  
plenum sit : Scio id, quod distura es.  
Gronovius.  
53. Quid menunc. ] Sermo disceden-  
tis. Lamb.

## ACTUS SECUNDI SCENA SECUNDA.

EUCLIO, MEGADORUS.

**P**Ræfagibat mihi animus, frustra me ire, quom exhibam  
domo.

Itaque abibam invitus. nam neque quisquam Curialium  
Venit, neque magister, quem dividere argentum oportuit,  
Nunc domum properare propero : nam egomet sum hic ; ani-  
mus domi est.

5 ME. Salvus atque fortunatus, Euclio, semper sies.

Eu. Dî te ament, Megadore. ME. quid tu ? recten' atque ut  
vis vales ?

Eu. Non temerarium est, ubi dives blande appellat pau-  
perem.

Jam illic homo aurum me scit habere, eo me salutat blandius.

ME. Ain' tu te valere ? Eu. pol ego haud à pecunia perbene.

10 ME. Pol SI est animus æquus tibi, satis habes, qui bene vi-  
tam colas.

Eu. Anus hercle huic indicium fecit de auro : perspicue pa-  
lam est.

Cui

1. **P**Ræfagibus. ] Cic. 1. de Divin. lau-  
dat hunc versum : & addit : Sagi-  
re, sentire acutè est. ex quo saga arum, quia  
multa scire volunt : & sagaces disti canes.  
Isigitur, qui ante sagit, quam oblata res  
est, dicitur præfagire, id est, futura ante  
sentire.

2. **Curialium.** ] Curiales à curiis dicitur,  
in quas olim divisus Popul. Roma-  
pus, ut tribules à tribubus. Lamb.

3. **Magister.** ] Roma singulas Tribus

suos divifores habuisse docet *Ascon-*  
*Aktion* 2. in Verrem : qui pecuniam  
populo vititum dividebant, singuli in sua  
Tribu : & alio nomine *Magistri Curia-*  
*rum* appellantur, Ciceroni *Curiones*. Ræ-  
vard.

6. **A pecunia.** ] Quod ad pecuniam  
attinet. Lamb.

10. **Satu habes.** ] Ex hoc verbo suspi-  
catus Euclio, istum de auro aliquid re-  
civisse. *Taurin.*

14. *Cassam.* ]

Cui ego jam linguam præcidam, atque oculos effodiam domi.

ME. Quid tu solus tecum loquere? EU. meam pauperiem conqueror.

Virginem habeo grandem, dote cassam, atque illocabilem,

15 Neque eam queo locare cuiquam. ME. tace: bonum habe animum, Euclio:

Dabitur: adjuvabere à me: dic si quid opusest, impera.

EU. Nunc petit, quom pollicetur: inhiat aurum ut devoret.

Altera manu fert lapidem, panem ostentat altera.

Nemini credo, qui large blandu' sit dives pauperi.

20 Ubi manum injicit benigne, ibi onerat aliquam zamiam.

Ego istos novi polypos, qui sibi quicquid tetigerint, Dicit, qui ubi quid tetigerint, tenent.

ME. Da mihi operam parumper. paucis, Euclio, est quod te volo.

De communi re appellare, mea & tua. EU. hei misero mihi!

Aurum mihi intus harpagatum est. nunc hic eam rem volt, scio,

25 Mecum adire ad pactionem: verum intervifam domum.

ME. Quo

14. *Cassam.*] Id est, catentem. *Cassum* enim, ut *caritum*, à *catco*. *Prisc.* lib. 9. *Ἀσπίλας*, indotatam. *Turneb.* *Illocabilem.*] Virgo illocabilis est ἀνυδῶστος, quæ omnino nuptui collocari nequit; non autem ἀνυδῶσις; ea enim est, quæ nondum elocata est, ἔτιω ἐνδιδδμήν. *Siberus.*

17. *Inhiat.*] Vide *Trinum.* 1. 2. & *Menzelm.* 3. 1.

18. *Altera, &c.*] Translatum ab iis, qui canes ostentato pane pellicunt, deinde accedentibus saxum illidunt. *Erasmus.*

20. *Manum injicit.*] Manum cum manu copulat. *Lamb.* *Onera: aliquam zamiam.*] Hic locus exercitios habuit hætenuseruditissimos Criticos. *Onerare zamiam* sic dictum est, ut *Virgil.* *vina onerare*, pro, in navem imponere, dixit: & *Cato* apud *Nonium*, *onerare commentum in navi.* Neque hic hypallage, ut vulgo sibi persuadent: neque legendum,

*onerat zamia. Onerare zamiam*, est imponere & inferre zamiam, hoc est, jacturam: nam *onerare* est ἰσπορτίζειν καὶ ἰμυλάειν, & *onus* ἰμυλάη. *Salmastius.*

21. *Polypos.*] *Polypos*, piscis, quicquid suis fibris & branchiis amplexus est, firmissimè tenet. Per hos significat rapaces & tenaces. *Lamb.* *Qui sibi quicquid tetigerint.*] Ita *Gruterus* de conjectura. *Camerarianus: qui vibi quidquid.* *Pall.* *quin ibi quicquid, vel, quin ubi quidquid.* lege: *ubi quidque tetigerint, tenent.* Sic *Bacchid.* 2. 3. *Istius hominū ubi sit quaque mentio.* *Pornoli* prologo: *Ubi quaque in urbem est ingressus.* *Virgilius* lib. 7. *Æneidos: Io matres audite ubi quaque Latina.* *Livius* lib. 24. *quantum copiarum & ubi quaque essent.* Nec dubito quin & *Statius* scripserit in *Soteriis Rutili: Urbesque ubi quaque notata.* Non ubicunque, ut vulgo. *Gronov.*

24. *Eam rem.*] Id est, ob eam rem. *Douza.*

ME. Quo abis? Ev. jam ad te revertar: namque est quod visam domum.

ME. Credo edepol, ubi mentionem ego fecero de filia, Mihi ut despondeat, sese à me derideri rebitur.

Neque illo quisquam est alter hodie ex paupertate parcior.

30 Ev. Di me servant, salva res est: salvom est, si quid non perit.

Nimis male timui. priusquam intro redii, exanimatus fui.

Redeo ad te, Megadore, si quid me vis. ME. habeo gratiam.

Quaeso quod te percontabor, ne id te pigeat proloqui.

Ev. Dum quidem ne quid perconteris, quod mihi non lubeat proloqui.

35 ME. Dic mihi, quali me arbitrare genere prognatum? Ev. bono.

ME. Quid fide? Ev. bona. ME. quid factis? Ev. neque malis, neque improbis.

ME. Aetatem meam scis? Ev. scio esse grandem, itidem ut pecuniam.

ME. Certe edepol equidem te civem sine mala omni malitia Semper sum arbitratus, & nunc arbitror. Ev. aurum huic oler.

40 Quid nunc me vis? ME. quoniam tu me, & ego te qualis sis, scio:

Quæ res recte vortat, mihi que, tibi que, tuæ que filia, Filiam tuam mihi uxorem posco: promitte hoc fore.

Ev. Heia Megadore, haud decorum facinus tuis factis facis,

Ut inopematque innoxium abs te, atque abs tuis me irrideas.

Nam

27. *Mentionem.*] De sponsalibus futuris loquitur; ideo aptis illi rei verbis utitur, ubi mentionem fecero. Nam qui poscit, *Mentionem facere* dicitur; qui respondet, *Repromittere*, sive tantum, *Promittere*; ut hic paulo inferius, *promitto hoc fore.* J. Gulhelm.

29. *Ex paupertate.*] Id est, ex ordine seu numero pauperum. *Cam.*

30. *Salvum est.*] Lectio vulgata *salvam* inepta est. *Scribe; Salva res est; salvum est si, quod non perit. Tò perit, non perit, habent Mss. quos vidi. Et id rectum est. Eucilio, semper male timens auro suo,*

quod in præsens salvum invenit, metuit in futurum. *Salva, inquit, res est, si salva dicenda sit, quæ sicut nondum periit, ita potest aliquando perire. Boxhorn.*

33. *Mala omni malitia.*] *Malitiam veteres, ut Dolap, mediam ponendam esse duxerunt: quasi sit & Bona. Nonius.*

41. *Quæ res, &c.*] *Præfatio veterum bene ominandi gratia. Taubm.*

44. *Atque innoxiam.*] *Qui nec tibi nec tuis nocuit. Vel; Qui innocens, quod ad te, atque ad tuos attinet. Irrideat.] Juvenalis; Nil habet paupertas durum in se, Quam quod ridiculos homines facit. Boxh. 50. Fallio-*

45 Nam de te neque re, neque verbis merui, ut faceres quod facis.  
 ME. Neque edepol ego te derisum venio, neque derideo:  
 Neque dignum arbitror. Ev. cur igitur poscis meam gnatum tibi?

ME. Ut propter me tibi sit melius, mihi que propter te & tuos.  
 Ev. Venit hoc mihi, Megadore, in mentem, te esse hominem divitem,

50 Factiosum; me item hominem pauperum pauperimum.  
 Nunc si filiam locallim meam tibi, in mentem venit,  
 Te bovem esse, & me esse asellum: ubi tecum conjunctus siem,  
 Ubi onus nequeam ferre pariter, jaceam ego asinus in luto:  
 Tu me bos magis haud respicias, gnatus quasi nunquam siem.

55 Et te utar iniquiore, & meus me ordo iridear.  
 Neutrubi habeam stabile stabulum, si quid divortii suat.  
 Asini me mordicibus scindant, boves incurserint cornibus.

*Græc. mordiculus.*

Hoc MAGNUM est periculum, me ab asinis ad boves transcendere.

ME. QUAM ad probos propinquitatem proxime te ad junxeris,

60 Tam optatum est. tu conditionem hanc accipe: ausculta mihi,

Atque eam desponde mihi. Ev. at nihil est dotis quod dem. ME. ne duas.

*MT. quidam.*

DUM MODO morata recte veniat, dotata est satis.

Ev. Eo dico, ne me thesauros reperisse censeas.

ME. Novi,

50. *Factiosum.* ] Multis innixum & florentem elicitelis. *Boxhorn.*

54. *Gnatus.* ] Pro *natus*. Plus est autem, *Nunquam natum esse*, quam, *mortuum esse*. *Lamb.*

57. *Mordicibus.* ] Dicitur videtur non quidem pro *morsibus*. sed pro *ipsis dentibus*; quemadmodum *Catullus nutrices* dixit pro *mammis*: & *Plauto mordices* nihil aliud sunt, quam *dentes*: & *dentes* idem quod *oblocutiones* atque *cavillationes*: sicut *cornua* sunt *injuriz*, & *oppressiones*. *Siber.*

58. *Me ab asinis ad boves.* ] Id est, *implicari* in conveniente necessitudine. *Cam.*

60. *Ausculta mihi, Atque.* ] *Primus*

& antiquissimus *Vossianus*: *ausc.* mihi proderit atque. Numquid: tu conditionem hanc accipe, ausculta mihi, (proderit,) Atque eam desponde mihi. Sic habes *Cæpt.* 2. 2. *Bene merenti bene profuerit, male merenti par erit.* *Curcul.* 5. 2. *Merula istam rem judicasti perfidiose, Phadrome, Et tibi oberit.* *Milit.* 3. 3. *Nam id proderit mihi, militi male quod facietur amba.* *Trucul.* 4. 4. *In eam rem si quid habebis, tibi quoque etiam proderit.* Et sic recte *Gruterus* in *Cissellaria* 4. 2. 75. *Commoda loquelam tuam, tibi nunc proderit, constitemur Nos cissellam habere.* Nostri quoque omnes *prodetur*: non *prodimus* & ut vulgo. *Græco vius.*

63. *Thesauros.* ] *Homo suspiciosus ce-*

- ME. Novî, ne doceas. desponde. Ev. fiat. sed pro Juppiter:  
 65 Non ego disperii! ME. quid tibi est? Ev. quid cre-  
 puit quasi ferrum modo? Niff. Long-  
num ego  
disperii?
- ME. Hic apud me hortum confodere jussi. sed ubi hic est  
 homo?
- Abiit, neque me certiozem fecit: fastidit mei.  
 Quia videt me suam amicitiam velle, more hominum facit.  
 Nam si opulentus ita petitum pauperioris gratiam,
- 70 Pauper metuit congregari. per metum male rem gerit. Acid con-  
gredi.  
 Idem quando illæc occasio perit, post sero cupit.  
 Ev. Si hercle ego te non elinguandam dederò usque ab radi-  
 cibus,  
 Impero, auctorque sum, ut tume cuivis castrandum loces.  
 ME. Video hercle ego te me arbitrari, Euclio, hominem ido-  
 neum,
- 75 Quem senecta atate ludos facias, haud merito meo.  
 Ev. Neque Edepol, Megadore, facio: neque si cupiam, co-  
 pia est.  
 ME. Quid nunc? etiam mihi despondes filiam? Ev. illis  
 legibus,  
 Cum illa dote, quam tibi dixi. ME. sponden' ergo?  
 Ev. spondeo.  
 ME. Istuc di bene vortant. Ev. ita dî faxint. illud facito ut  
 memineris
- 80 Convenisse, ut ne quid dotis mea ad te afferret filia.  
 ME. Memini. Ev. at scio, quo vos soleatis pacto perple-  
 xariet.

## PACTUM

63. *Thefauros.*] Homo suspiciosus ce-  
 lare non potest, quod tantopere cupit ce-  
 latum. *Gruter.*

66. *Hic.*] Id est, *domi mea.* Hæc à ce-  
 pto sermone aliena à Megadoto dicun-  
 tur, ut omni suspicione Euclio libere-  
 tur, qui nihilominus se protipit. Unde  
 statim quærit Megadotus; *Sed ubi hæc est  
 homo?* nempe, Euclio.

67. *Fastidit me.*] Vide Stich. 2. 3. Lu-  
 cillius:

*Tristes, difficiles sumus, fastidimus bo-  
 norum.* Taubm.

72. *Elinguandam.*] Unde *elinguatio*,  
 γλωσσοτομία. quod Scaliger notat ad  
 Festum.

73. *Castrand. loces.*] Mercede pacta  
 tradas castrand. Taubm.

76. *Copia est.*] Id est, *possum.* In-  
 tetim alludit ad ludos, negatque tam  
 divitem se, ut pecuniam profundere  
 possit in ludicra illa publica. Taub-  
 mannus.

81. *Perplexariet.*] Perplexe agere &  
 captiose. Douz.

PACTUM non pactum est, non pactum pactum est,  
quod vobis lubet.

ME. Nulla controversia mihi tecum erit. sed nuptias  
Hodie quin faciamus num quæ causa est? Ev. immo edepol  
optima.

85 ME. Ibo igitur, parabo. nunquid me vis? Ev. istuc. ME. fiet.  
vale.

Heus, Strobile, sequere propere me ad macellum strenue.  
Ev. Illic hinc abiit. di immortales, obsecro, AURUM  
quid valet!

Credo ego illum jam inaudisse, mihi esse thesaurum domi:  
Id inhiat, ea affinitatem hanc obstinavit gratia.

87. *Aurum quid valet.*] *Asin. act. 3.* | 89. *Obstinavit.*] *Id est, obfirmato & perseveranti animo expetivit. Festus.*

## ACTUS SECUNDI SCENA TERTIA.

EUCLIO, STAPHYLA.

U BI tu es, quæ deblaterasti jam vicinis omnibus,  
Mæx me filix daturum dotem? heus Staphyla, te  
VOCO:

Ecquid audis? vascula intus pure propere atque elue.

Filiam despondi ego: hodie nuptum huic Megadoro dabo.

5 ST. Di bene vortant. verum ecastor non potest: subitum  
est nimis.

Ev. Tace, atque abi: curata fac sint quom à foro redeam  
domum.

Atque occlude ædes: jam ego hic adero. ST. quid ego nunc  
agam?

Nunc nobis prope adest exitium, mihi atque herili filix.

Nam probrum atque partitudo prope adest, ut fiat palam.

10 Quid celatum est, atque occultatum usque adhuc, nunc non  
potest.

Ibo

1. *Deblaterasti.*] *De hic auget. Vide Epid. act. 3. 1.*  
3. *Pure propere.*] *Foste, properamque: vel pura properam atque elue. Scriuetius. Pure lautum, est aqua pura lavatum. Festus.*

Alluditur ad consuetudinem veterum, quibus ante nuptias sacrificare moris fuit; & quidem Junoni, Veneri, & Gratiis. *Meurs.* *Propere, atque elue.*] *Propere atque elue, est propere eluere. Casaub.*



Ibo intro, ut herus quæ imperavit, facta, cum veniat, fient.  
Nam, ecastor, malum mœrorem metuo, ne mistum bibam.

12. *Malum mœrorem metuo, ne.]* Mi-  
rifice laborant. *Misim, amyssim, ma-*  
*lus meracum, immixtim, immixtum,*  
ludibria conjecturarum. Scribe: *Malum*  
*mærore metuo ne mistum bibam:* Malum  
cui additus sit mœror, ut vinum bibitur  
mistum aqua. Gronov.

## ACTUS SECUNDI SCENA QUARTA.

STROBILUS, ANTHRAX, CONGRIO.

POSTquam obsonavit herus, & conduxit coquos,  
Tibicinaeque hæc, apud forum, edixit mihi,  
Ut dispartirem obsonium hic bifariam.

Co. Me quidem, hercle, dicam palam, non divides.

*Eipf. hic*  
*tam palam.*

5 Si quo tu totum me ire vis, operam dabo.

St. Bellum & pudicum vero prostibulum populi.

Post si quis vellet te, haud non velles dividi?

Co. Atqui ego istuc, Anthrax, aliovorsum dixeram,  
Non istuc quod tu insimulas. St. sed herus nuptias

10 Meus hodie faciet. Co. cujus ducit filiam?

St. Vicini hujus Euclionis è proximo.

Ei adeo obsonij hinc dimidium iussit dari,

Cocum alterum, itidemque alteram tibicinam.

Co. Nempe huic dimidium dicis, dimidium domi?

*Lamb.*  
*ducis.*

15 St. Nempe sicut dicis. Co. quid? hic non poterat de suo  
Senex obsonari filiae in nuptiis?

St. Vah! Co. quid negotii est? St. quid negotii sit rogas?

Pumex non æque est aridus, atque hic est senex.

Co. Ain' tandem ita esse ut dicis? St. tute existuma.

Quin

1. *Conduxit coquos.]* Privatæ perso-  
nar, quæ Cocos sive *Collares*, ut  
Petron. appellat, non habebant familia-  
res, in foro conducebant. *Taubm.*

4. *Divides.]* Vox *dividere* capi etiam po-  
test sensu turpi, quæ aures palam of-  
fendat, cum interim innuere videatur, se-  
st palam eidem refragari in ista re. *Gruet.*

5. *Si quo tu totum.]* Recte. Nam ob-  
sonii pars erat dividenda simul; & ei  
præponendus, item divisim uterque co-  
quus. *Gruet.*

6. *Prostibulum.]* De prostibulo vide  
Stich. 5. 6.

12. *Dimidium iussit.]* Cur non *dimi-*  
*dium obsonium* dixerit, vide Agell. lib.

3. 14. *Taubm.*

14. *Dimidium domi?] Etgo, domi,*  
etiam ad locum significat. *Donatus.*

18. *Pumex.]* Spongia dicitur Vitru-  
vio, quod fistulosus sit spongiæ modo.  
Unde in *Petſa,*

*Nam tu aquam è pumice postulas.*

*Qui ipsus sitiat.— Scalig.*

- 20 Quin divûm atque hominum clamat continuo fidem,  
Suam rem periisse, seque eradicarier,  
De suo tigillo fumus si qua exit foras.  
Quin cum it dormitum, follem sibi obstringit ob gulam.  
Co. Cur? St. ne quid animæ forte amittat dormiens.
- 25 Co. Etiamne obturat inferiorem gutturem,  
Ne quid animæ forte amittat dormiens?  
St. Hæc mihi te, ut tibi me æquom est credere.  
Co. Inimmo equidem credo. St. at scin' etiam quomodo?  
Aquam hercle plorat, quom lavat, profundere.
- 30 Co. Censen' talentum magnum exorari potesse  
Ab istoc sene, ut det, qui fiamus liberi?  
St. Famem hercle utendam, si roges, nunquam dabit.  
Quin ipsi pridem tonsor ungues dampserat;  
Collegit, omnia abstulit præsegmina.

7. ff.  
animal.

Co. Ede-

21. *Eradicarier.* ] Radicitus extirpari, hoc est fortunis omnibus penitus everti. *Siber.*

22. *Tigillo.* ] *Tignum* & *rigillum* omne notat quod est è ligno. Dicunt enim de Euclione, cupere illum fumum nullum exire ædiculas. *Gruter.*

23. *Follem sibi obstringit ob gulam.* ] Nihil hæc miri, nisi quod hoc iacibat cubitum iturus. Nam & quom in publicum irent, cum pecunia crumenam de collo suspendebant. Id ille faciebat etiam in lecto furem nocturnum timens. Quom rogasset cocus, cur è illudens stupori ejus, *περι τοσδοξες* falsam causam invenit: tanquam id faceret, ne inter respirandum aliquid animæ amitteret. Et solvuntur auditores nihil tale expectantes in risum. Magis etiam quom continuat coquus jocum. Vide *Diatriben* ad *Stat. cap. 27. Gronovium.*

25. *Inferiorem, &c.* ] Notandum hic per *Inferiorem gutturem*, anum sive podicem designari, eadem metaphora, qua apud *Caton. Superiorem alvum dejucere*, id est, stomachum sive adeo ventriculæ nausea gravem vomitu exonerare, scriptum repetimus. *Douza.*

27. *Hæc mihi te, sicut.* ] Jocus latet

civilior. Innuat enim, neutri ab altero credendum. *Acid.*

28. *At scin' etiam quomodo.* ] Jubent post quomodo interrogandi notam tolli. Negat id *Plautus*, qui hoc genere loquendi toties utitur. *Amphitr. 1. r. 199.* Hæc *Aulular. 5. r. 22. Rud. 3. 5. 12.* Et alibi. Eodem sensu quo diceret: *vis etiam dicam?* vel, *At etiam vis audire amplius?* *Gronov.*

29. *Aquam, &c.* ] Ob eam causam nunquam lavit *Patrocles Aristophanicus.* *Longol.* Post, quomodo, tollenda hic est interrogandi nota, & sic distinguendum; *At scin' etiam quomodo aquam hercle plorat, quom lavat, profundere?* Scisne tu etiam, quomodo depletet aquam se profundere, ejusque jacturam facere, cum se lavat? *Boxhorn.*

33. *Tonsor.* ] Personæ *Euclionis* accommodatius legi potest, *tonso* ungues dampserat. Nam ut ille *trispaxus* senex, qui famem nemini utendam daret, aliquid erogaverit tonsori, ob ungues decurtandos, non sit vero simile; utque id ei officium gratis præstitit quis, nugæ: quin immo ipse *Euclio* ultro potius adiit tonsoris proximam officinam, eique ungues refecit: vel ideo forsân, ut præsegmina (nihil enim savoritæ parvum) domum referret. *Gruter.*

39. *Postu-*

- 35 Co. Edepol mortalem parce parcum prædicas.  
Censen' vero adeo esse parcum & misere vivere?  
St. Pulmentum pridem ei eripuit milius:  
Homo ad prætorem deplorabundus venit:  
Infir ibi postulare, plorans, ejularis,  
40 Ut sibi liceret milium vadariet.  
Sexcenta sunt, quæ memorem, si sit otium.  
Sed uter vestrorum est celerior? memora mihi.  
Co. Ego, ut multo melior. St. cocum ego, non furem  
rogo.  
Co. Cocum ego dico. St. quid tu ais? An. sic sum, ut  
vides.  
45 Co. Cocus ille nundinalis est, in nonum diem  
Solet ire coctum. An. tun' trium literarum homo  
Me vituperas? fur, etiam fur tuisurçifer.

39. *Postulare.*] Nam Prætor actionem & iudices dabat. Qui actionem habebat, ex qua cum alio experiretur, hostem in jus vocaturus, primum à Prætoris petebat, ut liceret eum, quem libello descripserat, vadari. Prætor libello subscribebat. *Vadari* autem, vel *convadari*, est in jus citare, die dicta. *Lambin.*

40. *Milium vadariet.*] A milvo vades postulare. qui illum certæ pecuniæ sponcione vadimonium obiturum præstarent. *Siber.*

42. *Celerior.*] Furum manus celeres vulgo dicuntur. quo Plautus alludit. *L. Gulielm.*

45. *Cocus nundinalis.*] *Congrionem* istum *Bustuanii* ordinis coquum esse, intelligi vult: quem nos *Semurajum* vocavimus.

cum *Catullo* indigitare possumus, qui mortuis & jam ad rogam elatis cenam coqueret illam feralem quod *Silicernium* vocarunt. Quod quoniam nono die fiebat, (unde & *novendiales pulvires* apud *Horat.*) causam joci Comico præbuit, ut *Cocum nundinalem* diceret *Congrionem*, quem insubidum prorsus atque imperitum, & ad viscerationes illas *Novendiales* & *inconditas* *Vitrinæ* sive *Culinæ* mortualis *Istrucias* escarias, quam ad ingeniosæ gulæ genium sapientiosem esse judicaverit. *Grut.*

47. *Ma vituperas? fur.*] Illud *fur*, quod sequitur post, *vituperas*, videtur esse irreptitium, & glossæ ejus quod dixerat, *trium literarum homo*. *Dissaldaeus.*

## ACTUS SECUNDI SCENA QUINTA.

STROBILUS, ANTHRAX, CONGRIO.

T Ace nunc jam tu: atque agnum hinc uter est pingtior.  
Co. Licet. St. tu Congrio eum fume, atque abi

Intro

1. *T Ace.*] In quibusdam libris hæc scena priori conjungitur. *Tamb-*

2. *Licet. St. tu, Congrio.*] Poni voluit

interrogationis notam post *licet*. Immo nec hic ponenda, & superiori versa tollenda est. Neque enim rogat *Strobilus*: sed quia rō *Uter* interrogandi expe-  
ini-

- Intro illuc, & vos illum sequimini:  
 Vos ceteri illuc ad nos. AN. hercle injuria  
 5 Dispertivisti: pinguiorem agnum isti habent.  
 ST. At nunc tibi dabitur pinguior tibi cina.  
 I sane cum illo, Phrygia. tu autem. Eleusium,  
 Huc intro abi ad nos. CO. ô Strobile subdole,  
 Huc cine detrusisti me ad senem parcissimum?  
 10 Ubi, si quid poscam, usque ad raviu poscam prius  
 Quam quicquam detur. ST. stultum & sine gratia est  
 Ibi recte facere, quando quod facias perit.  
 CO. Qui vero? ST. rogitas: jam principio in ædibus  
 Turba istic nulla tibi erit: si quod uti voles,  
 15 Domo abste afferto, ne operam perdas poscere.  
 I hic apud nos magna turba, ac magna familia est,  
 Suppellex, aurum, vestes, vasa argentea:  
 Ibi si perierit quippiam, (quod te scio  
 Facile abstinere posse, si nihil obviam est,)  
 20 Dicant, coci abstulerunt; comprehendite,  
 Vincite, verberate, in puteum condite.  
 Horum tibi istic nihileniet: quippe qui  
 Ubi quid surripias, nihil est. sequere hac me. CO. sequor.

initium est, interpellat eam coquus, nondum oratione absoluta, quasi rogaret, dicitur: *Licet id quidem videre vel caco.* Sed vicissim prius quam hæc expediat, quod instituerat dicere, interfatur, nulla ejus ratione habita, & continuat, quæ ipse exorsus erat Strobilus. Non igitur, *Liquet: non Hic est.* Gronovius.

6. *Pinguior tibi cina.* ] Tibicines enim, quia sacrificiis frequenter adhibiti, pingues fiebant. *Tambm.*

8. *Ad nos.* ] Ædes Megadori. *Lamb.*

11. *Sine gratia.* ] Ingratus es. *Tibi recte facere;* scil. aliquis debeat à *Camerar.*

15. *Poscere.* ] Id est, in postendo. *Lambinus.*

21. *In puteum.* ] Id est, hypogæum seu barathrum, locum pœnæ equorum destinatum; quod genus λέκκας vocant. *Turneb.* lib. 6. 24.

23. *Ubi quid surripias.* ] Ita *Lambinus:* nam *Camerarius* ex unico *Codice surripiat:* veteres autem editiones & *Pall.* sex ea voce desciuntur. Nos in tribus invenimus. *Voss.* tert. & *Junianus surripiat:* *Voss.* primus *subripiat:* Neque id mutandum, sed explicandum. Sensus enim: *Quippe, ubi, qui quid subripiat,* hoc est, qui fur sit, qui tollens aliquid summanare velit, ei nihil est promti arque parati. Nam & versus vocem requirit. Etsi intelligo, quam eleganter id verbum subiceatur, quamque facile ex disciplina sua id supplendum sciat *Congrio.* Ut suspicari possis scripsisse *Plautum:* *Ubi quid, nihil est.* *Sequere hac me.* *CON. Consequor.* Nam illud *Con* depasci potuit præcedens nomen coqui. Certe & apud me *vo surripiat* *Acad. Voss.* secundus & *Gudianus* ignorant. *Gronov.*

## ACTUS SECUNDI SCENA SEXTA.

STROBILUS, STAPHYLA, COCI.

**H**EUS Staphyla prodi, atque ostium aperi. ST. qui vocat?

STR. Strobilus. ST. quid vis? STR. hos ut accipias coquos,

Tibicinamque. obsoniumque in nuptias,

Megadorus iussit Euclioni hæc mittere.

5 ST. Cererine, Strobile, has facturi nuptias?

STR. Qui? ST. quia temeti nihil allatum intellego.

STR. At jam afferetur, si à foro ipsus redierit.

ST. Ligna hic apud nos nulla sunt. CO. sunt asseres?

ST. Sunt pol. CO. sunt igitur ligna; ne quæras foris.

10 ST. Quid? impurate, quamquam Vulcano studes,

Cœnæne causa, aut tuæ mercedis gratia,

Nos nostras ædes postulas comburere?

CO. Haud postulo. STR. duc istos intro. ST. sequimini.

3. **O** *Obsoniumque.* ] *Quamvis* *ὄσον* significet *obsonium*, hoc est, omne id, quod una eum pane comedimus, imo quidquid in macello vœnit; quod *ἄσσο* *ἢ* *ἔσσο* sive *ἄσσο* *ἢ* *ἔσσο* dicitur; nihilominus tamen obtinuit tanquam victor solus *πίσθη*, quod eximius sit cibus, ut ita solus vocaretur. *Nanf.*

6. *Temeti.* ] Rara decori observatio, quam nulquam (Invidia gemente hoc dicam) remere Plautus neglexit; nedum in persona anili: quod genus ille multibibum fere ac mero-

bibum inducere amat. *Douza.*

10. *Quamquam Vulcano.* ] Significat, tantam ejus impuritatem esse, aut ne ignis quidem, cujus vi solidissimorum quoque corporum metalla defeciora redduntur, illis purgandis unquam sufficiat, tametsi eum (ignem) in præfectura sua focaræ provincie semper colat ac tractet. *Douza.*

11. *Aut tua mercedu gratia* ] Manupretii, hoc est, nummi illius binos circiter aureos nostrates pendentes, qua Coci antea à Megadoro conducti fuerant. *Douza.*

## ACTUS SECUNDI SCENA SEPTIMA.

P Y T H O D I C U S.

**C**Urte; ego intervifam quid faciant coqui:

Quos pol ut ego hodie servem, cura maxima est.

Nisi unum hoc faciam, ut in puteo cœnam coquant.

Inde coctam sursum subducemus corbulis.

5 Si autem deorsum comedent, si quid coxerint,

Superi

5. **D**eorsum. ] *Deorsum*, heic non motum, sed quietem significat. *Var-*

10: *Qui colunt deorsum, magis astita laborant; qui sursum, magis hieme.* *Douza.*

1. *Rapa-*

Superi incœnati sunt, & cœnati inferi.  
Sed verba hîc facio, quasi negotii nihil fiet,  
Rapacidatum ubi tantum fiet in ædibus.

Deus, sic  
verba.

7. *Rapacidarum.* ] *Rapacitas* extulit pro rapacibus, patronymici more ludens, ut pro *Scipionibus* dicuntur *Scipiada*. & jocando fecit, ut futurissimum genus coquorum putemus, quasi familia sit *Rapacidarum*, ut *Lacidarum*, aut *Pelopidarum*. Turneb.

## ACTUS SECUNDI SCENA OCTAVA.

EUCLIO, CONGRIO.

VOLUI animum tandem confirmare hodie  
meum,

Ut bene haberem filix nuptiis.

Venio ad macellum, rogito pisces, indicant

Caros; agninam caram, caram bubulam,

5 Vitulinam, cetum, porcina; cara omnia:

Atque eo fuerunt cariora, æs non erat.

Abeo iratus illinc, quoniam nihil est qui eman.

Ita illis impuris omnibus adii manum.

Deinde egomet mecum cogitare inter vias

10 Occepi: FESTO die si quid prodegeris,

Profesto egere liceat, nisi peperceris.

Postquam hanc rationem cordi ventrique edidi,

Accessit animus ad meam sententiam,

Quam minimo sumptu filiam ut nuptum daret:

15 Nunc tusculum emi, & hæc coronas floreas:

Hæc imponentur in foco nostro Lari;

Prof. ut bene  
me haberem fil-  
liam in nuptiis.

Nunc nunc tus-  
culum emi hoc  
& coronas.

Ut

8. *A Dii manium.* ] Vide Pznul. act. 2. vs. 11.

13. *Accessit animus ad meam, &c.* ] Assensus sum huic meæ sententiæ. Lamb.

15. *Nunc tusculum, &c.* ] Ad hunc ritum quod attinet, constat, Pulumnum (ut rem paulo altius reperam) cum Romulo Quirino, Picumnus vero cum Marte Silvano domestico, eundem esse eosque deos conjugales habitos: lectos iis stratos, & vota facta. Picumnus, *Præstitum Larum, & Larum æar' i'εoxliu'* appellatum; (ut Plutonem Manium, Jo-

vem deorum, Janum Genitorum) Parentesque eo nomine liberos in matrimonium clocturos, ut bene nuptiæ cederent, sacra ei fecisse: ut hic Euclyonem. Pulumnum vero eundem cum Genio maritorum esse, & eandem puerperatam. *Mourfius.*

16. *Nostrolari.* ] Penatum & Larium sedes in privatis ædibus non una. Colebantur maxime in foco: item in cubiculo: sæpe in parte aliqua atrii; puta in compluvio, vel in porticu compluvio adjuncta. *Cassanb.*

K

20. *Aulam.* ]

Ut fortunatas faciat gnatae nuptias.

Sed quid ego apertas aedes nostras conspicio?

Et strepitus est intus. numnam ego compilor miser?

20 Co. Aulam majorem si potes, viciniã

*Deur. si pote,  
ex viciniã.*

Pete: hæc est parva, capere non quit. Ev. hei mihi,

Perii hercle! aurum rapitur, aula quaeritur.

*I. Gul. perii,  
o dii.*

Nimirum occidor, nisi ego intro huc properè propero currere.

Apollo, quaeso, subveni mihi, atque adjuva:

25 Confige sagittis fures thesaurarios:

Cui in re tali jam subvenisti antidhac.

Sed cello prius quam proflus perii, currere?

20. *Aulam.* ] *Aulae antiqui dicebant, quas nos dicimus ellae: quia nullam litteram geminabant. Festus.*

23. *Properè propero currere.* ] Plautus senariis jambicis admisit septenarium trochaicum, ut properationem senis, carmine ipso concitatior, exprimeret. *I. Gulielm. Pall.* (non tamen Camerarianus) hunc versum sic legunt: *Nimirum occidor, nisi ego intro propero. quod*

videtur sanc germanins *Gruter.*

24. *Apollo.* ] Apollinem invocat, ut *αλεξιμαν* & malorum depulsorem. Et constat, Apollinem dium antiquitus *Απολλινεμ*, quasi mala appellentem. *Meurs.*

25. *Confige sagittis.* ] Est enim jaculator Apollo: Graecis *ἰατρία*, *ἰατρικαίτης*, & *ἰατρί*, *ἰατρῶν*. *Turneb.*

## ACTUS SECUNDI SCENA NONA.

### A N T H R A X.

**D**Romo, desquama pisces: tu Machario

Congrum, murenam ex dorsua, quantum potes:

Atque omnia, dum absum hinc, exollata fac sient.

Ego hinc artoptam ex proxumo utendam peto

A Cor-

1. *Machario.* ] *Machariquem*, qui nomen esse, omnes putant: ego aliter censeo, machario iuberi ex dorsuari murenam, & id cultellicoquinarii genus esse. Cultellos quidem *μαχαιρα* & *μαχαιριδι* Graeci vocant, & Plaut. Rud. *uculas macharia* dixit. *I. Gul.*

2. *Ex dorsua.* ] Id est, dorsum confige. Festus. *dorso nuda.* Nonius. alii. *exime.* *Quantum potes.* ] Non hic modo, sed ubicunque apud Plaut. *quantum potes* legitur. in *quantum potes* si commutandum est: id est, quam pri-

um, & quidem celerime, fieri potest: locutione prisca oppido familiaris. *Deur.*

3. *Atque omnia, &c.* ] Hic versus sua parte debetur *Nonio*, nam non habetur in *Mss.* praeterquam *exollata fac sient.* verum aut omnia me fallunt, aut *exollata fac sient*, est à glossa scribarum, aut illud *ex dorsua.* *Gruter.*

4. *Artoptam.* ] *Artopta*, utensile sive testa assandis torrendisque panibus. Triplex enim panis erat, ex coquendi ratione: *furnaceus*, *testuaceus*, & *aropticius.* *Turneb.*

5. A Cor-

3 A Congrione. tu istum gallum, si sapias,  
 Glabriorem reddes mihi, quam vulsus ludii' est.  
 Sed quid hoc clamoris oritur hinc ex proximo?  
 Coqui hercle, credo, faciunt officium suum.  
 Fugiam intro, ne quid hic turbæ fiat itidem:

5. *A Congrione.* ] Qui coquebat apud  
 Euclionem. Male ergo Lambinus de  
 Megadori domo interpretatur. *Donz.*

6. *Vulsus ludius.* ] *Ludii*, adolescentes  
 erant tuniculas induti insignes, galeati  
 & ensiferi, peltatique; qui omnibus Cir-  
 censibus & theatralibus pompis in ver-

sum incedebant, ipsis velut pompæ du-  
 ces Saliis similes. *Ludii* ex eo vocati,  
 quod à Lydis hoc genus ludicri inven-  
 tum videretur. Si qui eorum igitur es-  
 sent grandiusculi & jam vesticipes, vel-  
 lebantur, glabrique reddebantur. *Turneb.*  
*Vulsus.* ] Id est, evulsis pilis lavis & gla-  
 ber factus. *Taubm.*

## ACTUS TERTII SCENA PRIMA.

## CONGRIO.

O Ptati cives, populates, incolæ, accolæ, advenæ omnes,  
 Date viam qua fugere liceat, facite totæ plateæ pa-  
 teant:

Neque ego unquam, nisi hodie, ad Bacchas veni in Baccha-  
 nal coquinatum, *est. co-*  
*quinatum.*

Ita me miserum & meos discipulos fustibus male contude-  
 runt.

3 Totus doleo, atque oppido perii, ita me iste habuit senex gy-  
 mnasium.

Neque ligna ego usquam gentium præberi vidi pulchrius:

Itaque omnis exegit foras, me atque hos, onustos fustibus.

Attat, perii hercle ego miser! aperit Bacchanal. adest:

Sequitur. scio quam rem geram: hoc ipse Magister me do-  
 cuit.

2. *D*ate viam. ] Hac voce monebant  
 Lictores populum Magistratibus  
 via decedere, *Date viam Consuli.*

3. *Bacchanal coquinatum.* ] Veni in lo-  
 cum, in quo ad coquendum destinato,  
 non jam sunt nisi furentes & bacchan-  
 tes. *Buxhorn.*

5. *Gymnasium.* ] Ita ego isti seni pro

gymnasio fui, in quo se exerceret. *Donz.*

6. *Neque ligna ego.* ] Jocus ex ambi-  
 guo. Antea ligna ad ravim usque posce-  
 bam: sed advenit tandem senex, qui *pul-  
 chre*, id est, largiter præbuit ligna, non  
 quidem ad obionium coquendum; sed  
 fustes, quibus capita mihi meisque con-  
 tunderet. *Lamb.*



## ACTUS TERTIÏ SCENA SECUNDA.

EUCLIO, CONGRIO.

**R**Edi, quo fugis nunc? tene, tene. Co. quid, stolide, clamas!

Ev. Quia ad Tresviros jam ego deferam tuum nomen.  
Co. quamobrem?

Ev. Quia cultrum habes. Co. cocum decet. Ev. quid comminatus

Mihi? Co. istuc malefactum arbitror, quia non latus fodi.

5 Ev. Homo nullus est te scelestior qui vivat hodie,  
Neque cui ego de industria amplius male plus lubens faxim.

Co. Pol etsi taceas, palam id quidem est. res ipsa testis est.

Ita fustibus sum mollior miser magis, quam ullus cinædus.

Sed quid tibi nos, mendice homo, tactio est? quæ res?

10 Ev. Etiam rogitas? an quia minus quam æquom erat feci?

Co. Sine. at hercle cum malo magno tuo, si hoc caput sentit.

Ev. Pol ego haud scio quid post fiat, tuum nunc caput sentit.

Sed in ædibus quid tibi meisnam erat negotiï,

Me absente, nisi ego jusseram? volo scire. Co. tace ergo.

15 Quia venimus coctum ad nuptias. Ev. quid tu, malum, curas

Utrum crudum an coctum edim, nisi tu mihi es tutor?

Co. Volo scire, sinas an non sinas nos coquere hic cœnam?

Ev. Volo scire item ego, meæ domi meanæ salva futura?

Co. Utinam mea mihi modo auferam, quæ attuli, salva!

20 Me haud pœnitet, tua ne expetam. Ev. scio: ne Can. meum  
haud pœnitet.

Co. Quid est, qua prohibeas nunc gratia nos coquere hic cœnam?

Quid

3. **Q**uia cultrum habes. ] Nota cultrum gestari veritum: & insigne atque notam coqui habitam. *Mens. Comminatus.* ] Non id accuso quod cum cultro es, sed quod eo minatus mihi. *Deuz.*

8. *Cinædus.* ] Enemem fractumque & velut exossem tripudiatorem, eo nomine intelligi crediderim. *ἄπο τῆς κινήσεως τῆς κινήσεως, vel τῆς αἰδέσεως, sive αἰ-*

*δέσεως. Turneb.*

9. *Tactio est.* ] Vid. *Epid.* 2: 2.

11. *Caput sentit.* ] Si quid ego sapior: quæ verba Euclio in aliam sententiam detorquet. *Lambinus.*

16. *Edim.* ] Pro *edam.* Horatius *E-pod.* 3.

20. *Me haud pœnitet.* ] Id est, me, aut meis bonis contentus vivo. *Taubmannus.*

Quid fecimus? quid diximus, tibi sequi, quam velles?

Ev. Etiam rogitas, scelestus homo, qui angulos omnis

Mearum ædium & conclaviū mihi perviam facitis? Diff. perviam facit.

25 Id ubi tibi erat negotium, ad focum si ades,es,

Non fillile haberes caput, merito id tibi factum est.

Adeo ut tu meam sententiam jam jam noscere possis,

Si ad januam huc accesseris, nisi iussero, propius,

Ego te faciam miserimus mortalis uti sis. Deest, mortalium.

30 Scis jam meam sententiam? quo abis? redi rursū.

Co. Ita me bene amet Laverna, te jam, nisi reddi

Mihi vasa jubes, pipulo hic differam ante ædis.

Quid ego nunc agam? nā ego edepol veni huc auspicio malo.

Nummo sum conductus: plus jam medico mercede opus est.

24. *Perviam facit.*] Sic dictum, ut, *obviam factū.* Turneb.

31. *Laverna.*] Hanc Deam Romani fures precabantur, ut instituta sua & consilia surandi ac mentendi fortunaret. *Horat. l. epist. 16.*

— *Pultra Laverna,*

*Da mihi scilicet, da iustum sanctumque videri.*

Sic Græci eodem modo orabant *τὴν προῖδιν*, ut consilia surandi ad effectum duceret. Erat autem ea Dea tantum caput sine reliquo corpore. *Scalig.*

32. *Pipulo, &c.*] Id est, convitio. *Pipare* Osce dicebant, pro eo quod est ejulabunde conquiri. Ab eo *Cocus* iste

*Pipulo differre* dixit: pro quo erat in XII. Tab. *obvagulari*. Olim cui testimonium deerat, hoc est, qui suam intentionem nullo poterat testimonio confirmare, is die tertio *ad ades adversarii obvagalatum* ibat, id est, adversario iustum, testibus adhibitis, convicium faciebat. *Revardus.*

34. *Nummo,*] Non sestertio, sed auro, qui valebat paulo plus duobus aureis nostris: ut ego & *Cl. Tenevimus*, qui mihi aliquot ostendit, ex pondere existimavimus. *Lamb. Nummo sum conductus,*] Id est, didrachmo, vel drachmis duabus. *Pseudolo 3. 2. 20.* Vide de modo usurarum cap. 2. *Salmas.*

## ACTUS TERTII SCENA TERTIA.

EUCLIO, CONGRIO.

HOC quidem hercle, quoquo ibo, mecum erit, mecum feram,

Neque istuc in tantis periculis unquam committam ut fiet:

Ite sane nunc jam intro omnes, & coqui, & tibicinæ.

Etiam introduce, si vis, vel gregem venalium.

5 Coquite, facite, festinate nunc jam quantum lubet.

Co. Tem-

4. *Venalium.*] Servorum, qui plerique fures. *Lambin.*

5. *Facite.*] V. C. habet *facefite*, vo-

cem hic nihili. Ego gestio legere, *facefite*, quod verbum est coquinarum, & hæc loco aptissime quadrat. *Gloss. vetus*

Co. Temperi: postquam implevisti fusti fissorum caput.

Ev. Intro abi; opera huc conducta est vestra, non oratio.

Co. Heu senex, pro vapulando, hercle, ego abs te mercedem petam.

Coctum ego, non vapulatum dudum conductus fui.

10 Ev. Lege agito mecum, molestus ne sis: i, & cœnam coque, Aut abi in malum cruciatum ab ædibus. Co, abi tu modo.

tus facit, videt. Dissaldu.

5. *Implevisti fustibus istorum.*] Sic dedit Camerarius, quum in scripto inveniret: *fustibus istorum*, Mellerus. Palmerius: *implevisti fustibus istorum in caput*. Pareus conicit: *fustum istorum*. Expectant alii fore, ut iiti *fustifissores* nonnulli forsitan haud displiceant. Frustra illi quidem: sed egregia est vetus lectio, modo separantur voces: *postquam implevisti fusti fissorum caput*. Ut alibi fores implere *eligiorum carbonibus*. *Fissa* sunt vulnera. Sic procedente scena: *Non fissile haberes caput*. Bacchid. 2. 3. *Meum cor & crebrum sin-*

*ditur*. Ut Virgilius lib. 9. *Media adversi liquefacto tempora plumbo distat*. Appulejus lib. 9. *Iamque inversa vite de vastiore nedulo cerebrum suum distindere*. Hoc Juv. est. S. 9. *Fusse aperire caput*. Ovidio *Juvenili guttura pugno rumpere* lib. 3. met. Petronio *solvere frontem*. Plauto in Bacchidibus *dirumpere caput*. Sic *fissum* in exitis. *Implevisti fissorum*, est plenum reddidisti fissorum vel vulnere. Gronovius.

10. *Lege agito.*] Dicebatur ei, cuius intentio contemptibilis adversarie videbatur; Donatus. Vide Mil. 2. 5.

## ACTUS TERTII SCENA QUARTA.

E U C L I O.

**I**lluc hinc abiit. Di immortales, **FACINUS** audax incipit,

Qui cum opulento pauper homine cœpit rem habere aut negotium,

Veluti Megadorus tentat me omnibus miserum modis:

Qui simulavit, mei honoris mittere huc causam cœquos,

5 Is ea causa misit, hoc qui satripetent misero mihi.

Condigne etiam meus me intus gallus gallinaceus,

Qui erat anui peculiaris, perdidit panillum.

Ubi erat hæc defossa, occœpit ibi scalpurire unguis

*Post. in-*  
*lus me.*

*Post. scalpurire*  
*ibi unguibus.*

Circum-

2. *Negotium.*] Dubitatum olim fuit inter prudentes, utrum *rem* an *litē* dici oporteret, &c. *Negotium* aut *res* apud Plaut. legitur. *Cujacius*.

7. *Peculiaris.*] In peculio ancillæ Staphylæ. *Afin.* 3. 1. *Panillum.*] Id est,

pæne nihil absuit, quin me perderet. à *pæne* formatum. *Lips.* Epist. Quæst. lib. 3. 12.

8. *Scalpurire.*] Id est, *scalpere*. Nam frequentativa verba, interdum ponebantur pro primigeniis. *Vossius*.

Circumcirca. quid opus est verbis? ita mihi pectus peracuit:

10 Capiō fustem, obtrunco gallum, furem manifestarium.

Credo ego edepol illi mercedem gallo pollicitos coquos,  
Si id palam fecisset. exemi è manu manubrium.

*Meus manubrium.*

Quid opus est verbis? facta est pugna in gallo gallinaceo.

Sed Megadorus meus affinis ecum incedit à foro.

15 Jam hunc non ausim præterire, quin consistam & colloquat,

9. *Ita mihi pectus.*] Scribendum est, *ira mihi pectus peracuit*, ostendimus Observat. 3. 21. *Gronovius. Peracuit.*] Peracere seu peracidum factum est, id est,

ira acerrima incensum. *Lambinus.*  
12. *Exemi.*] Furibus occasionem inveniendi thesaurum præcipui. *Taubmanus.*

## ACTUS TERTII SCENA QUINTA.

MEGADORUS, EUCLIO.

**N**Arravi amicis multis consilium meum

De conditione hac. Euclionis filiam

Laudant: sapienter factum & consilio bono.

*Græc. de conditione ac Euclionis filia.*

Nam, meo quidem animo, si idem faciant cæteri

5 **OPULENTIORES** pauperiorum filias

Ut indotatas ducant uxores domum:

Et multo fiat civitas concordior,

Et invidia nos minore utamur, quam utimur:

Et illæ malam rem metuant, quam metuunt, magis:

10 Et nos minore sumptu simus, quam sumus.

In maxumam illuc populi partem est optimum,

In pauciores avidos altercatio est:

Quorum animis avidis, atque insatietatibus,

Neque

2. **C**onditione.] Conditionem pro conjunctione sponsaliorum & nuptiarum dici, multi notarunt. Festus: *Conventa conditio dicebatur, cum primus sermo de nuptiis & earum conditione habebatur.* Id etiam simpliciter *Conditio* dicebatur. Unde formula Repudii; *Conditio tua non uter.* Et quod dicebatur; *Parentes liberis suis conditiones quarere.* *Brissonius.*

5. *Opulentiores.*] Hanc sententiam è *Plat. lib. vi. de Repub. expressam, notat P. Vislor.*

9. *Malam rem.*] Quasvis malas ar-

tes, ad quas se mulieres applicant, intelligo. Et Pronomen *illa* non ad pauperes tantum, sed generaliter ad omnes mulieres refero: quæ si indotatae haberent, semper magis obsequentes essent viris, minusque arrogantes, & minori etiam sumptui. *Pisfor.*

12. *In pauciores.*] Sententia est: Non est dubium, quin si fiat, quod dico, major pars populi probatur. sit. Restant nunc pauci locupletes & avari, quibuscum controversia mihi futura est, qui hoc non probabunt. *Lambinus.*

- Neque lex, neque tutor capere est qui possit modum.
- 15 Namque hoc qui dicat : Quo illæ nubent divites  
Dotatæ, si istud jus pauperibus ponitur ?  
Quo lubeat nubant, dum dos ne fiat comes.  
Hoc si ita fiat, mores meliores sibi  
Parent, pro dote quos ferant, quam nunc ferunt.
- 20 Ego faxim muli, pretio qui superant equos,  
Sient viliores Gallicis cantheriis.  
Ev. Ita me di amabunt, ut ego hunc ausculto lubens.  
Nimis lepide fecit verba ad parcimoniam.  
ME. Nulla igitur dicat : equidem dotem ad te attuli
- 25 Majorem multo, quam tibi erat pecunia.  
Enim mihi quidem æquom est purpuram atque aurum dari,  
Ancillas, mulos, muliones, pedissequos:  
Salutigerulos pueros, vehicula quæ vehar. Dont. Andæ.  
ligerulus.  
Ev. Ut matronarum hic facta permovit probe!
- 30 Moribus præfectum mulierum hunc factum velim. Quidem ex-  
ponit factum.  
ME. Nunc quoquo venias, plus plaustrorum in ædibus  
Videas, quam ruri, quando ad villam veneris.  
Sed hoc etiam pulchrum est, præquam ubi sumptus petunt.  
Stat fullo, phrygio, aurifex, lanarius. M. J. Cam.  
lanarius.
- 35 Capones, patagarii, indusiarii,

Flam-

14. Capere.] Id est, concipere, seu  
constituere. *Dontæ. Palmer. leg. cavere:*  
quod & Meursio placet.

15. Namque hec qui dicat, *Quoi.*] Ma-  
le Meursius, *Quoi.* Nam que est in  
quam domum. Nec vero rō *Qui* acci-  
piendum pro *Quo*, ut voluit Gruterus.  
Nam quæ sequuntur, *Que* lubeat, *nub-*  
*ant*, dicuntur per intellectum *rōi* ei re-  
spondere: etsi in istis quoque leve vitium  
esse censeo. Habeo legatum Parel, cu-  
tiosissima ejus è Pall. codd. excerpta, sic  
ut ne ullum quidem librarii mendam  
omississe videatur. In iis video alios qui-  
dem aliter, unum vero habuisse: *Quo-*  
*quo* nubent. Itaque lego: *Quoquo* lubet,  
*nubant*. Ut supra: *Hec quidem herle, quo-*  
*quo* ibo nunc, *meum erit*. *Mox: quoquo*  
*venia*. Gronov.

20. Muli.] Mulis mulabusque pluri-  
pium p̄i sunt veteres, qd carracas tra-

hendas, quibus plerumque infidebant  
honestiores matronæ; ut & hodie mo-  
ris est. Vide Martialis. lib. 3. 62.

*Aura quod fundi pretio carruca paratur:*  
*Quod plura mula est, quam domus em-*  
*pta tibi*. Taubm.

21. Cantheriis.] *Cantherius*, hoc distat  
ab equo, quod majalū a verre, capus a gallo,  
vervex ab ariete. Festus.

22. Salutigerulus.] Glossat. *Salutige-*  
*rulus*, ἰσχυρὸς ἄρτος,

30. Moribus præfectum.] Sequitur  
Plautus Græcam consuetudinem. ab iis  
enim creari soliti sunt Magistratus, qui  
mulierum ornatum præfessent. Vide P. Vi-  
gorium lib. 21. 6. Taubm.

31. Præquam.] Id est, præ eo, quod  
sit, cum creditores aut artifices pecu-  
niam sibi petunt. Lamb.

35. Capones, patagarii.] *Capones* non  
sunt, qui vinum vendunt; sed nomen  
habent

- Flammearii, violarii, carinarii,  
 Aut manularii, aut murobathrarii,  
 Propolæ, linteones, calceolarii,  
 Sedentarii sutores, diabathrarii,  
 40 Solearii astant, astant molochinarii,  
 Petunt fullones, farcinatores petunt.  
 Strophiarii astant, astant semizonarii.  
 Jam hosce absolutos censeas: cedunt, petunt.  
 Trecenti cum stant phylacista in atriis,  
 45 Textores, limbolarii, arcularii ducuntur: datur

Æs.

habent generale à copiis; ut sunt mercatores & infitores patagiorum, indusiorum, flammearum, violacei panni & cerini. *Turneb. Patagiarum.*] Vide *Epid.* 2. 2.

36. *Flammearii.*] *Flammearium* hic interpretor, qui flammeo sive rubro colore vestes tingit. *H. Iunius. Violarii.*] Qui vestes violæ colore inficiunt. *Lambin. Carinarii.*] Qui cerino colore pannum inficiunt. nam *Cera Dorice* καρυγις dicitur, quæ alias καρυγις. *Turneb.*

37. *Manularii.*] Qui manuleas, id est, tuniarum manicas vendunt. hinc *manuleata tunica.* *Pseud. Murobathrarii.*] Sic legunt omnes libri; pro quibus, *murobathrarii* magis placere doctis viris: mihi *murobathrarii* magis adrident, pro *myrobathrarii*, qui μυροβρη. Græcis. Ita *brachæ* vetbum βραχίονη fixerunt, quod humectare & madefacere significat, & idem plane, quod βραχίονη. Hi calceamenta muliebria unguentis, odoribus, & suffimentis imbuebant. *Salmas. & Turneb.*

38. *Propola.*] *Propola* ex Græco προπόλην. sed προπόλην Latina est, producit enim: quod non esset, si Græca. Dicitur enim, quod primus vendat merces: quas in portu primus anticipat: & ut *Persius* ait,

— Primus tollit piper è stiente camelo.

Ut prior vendat. *Scaliger. Linteones.*] *Linteones*, qui lintea texerent; *Lintearii*, qui venderent. *Popma.*

39. *Diabathrarii.*] *Festus: Diabathra*

*genus solarum Græcarum: hinc diabathrarii*, qui eas faciunt & divendunt. *Turn.*

40. *Molochinarii.*] Qui colorem tingunt ad purpuram inclinantem; qualis in malvæ flore spectatur. Et malva quidem, μολδα & μολδα, dicitur. *Cammer.*

42. *Strophiarii.*] *Nonius: Strophium fascia brevis, qua virginalem papillarum tumorem cohibet.* Hinc *stropharii*, eorum fasciarum opifices. *Taubmannus. Semizonarii.*] Qui zonulas minus dimidio latas, quam iusta zona est, faciunt; quæ *feminecia* dicuntur, quod partem hominis anteriorem à cingulo & lumbis, ad pedes usque præcingant. *Turn. & Taubm.*

43. *Absoluti.*] Hoc est, *demissos*, elegantè. *Brant.*

44. *Treceni cum stant.*] Videtur fuisse: *Treceni seu stant.* Expectant, inquit, in atriis treceni, seu phylacista. Nam nugantur, qui *Treceni* ad petunt volunt referri, non ad *phylacista*. *Gronovius. Phylacista.*] *Phylacista* sunt, qui servos in custodia & ergastulo servabant: ut *Cæp. ad.* 3. 5. Hic, per translationem, artifices intelliguntur, qui manupretium, vel mercis mercedem flagitant: qui quod in atriis diutius expectant, custodes & phylacista apppositi videntur. *Turneb.*

45. *Limbolarii.*] *Nonius leg. Textores limborarii: ut à limbo & ora deductam sit: & sane, nihil aliud sunt limborarii,*

- Æs. jam hosce absolutos censeas,  
 Cum incedunt infectores crocotarii;  
 Aut aliqua mala crux semper est, quæ aliquid petat.  
 Ev. Compellarem ego illum, ni metuam ne desinat  
 50 Memorare mores mulierum: nunc sic sinam.  
 ME. Ubi nugigerulis res soluta est omnibus,  
 Ibi ad postremum cedit miles, æs petit.  
 Itur, putatur ratio cum argentario,  
 Impransus miles astat, æs censet dari,  
 55 Ubi disputata est ratio cum argentario,  
 Etiam plus ipse ultro debet argentario,  
 Spes prorogatur militi in alium diem.  
 Hæc sunt atque aliæ multæ in magnis dotibus  
 Incommoditates, sumptusque intolerabiles.  
 60 Nam QUÆ IN DOTATA est, ea in potestate est  
 viri.

Dotatæ mactant & malo & damno viros.

Sed eccum affinem ante ædes. quid ais, Euclio?

quam qui limbo oras vestium pingunt  
 sive prætexunt. *I. Gul.*

47. *Infectores crocotarii.* ] *Crocota, genus vestis crocei coloris.* Nonius Epid. 2. 2.

51. *Nugigerulæ.* ] *Mihi magis probatur altera lectio, nugivendæ: quam & Nonius agnoscit. nam omnia, quibus matrona utuntur, Nugæ voluit appellari.* Lambin.

52. *Cedit miles.* ] *Pro, incedit, accedit, venit.* Turneb. *Miles.* ] *Vide Varro nem: l. 4. de L. Lat. sub finem.*

53. *Putatur ratio.* ] *Putare, inquit Varr. lib. 5. Valet purum facere. ideo antiqui purum appellarunt putum. Sic ratio putari dicitur, in qua, summa sit putæ. Scaliger.*

56. *Debet argentario.* ] *Post hunc verbum è Nonio talem infero:*

*Pro illi crocotis, strophis & sumptu uxoribus.*

Quæ accessione sententia perspicue iuvat. Ait enim, post absolutos nugivendos istos, & mundi muliebris instructores, tandem ut sua quoque nomina militi expediat, adire trapezitam: at ratione ducta, etiam ultro æs alienum apud eum suum repetire, quod constarint nomina exsoluta pro crocotiis, strophis, cæteris uxoris suæ ornamentis. ideo necessario militi diem differri, cum illis representata sit. *I. Gul.*

61. *Mactant.* ] *Id est, magis augent viros malo & damno: malo, quia viros in servitutem redigunt: damno, quia sunt sumptuosæ. Jam, augere damno, Latine dicitur. Ter. Heaut. herus damno auclus est.* Lambinus.

## ACTUS TERTII SCENA SEXTA.

EUCLIO, MEGADORUS.

**N**imium lubenter edi sermonem tuum.

ME. Ain? audivisti? Ev. usque à principio omnia. ME. tamen,

E meo quidem animo, aliquanto facias rectius, Si nispidor sis filiaē nuptiis.

5 Ev. PRO RE nitorem, & gloriam pro copia.

Qui habent, meminerint sese unde oriundi sient.

Neque pol, Megadore, mihi, neque cuiquam pauperi, Opinione melius res structa est domi.

ME. Immo est, & dii faciant uti fiet,

10 Plus plusque istuc sospitent quod nunc habes.

Ev. Illud mihi verbum non placet; Quod nunc habes.

Tam hoc scit me habere, quam egomet. anus fecit palam.

ME. Quid tu te solus è senatu sevocas?

Ev. Pol ego te ut accusem merito meditabar. ME. quid est?

15 Ev. Quid sit, me rogitas? qui mihi omnis angulos

Furum implevisti in ædibus misero mihi:

Qui intromisisti in ædibus quingentos coquos,

CUM

1. **E**Di sermonem.] Dicitur more vetustissimi seculi, quod iudiciis minime quidem raris agnoscit matrem & suam & omnium linguarum Hebraeam. Jerem. cap. 15. v. 16. Inveni sunt sermones tui, & comedi eos. &c. Goldast.

5. **Et gloriam pro copia.]** Lambinus hic ponit τῆλειαν εὐμυλιῶν, & intelligit querere, vel esse oportet. dein Qui habent, explicat. qui divites & copiosi sunt, subscibente Grutero. At Scioppius, Pra re nitorem & gloriam pro copia. Qui habent. Placet vetus. Sic Cato de re rust. 144. Per eosdemque dies latè familiari pro copia supplicet. Nollit in Sticho: hoc convivium est pro opibus nostris. Et ibidem: tamen efficimus pro opibus mania. Truculento: Volo habere gratiunculam pro copia apud vos. Mercatore: sacete certum est pro copia

& sapientia, que te velle arbitrabor. Dein ex Langianis scribes meminerunt; quibus accedunt tres Vossiani & Junianus Gudianusque. Horatius 1. Sat. 26. Pro quaestu sumptuos facit. Livius lib. 26. primitias frugum eo donaque alia pro copia portantes. Idem lib. 28. Ludi funebres additi pro copia. Dein ex Langianis scribes, meminerunt. Decet unum quemque meminisse quibus natus sit, & quem ordinem pro genere ac patrimonio acceperit. Id magis faciunt, qui habent nitorem pro re ac gloriam pro copia: qui tantum nitent seque effertunt quantum res & copia patitur. Gronovius.

10. **Plus plusque.]** Veteres geminabant voces intendendæ rei causâ. Vide Popmam, de usu A. L.

13. **De senatu sevocas?] Decatu secludis. Taubm.**

18. Geryo-



- Cum senis manibus, genere Geryonaceo:  
 Quos si Argus fervet, qui oculus totus fuit,  
 20 Quem quondam Ioni Juno custodem addidit,  
 Isnunquam fervet. præterea tibicinam,  
 Quæ mihi interbibere sola, si vino scatet,  
 Corinthiensem fontem Pirenem potest.  
 Tum obsonium autem! ME. pol vel legioni sat est. Miss. Pal. leoni.  
 25 Etiam agnum misi. Ev. quo quidem agno, sat scio,  
 Magis curiosam nusquam esse ullam belluam. Deur. c. novem.  
 ME. Volo ego ex te scire qui sit agnus curio.  
 Ev. Qui oisla atque pellis totus est, ita ut cura macet.  
 Quin exta inspicere in Sole etiam vivo licet, Cap. in sole è vi. vo. Pal. è vivo.  
 30 Ita is pellucet quasi laterna Punica.  
 ME. Cardundum illum ego conduxi. Ev. tum tu idem optumum est  
 Loces efferendum: nam jam credo mortuus est.

ME. Pota-

18. *Geryonacee.* ] *Geryon*, rex Hispaniarum: fingitur à Poëta tricolor, habens terna capita, sex manus, totidemque pedes. *Taubm.*

19. *Oculus.* ] Non vocatur forsitan *oculus*, quod totus, quantus erat, ex oculis constaret; sed quia plures ei oculi. *Gruter.*

20. *Ioni.* ] Vide Ovid. *Metam.* lib. 1. *Fabula 15.*

21. *Tibicinam.* ] *Tibicinam* & apud Romanos, & apud alios in nuptiis adhibeti solitam, docet *Tiraquell.* ad *Alex. Taubm.*

22. *Interbibere.* ] Id est, eorum ebibere: ut *intercipere*. totum capere. *Donat.*

23. *Pirenem.* ] *Pirene* fons est Musis consecratus: quem *Probus* in *Helicone* collocat: *Strabo* autem sub *Acrocorintho* cum omnibus *Geographis.* *Taubmannus.*

24. *Tum obsonium autem.* ] *Subaudiunt missi*: sed certe lubi intelligendum est, potest *absumere sola tibicina*; ut, fontem interbibere. Propterea respondet *Megadocus*, non posse, etiam si sit maxima esitatrix; quia quod *missi* etiam *leoni* aut si *maria*, legioni satis esse possit. *Dis-soldaus.* *Legioni.* ] *Itonia*, quasi dicit: *Quid*

tu obsonium exaggeras? atqui vilem duntaxat agnum misi. *Taubm.*

26. *Curiosam.* ] *Curiosus*, vulgi distertium erat in graciles & macilentos: quasi si curis semet conficerent & macerarent. *Festus*: *Curionem agnum*, *Plautus pro macre dixit*, quasi cura macruisset. *J. Guelmilius.*

28. *Macet.* ] *Macie* confectus est. *T.*

30. *Punica.* ] *Laternæ* enim *Africanæ* supra cæteras erant pellucidæ. De *cornea laterna* intelligit. *Scaliger.*

31. *Cardundum ego illum conduxi.* ] *Cum Nonio* interpretantur *emi*; nec cum *Lambino* necesse sit scribere, *locati*. Sed proprie loquitur *Plautus*. *Locator* enim, qui dat utendum, fruendum, faciendum: *conductor* qui accipit. *Adi Cujacium* 2. *Observ.* 28. *Dabant autem agnos cardundos lanii*, unde & *locare* dicuntur. *Captivis* 4. 2. *Accipiebant obsonatores: ergo conducebant.* Vide & 1. *Observ.* 20. *Gronov.*

32. *Loces efferendum.* ] *Apud veteres* cadaver, post efflatam animam, cubiculo efferebant, & ablutum, unctum, coronatum, in vestibulo ædium ad jannam ipsam collocabant: ita ut pedes in viam spectarent; hoc situ abitionem illam possemam

ME. Potare ego hodie, Euclio, tecum volo.

EV. Non potem ego quidem hercle. ME. at ego jufseto

35 Cadum unum vini veteris à me afferrier.

EV. Nolo hercle. nam mihi bibere decretum est aquam.

ME. Ego te hodie reddam madidum, sed vino, Can. & Poë. si vivo, probe.  
probe,

Te, cui decretum est bibere aquam. EV. scio quam rem agat.

Ut me deponat vino, eam affectat viam:

40 Post hoc, quod habeo, ut commutet coloniam.

Ego id cavebo, nam alicubi abstrudam foris.

Ego faxo, & operam & vinum perdiderit simul.

ME. Ego, nisi quid me vis, eo lavatum, ut sacrificem,

EV. Edepol nã tu, Aula, multos inimicos habes,

45 Atque istuc aurum, quod tibi concreditum est.

Nunc hoc mihi factum est optimum, ut te auferam

Aulam in Fidei fanum: ibi abstrudam probe.

Fides, novisti me & ego te: cave sis tibi;

Ne tu in me mutassis nomen, si hoc concreduo.

50 Ibo ad te, fretus tua, Fides, fiducia.

stemam significantes: idque proprio verbo dicebatur *Collocatio*, *ei d' vaxp'.* Lipsius.

38. *Te cui decretum.* [Scribe: *Tibi cui decretum est bibere aquam: ut edidit Gruterus & adfentiuntur sex nostri. Est idem sermo Epidico 3. r. 8. præcisus qui foret integer: Tibi dico, cui decretum est bibere aquam. Ut altero loco: qui, tibi dico, quod divitia domi maxima sunt, in nummum nullum habes. Truculento act. 5. Mibi homo cave faxis volnus, tibi jam cui sunt dentes ferrei. Gronov.*

39. *Me deponat vino.* ] Me vino cupit eo deducere, ut nihil differam à deposito, & vix animam ducente. Gruter.

40. *Coloniam.* ] Locum. Tralatio à Coloniarum deducendarum consuetudine. Lamb.

43. *Lavatum.* ] Servius 3. Æn. *Apud veteres neque uxor duci, neque ager arari sine sacrificiis peractis poterat. Vide notas Amphit. Act. 5. Sc. 1.*

44. *Inimicos habes.* ] Diogenes interrogatus, cur autem palleret: respondit: quia multos habet insidiatores.

46. *Fallum est optimum.* ] Ex formula solenni edictorum. Douza.

47. *Aulam in Fidei.* ] Loquitur de Fidei templo Athenis extructo. Olim moris fuit, ut in Ædibus Sacris pecuniz deponerentur. Unde ærarium Romanum erat in æde Saturni, argentarii in foro. Long.

49. *Ne tu in.* ] Ne fias in me infidelis: ut tibi pro Fidei nomine. *Perfidia* aut *Infidelitatis* nomen sit imponendum. Taubm.

## ACTUS QUARTI SCENA PRIMA.

## STROBILUS.

**H**OC est servi facinus frugi, facere quod persequor:  
Nec motæ molestiæque imperium herile habeat sibi.

Nam

Nam qui hero ex sententia servire servus postulat,  
In herum matura, in se fera concedet capessere.

5 Sin dormitet, ita dormitet, servom sese ut cogitet.

Nam qui amanti hero servitatem servit, quasi ego servio,  
Si herum videt superare amorem, hoc servi esse officium reor;  
Retinere ad salutem: non eum, quo incumbat, eo impellere.

Quasi pueri, qui nare discunt, scirpea induitur  
ratis,

*Fest. Scirpo induitur ratis.*

10 Quî laborent minus: facilius ut nent: & moveant manus;  
Eodem modo servom ratem esse amanti hero æquom censeo,  
Ut toleret, ne pelli abeat, tanquam \*\*

Herile imperium ediscat, ut quod frons velit, oculi sciant.

Quod jubeat, citis quadrigis citius propetet persequi.

15 Qui ea curabit, abstinebit censione bubula.

Nec sua opera rediget unquam in splendorem compedes,

Nunc herus meus amat filiam hujus Euclionis pauperis:

Eam hero nunc renunciatum est nuptum huic Megadoro  
dari.

Is speculatum huc misit me, ut, quæ fierent, fieret particeps:

20 Nunc sine omni suspitione in ara hic assidam sacra.

Hinc

4. **C** *Apessere.* ] Id est, perficere.

5. *Sin dormitet.* ] Si quando sit negligentior, ita sit, ut meminerit, ea facienda esse majori diligentia, quæ neglecta sunt. *Lamb.*

8. *Que incumbat.* ] Non adjuvare ejus amentiam. Cicero: *Sati est homines imprudentia lapses non erigere: urgere vere jacentes, aut precipitantes impellere, certe est inhumanum.* *Lamb.*

9. *Scirpearatis.* ] *Scirpus* Grammatici interpretantur id quod in palustribus locis nascitur leve ac procerum, unde tegetes sunt. Hoc est φλῦξ Græcorum. Inde *scirpearatu* hoc loco ἡ φλοῖον. Nihil rectius & enodius hoc junco; unde proverbium, *nodum in scirpo querere.* Ex scirpi cortice, tegetes quoque & alia vitilia texebantur. Detracto cortice, medulla interior eandem faciendis serviebat, cera circumdata. *Salmast.*

12. *Ut teleret, ne pessum abeat, tan-*

*quam.* ] Libti hæc scribant sine lacuna ulla aut hiatus suspitione. Minima mutatione legendum putavim,

*Tamque herile imperium ediscat, ut quod frons velit, oculi sciant.*

Id est, adeo ediscat, tam ediscat (nam ita loquuntur veteres) imperium herile; ut, quid vultus velit heri, eum videndo norit. *Salmastius.*

15. *Censio bubula.* ] *Censio* nem bubulam festive vocavit verbera tori bubuli; cujus censura in servos animadvertitur. Itaque *censio*, quæ proprie est affirmatio, τίμησις, heic est animadversio, τιμωρία. *Turneb.*

16. *In splendorem, &c.* ] Nunquam vincietur. Ex consequente intelligendum antecedens. *Lambin.*

20. *In ara.* ] Erant *ara* non publicæ tantum in templis, sed & in placis, viisque. *Mollat.* 5. 1. *aram in via Tranie occupat.* *Taubm.*

21. *Arbi-*

Hinc ego & huc & illuc potero, quid agant, arbitrarier.

21. *Arbitrarier.*] Prospicere ac speculati. Nam *arbitrari* etiam speculatore[m]; *arbitrium*, prospectum; & *arbitrari*, prospectere significat. *Lamb.*

## ACTUS QUARTI SCENA SECUNDA.

EUCLIO, STROBILUS.

**T**U modo cave cuiquam indicassis, aurum meum esse istic, Fides.

Non metuo ne quisquam inveniatur: ita probe in latebris situm est.

Edepol nã illic pulchram prædam agat, si quis illam invenit Aulam onustam auri. verum id te quæro ut prohibeas, Fides.

5 Nunc lavabo, ut rem divinam faciam, ne affinem more[m],  
Quin ubi arcessat me, meam extemplo filiam ducat domum.  
Vide, Fides, etiam atque etiam nunc, salvam ut aulam abs te auferam.

Tuæ fidei concedidi aurum: in tuo loco & fano modo est situm.

ST. Dî immortales! quod ego hunc hominem facinus audio loqui?

10 Se aulam onustam auri abstruxisse hic intus in fano

*Act. in Pano Fidei.*

Fides,

Cave tu illi fidelis, quæso, potius fueris, quam mihi.

Atque hic pater est, ut ego opinor, hujus, herus quam amat.

Ibo hinc intro: perscrutabor fanum, si inveniam uspiam

Aurum, dum hic est occupatus: sed si reppererem, ô Fides,

15 Multi congialem plenam faciam tibi fideliam.

Id adeo tibi faciam: verum ego mihi bibam, ubi id fecero.

3. **C**ave quicumque indicass. ] Hinc Fidei manu panno velata sacrificabatur: quia fides tecta esse debet & velata: *Taubm.*

8. *In tuo loco.*] Proverb. olet, id est, in tua potestate, manu, tutela est. Sic, *Intra sum præsepes.* *Calina.* *Cic. In meo*

*castris præsidiiisque versari.* *Taubmanus.*

15. *Congialem plenam faciam tibi fideliam.*] *Congius* capit sextantios sex. *Fideliam* autem, *Saminum* vas est ad usus plurimos. *Nonius.* *Faciam.*] Id est, sacrificabo. *Taubm.*

## ACTUS QUARTI SCENA TERTIA.

EUCLIO.

**N**ON temere est, quod corvos cantat mihi nunc ab læva manu.

Semel radebat pedibus terram, & voce crocibat sua. Fulg. & duo. Pali. simul.

Continuo meum cor cœpit artem facere ludicram,

Atque in pectus emicare. sed ego cesso currere.

- |   |  |
|---|--|
| <p>1. <b>A</b> <small>B lava.</small> ] Vanitas augurum, auspicia corvorum fausta à dextra; à læva, infausta iactabat. <i>Turneb. l. 6. 26.</i></p> <p>2. <small>Crocibat.</small> ] <i>Crocitum</i>, vocem corvorum esse, docet <i>Nonius</i>.</p> | <p>3. <small>Artem facere ludicram.</small> ] Cœpit palpitare &amp; micare. Vide <i>Turn. lib. 14. 5.</i> &amp; <i>lib. 9. 22.</i> item <i>Brodzum Misc. lib. 3. c. 27.</i></p> <p>4. <small>Emicare.</small> ] Id est, erigi.</p> |
|---|--|

## ACTUS QUARTI SCENA QUARTA.

EUCLIO, STROBILUS.

**F**Oras, lumbrice, qui sub terra erupisti modo, Qui modo nusquam comparebas: nunc, quom compares, peris.

Ego edepol te, præstigiator, miseris jam accipiam modis.

ST. Quæ te mala crux agitat? quid tibi mecum est commercii, senex?

5. Quid me afflictas? quid me raptas? qua me causa verberas?

Ev. Verberabilissime, etiam rogitas? non fur, sed trifur?

ST. Quid tibi surripui? Ev. redde huc sis. ST. quid tibi vis reddam? Ev. rogitas?

ST. Nihil equidem tibi abstuli. Ev. at illud, quod tibi abstuleras, cedo.

Ecquid agis? ST. quid agam? Ev. auferre non potes. ST. quid vis tibi?

Ev. Pone

1. **L** Umbrice. ] *Ἐντρογῶν γῆς*. Lumbrici etiam dicebantur, qui ex imis fossatibus ad summas dignitates erant evelti: geminatione Terra filii. *Cal.*

5. Afflicto. ] *Affligere* est *μωροποιεῖν*, ad terram dare. *Casaub. Raptas.* ] *Raptare* est convitiari. *Vid. Mil. Act. 2. 6.*

6. Verberabilissime. ] *Μακίζων ἀξιώτατος*. *Verberabilis* est *μακίζωσις*, verbetibus dignus. *Taubm.*

8. Quod tibi. ] Homo suspiciosissimus putat, servulum tricati in voce *tibi*, quasi dicat; At illud redde, quod usas tui gratia abstuleras. *Lamb.*

9. Item quid agis. ] Recte hæc verba continuat sub persona Euclionis Acidalius: sed præterea legendum. *Ecquid e nam Cam. & Voss. 1.* *Hæc quid:* alii omnes nostri clare, *ecquid*. Sic igitur fiat: Ev. *At illud, quod tibi abstuleras, cedo.*

10 Ev. Pone. ST. equidem pol; te datare, credo consuetum, senex.

Ev. Pone hoc sis: aufer cavillam: non ego nunc nugas ago.

ST. Quid ego ponam? quin tu cloquere quicquid est, tuo nomine.

Non hercle, equidem quicquam sumsi, nec tetigi. Ev. ostende huc manus.

ST. Hem tibi! Ev. ostende. ST. eccas. Ev. video. age ostende etiam tertiam.

15 ST. Larvæ hunc atque intemperæ insanæque agitant senem.

Facisne injuriam mihi, an non? Ev. fateor, quia non Dext. facio. pendes, maxumam.

Atque id quoque jam fiet, nisi fatêre. ST. quid fatear tibi?

Ev. Quid abstulisti hinc? ST. di me perdant, si ego tui quicquam abstuli.

Ev. Nive adeo abstulisse vellem. Agedum, excutedum pallium.

20 ST. Tuo arbitrato. Ev. ne inter tunicas habeas. ST. tenta qua lubet.

Ev. Vah, scelestus, quam benigne! ut ne abstulisse intellegam.

Novi sycophantias. age! rursus, ostende huc manum

Dexteram. ST. hem! Ev. nunc lavam ostende. ST. quin equidem ambas profero.

Ev. Jam

*cedo. Ecquid agis? ST. Quid agam? Ev. Auferre non potes. Gron.*

10. Ev. Pone. ST. id. ] Cum cavillatio aliqua præcesserit, vel ipso tene teste, fieri non potest, quin iste versus omnino requiratur, quem è *Miss. Cam. & Pall.* reposui. nam absque eo nihil tale dici possit. Sensus autem obscœnior: latetque ambiguitas in *pone*: quod, ut verbis, usurpat Euclio: at adverbialiter accipit servus nequam, proque eo quod à tergo est. *Gruier.*

10. *Datate.* ] Vocabulum amatorium & venerum est. *Rittersibus.*

11. *Cavillam.* ] Festus: *Cavillatio; est jocosâ calumniatio. Cavillare, est à cavendo,*

*καὶ ἐστὴν: propriumque est legulejorum; ut ]ctorum, Caveri.*

14. *Tertiam.* ] Ridiculum. Ostendit autem Plautus, quam miser sit avarus, qui auri & servandi cura, & amittendi metu perturbatus, ne oculis quidem suis credit. *Lambin.*

19. Ev. *Nive adeo abstulisse.* ] Euclio addit de suo, quod à servo adhuc dici volebat. Et alioquin, etsi servilia ingenta irreligiosa fere sunt; haud putarim, id ipsam ultro ausum dicere Strobilum. *Gr.*

20. *Ne inter tunicas.* ] Debent hæc connecticum illis, *agedum exc. pallium.* Et notate, Euclionem *tunicas* dicere, non *unicam*. Jam *Pallium*, vestis Græcorum

- Ev. Jam scrutari mitto. redde huc. St. quid reddam? Ev. ali  
nugas agis,  
25 Certe habes. St. habeo ego? quid habeo? St. non dico: au-  
dire expetis.  
Id meum quicquid habes, redde. St. infanis: perscrutatus es  
Tuo arbitrato, neque tui me quicquam invenisti penes.  
Ev. Mane, mane: quis illic est, qui hic intus aliter erat tecum  
simul?  
Perii hercle! ille nunc intus turbat: hunc si amitto, hic <sup>Deort.</sup>  
abierit. <sup>omitto.</sup>  
30 Postremo jam hunc perscrutavi. hic nihil habet. abi quo  
lubet.  
Juppiter te Di que perdant. St. haud male agit gratias.  
Ev. Ibo hinc intro: atque illi socienno tuo jam interstrin-  
gam gulam.  
Fugin' hinc ab oculis? abin' hinc, an non? St. abeo. Ev. ca-  
vesis te videam.

corum exterior; tunica, interior: illud | mo avarissimus tuta etiam timet. *Lamb.*  
*impetior, hæc & τῶν διὰ. Lamb.* | *binus.*  
21. *Quis illic.* ] Quis ille, &c. Nemo | 32. *Socienno.* ] Vide notas *Amphitruo*  
erat omnino, præter Strobilum: sed ho- | *Act.* 1. Sc. 1. & *Mil.* 4. 2.

## ACTUS QUARTI SCENA QUINTA.

STROBILUS,

- E**Mortuus ego me mavelim leto malo,  
Quam non ego illi dem hodie infidias seni  
Nam hic jam non audebit aurum abstrudere.  
Credo referet jam secum, & mutabit locum. <sup>*Cam. Cod. hæc feret.*</sup>  
5 Atat foris crepuit! senex ecum aurum effert foras, <sup>*Pall. Or Lang. hoc*</sup>  
Tantis per hic ego ad januam concessero. <sup>*feret pro effert.*</sup>  
<sup>*Non. crepuit.*</sup>  
6. **C**oncessero. ] Scioppius è Nonio ad- | <sup>*& sano egres-*</sup>  
textit hunc versum: | <sup>*ditur foras.*</sup>  
<sup>*Hinc ex occulto sermonei sates suble-*</sup>  
<sup>*gem.*</sup>

## ACTUS QUARTI SCENA SEXTA.

EUCLIO, STROBILUS.

- F**Idei censebam maxumam multo fidem  
Esse. ea sublevit os mihi pænissime. <sup>*Musf. sibi*</sup>  
<sup>*ἀποστρέφει*</sup>  
Ni  
2. **S**ublevit, &c. ] Prorsus mihi fu- | <sup>*diculo habuit. Tractum à genere ludi*</sup>  
cum fecit, me delusit, & pro ri- | <sup>*quo dormientibus ora pinguat, ut ha-*</sup>  
<sup>*bet*</sup>

Ni subvenisset corvus, periissem miser.

Nimis hercle ego illum corvum ad me veniat, velim,

Qui indicium fecit, ut ego illi aliquid boni

Dicam. nam quod edit, tam diuim, quam perduim;

Nunc, hoc ubi abstrudam, cogito solum locum.

Silvani lucus extra murum est avius,

Crebro salicte oppletus, ibi sumam locum.

10 Certum est, Silvano potius credam; quam Fidei.

St. Enge! euge! dii me salvom & servatum volunt.

*Mff. fu-  
ge fuge.*

Jam ego illic præcurram, atque inscendam aliquam in arborem:

Indeque observabo, aurum ubi abstrudat senex.

Quamquam hic manere herus me sese jussérat,

15 Certum est, malam rem potius quæram cum lucro.

*bet Glossa Mff. Pall. quart. panissime.]*  
Supra 3. 4.

6. *Dicam.]* Nota, senem non dicere, *donem*; aut *largiar*; sed, *dicam* aliquid boni: hoc enim fit absque sumptu: *Lamb.*

8. *Silvani lucus.]* Quidam *lucos* didicos, *Servio* teste, asserunt, quod ibi lumina accenderentur causa religionis. De hoc *lucos Silvani* auctor de limitibus: *tertius Silvanus dicitur orientalis, cui est*

*in consensio lucus positus. Græcè ἀλοῦς.*  
*Glossæ: lucus. Helicijus: ἀλοῦς τελεφία.*  
sic vocant loca arboribus confita, & consecrata. Ita Latini *lucos*, silvas religione factas; nec *Ῥοῦτᾶ* tantum; sed omnes qui proprie locuti sunt. *Plinium* arbores dixit religiosas, quia non omnes tales; at *lucos* absque epitheto, quia omnes sacri, & qui *lucos* dicitur proprie, sacra silva est. *Salmas. Extra murum.]* In suburbio. *Taubert.*

## ACTUS QUARTI SCENA SEPTIMA.

LYCONIDES, EUNOMIA, PHÆDRIA.

Dixi tibi, mater: juxta rem mecum tenes;

Super Eucليونis filia. nunc te obsecro,

Fac mentionem cum avunculo, mater mea:

Resecroque, mater, quod dudum obsecraveram;

*Pall. non obsecroque.*

Ev. Scis tute, facta velle me, quæ tu velis.

Et istuc confido à fratre me impetrassere:

Et

4. *R. Essecroque.]* Religione jurisjurandi solvo. Obtestatus erat matrem *Lyconides*, ne eorum, quæ ipsi de *Eucليونis* filia aliquando dixerat, apud avunculum mentionem faceret: nunc obsecrationis religione eam absolvit: zo-

gatque; ut cum avunculo de amico colloquatur. *P. Pithauus.*

6. *Impetrassere.]* Est idem quod *impetraturum esse*. Nam sententia est; colloquar cum avunculo *Megastoro* de te, & amica tua. *Eucليونis* filia, ac quando-



Et caussa justa est, siquidem ita est ut praedicas,

Te eam compressisse vinolentum, virginem.

Ly. Egone ut te adversum mentiar, mater mea?

10 Ph. Petii, mea nutrix! obsecro te, utrum dolet.

M. T. Lang. utrum doleo.

JUNO LUCINA, TUAM FIDEM! Ly. hem, mater mea,

Tibi rem potiore video: clamat, parturit.

Ev. I hac intro mecum, gnate mi, ad fratrem meum,

† Ut istuc quod tu me oras, efficiam tibi, †

15 Ut istuc quod me oras, impetratum ab eo auferam.

Ly. I, jam sequor te, mater. sed servom meum

Strobilum miror ubi sit, quem ego me jusseram.

Hic opperiri. nunc ego mecum cogito,

Si mihi dat operam, nunc illi irasci injurium est.

20 Ibo intro, ubi de capite meo sunt comitia.

quidem ea te vitata est, spero me impetratum ab eo, ut tu eam ducas uxorem. *Vossius*

10. *Utrum dolet.* ] Neutro & masculinè usurpabant, auctore Nonio. *Taubm.*

11. *Inno Lucina.* ] Mirantur eruditi, quod in Comœdia palliata invocetur à puerpera *Inno Lucina*. Sed injuria mirantur. & multo iniquius *Terentium* reprehendunt. utitur enim sermone Latino, sed qui *Græcam* deam *Ilithyiam* exprimat. Itaque ab *Horatio* Carm. Sæcul. scribitur,

*Leni Ilithyia, tuere matres.*

Ex consuetudine Romana. *Inno* autem *Lucina* Diana est. *Lucina* vero dicta, quod ejus opera, partus in lucem prodeant, & lumen Solis intueri incipiant. *Turneb.*

12. *Rem potiore.* ] Quasi dicat: Non esse, ut argumentis multis matrem doceat, stuprasse se filiam, cum ipsa inibi sit, ut revera ostendat se vitatam. *Gruterus.*

24. *Ut istuc, &c.* ] Editt. vet. & Miss. Cam. & Pall. tert. quart. quint. sext. plane legunt: *Ut istuc, quod me oras, efficiam tibi, impetratum ab eo auferam.* nisi quod iidem omnes uno versu cuncta includant. At Pall. pr. & sec. non habent illa, *Impetratum ab eo auferam*, cum glossèma sint præcedentium, *efficiam tibi*. *Camerarianus* tamen adhuc omnia illa servat quæ comparent in vulg. quæ cetera supervacua sunt. *Gruter.*

20. *Sunt comitia.* ] Ubi de fama & salute mea agitur. Tractum à P. R. Comitibus. *Taubm.* Vide *P. eud.* 4. 7.

## ACTUS QUARTI SCENA OCTAVA.

### STROBILUS.

Pici divitiis, qui aureos montes colunt,

Ego solus supero. nam istos reges ceteros

Memorare nolo, hominum mendicabula.

P. eud. 2. P. eod.

1. *Pici divitiis.* ] Nonius, *Picos*. veteres esse voluerunt, quos Gr. χρύσειοι appellant. Et hi ex montibus Hyperbolicis aurum effodere creduntur. *Herodo-*

tus etiam χρύσειοι χρυσόβλανας memorat apud *Arimaspos* gentem Scythicam. *Scal.* Vide *Turneb.* lib. 23. 26. & l. 24. 23.

Ego

S. D. N.

Ego sum ille rex Philippus. ô lepidum diem!

5 Nam ut dudum hinc abii, multo illuc adveni prior,  
Multoque prius me collocavi in arborem:  
Indeque expectabam ubi aurum abstrudebat  
senex.

*I. Gail. indc  
a'pectabam;*

Ubi ille abiit, ego me deorsum duco de arbore;  
Effodio aulam auri plenam. inde ex eo loco

10 Video recipere se senem: ille me non videt.

*I. Gail. indc  
even illuc  
video, &c.*

Nam ego modo declinavi paulum me extra viam.  
Attat! eecum ipsum. ibo, ut hoc condam domum.

*3. Duce.] Id est, descendo, demitto me sensim. Boxhorn. Vide Bacchid. 4. 2.*

## ACTUS QUARTI SCENA NONA.

EUCLIO, LYCONIDES.

**P** Erii! interii! occidi! quo curram? quo non curram?

Tene, tene! quem? quis? nescio, nihil video, cæcus  
eo; atque

Equidem quo eam, aut ubi sim, aut qui sim, nequeo cum  
animo

Certum investigare. obsecro vos ego, mihi auxilio,

5 Oro, obtestor, sitis, & hominem demonstratis, qui eam ab-  
stulerit,

Qui vestitu & creta occultant sese, atque sedent quasi sint  
frugi.

Quid ais tu? tibi credere certum est. nam esse bonum, è vul-  
tu cognosco.

Quid

1. **P** Erii, interii.] Vide notas Captiv.

*Aët. 3. Sc. 5. Pl. 45.*

2. *Tene, tene.] Furem insequentes elamabant etiam, Prebenda furam. Beiff.*

3. *Et creta.] Elegante nitidoque & mundo vestita cretatoque. Scribitur in homines tenuiores: quibus cum copia murandæ togæ non esset, tamen ut nitidi & melioris fortunæ apparent, sub dies Ludorum togulam suam incretabant. Lipsius. Plin. lib. 35. 15. & 17.*

7. *Quid ais tu.] Ex abrupto ad alium, forte sibi oblatum, sermonem Euclio convertit, priori sententia nondum*

*expleta. Boxhornius.*

8. *Novi omnes.] Nihil hic video quod morari lectorem possit. Dicit, se scire fures esse in cavea complures, non mirandum si prius dixerit se novisse omnes. Oportet omnes noverit, qui sciret, qui fures ex illis, & qui non. Se dhomo hic turbatus & quod amiserat quærens, cum & omnibus qui in cavea essent, eam sibi demonstrari peteret, cum nemo responderet, & omnes riderent, omnes se novisse ait, & fures esse complures. Non alia sententia existeret ex eorum correctione, homines novi. Salmastius.*

L 3

11. Tan-

Quid est? quid ridetis? novi omnes, scio fures esse hic complures.

Hem, nemo habet horum! occidisti. dic igitur, quis habet? nescis!

10 Heume miserum, miserum! perii male perditus! pessume ornatus eo

Tantum gemiti & malæ mœstitiæ hic dies mihi obtulit,  
Famein & pauperiem: perditissimus ego sum omnium in terra.

Nam quid mihi opus est vita, qui tantum auri perdidisti?

Quod custodivi sedulo. egomet me defraudavi,

15 Animumque meum, geniumque meum. nunc eo alii lætificantur,

Meo malo & damno: pati nequeo.

Ly. Quinam homo hic ante ædis nostras ejulans conqueritur mœrens?

Atque hic quidem Euclio est. est, opinor, oppido ego interii! palam est res.

Scit peperisse jam, ut ego opinor, filiam suam. nunc mihi incertum est,

20 Quid agam. abeam an maneam? an adeam? an fugiam?  
quid agam edepol nescio.

11. *Tantum gemiti.* ] Pro gemitus: ut senati, &c. T.

16. *Pati nequeo.* ] Id est, vivere, durare. Vide ad Senecæ Thyestem p. 470. Gronov.

17. *Ejulans.* ] Cic. Tusc. lib. 2. *Ingemiscere nonnunquam viro concessum est, idqueraro: ejulare ne mulieri quidem,* &c. Horat. 10. Epod. *Et illa non virili ejulatio.* Lamb.

### ACTUS QUARTI SCENA DECIMA.

EUCLIO, LYCONIDES.

Quis homo hic loquitur? Ly. ego sum. Ev. immo ego sum miser, & misere perditus,

Cuitanta mala, mœstitudoque obtigit. Ly. animo Ed. Ald. mala mœstitudo.  
bono es.

Ev. Quo obsecro pacto esse possum? Ly. quia istuc facinus quod tutum

Sollicitat animum, id ego feci, & fateor. Ev. quid ego ex te audio?

Ly. Id

5 LY. Id quod verum est. Ev. quid ego emerui, adolefcens, mali,

*Deus, quid ego de te emerui.*

Quamobrem ita faceres, meque meosque perditum ires liberos?

LY. Deus impulsor mihi fuit, is me ad illam illexit. Ev. quo modo?

LY. Fateor peccavisse, & me culpam commertitum scio. Id adeo te oratum advenio, ut animo æquo ignoscas mihi.

10 EV. Cur id ausus facere, ut id quod non tuum esset tangeres?

LY. Quid vis fieri? factum est illud. FIERI infectum non potest.

Deos credo voluisse. nam nō vellent, non fieret, scio.

EV. At ego Deos credo voluisse, ut apud te me in nervo enicem,

LY. Ne istuc dixis. Ev. quid tibi ergo meam me invito tactio est?

15 LY. Quia vini vitio atque amoris feci. Ev. homo audaciflume,

Cum istacin' te oratione huc ad me adire ausum, impudens?

Nam si istuc jus est, ut tu istuc excusare possies,

Luce claro deripiamus aurum matronis palam,

*Non. Pal. Clara.*

Post id, si prehensi sumus, excusemus, ebrios

20 Nos fecisse amoris causa. nimis vile' st vinum atque amor,

*Heus. nimis utile est.*

Si ebrio atque amanti impune facere, quod lubeat, licet.

LY. Quin tibi ultro supplicatum venio ob stultitiam meam.

Ev. NON

6. **P** *Erditum ires.* ] Vid. Persa 1. 2. 7. *Deus impulsor.* ] Significat Cupidinem; à quo impulsus fuit ad filix amorem, & ad illam corrumpendam. *Lambin.*

13. *In nervo.* ] Id est, ut apud te mihi laqueo, seu potius ferreo vinculo, interstringam gulam. *Lambin.*

14. *Tactio est.* ] Est ambiguitas in tangere, quod & furari, (unde *ragaces* pro furibus) & cum muliere rem habere significat. *Horat. 1. Sat. 2. matronam nullam ego tango.* *Passerat. Epid. 2. 2. Meam.* ]

*Scil. ollam, ut quidem Euclio sentit: filiam, ut Lyconides. Lambin.*

18. *Luce claro.* ] Argumentum ab absurdo, & improbabili consequenti. Sic enim legendum: non clara: quod & *Nonius* tutatur. *Cic. 3. Offic. luce claro in foro saltet. Lambin.*

20. *Nimis vile.* ] Id est, non potest satis magno emi vinum atque amor, siquidem vinum ebrio, amor amanti dant omnium facinorum licentiam & impunitatem. *Lamb.*

22. *Stultitiam.* ] Dicit, *stultitiam*: quoniam

Ev. NON MIHI homines placent, qui, quando male fecerunt, purgant.

Tu illam scibas non tuam esse: non attactam oportuit.

25 LY. Ergo quia sum tangere ausus, haud causificor quin eam Ego habeam potissimum. Ev. tun' habeas me invito meam? LY. Haud te invito postulo: sed meam esse oportere arbitror. Quin tu eam invenies, inquam, meam illam esse oportere, Euclio.

Ev. Nisi refers. LY. quid tibi ego referam? Ev. quod surripuisti meum.

30 Jam quidem hercle te ad prætorem rapiam, & tibi scribam dicam.

LY. Surripio ego tuum? unde? aut quid id est? Ev. ita te amabit Juppiter,

Ut tu nescis? LY. nisi quidem tu mihi, quid quæras, dixeris.

Ev. Aulam auri, inquam, te reposito, quam tu confessus mihi

Te abstulisse. LY. neque edepol ego dixi, neque feci. Ev. negas?

35 LY. Pernego immo. nam neque ego aurum, neque istæ aula quæ fiet,

Scio, nec novi. Ev. illam, ex Silvani luco quam abstuleras, cedo.

I, refer: dimidiam tecum potius partem dividam.

Tamet si fur mihi es, molestus non ero. i verò,

*Herald. molestus non ero furi: poter.*

refer.

LY. Sanus tu non es, qui furem me voces. ego te, Euclio,

40 De alia re rescivisse censui, quod ad me attinet.

Magna

niam stolida omnia, quia abest malignitas, misciando. *Boxhorn.*

25. *Haud causificor.* ] Non recuso, *ὀχι φασίζομαι. Lamb.*

28. *Quin tu, &c.* ] Qui civem Romanam vitiat, aut eam indotatam ducere, aut si hoc recusaret, capitis argui consuevit. Nec intererat, filiusne familias esset; an paterfamilias; ut testatur expressè *Terent. Adolph. Ravard.*

29. *Nisi refers.* ] *Ἄποστρέψαι* scil.

pœnas de te meritas sumam. *Lambin.*

30. *Raptam.* ] Dixit, ut perturbatus nam ad Prætorem ducere, & in jus vocare licebat; rapere non licebat, nisi ei, qui antestatus esset. *Lamb. Scribam dicam.* ] *Γραφόμεν δίκην*, id est, accusabo; nam *γράφω* apud Græcos etiam accuso signat, id est, *δίωκω, κἀνομιώ.* Δίκην autem sunt *κρίσις & ἵκελίμματα. Longol.*

40. *De aliare rescivisse censo, quod.* ] De hoc genere loquendi scriptissimus *Obser.*

Magna est res, quam ego tecum otiose, si otium est, cupio loqui.

Ev. Dic bona fide: tu id aurum non furtipuisti? *Ly. bona.*

Ev. Neque scis quis abstulerit. *Ly. istuc quoque bona.*

Ev. atque id si scies,

Qui abstulerit, mihi indicabis? *Ly. faciam.* Ev. neque partem tibi

45 Ab eo, quique est, inde posces: neque furem excipies? *Nov. in diploca.*  
*Ly. ita.*

Ev. Quid si fallis? *Ly. tum me faciat quod volt magnus Juppiter.*

Ev. Sat habeo. age nunc loquere quid vis. *Ly. si me novisti minus,*

Genere qui sim gnatus; hic mihi est Megadorus avonculus:

Meus fuit pater Antimachus: ego vocor Lyconides:

50 Mater est Eunomia. Ev. novi genus. nunc quid vis? id volo Noscere. *Ly. filiam ex te tu habes.* Ev. immo eccillam domi.

*Ly. Eam tu despondisti, opinor, meo avonculo.* Ev. omnem rem tenes.

*Ly. Is me nunc renunciare repudium jussit tibi.*

Ev. Repudium, rebus paratis, atque exornatis nuptiis?

55 Ut illum di immortales omnes deæque, quantum est, perdunt,

Quem propter hodie auri tantum perdidisti, infelix, miser.

*Ly. Bono animo es, & benedice. nunc quæ res tibi & gnatae tuæ*

Bene

Observat. 3. 2. *Gronovius.*

42. *Dic bona fide.* ] Utabant &, *Per fidem*, simpliciter. Petron. Et, *Per fidem*, inquam, pater, cujus hac navis est, aut quos vebat, dicere potes? Et, *Per fidem*, id est, dic per fidem. Sanctissimum erat jusjurandum; *Per fidem*. Herald.

45. *Neque furem excipies.* ] Quod Nonius explicat, *excusabu vel celabu*, dubitant an satis proprie: ipsi malint respici ad Festi *Excipuum*. Alius, imo ait proprie: non uteris *αποσπονδισία*. quicumque tandem sit, quem tu furem esse cogno-

ris, indicabis. Recte Nonius, *celabu*: nam qui recipit vel receptor est; dat locum delitescendi. Hoc autem est hic *excipere*. Sic Cicero pro l. Manilia de Mithridate: *Hunc in illa fuga Tigranes rex excipit, dissidentemque rebus suis confirmavit.* Gronov.

51. *Eccillano.* ] Vide Milit. act. 3. 1.

53. *Renunciare repudium.* ] Remisit tibi per me repudium. *Lambin.*

57. *Quæ res tibi.* ] Formula precandi solemnis, qua utebantur initio rei cui jussit gerendæ, negotiique contrahendi. *Lamb.*

Bene feliciterque vortat. Ita di faxint, inquit.

Ev. Ita di faciant. Ly. & mihi ita di faciant. audi nunc jam,

60 Qui homo culpam admisit in se, nullus est tam parvi preti,  
 Quin pudeat, quin purget se. nunc te obtestor, Euclio,  
 Si quid ego erga te imprudens peccavi, aut gnatum tuam,  
 Ut mihi ignoscas, eamque uxorem mihi des, ut leges jubent;  
 Ego me injuriam fecisse filiae fateor tuae,

65 Cereris vigiliis, per vinum, atque impulsu adolescentiae.

Ev. Hei mihi! quod facinus ex te ego audio? Ly. cur  
 ejulas?

Quem ego avom feci jam ut eses filiae nuptiis:

Nam tua gnata peperit, decumo mense post: numerum cape:

Ea re repudium remisit avunculus causa mea.

70 I intro, exquire, sitne ita, ut ego praedico. Ev. pe- Prise. ex-  
quere.

rui oppido!

Ita mihi ad malum malae res plurimae se agglutinant.

Ibo intro, ut quid hujus veri sit, sciam. Ly. jam Pr. C. quid hu-  
jus rei sit.

te sequor,

Haec proponendum jam esse in vado salutis res videtur.

Nunc servom esse ubi dicam meum Strobilum, non reperio,

75 Nisi etiam hic opperiar tamen paulisper; postea intro

Hunc subsequar. nunc interim spacium ei dabo exquirendi

Meum factum ex gnatae pedisequa nutrice anu. ea rem  
 novit.

62. *Si quid ego erga te.* ] Camera-  
 rianus: *Ut si quid ego.* Mss. Pall. *Ut*  
*quid ego*, ut & Junianus. Edd. vete-  
 res: *Ut quod ego.* Et sic tres Vossia-  
 ni cum Academico & Gudiano. Nec  
 mutandum est: est enim elegans re-  
 petitio particulæ *Ut*, de qua in Bac-  
 chides & ad Livium diximus. Grono-  
 vius.

63. *Leges jubent.* ] Jubent enim le-  
 ges cum, qui virginem vitavit, eam  
 aut dotare, aut uxorem ducere. Lam-  
 binus.

67. *Quem hodie ego avom.* ] Genus  
 loquendi permixtum. Vid. Epid. 4. 2.  
 T.

68. *Numerum cape.* ] Id est, accipe.  
*Nonius.* Tempus supputa, sc. à θεομο-  
 φορείου. Taubm.

73. *In vado.* ] In salute explorata  
 & certa. Sic *Tarent.* Andr. act. 5. sc. 2.  
*Omnis res est jam in vado.* ubi Dona-  
 tus, *In vado, id est, in securitate. nam*  
*ut in profundo periculum est, ita in vado se-  
 curitas.* Lamb.

77. *Anu.* ] Staphyla.

## ACTUS QUINTUS.

STROBILUS, LYCONIDES.

**D**I immortales, quibus & quantis me donatis  
gaudiis, Acid. quibus  
med oneratis  
gaudiis!

Quadrilibrem aulam auro onustam habeo: quis me est di-  
vitiior?

Quis me Athenis nunc magis quisquam est homo, cui Di  
sint propitii?

LY. Certo enim ego vocem hic loquentis modo me audire vi-  
sus sum. ST. Hem!

Herumne ego aspicio meum? LY. video ego hunc Stro- Lamb. vj-  
deon' ego  
hinc ST.  
bilum, servum meum?

ST. Ipsus est. LY. haud alius est. ST. congregiar. LY. con-  
tollam gradum. MSS. aliud.

Credo ego illum, ut iussi, campse anum adirse, hujus Nutricem  
virginis.

ST. Quin ego illi me invenisse dico hanc prædam, atque  
eloquor?

Igitur otabo ut manu me mittat. ibo atque eloquar.

Kepperi. LY. quid repperisti? ST. non, quod pueri cla-  
mitant,

In faba se repperisse. LY. jamne autem, ut soles,  
deludis? Alii, mo  
ludis?

ST. Here, manè, eloquar, jam ausculta. LY. age ergo loque-  
re. ST. repperi hodie,

Here, divitias nimias. LY. ubi nam? ST. quadrilibrem, in-  
quam, aulam auri plenam.

LY. Quod

6. **C**ontollam.] Id est, congregiar. nam  
contollere, valet, conferre: ut  
protollere, proferte. Lambin.

8. **Quin ego illi.**] Moribus receptum,  
ut servus interdum cum domino quasi  
pacifceretur in certum pretium, quod si  
exolvisset, liber esset. Id pretium è pec-  
culio servi, vel adventitio lucro. Sen.  
Epist. 80. Qui cum frugi essent, raro  
serviebant ultra quinquennium; teste

ipso Tullio Philippica 8. Gruter.

9. **Manu me mittat.**] Manumitti ser-  
vus dicebatur, cum dominus aut caput ejus  
servi, aut aliud membrum teneret, dicebat:  
hunc hominem liberum esse volo; & emit-  
tebat eum manu. Festus.

11. **In faba, &c.**] Ne existimes rem  
nihil, puta vermiculum, quem midam  
vocant, me reperisse; sed quiddam pre-  
tiosum. Lambin.

21. *Al*



LY. Quod ego facinus audio ex te? ST. Euclioni huic seni  
furtipui.

15 LY. Ubi id est aurum? ST. in arca apud me. nunc volo me  
emitti manu.

LY. Egone te emittam manu, scelerum cumulatissime? ST. abi  
here, scio

Quam rem geras, lepide, hercle, animum tuum tenta-  
vi. jam

Ut eriperes, apparabas. quid faceres, si repperissem?

LY. Non potes probasse nugas. i, redde aurum. ST. reddam  
ego aurum?

20 LY. Redde inquam: ut huic reddatur. ST. ah, unde?

LY. quod modo falsus es esse

In arca. ST. soleo, hercle, ego garrere nugas: ita loquor.

LY. at scin'

Quomodo? ST. vel hercle enica, nunquam hinc fe-  
res à me.

21. *At scin' quomodo.*] Vide notas  
Amph. A& 1. Sc. 1. ff. 200.

*Ioannes Mcurfius* scenam, quæ nunc  
est ultima, fide Codicis sui ita supplet.  
Quæ quidem & in editione, quam Si-

*mon* quidam *Carpentarius Parisiis* ante  
seculum procuravit, verbatim ita legun-  
tur: ut & in *Gryphii Lugdunensi*, & *Her-  
vagii Basiliensi*. Taubm.

## S U P P O S I T A.

- Q**uid hic quondam pervicius addit? Non. enstojem addidit.  
 Non feramini unquam? *St.* quod non habeo. *Ly.* efferaris cave,  
 Niti auctutum seni id auri redditio est. *St.* sive perpensus ferar  
 Libitinaris, sive pollinctorius efferar, nunquam dabo nisi fodiam  
 5 *Noviter arrogiam.* *Ly.* vah capiti tuo. *St.* immo senis & capiti  
 Et pectori, qui auri tantum perdidit. *Ly.* quis repperit?  
*St.* Quem repperisse vis. *Ly.* qui in arca illud subreptum habere  
 Autumat. *St.* quam pulcre tibi, here, conniverent oculi, si id  
 Factum fateor. ludo: quod lusi tecum, non par est identidem  
 10 *Serio vortier.* *Ly.* at nunc jam ne me irritassis, i, & aurum  
 Redde: susque deque haud agites. *St.* here, id si reperibitur,  
 Certum est geminam te lanceam consistentem iccre. *Ly.* i, & redde.  
*St.* Vis crallum? *Ly.* i, & redde. *St.* atat incassum quæritas.  
*Ly.* I, & redde. ego ad senem propero, ut quid comitiis  
 15 *Proxumis videam.* Senex aulam auri perdidit, Megadorus  
 Repudium renunciat. Filiam peperisse vitio rescit. *St.* hero  
 Meo, quantum ego video, nemo est benignior. Alii non quod  
 Inventum est non occulunt, modo negant: occulunt vaniloqui.  
 Sed aliud post aliud si qua sit opportunitas, harpagatum  
 20 *Volunt, si Eleusiniæ sit,* facilem deam creduant; si cotytto:  
 Non videre quem baruat. Ita neque amicis, neque cognatis,  
 Neque dis parant, dum bene parant sibi. istic quidem,  
 Ne miserum faciat senem, aut illius familiam opulentam,  
 Auri aulam, grandem, onustam, plenam, referri jubet,  
 25 *Ut se faciat olim miserum, atque suam familiam.* Ast ego partem  
 Impartiri malim, unde redimar. Quod vortet bene, picus  
 A sinistris cantitat, qui auri custos hercle olim traditur.  
 Ibo, & aulam referam: quod illæc mihi bene avis occinat.

**V**erum nihilominus sic etiam muti-  
 la est. Quia vera hæc *COMŒDIA*,  
 si ulla alia, frequentissime non legi so-  
 lum, sed doceri agique solet: nec facile  
 applausum mereri poterit, si ipsa solemini  
 illo suo *PLAUDERE* careat; patiamini  
 quæso, Persii nostri pannum illum *Bono-*  
*niensem* purpuræ hujc *RŒMANÆ* interca  
 sic ad sui: dum forte melius quid ab ali-

quo vestrum impetretur. Erant quidem  
 ad manum aliorum etiam *Supplementa*,  
 nec displicebant, imprimis *Ioach. Cam-*  
*rarii*, & *Georgi Reinmanni*, *Profess. Re-*  
*giom.* elegantissimi certe ingenii & do-  
*ctrinæ*: sed quia ille *Codrus* à multis jam  
 annis in *Quatuordecim* sedit, loco etiam  
 pellere & excitare novus ego *Oceanus*  
 aut apparitor forte non debui. *Taurin.*

S U P P L E M E N T U M  
A U L U L A R I Æ.

ANT. CODRO URCERO, Italo Scholastico & Profefsote  
Bononiensi, auctore, qui vixit sub Impp.  
Sigifmundo & Friderico III. Aug.

————— *quod non habeo. LY. feram:*

- V** Elis nolis; cum te quadrupedem strinxero:  
Et hermafros testes ad irabem tibi  
Divellam appenso. Sed cur in fauces moror  
Hujus scelesti ruere? & animam proinus
- 5 Cur non compello facere iter præposterum?  
Das, an non? ST. dabo. LY. des ut nunc, non olim volo:  
ST. Do jam: sed me animam recipere suas te rogo.  
Ah ah! quid, ut dem, posteis, here? LY. nescis, scelus?  
Et aulam auri plenam quadrilibrem mihi
- 10 Audes negare, quam dixi modo  
Te arripuisse? heja, jam ubi nunc lorarii?  
ST. Here, audi pauca. LY. non audio, lorarii,  
Heus heus. LOR. quid est? LY. patari catenas volo:  
ST. Audi quæso, post me ligare jussuris
- 15 Quantum liber: LY. audio: sed rem expedias ocuis:  
ST. Si me torqueri jussuris ad necem, vide  
Quid consequare. primum servi exitium habes:  
Deinde, quod concupiscas, ferre non potes.  
At si me dulcis libertatis præmio
- 20 Dudum captasses, jamdudum votis fores  
Tuis potitus. Omnes Natura parit liberos;  
Et omnes libertati natura student.  
Omni malo, omni exitio; peior servitus:  
Et quem Juppiter odit, servom hunc primum facit.
- 25 LY. Non stulte loqueris. ST. audi reliqua nunc jam:  
Tenaces nimium dominos nostra ætas tulit.  
Quos Harpagones, Harpyas & Tantalos  
Vocare soleo, in opibus magnis pauperes;  
Et sitibundos in medio Oceani gurgite:
- 30 Nullæ illis satis divitiæ sunt, non Midæ;  
Non Cræsi: non omnis Persarum copia  
Explere illorum Tartaream ingluviem potest:  
Inique domini servis utuntur suis,  
Et servi inique dominis nunc parent suis:
- 35 Sic fit neutrobi, quod fieri justum foret:  
Penum, popinas, cellas promptuarias

- Occludunt mille clavibus parei senes.  
 Quæ vix legitimis concedi natis volunt,  
 Servi furaces, versipelles, callidi,  
 40 Occlusa mille clavibus sibi referant;  
 Furtimque raptant, consumunt, liguriunt:  
 Centena nunquam furta dicturi cruce:  
 Sic servitum ulciscuntur servi mali  
 Rifu jocisque. Sic ergo concludo, quod  
 45 Servos fideles liberalitas facit.  
 Ly. Recte quidem tu, sed non paucis, ut mihi  
 Pollicitus. Verum si te facio liberum,  
 Reddes, quod cupio? St. reddam: sed testes volo  
 Adfint: ignosces here? parum credo tibi.  
 50 Ly. Ut lubet; adfint vel centum; jam nil moror.  
 St. Megadore, & tu Eunomia, adeste precor, si libet.  
 Exite: perfecta te mox redibitis.  
 Ms. Qui nos vocat? hem Lyconide. Ev. hem Strobile, quid est?  
 Loquimini. Ly. breve est. Ms. quid est? St. vos testes voco.  
 55 Si quadrilibrem aulam auri plenam huc adfero,  
 Et trado Lyconidæ, Lyconides me manu  
 Mittit; jubetque juris esse me mei.  
 Itane spondes? Ly. spondeo. St. jamne audistis hoc  
 Quod dixit? Ms. audivimus. St. jura enim per Jovem.  
 60 Ly. Hem quo redactus sum alieno malo!  
 Nimis procaz es. quod jubet, faciam tamen.  
 St. Heus tu, nostra ætas non multum fidei gerit:  
 Tabulæ notantur: adfunt testes duodecim:  
 Tempus locumque scribit actuarius;  
 65 Tamen invenitur Rhetor, qui factum neget.  
 Ly. Sed me cito expedi sis. St. hem silicem tibi.  
 Ly. Si ego te sciens fallam, ita me ejiciat Diespiter  
 Bonis, salva urbe & atce, ut ego hunc lapidem. Satin  
 Jam feci tibi? St. satis. ut ego aurum apportem, eo.  
 70 Ly. I Pegaseo gradu, & vorans viam redi.

LYCONIDES, STROBILUS, MEGADORUS,  
 EUNOMIA, EUCLIO.

- G**Rave est homini pudenti morologus nimis  
 Servus, qui sapere plus volt hero suo.  
 Abeat hic Strobilus in malam liber cruce,  
 Modo mihi apportet aulam auro puro gravem;  
 5 Ut Euclionem socerum ex luctu retraham  
 Ad hilaritatem, & mihi conciliem filiam,  
 Ex compressu meo novam puerperam.  
 Sed ecce redit onustus Strobilus: ut teor,  
 Aulam apportat. & certe est aula, quam gerit,

- 10 **St.** Lyconide, apporto inventum promissum tibi,  
Aulam auri quadrilibrem. num serus fui? 151. Verus.  
**Ly.** Nempe. ô dii immortales, quid video, aut quid habeo?  
Plus sexcentos Philippeos ter & quater.  
Sed evocemus Euclionem proinus.
- 15 **Ly.** O Euclio, Euclio. **Me.** Euclio, Euclio. **Ev.** quid est?  
**Ly.** Descende ad nos: nam dii te servatum volunt.  
Habemus aulam. **Ev.** habetisne, an me deluditis?  
**Ly.** Habetis, inquam. modo, si potes, huc advola.  
**Ev.** O magne Juppiter! ô Lar familiaris, &
- 20 **Regina Juno,** & noster thesaurarie  
Alcide, tandem miserari miserum senem!  
Oh, oh, quam lætis, aula, tibi amicus senex  
Complector ulnis, & te dulci capio osculo!  
Expleri nequeo mille vel complexibus.
- 25 **O spes,** ô cor! luctum depulveraus meum.  
**Ly.** Auro carere semper duxi pessimum  
Et pueris, & viris, & senibus omnibus.  
Pueros proflare cogit indigentia,  
Viros furari, mendicari ipsos senes.
- 30 **At** multo pejus est, ut video nunc, supra  
Quam quod necesse est vobis auro opulescere.  
Heu quantas passus est ærumnas Euclio,  
Ob aulam paulo ante à se deperditam!  
**Ev.** Quoi meritas referam grates? an diis, qui bonos
- 35 **Respectant** homines? an amicis, rectis viris?  
An utrisque? utrisque potius. Et primum tibi,  
Lyconide, principium & auctor tanti boni,  
Hac ego te aula auri condono: accipias libens:  
Tuam hanc esse volo, & filiam meam simul,
- 40 **Præsente** Megadoro, & Sorore, ejus proba  
Eunomia. **Ly.** & habetur, & refertur gratia,  
Ut meritus es, Socer exoptatus mihi, Euclio.  
**Ev.** Relatam mihi satis putabo gratiam,  
Si donum nostrum, & me ipsum, accipias nunc libens.
- 45 **Ly!** Accipio, & Euclionis volo mea sit domus.  
**St.** Quod restat, hère, nunc memento, ut sim liber.  
**Ly.** Recte monuisti: Esto merito liber tuo,  
O Strobile, & turbatam jam intrus coenam para.  
**St.** Spectatores, naturam avarus Euclio
- 50 **Mutavit:** liberalis subito factus est.  
Sic liberalitate utimini vos quoque:  
Et, si Fabula perplacuit, ètate plaudite.

FINIS AULULARIÆ.

M. ACCI PLAUTI,  
CAPTIVEI.

DRAMATIS PERSONÆ.

ERGASILUS, *Parasitus.*  
HÉGIO, *senex.*  
LORARIUS.  
PHILOCRATES. } *Captivi.*  
TYNDARUS. }  
ARISTOPHONTES.  
PUER *Hegionis.*  
PHILOPOLEMŪS.  
STALAGMŪS.  
GREX.

ARGUMENTUM, ut quibusdam videtur,

PRISCIANI.

**C**aptus est in pugna Hegionis filius.  
 Alium quadrimum fugiens servus vendidit.  
 Pater captivos commercatur Alios,  
 Tantum studens, uti natum recuperet.  
 Et in ibus emit olim amissum filium.  
 Is suo cum domino veste versis ac nomine,  
 Ut amittatur fecit: ipse plectitur.  
 Et is reduxit captum & fugitivum simul,  
 Indicio cujus alium agnoscit filium.

2. **A** *Lium quadr.*] Id est, alterum Hegyonis filium, Pzgnium: qui postea dictus est Tyndarus. *Alim* pro alter. *Taubm. Servus.*] Stalagmus vendidit Theodoromedi.  
 3. *Alis.*] Id est, Elios, ab urbe Elide.  
 4. *Natum.*] Philopolemum. nam de alioro nulla spes erat. *Taubm.*  
 6. *Is.*] Tyndarus, qui servit Philo-

crati. *Taubmannus.*

7. *Amittatur.*] Id est, dimittatur. *D.*  
 8. *Et ut red.*] Philocrates Pseurotyndarus reduxit & Philopolemum & Stalagmum, qui olim Philocratis patri venderat Pzgnium. *Lambinus.*  
 9. *Alium.*] Tyndarum, eundemque Pzgnium, quem putabat esse servum. *Taubm.*

ALIUD ARGUMENTUM

CAMERARI I.

**F**abulæ huic nomen CAPTIVI DUO. Inter Plautinas omnes hæc & argumento & expositione optima est & elegantissima. Ipse etiam Poëta hanc commendat ut publice scriptam. Multæque bonæ sententiæ in hac insunt, & eximie fidei exemplum servi erga herilem filium. Cum enim bellum esset inter Ætolos & Elienses, capitur Philopolemus Ætolus, Hegionis filius, itemque Eliensis Philocrates. Hunc Hegio una dum servo Tyndaro emit, quod speraret, posse aliqua permutatione captivorum, recuperare se filium suum. Sed inter dominum & servum convenit, ut servus se dominum esse simularet. Ita dimissus æstimatus Philocrates ut servus, rediit in patriam. Fraude detecta per alterum captivum Aristophontem, vehementissime irascitur Senex, & Tyndarum compeditum in lapidicinas conjicit. Hic erat filius ipseus, furto surreptus ætate puerili à servo. Interea revertitur Philocrates, & adducit filium Hegionis, & servum etiam illum furem. Itaque agnitus Tyndarus in libertatem & familiam suam restituitur. ARGUMENTUM ita est sumptum quasi res geratur in Ætolia.

PROLO.

## P R O L O G U S.

**H**OS quos videtis stare hic captivos duos;  
 Illi qui astant, hi stant ambo, non sedent:  
 Vos vos mihi testes estis me verum loqui.  
 Senex qui hic habitat, Hegio est hujus pater.  
 5 Sed is quo pacto serviat suo sibi patri,  
 Id ego hic apud vos proloquar, si operam datis.  
 Seni huic fuerunt filii nati duo,  
 Alterum quadrimum puerum servus surpuit,  
 Eumque hinc profugiens vendidit in Alide  
 10 Patri hujusce. jam hoc tenetis? optimum est.  
 Negat, hercle, ille ultimus. accedito.  
 Si non ubi sedeat locus est, & ubi ambules,  
 Quando histrionem cogis mendicariet.  
 Ego me tua causa, ne erres, non rupturus sum;  
 15 Vos qui potestis ope vestra censerier,  
 Accipite reliquom. alieno uti nihil moror.

*Æt. Ling.*  
 Alida,

## Fugiti-

1. **H**Os quos. ] Constructio est, qualis illa Terent.

*Eunuchum quem dedisti nobis, quas turbas dedit!*

Item Amphitr. act. 4. r.

*Naucratem quem convenire volui, in navi non erat.*

Ridiculum hoc est Mureto, at non aliter quoque Cicero. Gruter.

2. Illi. ] Pro, illic.

4. Est hujus. ] Tyndari.

9. Alide. ] Pro, Elide. Elii Achaiz oppidum. Sic autem restituit Turnebus. quod portigendum est ad omnes locos, in quibus legitur, *Alidi, Alu, Anlidu.* Lamb.

11. Negat hercle. ] *Ἀποστροφὴ*, ad quandam obstrepentem Prologo, de ultima cavea. Camer.

13. Mendicariet. ] Histrionem, cui obstrepit, vocem plerunque obtundit clamando: ravi autem contracta, exhibilatur. atque ita arte histrionica deserta cogitur mendicare. Nonius: *Mendicariet, pro mendicare.* Lamb.

14. Tua causa. ] Ego ea de causa, ut

tus, qui in extrema scena stas, Fabulae argumentum intelligas, me rupturus non sum. Pistoru.

15. *Opē vestra.* ] Id est, opibus vestris. Intelligit Quirites, quibus quinto quoque anno in lustrum ac censum Civium R. nomina suae ferre jus erat. *Tamb.*

16. *Accipite reliquom.* ] Lambinum & Douzam hic ajunt frustra esse: dici enim se nolle diu immorari dicendis ab argumento & instituto alienis. Immo ipsi frustra fuerit, non Douza. Ludit omnino Plautus in ambigua significatione *Reliquom*: quod si conjungatur *τὸ accipite*, est id quod de argumento dicendum restat, sed quod sequitur; ita continuatur, ac si significaret res alienum vel debitum. Sic Cicero ad Atticum: *Maxime me argit ratio reliquorum meorum.* Plinius lib. 3. epist. 19. *dum reliqua colonorum minuit.* Leg. 11. D. de condit. & dem. *vel pariatore vel reliqua habente.* Unde *reliquari, reliquatio; reliquator*, in libris juris. Pat Iustus Cistellariz prologo *Æt.* 40. quem locum opportune apposuit Douza. *Genev.*



- Fugitivus ille, ut dixeram ante, hujus patri,  
 Domo quem profugiens dominum abstulerat, vendidit.  
 Hic postquam hunc ermit, dedit eum huic gnato suo  
 20 Peculiarem: quia quasi una ætas erat.  
 Hic nunc domi servit suo patri, nec scit pater.  
 Enimvero DI NOS QUASI pilas homines habent.  
 Rationem habetis, quomodo unum amiserit.  
 Postquam belligerant Ætoli cum Aliis,  
 25 Ut fit in bello, capitur alter filius.  
 Medicus Menarchus erit ibidem in Alide,  
 Cœpit captivos commercari hic Alios,  
 Si quem reperire posset, cum quo mutet suum  
 Illum captivum. hunc suum esse nescit, qui domi est.  
 30 Et quoniam heri inde audivit, de summo loco  
 Summoque genere captum esse equitem Alium,  
 Nihil pretio parsit, filio dum parceret,  
 Reconciliare ut facilius posset domum,  
 Emit hosce de præda ambos de Quæstoribus.

M. T. Lang.  
 Alidus.

Gifan. de  
 Isti cum.

M. T. Lang.  
 Indandavit.

Hic

18. *Dominum.*] Domini sui Hegionis filium, & ita dominum sive herum minorem, Pægnium. Lamb.

19. *Hic.*] Theodromedes Philocratis pater. Lamb.

20. *Peculiarem.]* Peculiares servos nuncupatos esse servos vicarios, docet Tit. Popma.

21. *Hic nunc.]* Tyndarus.

22. *Di nos quasi pilas.]* Versant nos, & ut ipsis commodum est, male habent. Pila & officies viriles & muliebres ex lana Compitalibus suspendebantur in compitu, quod hunc diem festum esse deorum inferorum, quos vocant Laras, putarent; quibus tot pila, quod capita servorum, tot effigies, quos essent liberi, ponebantur; ut vivu parcerent, & essent hu pilu & simulacru consenti, &c. Festus. Atque hoc illud esse arbitror, quod etiamnum in superstitibus Romanæ antiquitatis monumentis Laræ Penatæque cum pilu depicti spectantur; quas in manibus gestantes vident quo pacto lubet: eoque haud dubie à callentissimo Poëta allusum. Donza.

23. *Cum quo mutet.]* Id est, pro quo

recipiat. Ut Ovidius in septimo: *Quem-quoque cum rebus, quas totus possidet orbis, Et tandem mutasse velim, id est, quem recipere, parare, meum facere velim, vel rebus omnibus aliis tanquam mercede data pro eo. Nam in permutatione non datur tantum, sed etiam accipitur: est igitur mutare rem cum re, tam accipere quam dare rem pro re. Et geritur negotium inter personas, utrimque aliquid dantes & aliquid accipientes: ideo & mutare quid cum aliquo homine bene dicitur. Sic Sallustio mancipia & pecus mutare cum mercatoribus vino ad-voletis est dare, Justino sexum cum matre mutasse & dedisse & accepisse. Male igitur hic tentare Plautum: male hæc genera loquendi aut carperunt, aut con- iuderunt. Gronov.*

30. *Indo.]* Ex Elide.

32. *Filio dum parceret.]* Dummodo filio suo consulere, eumque in libertatem vindicare. Lambin.

33. *Reconciliare.]* Recuperare.

34. *De quæstoribus.]* Urbanis scilicet, qui ætariam curabant. li & manubias hostium prædæque vendebant. Lamb.

40. *Expe-*

- 35 Hic autem inter sese hunc confinxerunt dolum,  
 Quo pacto hic servus suum herum hinc amittat domum,  
 Itaque inter se commutant vestem & nomina.  
 Illic vocatur Philocrates, hic Tyndarus.  
 Hujus illic, hic illius hodie fert imaginem,  
 40 Et hic hodie expediet hanc docte fallaciam,  
 Et suum herum faciet libertatis compotem.  
 Eodemque pacto fratrem servabit suum,  
 Reducemque faciet liberum in patriam ad patrem,  
 Imprudens: itidemque ut sæpe jam in multis locis  
 45 Plus insciens quis fecit, quam prudens boni.  
 Sed inscientes sua sibi fallacia  
 Ita compararunt & confinxerunt dolum:  
 Itaque hi commenti de sua sententia,  
 Ut in servitute hic ad suum maneat patrem:  
 50 Ita nunc ignorans suo sibi servit patri.  
 HOMUNCULI quanti sunt, cum recogito!  
 Hæc res agetur nobis, vobis Fabula.  
 Sed etiam est, paucis vos quod monitos voluerim.  
 Profecto expediet, Fabulæ huic operam dare.  
 55 Non pertractate facta est, neque item ut cæteræ;  
 Neque spurcidi insunt versus immemorabiles;  
 Hic neque perjurus leno est, nec meretrix mala,

Neque

40. *Expediet.* ] Explicabit, ad exitum perducet. *Lambin.*

46. *Sua sibi.* ] Sua ipsorum. *Lamb.*

47. *De sua sententia.* ] Nullis aliis in consilium adhibitis. Sic loquuntur boni sui prores: de consilii sententia: de amicorum sententia. *Lamb.*

51. *Cum recogito.* ] Sane quidam scripti, rem cogito: sed non omnium princeps *Camerarianus.* *Recogito*, sic, ut *Columella* lib. 1. *Qua cum animadverterem, saepe mecum retrahens cogitansque.* Utitur & *Cicero.* *Grænovius.*

52. *Hæc res agetur.* ] Non fabula ponitur hic sexto casu, nec vobis nobis est vobis nobisque. Mos *Comicorum*, ut loquantur, quasi ea comœdia non esset,

sed vera & non simulata res ageretur. *Vide* *Observationum* nostrarum in *Ecclesiasticos* scriptores caput secundum. *Nos*, inquit, hoc repræsentabimus ornari voce, vultu gestuque quasi rem veram; quasi essemus illi quibus hoc evenit: vobis id erit spectaculum & ludus. *Grænovius.*

53. *Sed etiam est.* ] Etiam, insuper, præterea. *Boxhorn.*

55. *Non pertractate.* ] Non scurriliter, aut lascivè. *Pertractare*, nostro vocabulum *Venerum* est. *Asin.* *Osculando orationis vinula venustula.* *Si papiam pertractavit.* *Scalig.* *Agellius* lib. 9.

56. *Versus immemorabiles.* ] Memoratu indigni, infandi. *Cistell. act.* 2. 1.

- Neque miles gloriosus. Ne vereamini,  
 Quia bellum Ætolis esse dixi cum Aliis.
- 60 Fortis illic extra scenam fiet prælia,  
 Nam hoc paræ iniquum est Comico choragio,  
 Conari de subito nos agere Tragediam.  
 Proin, si quis pugnam expectat, lites contrahat:  
 Valentiorem nactus adversarium
- 65 Si erit, ego faciam ut pugnam inspectet non bonam: *Boi. cernat.*  
 Adeo ut spectare postea omneis oderit.  
 Abeo. Valet, iudices iustissimi,  
 Domi, bellique, duellatores optumi.

61. *Comico choragio.* Id est, Comico instrumento & apparatus Scenarum: Fectus. Tragediæ enim aguntur choragio Tragico; Comædiæ, Comico. *Lambinus.*

63. *Proin, si quis.* Totius hujus loci hæc sententia est. Proinde, si quis pugna spectandæ cupidus est, lites & valentiorem in se adversarium excitet. Sic

fiet, ut pugnam inspectet tristem victo sibi & functam, adeo ut omnia pugnarum spectacula deinceps odio sui habiturus. *Bozhor.*

62. *Bellique.* Vult domi eos esse iustissimos iudices; & militiæ optimos bellatores. *Domi* autem *bellique*, id idem quod *Teientio*, *domi militiæque*. *Demostheni cæ cixix xxi cæ πρὸς μω.*

## ACTUS PRIMI SCENA PRIMA

## ERGASILUS.

**J**uventus nomen indidit scorto mihi,  
 Eo quia invocatus soleo esse in convivio.  
 Scio absurde dictum hoc derisotes dicere,  
 At ego ajo recte. nam in convivio sibi  
 5 Amator, talos cum jacit, scortum invocat.

Estne

1. *Nomen indidit Scorto mihi.* Turnebus hoc ex loco colligit parasitos appellatos fuisse scorta. Impudenter profecto: ac perinde ac si ex verbis his in Menæchmis, *Juventus nomen indidit Paniculo mihi*, aliquis cerneret parasitos omnes vocatos fuisse *Paniculos*. Uterque narrat, quid singulis ipsis acciderit; non quid universo generi: uterque refert nomen *αφροισθητικόν* in se uno factum esse *κώγων*. Illud planum ludi in ambiguo sensu *scortum* invocatum. Scortum invocabatur talos jaciendoribus in vino: ut *Alinatia* 5. 2. 55. & *Cuzculione* 2. 3. 77.

At ego sicubi cœnæ nidor nares percussit, adsum invocatus. Hinc mihi factus aliquis invocari solito nomen imposuit Scortio. Locus ex Truculentio, quem eodem torquet Turnebus, obscurus est & corruptus. *Gronovius.*

3. *Derisores.* Id est, parasitos & parasites: nam *Ridens* & *Irridens* veteribus pro *adulari* positum: triplexque genus Parasitorum fuit, *Derisores*, *Plagipatida* sive *Lacones*, & *Adulatores*. Nonius.

5. *Talos.* Vide *Perfa* act. 5. 1. *Mil.* 2. 2. *Alin.* 5. 2.

7. Pla-

Estne invocatum, an non? est planissime.  
Verum, hercle, verum nos parasiti planius,  
Quos nunquam quisquam neque vocat, neque invocat,  
Quasi mures semper edimus alienum cibum.

10 Ubi res prolatae sunt, cum rus homines eunt,  
Simul prolatae res sunt nostris dentibus.  
Quasi cum caletur, cochleae in occulto latent,  
Suo sibi succo vivunt, eos si non cadit:  
Item Parasiti rebus prolatis latent

15 In occulto, miseri victitant succo suo,  
Dum ruri rurant homines quos liguriant,  
Prolatis rebus Parasiti venatici  
Sumus: quando res redierunt, molossici  
Odiosique & multum incommodistici.

20 Et hic quidem, hercle, nisi qui colaphos perpeti  
Potis Parasitus, frangique aulas in caput,  
Vel ire extra portam trigeminam ad saccum licet.  
Quod mihi ne eveniat, nonnullum periculum est.

*Paſſ. pratercom.*  
*ad ſacculum.*  
*Lamb. pericu-*  
*lum eſt nunc.*

Nam

7. *Planius.*] Scilicet sumus invocati, id est, non vocati: quia neque ad coenam vocamur, neque in talorum iactu invocamur, &c. Ludit in ambiguo: nam, invocatus, est etiam ἀλλήλῳ, non vocatus, & quasi αὐτόμῳ & ἑξ αὐτίκῳ comparat. Ter. Eun. 5. 9.

— *Ut tua mihi domus*

*Te praesente, absente pateat; invocato ut sit locus semper.* Taubm.

10. *Res prolata.*] Et pro Muræna, rebus prolatis: & ad Attic. lib. 7. *rerum prolatio*: apud Cic. significatur negotiorum suspensio, & jurisdictionis silentium, vel iustitiam indicto belli temporibus, vel feris & vacationibus. Lucan. in Pison.

— *si quando iudice fessō*

*Turbida prolatis tacuerunt iurgia rebus.* Camer.

12. *Caletur.*] Dicitur, ut statim, sudatur. Cochlea autem alia est à restitudine, limax etiam dicta nonnullis. Gruter.

16. *Rurant.*] *Rurare*, interpretantur rusticari: ego, opus ruri facere, rus colere: ut *arare*, arvum colere. hinc, *Rurationis dii*, apud Apulejum, qui operi rustico faciundo praesunt. J. Gul.

17. *Venatici.*] *G*:aciles, macri, ad cibum quærendum expediti. Taubm.

18. *Quando res redierunt.*] *Q*uemadmodum *feriis res prolata*: ita iis exortis, rediisse, dicebantur. *Sicama molossici.*] Sic, odiosici & incommodistici, non sunt Latina nomina, sed à Plauto sub persona Parasiti, risus movendi causa, à molosso, odio, & incommodo, ita producta. Lambin.

20. *Nisi qui colaphos.*] Parasiti, etsi non servi, maxime tamen serviles erant, qui libertatem offa venalem habebant, ejusque gratia praeter irillum, disteria, colaphos, etiam ollas sibi in caput confringi permittebant. hæ ollæ cinere erant repletæ; ut nimirum eo per totum corpus effuso, majorem risum Praebitoribus suis exhiberent. Meurf.

24. *Portam trigeminam.*] Ita dicta à tergeminis Horatii & Curiatis: quæ eadem & *Ostiensis*: quod per eam iretur *Ostiam*. Lambin. *Ad sacculum.*] *Sacculum* locum fuisse puto extra Trigeminam portam, in quo pauperes stipem mendicantes sedebant: nam extra hanc portam mendicabula pauperum fuisse, multi

- Nam postquam meus rex est potitus hostium ;  
 25 Ita nunc belligerant Ætoli cum Aliis.  
 Nam Ætolia hæc est : illic captus est in Alide  
 Philopolemus hujus Hegionis filius  
 Senis, qui hic habitat : quæ ædes lamentariæ  
 Mihi sunt : quas quotiescunque conspicio , fleo.  
 30 Nunc hic ocepit quæstum hunc filii gratia  
 Inhonestum , maxime alienum ingenio suo.  
 Homines captivos commercatur , si queat  
 Aliquem invenire , suum quicum mutet filium.  
 Nunc ad eum pergam. sed aperitur ostium ,  
 35 Unde saturitate sæpe ego exii ebrius.

tis ex Cicero probare possem. Longol.

24. Rex. ] Vide Asinat. Potitus. ]  
 Ab hostibus captus est. Nos itam  
 aupertatem in paciore receptam le-

gem emollivimus. & interpretamus  
 verbum Potitus est, passive: subin-  
 telliginus, vi aut opera: sicut Χύ-  
 ces subintelligunt Græci, & Sallustius,  
 Scaliger.

## ACTUS PRIMI SCENA SECUNDA.

HEGIO, LORARIUS, ERGASILUS:

- A**Dvorte animum sistu: istos captivos duos,  
 Here quos emi de præda, de quæstoribus,  
 His indito catenas singularias;  
 Istas majores, quibus sunt vincti, demito.  
 5 Sinito ambulare, si foris, si intus volent;  
 Sed uti asserventur magna diligentia.  
**LIBER** captivus avis feræ contimilis est:  
 Semel fugiendū si data est occasio,  
 Satis est: nunquam post illam possis prendere,

Lo.

2. **Q**uæstoribus. ] Vide notas supra.  
 Plol. § l. 34.

3. **Catenas singularias.** ] Quæ sunt sin-  
 gularum librarum. Sic *balista centenaria*,  
 quæ saxa centum pondo jaciebant: *ta-*  
*lentaria*, quæ talenti pondo. *Turnebus*.  
*Lambinus singularias* interpretatur sin-  
 gulares, id est, simplices, infioresque:  
 atque has oppositas majoribus, patere ait  
 ex sequenti, *Istas majores, &c.* Alii in-

terpretantur *singulari*: quasi dicat: non  
 binas, sed singulis singularas.

5. **Si foris, si, &c.** ] Id est, sive, *Sehop*.  
 Vide Merc. 2. 2.

7. **Avis fera.** ] Avis enim fera è cavea  
 libenter evolat, neque postea redit: istam  
 lectionem requirit respons. § l. 14. *Turn-*  
*ebus*.

9. **Satis est.** ] *Tō satū*, conclamatum  
 est. *Scalig.*

- 10 LO. OMNES profecto liberi lubentius  
Sumus, quam servimus. HE. non videre ita tu quidem.  
LO. Si non est quod dem, mene vis dem ipse in pedes?  
HE. Si dederis, erit extemplo mihi, quod dem tibi.  
LO. Avis me feræ consimilem faciam, ut prædicas.  
15 HE. Ita ut dicis. nam si faxis, te in caveam dabo. *Lamb. nam  
no faxit.*  
Sed satis verborum est. cura quæ jussi, atque abi.  
ER. Quod ego quidem nimis quam cupio ut impetret;  
Nam illum recipit, nihil est quo me recipiam,  
Nulla juvenutis est spes: sese omnes amant.  
20 Ille demum antiquus est adolescens moribus:  
Cujus nunquam voltum tranquillavi gratiis.  
Condigne est pater ejus moratus moribus.  
HE. Ego ibo ad fratrem, ad alios captivos meos:  
Vilam ne nocte hac quippiam turbaverint.  
25 Inde me continuo recipiam rursum domum.  
ER. Ægre est mihi, hunc facere quæstum carcerarium;  
Propter sui gnati miseriam, miserum senem.  
Sed si ullo pacto ille huc conciliari potest,  
Vel carnificinam hunc facere possum perpeti,

HE. Quis

11. *Non videre tu quidem.* ] *Pessime* Dissidius: *Non vid. i. res ista tu quidem.* Nihil mutandum est, & recte Lambinus. Non videris liber esse malle quam servire. nam istuc si velles, frugis fores, & operam dares, ut vel ventre calligato & genio defraudato comparares peculium, quo te redimeres. Gronov.

12. *Si non est quod dem.* ] Dom. Baudius, qui dem. Scriv.

13. *Si dederis.* ] Scilicet te in pedes. T. Dem tibi. ] Scilicet magnum malum. Est autem mitus lepos in verbo dare, toties iterato. Lambin.

14. *Avis me feræ, &c.* ] Id est, aufugiam, avolabo. Lamb.

15. *In caveam.* ] Manet in metaphora: intelligit compedes, custodiam. Lamb.

15. *Ita ut dicis.* ] Luditur in verbis, *avis feræ consimilem facere.* quod significat, & aufugere, ut Lotarius, & in caveam includere, ut Hegio accipit. Fiet, inquit, hic, ut dicis. Nam si aufugere

volueris, profecto avis feræ consimilem te à me factum videbis, *in caveam*, id est, atque custodiz datum. Boxhorn.

17. *Quod ego.* ] Referendum ad illa superiora, ubi dixit, Hegionem homines captivos commercari, si forte queat aliquem invenire, quo filium suum permutet, *Quod ego, quidem*, inquit, &c. Lambinus.

20. *Antiqui moribus.* ] Antiqua, & quæ ab aureo illo sæculo, habita sunt omnia meliora nostris: quia scilicet recentia à Deis, propius etiam ad ipsos accedebant. Ita nosse Trin. 2. 2. *antiqui vivito moribus.* Taubm.

21. *Cujus, &c.* ] Id est, nunquam exhilaravi illum absque præmio aut mercede. *gratius*, id est, gratis. Camer.

26. *Quæstum care.* ] *Quæstum* ex captivis in carcerem conjectis. Lamb.

29. *Carnificinam facere.* ] Homines excarnificare, & quæstum ex carnificina illa quætere, Lambin.

30 HE. Quis hic loquitur? ER. ego, qui tuo mœrore maceror,  
Macesco, confenesco, & tabesco miser.

Ossa atque pellis sum misera macritudine,

*scil. miser à  
macritudine.*

Neque unquam quicquam me juvat quod edo domi:

Foris aliquantillum etiam quod gusto, id beat.

35 HE. Ergasile, salve. ER. cū te bene ament, Hegio.

HE. Ne fle. ER. egone illum non fleam? egone non desiteam

Talem adolescentem? HE. semper lenis filio

Meo te esse amicum, & illum intellexi tibi.

ER. TUM DENIQUE homines nostra intelligimus  
bona,

40 Cum quæ in potestate habuimus, ea amisimus.

Ego, postquam gnatus tuus potitu' st hostium,

Expertus quanti fuerit: nunc desidero.

HE. Alienus cum ejus incommodum tam ægre feras,

Quid me patrem par facere est, cui ille est unicus?

45 ER. Alienusego? alienus ille? ha, Hegio!

Nunquam istuc dixis, neque animum induxis tuum,

Tibi ille unicu' st, mihi etiam unico magis unicus.

HE. Laudo, MALUM quom amici tuum ducis malum,

Nunc habe bonum animum. ER. cheu! HE, huic illud dolet,

50 Quia nunc remissus est edendi exercitus,

Nul-

33. *Me juvat.*] Mihi prodest: *μὲν ὄνον.* — hinc cibus *ὄνεται* appellatur à  
Græcis, eo quod juret. *Lamb.*

36. *Egone non desiteam.*] *Sambuci* codex  
habet:

— *ego me non desiteam?*

Recte opinor: ludit Parasitus in affinitate  
te vocum *me* & *ne*. Nam re vera, magis  
ille dolebat suam, quam regis sui vicem,  
quamvis contra veller ab Hegione intel-  
ligi. Propterea ait Hegio *v. l. 49.*

— *huic illuc dolet,*

*Quia nunc remissus est edendi exerci-  
tus.*

Dignus parasito jocus. *Dissald.*

44. *Unicus.*] Id est, unice dilectus.  
Græci *ἀγαπῶν* dicunt. Ita unicum  
Hæctoris filium *Ἐκτοριδῶν ἀγαπῶν*  
dixit Homerus. Sic *Unicum amicum*  
Romani dicunt, quem plus amant

cæteris. *Taubmannus:*

50. *Quia nunc remissus.*] Verba summam  
ad rempublicam pertinentia ad parasilicas  
coenas lepidè ac ridicule detorquet.  
*Remissus exercitus* dicebatur, quom  
cessaret maximus comitiatus sive comitia  
centuriata: quemadmodum *imperatus  
exercitus*, quom agerentur centuriata  
comitia. Sic *remissus exercitus* edendi est  
parasito, quom non coitur ad convivium:  
*imperatus*, cum sagina cæditur, vino &  
viâ, piscatu probò, electili sodales inter  
vita colitur. Neque abhorret illud, *qui  
posset tibi*. Nam & consul imperabat  
exercitum præconi, jubebatque eum vocare  
inlicium Quirites. Sic exercitus edendi  
parasito imperabatur quom mittebatur  
obsonatum, *act. 3. sc. 1.* aut fiebat  
cellarius, *act. 4. sc. 2.* quom jubebatur  
contrahere Quirites Pistorius.

Nullumne interea nactus, qui pollet tibi  
Remissum, quem dixti, imperate exercitum?

ER. Quid credis? fugitant omnes hanc provinciam

Quoi obtigerat, postquam captu' st Philopolemus tuus.

55 HE. Non pol mirandum est, fugitare hanc provinciam,

Multis & multigeneribus opus est tibi  
Militibus, primum dum opus est Pistoriensibus,

*Morf. pri-  
mo dum.*

Eorum sunt genera aliquot Pistoriensium.

Opus Paniceis, opus Placentinis quoque,

60 Opus Turdetanis, opus est Ficedulensibus:

Jam maritimi omnes milites opus sunt tibi.

ER. UT SÆPE summa ingenia in occulto latent!

Hic qualis imperator nunc privatus est!

HE. Habe modobonum animum. nam illum confido do-  
mum

65 In his diebus me reconciliassere.

Nam eccum hic captivum adolescentem Alium,

Prognatum genere summo, & summis divitiis:

Hoc, illum me mutare, confido fore.

ER. Ita di deæque faxint. HE. sed num quo foras

70 Vocatus ad cœnam. ER. nusquam, quod sciam.

Sed quid tu id quæris? HE. quia mihi est natalis dies;

Propterea te vocari ad cœnam volo.

ER. Face-

ses, Placentinos, Turdetanos, &c. hoc est, ex pistorum, dulciorum, aucupum, piscatorum, scitamentis & malicis epulum parare. Vide lib. 8. Observat. cap. 1. *Pisset*, est, auferet aus vellet. Legendum autem vel *quem duxit*, vel *quem dixi*. Gronov.

57. *Pistoriensibus*.] *Pistorium*, oppidum est Italix. Hæc autem nomina populorum ad æfulem per jocum transfert. Sane *Pistoriensis* ut habet *Mf. Camer.* hic etiam *Cequos* complecti videmus. nam *Cequum* & *Pistorem* apud aliquos eundem fuisse monet *Festus*. Taubm.

59. *Paniceis*.] Populi à *Pana* urbe Samnitium denominati. videatur *Strabo* l. 5. *Placentinus*.] Alludit ad eos, qui placentas conficiunt. *Glossæ*: *πλακύν-*

*τα* & *Placentarius, Dulciarius*. *Tambmannus*.

60. *Turdetanis*.] Significate eos, qui turdos vendunt. Vide mihi *Strabon* l. 3. & *Comment. Is. Casauboni*, quide *Turdetania* sive *Bzrica*, quæ Hispanix regio, accurate scribit. *Taubman*. *Ficedulensibus*.] *Ficedula*, vicus Romanus. Alludit ad ficedularum venditores. *Lambin*.

61. *Maritimi*.] Piscatores, qui sunt multorum generum. *Lamb*.

65. *Reconciliassere*.] Reducem facturum. Est autem infinit. modi antiqui, futuri temporis. Sic *Amph. expugnassere*, *Aul. impetrassere*. *Lambinus*.

66. *Eccum*.] Vide notas *Amphit. Prolog.* §L 120.



ER. Facete dictum. HE. sed si pauxillum potes contentus esse. ER. nã perpauxillum modo:

75 Nam istoc me assiduo victu delecto domi.

HE, Age sis roga. ER. emin' tu? HE. nisi qui meliorem afferet.

ER. Quã mihi atque amicis placeat conditio magis?

Quasi fundum vendam, meis me addicam legibus.

HE. Profundum vendis tu quidem, haud fundum mihi.

Sed

73. *Si pauxillum potes Contentus.* Contentus aliquo dicimus, non aliquid. Est quidem fragmentum Ciceronis apud Nonium. *me aut amabam, vel, quod contentus sum, diliges.* Sed ille haud dubie scripsit *quo.* Quid si ergo re Contentus accipiamus eo lenis, quem observavimus in Asinaria 1. 1. 63. & esse procedere: ut sit, si pauxillo potes parvus contentusque velci. Gronov.

76. *Age sis roga, &c.* Quæ præcedunt & lequuntur, male intellecta interpretibus, quædam & male lecta, personæ etiam turbat. Hegio, quoniam suus est natalis. Parasitus ad cœnam vocare velle se ait. Hic. *Quia mihi natalis est dies,* Respondet Parasitus, *Facote dictum.* Quasi diceret, dubiumne id est, quin vocatus veniam, cum invitatus soleam sæpe venire? Non ergo multum operæ sumendum esse in se vocando. Supra dixit ideo se scortum esse vocatum, quia *invocatus soleret esse in convivio.* Sed addit lenex qua conditione cum vocatum velit, *sed si pauxillo potes contentus esse.* Ad hæc reponit Parasitus:

— ne perpauxillum modo,

Nam istoc me assiduo victu delecto domi.

Hic enim versus Parasito debet tribui, qui perperam Hegioni adscribitur in vulgaris. Responder ergo Parasitus se posse contentum esse pauxillo, modo ne illud pauxillum fiat perpauxillum. possum accipere conditionem cœnæ tuæ, ut pauxillo sim contentus. Perpauxillum mihi ordinatum est & quotidianum, cum domicenjo laboro. Quæ sequuntur, verba Hegionis sunt, non Parasiti. Hic. *Age sis, rogo.* Age sis ergo, inquit Hegio,

cum possis pauxillo contentus esse, ego te rogo ut venias. Perperam vulgo editur, *roga.* Quæ subjiciuntur, Parasito dari debent, non Hegioni. Cum enim dixisset Hegio, Age sis, rogo. Respondet Parasitus: *Emptum, nisi qui meliorem adferet Quia mihi atque amicis placeat conditio magis. Quasi fundum vendens, meo me adascam legibus.* Hæc omnia Parasiti sunt, quæ perperam Hegioni tribuuntur. Roganti ad cœnam Hegioni his verbis, *age sis roga,* respondet Parasitus. *Emptum:* hoc est, res emptæ tibi est; ego tibi sum addictus, nisi quis meliorem conditionem adferat, quæ mihi atque amicis placeat magis. Hæc est formula fundorum in diem addictorum. *Ile fundus contum esto tibi emptus, nisi que intra Kalendas Ianuarias meliorem conditionem attulerit, vel fecerit,* ut habetur leg. 1. D. de in diem additione. Parasitus ergo qui se tanquam fundus suis legibus addicebat, non aliter se vendit quam sub hac conditione, ut si laudioris cœnæ spes ei non appareat, mancipatus sit Hegioni. *Salmasius.* *Age sis, rogo.* Subicibo libens Salmasio. Hegio ait: *Age sis, rogo.* Quod accipiendum, quasi esset: *Age sis, veni, rogo.* Plerumque enim ista formula, *age sis,* cum alius verbi imperativo ponitur: quod hic intelligitur. Parasitus captus argutum in verbo *Rogo,* quasi rogasset, ut solebant in auctionibus. Epidico act. 3. sc. 4. *Estne mihi emptæ hæc?* Et quia penes senem tristem ac priusquam invitaret, ut parvi cibi esset, excipienem minus laute se futurum esse prospiciebat, quam apud hilares & escæ maximæ juvenes, ob nescio quam speciem aliam ambigue promittit.

80 Sed si venturus, tempori. ER. hem! vel jam otium est.

HE. I modo, venare leporem: nunc erim tenes.

Nam meus scruposam victus commeat viam.

*Diff. Com.  
COMMITAL*

ER. Nunquam istoc vinces me, Hegio; ne postules:

Cum calceatis dentibus veniam tamen.

*Scal. nam calce*

85 HE. Asper meus victus sane est. ER. sentisne esitas?

HE. Terrestris cœna est. ER. sus, terrestris bestia est.

HE. Mul-

mittit. *Emptum, nisi qui meliorem adferet, Qua mihi atque amico placeat conditio magis, Quasi fundum vendam, mecum addicam legibus.* Hoc totum addo, me ita distingui malle, & continuari, *emptum me addicam.* Sic in l. 41. D. de R. V. *Si quis hac lege emerit, ut si alium meliorem conditionem attulerit, recedatur ab auctione.* Martialis lib. 11. epig. 53. *Canabū helle, Iuli Cereali, apud me, Ceditio est melior, si sibi nulla, veni. Atque amico, ait, quia solebant & de re familiarī amicis in cōditum adhibere. Meū legibus, ut Atinaria act. 1. sc. 3. Habes, unde iustitibi quod poscu dem, sed in leges meas Dabo.* Persa l. 2. *atque etiam mea lege adscribitur.* Gronovius.

78. *Mōi me addicam legibus.*] Meo modo & conditione utar.

80. *Sed si venturus.*] Si venturus ex-natum es ad me, veni tempellive & mature. Turneb. *Hem! vel jam, &c.*] Fuit qui ex antiquæ scripturæ vestigiis, æmulis, hem multo otium est, legeret, hoc sensu: meis jam jumentis otium est, nec ullo occupatus sum opere. Qui, mediis fidiis, sensus non indignus est Plautino sale; ut Parasitus de se quasi muli-one loquatur. Itaque ne discedebat quidem: ac eum prope, ut discedat, cogit senex, dicens: *Immo venare leporem, &c.* Turnebus.

81. *I modo, &c.*] Hunc versiculum tali modo rescribendum vel adhuc puer olim vidi:

*Modo venare leporem, nunc erim tenes.*

Dicit parasito senex victum suum asperum esse, proinde si velit molliorem melioremque, aliam mensam quærat. *Eri*, hoc est, erinaceo, asperum victum suum comparat, spinulento animali:

mollem autem & delicatum *lepori*, cuius pilis nihil mollius. asper victus quo apud me cœnabis, tibi paratus est: *nunc erim tenes*, si tibi displicet hic eris, leporem venare, id est, molliorem apud alium quære. Male Scalger legebat: *nunc erim tenes*, quod editiones nuperæ male receperunt. *Salmasius*. *Venare leporem, nunc erim tenes.*] Instat proverbii ad eos, qui conditionem parum commodam nacti, meliorem quære jubentur: aut etiam, qui optimum se invenisse rati in multo vilius incedunt; coque ulterius vestigandum monentur. Cæterum non est sua laus in revertenda Jano Mellore Palmerio, qui primus sic legendum esse vidit. *Propert. lib. 2. eleg. 19. mihi fit lepores audacia molles Excipere.* Gronov.

82. *Nam meus scruposam.*] Ailudit ad Proverb. *Terere saxosam viam*, pro eo quod est, in difficultatibus versari. *Scal.*

84. *Calceatis dentibus.*] Hoc vult *Parasitus*: Quamvis dicis victum tuum asperum & scruposum esse, non deterrebistamen, quin veniam, & quidem cum *dentibus calceatis*, id est, ita munitis, ut viam illam scruposam facile conficere possint. Metaphora ducta à viatoribus, qui persaxa & scrupos ituri calceis se diligentius muniunt: cum in locis planis, nudis sæpe pedibus incedant. *Pisleri.*

86. *Terrestris cœna.*] Interpretatur, quod obscurius dixerat Hegio. Est autem *terrestris cœna*, quæ nihil nisi terra narum, habet: quam Horatius egregie *cœnam sine sanguine* dixit, imitatione Græca. *Diphilus: ἀσπύρον, ἀπὸ ἀπὸ αἵμα ἔχει.* *Pot. Visser.*

87. *Cœna-*

HE. Multis oleribus. ER. curato ægrotos domi.

Nunquid vis? HE. venias tempori. ER. memorem mones.

HE. Ibo intro, atque intus subducam ratiunculam,

90 Quantillum argenti mihi apud trapezitam fiet.

Ad fratrem, quo ire dixeram, mox ivero.

87. Curato. ] Si istam œenam parare cogitas, eam ægrotis apponito, qui tenui victu alendi sunt. Lamb.

89. Subducam ratiunculam. ] Subducere ratiunculam, est digitis seorsum & secreto putare rationem, ut appareat, quid nobis debeatur, quid nos aliis. Taubm.

## ACTUS SECUNDI SCENA PRIMA.

LORARI, PHILOCRATES, TYNDARUS.

SI dii immortales id voluere, vos hanc æruniam exsequi, Decet id pati animo æquo. si id facietis, levior labos erit.

Domi fuistis, credo, liberi:

Nunc servitus si evenit, ei vos morigerari mos bonus est,

5 Eamque herili imperio ingenii vestris lenem reddere.

INDIGNA digna habenda sunt, herus quæ facit.

PH. oh oh oh!

Lo. Ejulatione haud opus est: oculis multam miseriam additis.

IN RE MALA animo si bono utare, adjuvat.

PH. At nos pudet, quia cum catenis sumus. Lo. at pigeat postea

Nostrum

4. **F**venit. ] Proprie. nam servitus, libertas, divitiz, &c. à Lucret. lib. 1. appellantur *Eventa*. *Mos bonus est* ] Καλὸν ἐστὶν ἦθος, hoc est, *εὖ ἐστὶν ἀρετὴ* : bene moratos decet. Non minus differunt Latinis *Mos* & *Mores*, quam Græcis ἦθος & ἠθος, quæ & necessario à sapientibus distinguuntur. Casaub.

5. *Eamque herili, &c.* ] Legendum & emendandum censet. Lamb.

*Eamque* & *herile imperium ingenii vestri lenem reddere.*

Hæ sententia: & mos bonus est, lenem reddere eam servitutem, & herile imperium lenem reddere, ingenii vestri, quod vales, diligenter & fideliter serviendo, libenterque parendo. *Ingenii*

*vestri*, non sunt dandi casus, sed aufertendi, *Lenem* vero conjungi debet eum *herili imperio*, non, *ingenii vestri*. Boxhorn. *Eamque herili.* ] Simplicissimum videtur: *Eique herili imperium ingenii vestri lenem reddere.* Gronov.

7. *Oculi multam miseriam additū.* ] Hæc est conjectura Camerarii. Prius edebatur: *multa oculi multa misera editū.* Optimus codex & Langianus *multa oculi multa miraculū.* Ex hæc scriptura conjiendum. Nam quod alii scripti: *mira dicū; mira oculi, mira editū;* fecerunt pro captu quisque suo librarii. Vide an fuerit: *Ejulatione haud opus est. multam oculi modo irrogatū.* Habes irrogatam multam apud Ciceronem, Livium, nostrum in hæc ipsa fabula. *Multe* autem pro *mo-*  
do?

- 10 Nostrum herum, si vos eximat vinculis,  
Aut solutos finat, quos argento emerit.  
PH. Quid à nobis metuit? scimus nos  
Nostrum officium quod est, si solutos finat.  
LO. At fugam fingitis. sentio quam rem agitis. *Scil. fugitis.*
- 15 PH. Nos fugiamus? quo fugiamus? LO. in patriam. PH. apa-  
ge: haud nos id deceat  
Fugitivos imitari. LO. imo edepol si erit occasio, haud de-  
hottor.  
PH. Unum exorare vos finite nos. LO. quidnam id est?  
PH. ut sine his arbitris  
Atque vobis, nobis detis locum loquendi.  
LO. Fiat. abcedite hinc: nos concedamus huc. sed brevem  
orationem incipisse.
- 20 PH. Hem istuc mihi certum erat. concede huc. LO. abite ab  
istis. TY. obnoxii ambo  
Vobis sumus propter hanc rem; cum, quæ volumus nos,  
Copia est, ea facitis nos compotes.  
PH. Secede huc nunc jam, si videtur, procul:  
Ne arbitri dicta nostra arbitrari queant:  
25 Neve permānet palam hæc nostra fallacia. *Quid erud  
Lamb. pro  
manet.*  
Nam DOLI NON doli sunt, nisi astu colas

Sed

do, & vicissim in vet. codd. sæpe animad-  
vertimus. Gronov.

13. *Officium quod est.* ] Est, pro sit, mote  
Plautino. *Officium* autem hic *fuga* est.  
Tamb. Immo *offici* nomine captivi in-  
telligi hi volunt omne obsequium, quod  
domino debebant. Dicunt autem, id  
præstare se posse, etiam vinculis solutos.  
Cur ergo vinculis non solverentur? In-  
terim meditantur fugam. Boxhorn.

14. *Fingitis.* ] Non vulgariter dictum,  
*fugam fingere*, pro moliri & struere fu-  
gam: sed honeste inprimis, & antiqua  
tatione loquendi. Lucill. *Sed fuga fin-  
gitur, timido vadit pede percitus.* ] Gu-  
lielmus.

17. *Sine his arbitris.* ] Scil. captivis a-  
liis. Lambin.

19. *Incipisse.* ] Mss. *incipisse*. Veteres  
dicebant *Incipio, incipisse*, sicut *Latio,*

*laceſſo; Facio, facteſſo; Capiſo, capeſſo.*  
Meuſ. Verba in iſſo vel *αὐξάνω* sunt,  
vel primigeniorum loco uſurpantur: nec  
imitationem ſignificant, niſi quæ à no-  
minibus veniunt. Voſſius.

21. *Cum qua, &c.* ] Nihil hic difficul-  
tatis. Legitur ſerme in omnibus, *cum,*  
*qua volumus, copias est, id est, cum eo-*  
*rum quæ volumus copia est, facultas est,*  
*& ejus copia facit nos compotes.* Salmſ.  
Immo omnes ſcripti: *ea facit nos, ſine*  
*rei & ſine ſu ejus.* Scribendum igitur:  
*cum, quam volumus nos Capiam, ea facit*  
*nos compotes.* Juxta Latine *compos* aliquo  
ac *compos* alicujus dicitur. Attius: *magnis*  
*compotem & multum malu.* Gronovius.

24. *Arbitrari.* ] Id est, ſpectare, au-  
tibus excipere, oculis cernere. Lambin.

26. *Niſi aſtu colas.* ] Niſi callide tra-  
dentur.

Sed malum maximum, si id palam provenit.

Nam si herus mihi es tu, atque ego me tuum esse servum as-  
simulo,

Tamen viso opu' st, cauto est opus, ut hoc sobriè, sineque  
arbitris,

30 Accuratè hoc agatur, docte & diligenter.

Tanta incepta res est: haud somniculose hoc

Agendum est. TY. ero, ut me voles esse. PH. spero.

TY. Nam tu nunc vides pro tuo caro capite,

Carum offerre meum caput vilitati.

35 PH. Scio. TY. at scire memento, quando id, quod voles,  
habebis.

Nam FERRE MAXIMA pars morem hunc homines  
habent: quod sibi volunt,

Dum id impetrant, boni sunt: sed id ubi jam penes sese  
habent,

Ex bonis pessimi & fraudulentissimi

Sunt. nunc ut te mihi volo esse, esse autumo.

40 TY. Quod tibi suadeam, suadeam meo patri.

PH. Pol ego te, si audeam, meum patrem nominem:

Nam secundum patrem tu es pater proximus.

TY. Audio. PH. & propterea sapius te, ut memineris,  
moneo.

Non ego herus tibi, sed servus sum. nunc obsecro te hoc  
unum,

45 Quoniam nobis Di immortales animum ostenderunt suum,

Ut qui herum me tibi fuisse, atque esse nunc conservum  
velint;

Quod antehac pro jure imperitabam meo, nunc te oro per  
precem,

Per

29. Sobrie.] Νεφάλις considerate.  
Doux.

34. Vilitati.] Vitam ac salutem meam  
vilem & quasi venalem habere, mini-  
mumque æstimare. Carum caput. Γεγο-  
νησεν more, εἰλη κεφαλή, vel τιμία  
κεφαλή. Doux.

37. Dum id impetrant.] Impetrare

conantur. Lambinus.

45. Animum ostenderunt suum.] Suam  
voluntatem aperuerunt, ac declaraverunt.  
Lambin.

47. Oro per precem.] Orare per pre-  
cem, est orare precando vel prece, ut  
Hotat. dixit, Oratus multa prece. Lam-  
binus,

Per fortunam incertam, & per mei te erga bonitatem patris,

Perque conservitium commune, quod hostica evenit manu,  
50 Ne me secus honore honestes, quam ego te, cum servibas mihi,

Atque ut qui fueris, & qui nunc sis; meminisse ut memineris.

Ty. Scio quidem me te esse nunc, & te esse me. Ph. hena istuc si potes

Memoriter meminisse; inest spes nobis in hac astutia.

53. Memoriter meminisse. ] Sic Afran. ] sensu Lambinus. Vide tu mihi notas memoriter meministi. Sed vim horum non ] Afri. act. 3. 2. Tanbmannus

## ACTUS SECUNDI SCENA SECUNDA.

HEGIO, PHILOCRATES, TYNDARUS.

JAM ego revertar intro, si ex his quae volo exquisivero  
Ubi sunt isti, quos ante aedis jussi huc produci foras?

Ph. Edepol tibi ne quaestioni essemus, cautum intellego;

Ita vinculis custodisque circummoeniti sumus.

9 He. QUI CAVET, ne decipiatur, vix cavet, cum etiam cavet.

Etiam cum cavisse ratus est, saepe is cautor captus est.

An vero non iusta causa est, ut vos servem sedulo;

Lambin. ebe  
vix istovis.

Quos tati grandi sum mercatus praesenti pecunia?

Ph. Neque pol tibi nos, quia nos servas; æquom est vitio  
vortere:

10 Neque te nobis, si abeamus hinc, si fiat occasio.

He. Ut vos hic, itidem illic apud vos meus servatur filius.

Ph. Captus est? He. ita. Ph. non igitur nos soli ignavi  
fuimus.

He. Secede huc. nam sunt ex te quae solo scitari volo;

Quarum rerum te falsiloquium mihi esse nolo. Ph. non erd,

15 Quod sciam. si quid nescivi, id nescium tradam tibi.

Ty. Nunc

9. Ne quaestioni essemus. ] Hoc est, ne opus esset nos quaerere. Dissal-dam.

fugiant ignaviae aut certe φιλολογίας notam. Atque hoc significavit Philocrates Plautinus; &c. Muretus.

12. Ignavi fuimus. ] Fortium virosam viderur, in praeliis aut vincere; aut moti: qui enim capiuntur, vix interdum ef-

15. Id nescium. ] Id ignoratum & incognitum dicam tibi. Nescium significat, & cum qui nescis, & quod nescitur.

N

Lamb.

TY. Nunc senex est in tonstrina: nunc jam cultros attinet.

Neid quidem involucre injicere voluit, vestem ut ne Diffid. ne is quidem. se. Philoc. inquinet.

Sed utrum, stricte attonsurum dicam esse, an per pe-  
ctinem,

Nescio: verum si frugi est, usque admutilabit probe.

20 HE. Quid tu? servus ne esse, an liber mavelis? memora mihi.

PH. Proximum quod sit bono, quodque à malo longissime,  
Id volo. quanquam non multum fuit molesta servitus:

Nec mihi secus erat, quam si essem familiaris filius.

TY. Eugepa! Thalem talento non emam Milesium. Lamb. quo ge pol.

25 Nam ad sapientiam hujus nimius nugator fuit.

Ut facete orationem ad servitutem contulit!

HE. Quo de genere natu' st illic Philocrates? PH. Poly-  
plufio:

Quod genus illic est unum pollens atque honoratissimum.

HE. Quid ipse hic? Quo honore est illic? PH. summo, at-  
que ab summis viris.

30 HE. Tum igitur ei cum in Aleis tanta gratia est, ut prædicas,  
Quid

*Lamb.* Plane ut dubium dicimus & cum qui dubitat, & id de quo dubitatur. *Boxhornius.*

16. *Attinet.*] Admotos tenet: scilicet Philocrates. *Taubm.*

17. *Involucre.*] Leg. *involucrum*, quod interpretor linteam illud, quo tonfores solent humeros tondendorum involvere, ne vestis capilli tonfi lapsu inquinent. *αμβλατον* vocat *Plutarchus*. Significat, Philocratem sine ulla accurata cura, & sine ullo pudore aut metu Hegionem decepturum. *Turneb.*

18. *Stricte.*] *Stricte* tondere, est tondere ad cutem, *εὐ χειρὶ χειρῶν*. per *pectinem*, est paullo longius à cute interpolito pectine tondere. Sic Græcis duo tondendi genera sunt, *σείφιον* & *κῆρυξ*: illud stricte, hoc secus. *Turn.* Manet autem in allegoria, ducta à tonfore. Significat vero, senem velut in tonstrina esse, ut à Philocrate omnibus modis decipiat, stricte, & per pectinem tondendo, & admutilando, id

est, non leniter, sed prorsus & penitus decipiendo. *Lamb.*

21. *Proximum quod sit bono.*] Et hic tacent. At mihi quinque scripti codices offerunt *bonum*. Quo inducor, ut suspicer: *Proxime quod sit bonum, quodque à malo longissime*. Genus loquendi in Observationibus & ad Livium illustravimus. *Gronovius.*

24. *Eugepa!*] Gestientis lætitia interjectio est. *I. Gul. Thalem talento.*] Thalem, qui unus è septem Sapientibus, præ hoc contemnatur, & tum talento mihi additum emere nolim: quia Philocrates scilicet multo est sapientior. *Lamb.*

25. *Ad sapientiam.*] *Ad*, comparisonem etiam notat: ut hic, & apud Cic. 2. de Orat. *Nihil ad Persium Terent.* *At nihil ad nostram banc.* *Lamb.*

27. *Illic Philocrates.*] Sic eum appellat erras, cum sit Tyndatus. *Lamb.*

30. *Cum in Aleis.*] *Cum, sicut tam gratiosus ille sit in civitate sua, equid in re bene*

Quid divitiarum, sunt ne opimarum? PH. unde excoquat sebum senex.

HE. Quid pater? vivitne? PH. vivum, cum inde abimus, liquimus.

Nunc vivat, nec ne, id Orcum scire oportet scilicet.

TY. Salva res est. philosophatur quoque jam, non mendax modo est.

35 HE. Quod erat ei nomen? PH. Thesaurochrysonochrysidis.

HE. Videlicet propter divitias inditum id nomen quasi est.

PH. Immo edepol propter avaritiam ipsius, atque audaciam.

Nam ille quidem Theodoromedes fuit germano nomine.

HE. Quid tu ais? tenax ne pater ejus est? PH. immo edepol pertinax.

### Quin

bene uncta est? Dixerat autem falsus ille Tyndarus, Philocratis familiam atque ipsum adeo & pollere illie plurimum, & colli maxime ab Aliis. Verum, quid causarum arbitramur, cur hic noster *Alees* semper & *Alidem* nominet, cum omnes ceteri Latini scriptores *Eless* & *Elidem*? An, quod ea nomina ita elata minus nova essent Romanis hominibus, tudibus adhuc & impetitis rerum Græcarum? equidem conseo. nam neque *Alia* Flavio Latinum, neque *Alien-*  
*si die* falsi clarius quitquam habent. I. Gul.

31. Unde excoquat, &c. ] I. *Dem.* a leg. — unde excoquat sebum. Hæ. *senex*

Quid pater? vivitne? —

Sed nihil fuit immutandum. Ait, tam opimas esse opes, ut senex ex illis posset sebum excoquere. Ex mentione *senis* factæ admonitus Hegio, rogat an adhuc vivat ejus pater. Sic itaque dispunge,

— unde excoquat sebum senex, hoc est, pater.

Hæ. quid? pater vivitne? —

*Dissal.* Cum autem sebum, ut Nonius ait. fiat ex adipemaminantium, opinantur quidam Philocratis patris divitias fuisse in te pecuaria. *Lambinus.*

33. Orcum scire. ] Nam quicquid mortuum est, apud Orcum est. *Lambinus.*

35. *Theaurochrysonochrysidis.* ] Lusit, more veteris Comædiæ. in mirifica nominis compositione. Est autem hujus significatio, *thesauri*, & *auri*, & *victoria*. Si autem scribatur *Theaurochrysonochrysidis*, unguis erit significatio in nomine. *Camerarius.* Lege *Theaurochrysonochrysidis*. Quæ dicitur à Philocr. meam confirmant sententiam: Imo edepol propter avaritiam, &c. Nam avari est *χρησίωνος* τὸ *θουραπείας*: audacis & factiosi, *νικῶν δουλῶν τὸ χρυσῶν*. Erit ergo senex ille aut *θουραπείας χρυσῶν οἴκος*, aut potius *θουραπείας χρυσῶν οἴκος*, quasi qui unguis, iisque tantum non omnibus, aut sui thesaurum abscondat. nam, omnibus unguis, idem est, quod omnibus nervis ac viribus. *Cic. 2. Tuscul. Herald.*

36. *Inditum id nomen quasi est.* ] Suspicio ipsi Plauto scriptum esse: ut alioqui solet loqui: & verum esse *καίριμλον*. Vide *Oblect. 3. 9. Grenov.*

37. *Audaciam.* ] *Audacia* hic est aviditas, audacter invadens alienum. *Tertullianus.*

39. *Pertinax.* ] Id est, valde tenax. *Pertendere* est τὸ *καίριμλον* αἰσινῶν, ad verbum *Propert.* *Pertendens animo.* Plautus motu suo alludit ad etymologiam veram. non enim à *pertendendo*, sed à *pertrincendo*. *Scalig.*



- 40 Quin etiam ut magis noscas: Genio suo ubi quando sacrificat,  
Ad rem divinam quibus est opus Samiis vasis, utitur:  
Ne ipse Genius surripiat: proinde aliis ut credat vide.  
HE. Sequere hac me igitur. eadem ego ex hoc, quæ volo, ex-  
quæsivero.
- Philocrates hic fecit, hominem frugi ut facere oportuit.
- 45 Nam ego ex hoc, quo genere gnatus sis, scio: hic fallu' st mihi:  
Hæc tu eadem si confiteri vis, tua te feceris:  
Quæ tamen scito scire me ex hoc. TY. fecit officium hic suum,  
Cum tibi est confessus verum: quanquam volui sedulo  
Meam nobilitatem occultare, & genus, & divitias meas.
- 50 Hegio. nunc quando patriam & libertatem perdididi,  
Non ego istunc me potius, quam te metuere, æquum censeo.  
Vis hostilis cum istoc fecit meas opes æquabiles.  
Memini, cum dicto haud audebat; facto nunc lædat licet.  
Sed viden' ? FORTUNA humana fingit artatque  
ut lubet:
- 55 Me, qui liber fueram, servum fecit: è summo infimum.  
Qui imperare insueveram, nunc alterius imperio obsequor.  
Et quidem si proinde ut ipse fui imperator familiæ,  
Habeam dominum, non verear ne injuste aut graviter mihi  
imperet.
- Hegio, hoc te monitum, nisi forte ipse non vis, volueram.
- 60 HE. Loquere audacter. TY. tam ego fui anteliber, quam  
gnatus tuus.  
Tam mihi, quam illi, libertatem hostilis eripuit manus.  
Tam ille apud nos servit, quam ego nunc hic apud te servio.

EST

40. Quando.] Non est ea vox in Mss. Lang. & tane quid aliud est quam interpretamentum *vbi ubi?* Dissald.

41. Samiu vasis.] Id est, testaceis & fictilibus. Celebrata terra Samia ad figurinam, omnium auctorum testimoniis: nihil autem ad aurum & argentum, quibus in sacrificiis utebantur ditiores. Longel Samiu.] Vide Menzschm. 1. 2. § 165. & imprimis Alex. ab Alexand. atque inibi Tiraquell. Taubman.

42. Surripiat.] Scil. vasa: si non Samiis, sed aliis pretiosioribus utatur. quo

ipso apparet, nullam fuisse familiam paulo locupletiozem, in qua non essent sacrorum vasa, quibus uterentur ad rem divinam, sumptuosiora. Gutherius.

54. Fortuna humana.] Id est, res humanas. Fortunam, ait Sallust. plerasque res ex libidine sua agitare. Et secundum Plin. Fortuna utramque paginam Faust.

63. Est profecto.] Formula olim recepta est, qua, DEOS ESSE, exclamabant. Livius lib. 3. Dum pro se quisque, DEOS ESSE, & nonnegigere humana, fremunt. Brillon.

71. No

EST PROPECTO Deus, qui, quæ nos getimus,  
auditque. & videt.

Is, uti tu me hîc habueris, proinde illum illic curaverit.

65 BENE MERENTI bene profuerit, male merenti par  
erit.

Quam tu filium tuum, tam pater me meus desiderat.

HE. Memini ego istoc. sed fateor eadem quæ hic falsu' st  
mihî?

TY. Ego patri meo esse fateor summas divitias domi,  
Meque summo genere gnatum. sed te obtestor, Hegio,

70 Ne tuum animum avariorem faxint divitiæ meæ:

Ne patri, tametsi unicus sum, decere videatur magis,

Me saturum servire apud te sumptu & vestitu tuo,

Potius quam illi, ubi minime honestum est, mendicantem  
vivere.

HE. Ego virtute Deum & majorum nostrum dives sum  
fatis.

75 NON EGO OMNINO lucrum omne esse utile ho-  
mini existimo.

Scio ego; multos jam lucrum luculentos homines reddidit.

EST ETIAM, ubi profecto damnnum præstet facere,  
quam lucrum.

Odi ego aurum: multa multis sæpe suasit perperam.

Nunc hoc animum advortito, ut ea quæ sentio, pariter  
scias.

80 Filius meus illic apud vos servit captus Alide:

Eum si reddis mihi, præterea unum nummum ne duis:

Et

71. Ne patri decere, &c.] Decere jun-  
xit cum dandi casu, ut in Amph.

Cipiam ornatum qui pati decet.

Sententia hæc est: Te obtestor, He-  
gio; ne meæ divitiæ te faciant pecu-  
niæ avidiorem, atque ad quæstum at-  
tentiores; ut ne, si ita feceris, pa-  
trem meum decere videatur, tametsi  
unicus ei sim filius, relinquere me a-  
pud te in servitute, tuo sumptu copio-  
se viventem potius, quam me impen-  
sopretio abs te redimere, ut illic, ubi  
minime honestum est, nempe in patria

& apud notos, mendicus & egens vi-  
vam. Lamb.

76. Scio ego, &c.] Duo hic opponit  
Hegio: Scio quidem multos avaritia sua  
diratos: sed & hoc scio, eos qui lucrum  
in loco neglexere, rem fecisse. Grute-  
rus.

77. Est etiam, ubi.] Est etiam tempus  
vel locus, &c. Sic Ter. Adolph. 2. 2.

Pecuniam in loco negligere, maximum in-  
terdum est lucrum.

Bene sententiam castigat in loco: inter-  
dum. Taubm.

Et te & hunc amittam hinc. alio pacto abire non potes.

TY. Optimum atque æquissimum oras, optimusque hominum homo es.

Sed is privatam servitutum servitilli, an publicam?

85 HE. Privatam medici Menarchi. PH. pol hic quidem hujus est cliens.

Tam hoc quidem tibi in proclivi, quam imber est, quando pluit.

HE. Facis homo ut redimatur. TY. faciam. sed te id <sup>depp.</sup> oro, Hegio.

HE. Quidvis, dum abire ne quid ores, faciam. TY. auscultadum, scies.

Ego me amitti, donecum ille huc redierit, non postulo.

90 Verum, te quæso, ut æstimatum huic mihi des, quem mittam ad patrem,

Ut is homo redimatur illi. HE. immo alium potius misero

Hinc, ubi erunt induciæ, illuc tuum qui conveniat patrem:

Quitua, quæ tu miseris mandata, ita, ut velis, perferat.

TY. At nihil est, ignotum ad illum mittere: operam luseris.

95 Hunc mitte, hic omne transactum reddet, si illuc venerit.

Nec quenquam fideliozem, neque cui plus credat, potes

Mitte-

82. *Amittam.* ] Suum hoc sibi quodammodo Plautus habet, ut *amittere*, pro à sedimittere usurper. ita Ter. Heautot. act. 3. 1.

— *prins*  
*Pecuniam omnem, quam abs te amittam filium.*

Et Virgil. 2. Æn.

*Quisquæ es, amissus hinc jam obliviscere Grajos.* Taubm.

84. *Privatam servitutum.* ] Servitus quædam *privata*, quædam *publica*. Isti servi, late sumto vocabulo, *publici* nominantur: qui, licet servitute liberati manucque missi fuerint, ministerium tamen publicum aut magistratibus aut sacerdotibus exhibent: qui ex libertinorum corpore plerunque sumebantur. Faber.

86. *Tam hoc quidem tibi in proclivi.* ] Hyperbole. quid enim proclivius esse

potest imberi decedente? Sic Sallust. Orat. 2. ad C. Cæsar. *alia omnia in proclivi erunt.* Lambin.

88. *Dum ab ire ne quid ores.* ] Contra honestum & usum. Ita Trinum. *ab ire consulit*, id est. frustra. Taubm.

89. *Donecum, &c.* ] Donec ille huc redierit. *Donecum* antiquum, pro donec; quo & Lucretius usus est non semel. Lamb.

90. *Ut æstimatum huic mihi des.* ] Sic Mercatore 1. 1. *Lucrum ingens factis, præterquam mihi meus pater dedit æstimatas merces.* Paullos lib. 2. Recept. sent. tit. 4. *Si rem æstimatam tibi dederis, ut ea distraha pretium ad me deseras.* Gronov. *Æstimatum* ] Ut, si non redierit, solvam ipse tibi, quanti fuerit æstimatus. Lamb.

95. *Transactum reddet.* ] Confectura reddet. Lamb.

Mittere ad eum, nec qui magis sit servus ex sententia:

Neque adeo cui tuum concedat filium hodie audacius.

Ne vereare, meo periculo hujus ego experiar fidem,

100 Fretus ingenio ejus, quod me esse scit erga se benevolum.

HE. Mittam equidem istunc aestimatum tua fide, si vis.

TY. volo.

Quam citissime potest, tam hoc cedere ad factum volo.

HE. Num quæ causa est, quin si ille huc non redeat, vigin-  
ti minas

Mihi des pro illo? TY. optima immo. HE. solvite istum nunc  
jam,

105 Atque utrumque. TY. di tibi omnes omnia optata afferant,  
Cum

97. *Servus ex sententia.*] Servus ei gratior atque acceptior. Lamb.

100. *Quod me esse.*] Lego, quod meo affectu erga benevolum. Nam causam mittendi habere debeat alterius in se benevolentiam, non suam in alterum. I. Guelm.

104. *Optima immo.*] Si libri optimi. Sed nec credendum Lambino, aliquid aliud dicturum fuisse Tyndarum sive Pseudophilocratem, nisi Hegio interpellasset: neque admittenda distinctio Camerarii: *Optima immo.* Guelmijus vero quod adfert, *immo optime*; in eo duplex peccatum est. Prius, quod nescit juxta eleganter, atque exquisitius, particulæ aliud verbum vel vocabulum, à fronte præponi. Aulular. 4. 10. *Pernego immo.* Plin. in Panegy. *quasi immo et obrestor.* Vide ad Livium lib. 38. 43. Deinde quod adverbium facit pro nomine, securus Lambinum, subaudiendum etiam dicitur. Ad interrogationem illam, *Num qua causa est, quin fiat*, simpliciter quidem respondebat, *Nulla*, ut Amphit. 2. 2. 23. at doctius, *Optima.* Id ortum ab religiosis veterum & obique ἁγιωτικῶν gestientibus. Nam nihil aut nulla ἁγιωτικῶν: nulli enim illis mortui. Et idem efficiebat alterum: nam si *optima* erat causa, ut fieret, vel cur fieret, utique & erat nulla, quin vel cur non fieret. Sic Aulular. 2. 2. 34. *Sed nuptiarum hodie quin faciamus, num qua causa est.* Ev. *Immo adeo optima.* Trinummus

act. 5. sc. 2. vetf. 64. *Num quid causa est, quin uxorem etiam ducam domum?* C. *Optimum est: licet.* Ubi sane vix est, ut non etiam scripserit Plautus: *Optima est.* Terentius Andria 5. 4. *De uxore, ita ut possedi, nihil mutat Chremes.* Cui. *Causa optima est.* Refugit enim & hic dicere *Nihil.* Nec nimis abijt illud Aulular. 4. 10. 42. *Dic bona fide, tu id aurum non surripisti?* Ly. *Bona.* Ev. *Neque scio, quin abstulerit?* Ly. *Ipse quoque bona.* Eisdem ἁγιωτικῶν est, quod in discessu ininterroganti, *Numquid vni*, malebant respondere *Recte*, quam *Nihil.* Terentius Eunuchus 2. 2. 50. *Rogo, numquid velit.* Recte, inquit, ab eo. Cui simile in Hecyra 3. 2. *Quid tu igitur lactum es, aut quid es tam tristis?* Pa. *Recte, mater.* Et Plauti in Mercat. 2. 3. *Unde incedis, quid festinas, gnate mi?* Ch. *Recte pater.* Et tamen hoc *Recte* sensu eodem est quod *Nihil*: mirum in primo: nihil volo, nisi vos recte rem gerere, recte se omnia habere. Aut adeo in omnibus: *Recte omnia se habent.* Donatus in Hecyra: *Sic dicimus, quum sine injuria interrogant aliquid reticemus.* Alii *Recte* sic accipiunt, ut intelligant, *Nihil est mali.* Sic in formula SC. per discessionem: *Qui hoc censetur, iſtae transite: qui alia omnia, in eam partem, qua censetur.* Hu verbum, inquit Festus, prout omnium videlicet causa: ne dicat, *Qui non censetur.* Hinc intelligitur, quod est in Casina. 2. 6. 58. *Cur omen mihi visuperat.* De quo ad illam locum. Gronov.

Cum metanto honore honestas, cumque ex vinculis eximis.  
Hoc quidem haud molestum est jam, quod collus Mf. Lang. collano.  
collaria caret.

HE, QUOD bonisbenefit beneficium, gratia ea gravi-  
da est bonis.

Nunc tu illum si illo es missurus, dice, demonstra, dis. doce. morda. picipi.  
præcipe,

110 Quæ ad patrem vis nunciari, vñ' vocem huc ad te? TY, voca.

107. *Collaria.*] *Collaria*, sive *collare*, vinculi genus, quo collum astringitur. Lucilius lib. 29. *Cum manenti, carulo collareque, ut fugitivum, Deportem.* Tum *collus* & *collum* dixisse veteres, docet. Non.

108. *Gratia ea gravis est bonis.*] Scribitur in libris, *gratia ac gravis est bonis*, non *gratia ea gravis est bonis*. Nos ex vestigiis antiquæ lectionis scribendum putamus: *Quod bonis bene fit, beneficium gratia ac gravis est bonis*. Id est, id gratum ac grave est bonis. Id alio loco, toridem scæpe verbis & iisdem expressit. In *Peria* act. 4. scen. 5. v. 11. *Si quid bono bene fit, est idem & grave & gratum scilicet.* Illic dixit, gratia est & gravis est bonis, cum ipse bene fit, id est, gratum & grave habent. Ubi grave ponitur

pro pretioso, nam quæ ad pondus dantur, quo graviora eo majoris pretii. Unde apud Symmachum, *in gravi dono habeo.* Quibus autem gratum & grave beneficium quod acceperunt, solent & eisdem operam ponere, ut se gratos ac memores testentur, parem referendo gratiam. *Salmaf. Gratia ea gravis]* Ignoro libros, in quibus sit, *gratia ac gravis*, præter editionem primam Parei, in qua cum id reprehendisset Gruterus, respondit alter operarum esse mendum. Nec possum capere, *beneficium est gravis*. Nihil melius vulgato, quicum consentiant scripti, & id ita explicandum: *Quod beneficium bonis bene fit, id est, recte atque opportune confertur, ea gratia, id est, ob id gratia, est bonis gravis, impensis, plena.* Gronovius.

### ACTUS SECUNDI SCENA TERTIA.

HEGIO, PHILOCRATES, TYNDARUS.

QUÆ res bene vortat mihi, inæoque filio,  
Vobisque: vult te novus herus operam dare  
Tuo veteri domino, quod is velit, fideliter.

Nam ego te æstimatum huic dedi viginti minis;

5 Hic autem te, ait, mittere hinc velle ad patrem,

Meum ut illic redimat filium: mutatio

Inter me atque illum ut nostris fiat filiis.

PH. Utroque vorsum rectum est ingenium meum,

Ad te adque illum, pro rota me uti licet.

10 Velego huc vel illuc vortar, quo imperabit.

HE. Tute tibi ea tuopte ingenio prodes plurimum,

Cum

8. *U Troque, &c.]* Vide Notas Epid. Act. 3. Sc. 2. v. 35.

11. *Ea.]* Sc. ratione, seu, ob eam causam. *Lambin. Tuopte.]* Dandi casus est. *Douza.*

Cum servitutem ita fers, ut ferri decet.

Sequere, hem tibi hominem. TY. gratiam habeo tibi,

Quom copiam istam mihi & potestatem facis:

15 Ut ego ad parentes hunc remittam nuncium,  
Qui me quid rerum hic agitem, & quid fieri velim,

Patri meo ordine omnem rem illuc perferat:

Nunc ita convenit inter me atque hunc, Tyndare,

Ut te aestimatum in Alidem mittam ad patrem.

20 Si non rebitas huc, ut viginti minas  
Dem pro te. PH. recte convenisse sentio.

Nam pater expectat, aut me, aut aliquem nuncium,

Qui hinc ad se veniat. TY. ergo animum advortas volo,

Quae nunciare hinc te volo in patriam ad patrem.

25 PH. Philocrates, ut adhuc locorum feci, faciam sedulo,

Ut potissimum quod in rem recte conducat tuam,

Id petam, id persequarque corde & animo, atque viribus.

TY. Facis ita, ut te facere oportet. nunc animum advortas volo:

Omnium primum salutem dicito matri & patri,

30 Et cognatis, & si quem alium benevolentem videris.

Me huc valere & servitutem servire huic homini optumo,

Qui me honore honestiorem semper fecit, & facit.

PH. Istuc ne praecipias: facile memoria meminini tamen.

TY. Nam quidem, nisi quod custodem habeo, libe- Lamb. o-  
quidem.  
rum me esse arbitror,

Dicito

*Donza.* Sed uterque *Lamb.* & *Donza* sal-  
luntur. Ne dubita, quin scripserit Plau-  
tus, Tu tibi à tuopte ingenio prodes pluri-  
mum. Vera phralis Plautina est. Trucul.  
A&. iv. Sc. 111. ab ingenio improbus est.  
Boxhorn.

16. *Qui me, &c.*] Hellenismus. Nam  
Latino more dixisset: qui, quid ego re-  
rum hic agitem, & quid fieri velim,  
omnem rem patri meo illuc ordine per-  
ferat. *Lamb.* *Qui me quid rerum.*] Recte  
*Lambinus*, & nugatur, qui rō me con-  
jungit cum rō perferat. Enallage accu-  
sativi est frequentissima Plauto & aliis  
scriptoribus. Vide ad Senecæ 4. de benef.  
cap. 32. *Gronovius.*

20. *Si non rebitas huc.*] Si non recedas

huc. *Betere antiquum*, hoc est, ire: tunc  
*rebitere*, *perbitere*, *præarbitere*, hoc est,  
cedere, petere, præterire. *Pacuvius* in  
*Medo*: Si resto pergit iter: tum si ire eonor  
prohibet betere. *Nonius.*

25. *Ut adhuc locorum feci.*] Ut usque  
ad hoc tempus feci. *Lamb.*

30. *Benevolentem.*] *Benevolum.* Ufi-  
rata vox Plauto, ut & *Terentio*. *Lam-  
binus.*

33. *Facile memoria meminini tamen.*] *Intelligitur*, etiam si nihil dicas. *Male*,  
*memini à me*: male Tyndaro datur rō ta-  
men, tanquam intelligatur, dicendum fuit.  
Quasi non post paulo: *gessisse morem in*  
*tantu aramnu tamen.* Et sic Plautus cen-  
tics. *Gronov.*

- 35 Dicitō patri, quo pacto mihi, cum hoc convenerit  
De hujus filio. PH. quæ memini, mora mera est monerier.  
TY. Ut eum redimat, & remittat nostrum huc amborum  
vicem.  
PH. Meminero. HE, at quamprimum poteris, istuc in rem  
utrique est maxime,  
PH. Non tuum tu magis videre, quam ille suum gnatum  
cupit.
- 40 HE. Meus mihi, SUUS cuique est carus. PH. nunquid  
aliud vis patri  
Nunciari? TY. me hic valere, & tute audacter dicitō,  
Tyndare, inter nos fuisse ingenio haud discordabili:  
Neque te commeruisse culpam, neque me advorsatum tibi.  
Miss. Laque. ad-  
vers. mihi.
- Beneque hero gessisse morem in tantis ærumnis tamen.
- 45 Neque med unquam deseruisse te, neque factis, neque fide,  
Rebus in dubiis, egenis. hæc pater quando sciet,  
Tyndare, ut fueris animatus erga suum gnatum atque se,  
Nunquam erit tam avarus, quin te gratus emittat manu.  
Et mea opera, si hinc rebito, faciam ut faciat facilius.
- 50 Nam tua opera & comitate & virtute & sapientia  
Fecisti, ut redire liceat ad parentes denuo;  
Cum apud hunc confessus es & genus & divitias meas.  
Quo pacto emisisti è vinclis tuum herum, tua sa-  
pientia.  
Lamb. quo  
facto ex-  
misti.
- PH. Feci ego ista ut commemoras: & te meminisse id gratum  
est mihi,
- 55 Merito tibi ea evenerunt à me. nam nunc, Philocrates,  
Si ego item memorem quæ me erga multa fecisti  
bene,  
Pent. fe-  
cisti bono.  
Nox diem adimat. nam si servus meus esses, nihilo secius  
Mih

35. *Qua memini, &c.* ] Memorem mones: qui autem memorem monet, moratus cum quem monet, & tempus frustra conterit. *Lambin.*

38. *Quam primum poteris.* ] Lege; poterit, scilicet. pater. *Quamprimum po-*

terit remittat. *Boxhornius.*

40. *Meus mihi.* ] Præterea nemo dicendo consequi possit, quantum referat ad voluptatem, existimare aliquid esse proprie suam. *Aristoteles 2. Polit.*

56. *Med. erga.* ] Pro erga me.

61. *Istie*

Mihi obsequiosus semper fuisti. HE. Di vestram fidem,

Hominum ingenium liberale! ut lacrimas excuriunt mihi!

60 Videas corde amare inter se: quantis laudibus suum herum

Servus collandavit! PH. istic pol haud me centesimam

Partem laudat, quam ipse meritus est, ut laudetur laudibus,

HE. Ergo cum optime fecisti, nunc adest occasio

Benefacta cumulare, ut erga hunc rem geras fideliter.

65 PH. Magis non factum possum velle, quam opera experiar  
persequi:

Id ut scias, Jovem supremum testem laudo,

Hegio,

*M. meliore,  
testem do, No-  
minis, illud.*

Me infidelem non futurum Philocrati. HE. probus homo.

PH. Nec me secus unquam ei facturum quicquam, quam me-  
met mihi.

TY. Istæc dicta te experiri & operis & factis volo.

*Alii, expedire.*

70 Et quo minus dixi, quam volui de te, animum advortas  
volo.

Atque horum verborum causa caveto mihi iratus fuas.

Sed te quæso, cogitato, hinc mea fide mitti domum

Te æstimatum, & meam esse vitam hinc pro te positam pignori.

Ne tu me ignores, cum extemplo meo e conspectu absceseris.

75 Quom me servum in servitute pro te hinc reliqueris;

Tuque te pro libero esse ducas, pignus deseras:

Neque des operam, pro me ut hujus reducem facias filium.

Scito te hinc minis viginti æstimatum mittier.

Fac fidelis sis fideli: cave fidem fluxam geras.

Nam

61. *Istic pol.*] Notandum loquendi  
genus. Hoc autem vult, centum partibus  
magis à me laudari meritus est, quam  
ego ab eo laudor, seu laudatus sum. *Lam-  
binus.*

65. *Magis non, &c.*] Ordo est: Non  
magis possum factum velle, id est, non  
magis possum cupere id effectum reddere,  
quod dico, quam re emirar, ut fiat.  
*Lambin.*

66. *Testem laudo.*] Id est, nomine: No-  
nius, qui hunc locum profert. *Agell.*  
l. 2. 6.

74. *Ignores.*] Id est, asperneris, &

quasi ignotum negligas. Sic Amphier.  
4. 4. *Quero omnes mortales ignorant & lu-  
dificant.* Douza. & vide notas ibid.

76. *Tuane te pro libero, &c.*] Ne tu te  
pro libero geras, qui liber non es, & me,  
qui pro te pignori oppositus sum, desera-  
ras. Vide Sticho, act. 4. 1. *Lambin.*

79. *Fac fidelis.*] *Nomius* tantum habet:  
*Fac fidelis: cave fluxam fidem seras.* Obi-  
ter nota, posterioris xvi Scriptores *Fide-  
les* substantivè servos suos vocasse. uti  
homo in *Pandectis* est servus. *Lampri-  
dus: per fideles suos quaerit fluxam.*] *Instabilem. Casaub.*



80 Nam pater, scio, faciet, quæ illum facere oportet, omnia.  
 Serva in perpetuum tibi amicum me, atque hunc inventum  
 inveni.

Hæc per dexteram tuam, te dextera retinens manu,  
 Obsecro, infidelior mihi ne fuas, quam ego sum tibi.

Tu hoc age. tu mihi herus nunc es: tu patronus: tu pater:

85 Tibi commendo spes opesque meas. PH. mandavisti satis.  
 Satis habes, mandata quæ sunt, facta si refero? TY. satis.  
 PH. Et tua & tua huc ornatus reveniam ex sententia.

Nunquid aliud? TY. ut quamprimum possis, redeas. PH. res  
 monet.

HE. Sequere me, viaticum ut dem hinc à trapezita tibi:

90 Eadem opera à Prætorè sumam syngraphum. TY. quem syn-  
 graphum?

HE. Quem hic ferat secum ad legionem, hinc ire huic ut li-  
 ceat domum.

Tu intro abi. TY. bene ambulato. PH. bene vale. HE. ede-  
 pol rem meam

Constabliivi, cum illos emi de præda à quaestoribus.

Expædivi ex servitute filium, si displicet.

95 At etiam dubitavi hos homines emerem, an non eme-  
 rem, diu.

Servate istum sultis intus, servi: ne quoquam pedem

Efferat sine custode. ego apparebo domi,

Ad

81. *Inveni.*] Et illud, *inventum inven-*  
*ni*, intelligit de filio Hegionis: qui cate-  
 nus quidem inventus erat, quod sciebat  
 Pater, ubi serviter, sed nondum receperat.  
 Quasi dicat: Inveni eum, qui jam  
 ex parte inventus est. *Pistorum.*

82. *Per dexteram.*] Facta quæ veteres  
 rata esse volebant, per dexterarum com-  
 plicationem stabiliebant, in signum fi-  
 dei. *Lamb.*

84. *Hoc age.*] Quasi dicat: erecto &  
 intento animo in eam curam unice in-  
 cubite: nec perfunctorie aut oscitanter  
 age, quod agis. *Tambm.*

87. *Et tua &c.*] Et tua Hegionis,  
 & tua Philocratis. *Lamb.*

90. *Syngraphum.*] *Diploma*, per quod

liceat Pseudotyndaro, belli tempore, ire  
 in Elidem. *Lamb.*

94. *Si diu placet.*] Si dii approbant:  
 diis volentibus. Interdum *εἰς πῶλον* usur-  
 patur. *Lamb.*

95. *Dubitavi, &c.*] Proinde ac si di-  
 cat: stultus fui, qui dubitavi; nullo enim  
 pacto dubitare debui, hos captivos eme-  
 rem an non emerem. *Lamb.*

97. *Apparebo.*] Comparebo domi,  
 hinc *Apparitores*, qui semper apparent,  
 sive *apparituram faciunt*, ut loquitur  
 Sueton. *magistratibus*. Unde *Apparito-*  
*res* in vet. Glossis exponuntur *ἀποδω-*  
*ταί: εἰσι δὲ ἀποδωταί: ἀλλὰ ἡ ἀποδω-*  
*ταί: εἰσι δὲ ἀποδωταί: ἀλλὰ ἡ ἀποδω-*  
*ταί: εἰσι δὲ ἀποδωταί.* Faber. *Præsto ere.*  
 Gloss. Mss. Pl. Boxhorn.

Ad fratrem modo captivos alios invito meos.

Eadem percontabor, ecquis hunc adolescentem noverit.  
100 Sequere tu, te ut amittam, ei rem primum prævorti volo.

100. *Amittam.*] *Absolvam; expeditam.* sumpta à trapezita pecunia quam tibi dem in viaticum. *Lambin.* *Dimittam:* *Boxhorn.*

## ACTUS TERTII SCENA PRIMA.

## ERGASILUS.

**M**iser homo est, qui ipse sibi quod edit quærit, & id ægre invenit:

Sed ille est miserior, qui & ægre quærit, & nihil invenit.

Ille miserimus est, qui cum esse cupit; quod edit non habet.

Nam, hercle, ego huic dici, si liceat, oculos effodiam libens,

5 Itã malignitate oneravit omnes mortales mihi.

Neque jejuniosorem; neque magis effectum fame

Vidi: nec qui minus procedat, quicquid facere occiperit.

Itaque venter gutturque resident esuriales ferias.

Illicet parasitica arti maximam in malam crucem!

*Herod.* Illicet parasitica arti max.

10 Ita juventus jam ridiculos inopesque ab se segregar.

*J. Anst.* ridiculos inopes ab se.

Nihil morantur jam Laconas imi subsellii viros,

Plagi-

4. **O**culos effodiam.] Lucem esuriam: irrolatio est. *Lamb.*

5. *Malignitate oneravit, &c.*] Ita omnes homines reddidit in me illiberales & malignos. *Lambin.*

6. *Jejuniosorem.*] Magis jejunosum, seu majori jejunitate tenuem atque inopem vocabulum risus gratia usurparum. Ut autem Aulular. act. 1. 2. cum totas res inanes significare vult, ait *plenas esse inanitate*; ita hic hominem à cibo inanem denotans ridicule *fame effectum* dicit. *Taubm.*

8. *Resident esuriales.*] *Residere* & *sedere*, interdum est quiescere, & à rebus agendis superfedere: quod feriis & festis diebus licebat. hinc *Resides, &c.* *Resident* igitur *esuriales ferias*, dixit Plautus,

pro eo quod est, agitant ferias, quæ Esuritioni sunt dicatæ: quod nihil aliud est, quam quiescunt & cessant ab edendo & bibendo. *Turnebus.*

9. *Illicet parasitica.*] Imperfecta oratio. In cruce ire jam licet arti nostræ. *Camer.*

10. *Ridiculos.*] *Ridiculus*, *γλαροποιός*, qui risum captat. *Nannius.*

11. *Laconas.*] Jocatur de solemnibus verberatione puerorum Laconicorum. *Camer.* *Imi subsellii.*] *Viri imi subsellii* sunt, qui sedent in ima parte subsellii, non prima. Apud *Cicer.* 3. *Epist.* 9. *res longi subsellii* dicitur, quæ multis indiget, qui deliberant. possunt enim in longo subsellio multi sedere. *Turnebus.*

Plagipatidas: quibus sunt verba sine penu & pecunia.

Eos requirunt, qui, libenter cum edent, reddant domi.

Ipsi obsonant, quæ parasitortum ante erat provincia.

15 Ipsi de foro tam aperto capite ad lenones eunt,

Quam in tribu aperto capite fontes condemnant reos,

Neque ridiculos jam teiuncii faciunt. sese omnes amant.

Nam ut dudum hinc abii, accessi ad adolescentes in foro.

Salvete, inquam: Quo imus una, inquam, ad prandium?  
atque illi tacent.

20 Quis ait? hoc, aut, quis profiteretur? inquam, quasi mu-  
ti silent:

Neque me rident. Ubi cœnamus? inquam, atque illi ab-  
nuunt,

Dico unum ridiculum dictam de dictis melioribus,

Quibus

12. *Plagipatidas.*] Legendum est *Plagipatidas*, *πλαγιστατίδης*, Plautus ita appellat *Lacones*, quod *πλαγιστής*, id est, *ἀλλὰ εἰς ἄλλα ἐπέδῃ καλῶς*, hoc est, cicatrices, convitia, verbera, hucera flagellaque patetentur: hæc enim omnia significat *πλαγιστής*. Longol. *Quibus sunt verba, &c.*] *Pro-* verb. olet. Est autem *penu* omne id, quo vescuntur homines, & quod intus reconditur. unde *penitus*. *penitrare*, *penates*, id est, dii interiores, & qui in aditu penitissimo coluntur. unde & *penetrates* dicti. *T. aub.*

13. *Requirunt.*] *Esium* vocant. *Lamb.* *Qui libenter, &c.*] *Qui*, eum jucunde comederint, revocant eos, à quibus bene accepti sunt. *Cicor.* 2. de *Finib.* *Negat eum bene cœnare, qui omnia ponat in voluptate, &c.* *Lamb.*

15. *Aperto capite.*] Id est, sine pudore; confidenter. Contra, *oparte capite*, *ἰσχυρῶς ἀμφοτέρωθεν*. Et bene dixit, *aperto capite*. talia enim loca probrosa: operiebaturque caput. Quare non recte noster *Deum* hic substituit *Ianum*. neque tam probrosam sane adire macellum. Sed ringitur *Parasitus*, quod jam omnia per se agant adolescentes: neglecta ipsorum opera. *Gruter.*

17. *Teiuncii faciunt.*] Id est, floeci faciunt. *Teiuncius* à tribus unciis dictus, inquit *Varro*.

20. *Quis ait? hoc.*] Id est, *huc*. *Di-*

xerat *Parasitus*: Quo imus una ad prandium? ideo tacentibus illis, quos rogat, adjicit; *Ecquis aude* dicere, *Huc*, id est, ad me carnis? *Usitata* in illa te ad verba, *huc*, aut *hic*. *Menoch. numero* huc *advenit ad prandium* *Mottell.* *Hic apud nos hodie cœnes.* *Gulielm.* *Quis profiteretur.*] *Profitari prandium* esse promittere notat *Gulielmus*. Sane *profitari artem* & *promittere artem* eadem res est. Sed nescio quomodo displicet illud *profitari prandium*. Magis etiam, quum id confirmat loco *Ciceronis Philip.* 2. *Ut igitur inteligeretis, qualem ipse consul profiteretur, obfecit mihi consulatum meum.* Hæc verba exstant cap. 5. sed editum invento, qualem ipse se consulem profiteretur. Nec verbo meminit ille se corrigere aut in serilo pro invenisse, ut videatur memoriz virium. Censeo, abstineamus hoc genere loquendi: in Plauto autem qui *profitetur* & *intelligatur se aut nomen.* *Groni.*

21. *Neque me rident.*] *Προσγλαῖστον ἰμολ.* Eodem modo *Virgil.*

— qui non risere parentes.

*Ridere parentes*, est ridere ad parentes; ut infantes; quibus blandiuntur nutrices. *Scalig.* *Atque illi abnuunt.*] Continuo nutu capitis significant, se nusquam cœnatum ire. *Lambin.*

22. *Distum.*] *Distæ* sunt joci. *Lucan.* in *Paneg.*

— patin-

Quibus solebam menstruales epulas ante adipiscier.

Nemo ridet. scivi extemplo rem de compacto geri.

25 Ne canem quidem irritatam voluit quisquam imitariet.

Saltem, si non ariderent, dentes ut restringerent.

Ab eo ab illis postquam video me sic ludificariet.

Pergo ad alios, venio ad alios, deinde ad alios: una res.

Omnes compacto rem agunt, quasi in velabro olearii.

30 Nunc redeo inde, quoniam me ibi video ludificariet.

Item alii Parasiti frustra obambulabant in foro.

Nunc barbarica lege certum est jus meum omne persequi.

Qui concilium iniere, quo nos victu & vita prohibeant,

His diem dicam, irrogabo multam: ut mihi cœnas decem

35 Meo arbitrato dent, cum cara annona sit. sic egero,

Nunc ibo ad portum hinc. est illic mihi una spes cœnatica:

Si ea decollabit, redibo huc ad senem, ad cœnam asperam.

— *patiuntur diſſa jecorum.*

Vatro *diſſeria* vocavit. *Taubm.*

23. *Menſtruales epulas.* ] Loquitur de cœnis quas ſufficiebant promiſcue Romani, ſingulis calendis. *Longel. Quæ mihi in menſem ſatis eſſent. Lambin.*

24. *De compacto.* ] *Compacto*, (vel *compelle*, ſcribendi ratione tunc *tralatitia*, à *compesco*) *καὶ οὐκ ἴμα*? @: merum Latium. Uſus *Livii* lib. 5. & *Cicero* ipſe ad *Atticum. Lipſius.*

25. *Irritatam.* ] *Irritare* non ab ira, ut quidem putant, ſimplici ſcribentes litera, ſed venit ab *irrire*; quod canum eſt, cum ringi incipiunt. *Paſſerat.*

26. *Dentes ut restringerent.* ] Eſt leviter riderent, riſuri habitum figurarent, ſic ut labellis diſcluſis dentes oſtenderent. *Quintil. decl. 12. Inter horretum ac ſamem reſtriſſu labrii morſus abruptissimus. Appulcius in Apologia: Ne quo viſatur terra labes ſerdium, Reſtriſſu forte ſi labellu riſerit. Gronov. Reſtringerent.* ] *Reſtringere* eſt aperire, & quod conſtriſſum erat, laxare: ut hic *reſtringere dentes*: quod irritati canes, dum ringuntur, faciunt. *Turneb. Ita & Caſaub. notat, τὸ re in multis eſſe modo ἰντυπνὴν μὲν εἶον, modo ὑπνῶν. Taubm.*

29. *Velabro olearii.* ] Sicut ii, qui oleum vendunt, communi pacto & pretio id vendunt. *Velabrum* locus Romæ juxta *Aventinum* montem, vel à *velande*, quod viam ad *hippodromum* ferentem è foro, velis in ipſis ludis obtendere ſolebant, vel dictus à *vehende*; nam olim paludibus *Aventinus* mons à reliquis erat diſcluſus. Hoc loco proſtabant omnia, quæ ad victus rationem, & delicias pertinebant. *Lamb. & Crug.*

32. *Barbarica.* ] Id eſt, *Romana*. Invenit autem eam, quæ à *Q. Vatio* lata eſt in eos, qui in *Remp. conſulit* ſent, conſilio inito, quo populum *Rom.* vita & victu prohiberent. *Cambr.*

34. *Irrogabo multam.* ] Si honeſtior eſſet perſona, quam ut eam tapi in jus conveniret, diem ei dicebat, eamque promiſſa pœna, quam *multam* *Plautus* appellat; datiſve, ni prædia poſſideret, vadibus vel pignoſe dimittebat. *Ravardus.*

37. *Si ea decollabit.* ] Scribendum eſſe *decollabit*, quod eſt, deliquerit, deſluxerit, effluxerit, elapſa eſt, ut infra loquitur, multis oſtendimus ad *Livii* lib. 27. cap. 17. *Gronov.*

## ACTUS TERTII SCENA SECUNDA.

## H E G I O.

Quid est suavius, quam bene rem gerere bono publico?  
sicut ego feci heri,

Cum enim hosce homines. tibi quisque vident, eunt obviam,

Gratulanturque eam rem. ita me miserum reslitando,  
Retinendoque lassum reddiderunt.

5 Vix ex gratulando miser jam eminebam.

Tandem abii ad Prætozem: ibi vix requievi: rogo syngraphum:

Datur mihi: ilico dedi Tyndaró. ille abiit domum.

Inde ilico revortor domum, postquam id actum est, eo:

Protinus ad fratrem inde abii, mei ubi sunt alii captivi.

10 Rogo, Philocratem ex Alide ecquis omnium noverit?

Tandem hic exclamat, eum sibi esse sodalem. dico esse eum

Apud me. hic extemplo orat obsecratque, eum sibi ut liceat

Videre. iussi ilico hunc exsolvi. nunc tu sequere me,

Ut quod me oravisti; impetres; eum hominem ut convenias,

1. **B**ene rem gerere. ] Salutationis genete expressit Græcum modum *χαίρειν κατὰ τὸν ἰσχυρισμὸν*. Taubmannus. *Bono publico.* ] Hoc eo dicit, quia audierat, Philocratem summo Ideo natum: & iccirco non solum sua; sed etiam Reipublice interesse, eum suis reddi. *Lambinus.*

3. **Reslitando.** ] Dum ipsi crebro consistunt.

5. **Eminebam.** ] Vix videri poteram; ita me pæne obrutum & sepultum quasi detinebant. *Taubm.*

2. **Inde ilico revortor domum.** ] Videtur distinguendam *Inde ilico revortor; domum, postquam id actum est, eo.* Neque enim etiam brevius hæc dici potuissent,

ideo plebeia *μικρολογίᾳ* sic quoque dici non posse necesse est. Tale; quod in Livio notarunt veteres: *Legati non impetrata pace retro, unde venerant, domum reverti sunt.* Gronov. *Es: Protinus.* ] Aut Plautus sui hic oblitus; leges cœconmiz migravit: aut illa duo sunt additamenta sudacissima: *Inde ilico revortor domum, & inde abii.* cum in nullis etiam editt. appareant. *Lego itaque:*

— *rogo syngraphum.*

*Datur mihi. ilico dedi Tyndaró. ille abiit domum.*

*Postquam id actum est, eo*

*Protinus ad fratrem, mei ubi sunt alii captivi.*

Acidalius:

## ACTUS TERTII SCENA TERTIA.

TYNDARUS.

**N**unc illud est, cum me fuisse, quam esse, nimio magis  
velim:

Nunc spes, opes auxiliaque à me segregant, sper- Mell. Pall. sper-  
nuntque se: nuntque ma.

Hic ille est dies, cum nulla vitæ meæ salus sperabilis est:

Neque exilium exitio est; neque adeo spes, quæ mihi hunc  
aspellat metum:

5 Nec mendaciis subdolis mihi usquam mantellum Tamb. Inte-  
est meis: ceptum,

Nec fycophantiis, nec fucis ullum mantellum obviam est.

Neque deprecatio perfidis meis, nec malefactis fuga est.

Nec confidentiæ usquam hospitium est, nec diverticulorum  
dolis.

Opera quæ fuerunt, aperta sunt: patent præstigiæ.

10 Omnis res palam est: neque de hac re negotium est;  
quin male

Occidam, oppetamque pestem, heri vicem meamque.

Perdidit me Aristophontes hic, qui intro venit modo.

Is me novit: is sodalis Philocrati & cognatus est.

Neque jam Salus servare, si volt; me potest; nec copia est:

15 Nisi si aliquam corde machinior astutiam.

Quam;

L. **C**UM me fuisse.] Quem aucto-  
res idemque volebant dice-  
re mortuum, dicebant, vixit. Ut Ci-  
cero de Conjuratis; vixerunt. Virgil.  
2. Æn.

— fuitus Troës, fuit illum.

Passerat.

2. Segregant spernuntque.] Segregant,  
est velut interpretamentum verbi subse-  
quentis. Nam spernere, disjungere & se-  
gregare est: Ennius:

Melius est virtute jus: nam saps virtu-  
tem mali

Nanciscuntur: jus atque æquum se à mi-  
li spernit procul.

Douza.

9. Neque exilium exitio est.] Quasi di-  
cat: neque ullus locus est, quod præsu-  
gens possim exitium declinare. Paullo  
post fugam dixit, quod hic exilium. Lam-  
bin. Ego legebam, auxilium exitio est.  
Quasi dicat: Nullum præsto est auxilium;  
quo minus in exitium ruam. Dissald. Di-  
cit Tyndarus; præsentissimum certissi-  
mumque exitium se ubique locorum  
manere; cupere se illuc quati in exilium  
mittere, in ultimas terras deponere, &  
procul à se amandare; sed non posse;  
adeoque haud dubie sibi esse petendum.  
Boxhorn.

6. Mantellum.] Genus pallii aut ve-  
lamenti: Varr. vocat Mantellum, quasi  
manu-

Quam, malum! quid machiner? quid comminiscar? maxumas

Nugas ineptiasque incipisso. hæreo.

*mansterium* χησμηαντες. Etiam apud | laementi. Sic Latine *mantelium* & *man-*  
Athenzum χησμηαντες est genus ve- | tile ad tergendas manus. *Scalig.*

ACTUS TERTII SCENA QUARTA.

HEGIO, TYNDARUS, ARISTOPHONTES.

QUO illum nunc hominem proripuisse foras se dicam ex ædibus?

TY. Nunc enim vero ego occidi: eunt ad te hostes, Tyndare quid loquar?

Quid fabulabor? quid negabo? aut quid fatebor? mihi Res omnis in incerto sita est. quid rebus confidam meis?

5 Utinam te Di prius perderent, quam periisti è patria tua, Aristophontes, qui ex parata re imperatam omnem facis. Occisa est hæc res, nisi reperio atrocem mihi aliquam astutiam.

HE. Sequere. hem tibi hominem, adi, atque alloquere.

TY. quis homo est me hominum miserior?

AR. Quid istuc est, quod meos te dicam fugitare oculos Tyndare?

10 Proque ignoto me aspernari, quasi me nunquam noveris? Equidem tam sum servus, quam tu: etsi ego domi liber fui, Tu usque à puero servitatem servivisti in Alide.

HE. Edepol minime miror, si te fugitat, aut oculos tuos, Aut si te odit, qui istum appelles Tyndarum pro Philocrate.

15 TY. Hegio, hic homo rabiosus habitus est in Alide. Non. rabul.  
dofus.  
Ne tu, quod istuc fabuletur, aures immitras tuas.

Nam

5. *Quam periisti è patria tua.*] Utinam prius vitam perdidisses, quam patriam, & in hostium non manus, sed gladios potius ipsos incidisses. *Siberus.* Etiam ] Cui dicunt eos periisse patriam, qui capti sunt, vel exules. *Taubm.*

6. *Qui ex paratare.*] Omnia composita conturbas. *Imparati, parati, pas-*

sim etiam *Tacito* dicuntur, qui jam impares aut pares sunt defensionem. *Bozborn.*

7. *Occisa est, &c.*] Id est, interiit, & desperata est hæc res. *Lamb. Atrocem.*] *Festus:* *Atroces* appellantur ex *Græcè* quia isti *ἀτροχτα* appellantur, quæ cruda sunt. *sive Atrox* dicitur ab eo, quod nihil timeat. *Scalig.*

It. Quæ

Nam istic hastis infectatus est domi matrem & patrem.

Et illic isti, quisputatur, morbus interdum venit.

Proin' tu ab istoc procul recedas. HE. ultro istum à me.

AR. ain' verbero

20 Me rabiosum? atque infectatum esse hastis meum memoras patrem?

Et cum morbum mihi esse, ut qui me opus sit insputarier?

HE. Ne verere: multos iste morbus homines macerat,

Quibus insputari saluti fuit. TY. atque Aliis profuit

AR. Quid tu autem, etiam huic credis? HE. quid ego credam huic? AR. insanum esse me.

25 TY. Viden' tu hunc, quam inimico voltu intuetur? concedi optimum est.

Hegio, sit quod tibi ego dixi: gliscit rabies. cave tibi.

HE. Credidi esse insanum extemplo, ubi te appellavit Tyndarum.

TY. Quin suum ipse interdum ignorat nomen, neque scit qui fiet.

HE. At etiam te suum sodalem esse ajebat. TY. haud vidi magis.

30 Er quidem Alcmaeo atque Orestes & Lycurgus postea

Una opera mihi sunt sodales, qua iste. AR. at etiam, furcifer,

Male

18. *Qui sputatur.*] Plin. libro 10. cap. 23. & lib. 28. cap. 3. diseditissimis verbis monstrat, epilepsiam cum fuisse morbum, qui insputabatur. Ego sum ejus sententiae, id fecisse piiscos hac in re, quod faciunt hodie in plerisque regionibus, ut ubi epilepticus vel occurrit, vel morbus nominatur, sputum emittatur, tanquam hujuscemodi conspuisio ad avertendam à sese morbi perniciem conferat. Neque vero simile videtur, vel in ægorantis faciem, vel alio pacto adversus ipsum conspuisioem faciendi consuetudinem extitisse. *Mercurialis.*

19. *Utro.*] V. N. Amph. act. 1. 1.

21. *Ut qui me, &c.*] *Mss. Lang.* non habent *ut*: & hic sane male scriatur. *Qui*, hoc est, cujus causa. *Dissald.*

23. *Quibus insputari, &c.*] Argutatione sua usque adeo Hegioni persuaserat Tyndarus. Aristophontem comitiali morbo laborare, ut ille jam bono animo Aristophontem esse inberet; posse eum sola insputatione sanari: ad quæ verba servus: Bene loquens, inquit, & verum est, quod hic sputo curentur homines caduci: nam & æque apud nos in Alide idem est eidem morbo remedium. *Gruter.*

25. *Concedi.*] Tutissimum est ei cedi. *Lambin.*

29. *Haud vidi.*] V. N. Amph. 2. 2.

30. *Alcmaeo.*] Tres insanos nobilissimos commemorat: quos eodem modo sibi dicit sodales esse, atque istum. At illi nullo modo fuerunt: neque igitur *istc.* *Lamb.*



Male mihi loqui audes? non ego te novi? HE. pol planum  
id quidem est

Non novisse, qui istunc appelles Tyndarum pro Philocrate,  
Quem vides, eum ignoras: illum nominas, quem non vides.

35 AR. Immo iste eum sese ait, qui non est, esse: & qui vero est,  
negat.

TY. Tu enim repertus, Philocratem qui superes veriverbio!

AR. Pol, ego ut rem video, tu inventus, vera vanitudine

Qui convincas. sed quæso, hercle, agedum aspice ad me.

TY. hem. AR. dic modo,

Te negas Tyndarum esse? TY. nego inquam. AR. tun' te  
Philocratem esse ais?

40 TY. Ego inquam. AR. tunc huic credis? HE. plus quidem,  
quam tibi aut mihi.

Nam ille quidem, quem tu hunc memoras esse, hodie hinc  
abiit Alidem

Ad patrem hujus. AR. quem patrem, qui servus est? TY. &  
tu quidem

Servus & liber fuisti, & ego me confido fore;  
Si hujus huc reconciliaſſo in libertatem filium.

45 AR. Quid ais, furcifer? tun' te gnatum memoras liberum?

TY. Non equidem me Liberum, sed Philocratem esse ajo.  
AR. quid est?

Ut scelestus, Hegio, nunc is te ludos facit!

Nam is est servus ipse, neque præter se unquam ei  
servus fuit.

*Doux. Hegio-  
ni huic iste.*

*Mss. Pall. præ-  
ter enim quæ-  
quam ei.*

TY. Quia tute ipse egēs in patria, nec tibi, qui vivas, do-  
mi est,

50 Omneis inveniri similes tibi vis. non mirum facis.

EST

37. *Vera, &c.*] Id est, qui ea quæ  
vera sunt, convincas vanitate ac men-  
daciis tuis. *Doux.*

42. *Quem patrem?*] Idem sonat, at-  
que si scriptum esset, *Patrem non habet.*  
additur ratio: quia servus est. *Mercer.*  
Hoc autem eo pertinet, quod jute civili  
nulla sit servilis cognatio. *Lamb.*

46. *Non equidem me Liberum, &c.*] Huic loco optima interpretatio acce-

det ex *xl. 59.* ubi ait Tyndarus:

*Pergin' servum me exprobrare esse, id quod  
vi hostili obtigit?*

Non ait Tyndarus se esse liberum, quia sit  
in servitatem redactus, sed fuisse. Certe li-  
ber natus fuerat, & postea reperietur He-  
gionis filius. Sed lu dit etiam altero ambi-  
guo, potest enim intelligi, *non dico me esse  
liberum, sed me esse Philocratem: & non dico  
me, sed Philocratem esse liberum.* *Dissald.*

51. *Boniv.*]

EST MISERORUM, ut malevolentes sint atque invideant bonis.

AR. Hegio vide sis, ne quid tu huic temere insistas credere.

Atque ut perspicio, profecto jam aliquid pugnae edidit.

Filium tuum quod redimere se ait, id nequam mihi placet.

55 TY. Scio te id nolle fieri: efficiam tamen ego id, si Di adjuvant.

Illum restituam huic, hic autem in Alidem me meo patri.

Propterea ad patrem hinc amisi Tyndarum. AR. quin tu te is es.

Neque praeter te in Alide ullus servus istoc nomine est.

TY. Pergin' servom me exprobrare esse, id quod vi hostili obrigit?

60 AR. Enimvero jam nequeo contineri. TY. heus audin' quid ait? quin fugis?

Jam illic hic nos infectabit lapidibus, nisi illum jubes

Comprehendi. AR. crucior. TY. ardent oculi: fune opus' est, Hegio.

Viden' tu illi maculari corpus totum maculis luridis?

Atra bilis agitat hominem. AR. at pol te, si hic sapiat senex,

65 Atra pix agitet apud carnificem, tuoque capiti illuceat.

TY. Jam deliramenta loquitur: larvae stimulant virum.

HE. Quid? quid si hunc comprehendi jusserim?

TY. sapias magis.

AR. Crucior lapidem non habere me, ut illi mastigiae

Cerebrum excutiam, qui me insanum verbis concinnat suis.

TY. Audin'

51. Bonis.] Id est, divitibus & beatis.

Donna. Ita bona dicuntur opes. Nata autem est ea loquendi ratio ex opinione vulgi, in amplissimis opibus ac possessionibus summum bonum constituentis. Boxhorn. Vide Trinum. act. 2. 4.

53. Aliquid pugnae edidit.] Aliquid jam machinatus est. Lamb.

59. Exprobrare.] O'redi? etc. Et si pari jure habebantur servi bello capti, atque ii qui vernae essent: hoc illis tamen quasi miseris suae solatium ac levamen erat, quod exprobrare servitutem non

liceret: cum id ipsum minime honestum existimarent. Meursius.

62. Ardent oculi.] Nam, ut iratis, ita & insanis ardere oculi solent. nec minus: cum ira sit furor brevis, Lamb.

64. Atra bilis.] Vide Menzschm. act. 5. 2.

65. Atra pix.] Qua cruciabantur fontes & malefici. Lucret.

Verbera, carnifices, robur, pix, lamina, tada.

Vid. Mercat. act. 3. 4. Lambin.

66. Deliramenta.] Vide Amphit. 2. 2.

70 TY. Audin' lapidem queritare? AR. solus te solum volo,  
Hegio. HE. istinc loquere, si quid vis, procul tamen au-  
diam.

TY. Namque edepol si ad bites propius, os denasabit tibi  
Mordicus. AR. neque pol me insanum, Hegio, esse <sup>Qui. Mff.</sup> mordicibus.

Neque fuisse unquam, neque esse morbum quem istic au-  
tumat.

75 Verum si quid metuis à me, jube me vinciri: volo,  
Dum isticitidem vinciat. TY. imo enim vero, Hegio,  
Istic, qui volt, vinciat. AR. tace modo: ego te Philo-  
crates

False, faciam, ut verus hodie reperiare Tyndarus.

Quid mi abnutas? TY. tibi ego abnuto? quid agat, si absis  
longius?

80 HE. Quid ais? quid si adeam hunc insanum? TY. nugas  
ludificabitur.

Garriet quod neque pes unquam, neque caput com- <sup>Lambi</sup>  
pareat. <sup>quo.</sup>

Ornamenta absunt; Ajacem, hunc cum vides, ipsum vides.

HE. Nihili facio, tamen adibo. TY. nunc ego omnino  
occurdi,

Nunc ego INTER sacrum saxumque sto; nec, quid fa-  
ciam, scio.

85 HE. Do tibi operam, Aristophontes, si quid est, quod  
me velis.

AR. Ex me audibis vera, quæ nunc falsa opinare, Hegio.

Sed hoc primum me expurgare tibi volo, me insaniam

Neque tenere, neque mi esse ullum morbum, nisi quod servio.

At

72. *Ad bites.*] Vide notas supra Act. 2.  
Sc. 3. vers. 20. Et Epid. 1. 2.

78. *Ut verus hodie reperiare Tyndarus.*] Ut vapules, quem admodum servi vapulare solent. *Lambin.*

80. *Nugas ludificabitur.*] Id est, Nugator ludos faciet. Scio, *nugas* capi posse *nugas*: malim tamen *nugas* seorsum poni, ut subintelligatur, *egorâ*. *Acidalius.*

81. *Neque pes unquam.*] Vide Añn. act. 3. 3.

82. *Ornamenta absunt; Ajacem, &c.*] Hunc cum vides, inquit, Ajacem ipsum vides. Ornamenta tantum absunt Ajacis. Hoc uno excepto quod non ornatus est nec indutus, ut Ajax, cætera Ajaci similis est. Quid sint ornamenta histrionum vel personarum Comicarum Tragicarumque, neminem latet. *Salmaf.*

At ita me rex deorum atque hominum faxit patriæ com-  
potem,

90 Ut istuc Philocrates non magis est, quam aut ego, aut tu.

HE. eho! dic mihi,

Quis igitur ille est? AR. quem dudum dixi à principio tibi.

Hoc si secus reperies, nullam causam dico, quin mihi

Et parentum & libertatis apud te deliquio fiet.

HE. Quid tu ais? TY. me tuum esse servom, & te meum  
herum. HE. haud istuc rogo.

95 Fuiſtin' liber? TY. fui. AR. enimvero non fuit, nugas  
agit.

TY. Qui tuſcis? an tu fortasse fuiſti meæ matri obſtetrix,

Qui id tam audacter dicere audes? AR. puerum te vidi puer.

TY. At ego te video major majorem. hem rurſum tibi!

Meam rem non cures, ſi recte facias. num ego curo tuam?

100 HE. Fuitne huic pater Theſaurochryſonicochryſides?

AR. Non fuit. neque ego iſtuc nomen unquam audivi ante  
hunc diem.

Philocrati Theodoromedes fuit pater. TY. pereo probe.

Quin quieſcis dierectum cor meum! i, ac ſuſpen-  
de te.

Lamb. quin  
quieſce tu  
dierecte.

Tu

92. Nullam causam dico. ] Non recu-  
ſo. Lambin.

93. Deliquio fiet. ] Deliquio deliquio-  
nis, idem quod deliquium, ut obſidio  
obſidionis & obſidium; æſtimio æſti-  
mionis & æſtimum pro æſtimatione.  
Et ſic alia ſexcenta. Salmuſius. Robertus  
Stephanus in tertio caſu accepit: & pu-  
tat Siberus dictum ut illa: Eſt mihi bene,  
fraudi, exitio. Taubm.

95. Fui. ] Verum dicit imprudens: eſt  
enim Hegionis filius. Lambin.

99. Si recte facias. ] Sic Cis. pro Roſc.  
Amer. dixit, ſi recte fiat, pro, ſi officio  
fungatur. Lambin.

103. Quin quieſcis dierectum, &c. ]  
Quid ſit dierectum quaeritur. Fruſtra qua-  
eritur in Latino ſolo hujus vocis origo &  
ſignificatio, quæ Latina non eſt, ſed  
plane Græca, ut multas uſurpatas à Plau-  
to conſtat, ut *prothymiam*, *tympanotri-*

*bam*, *maſtigiam*, & alia infinita. Nam  
*dierectum* dixere pro *diarectum*. Sic *pa-*  
*tenam* ex *πατανα* fecere. Sic *remulcans*  
pro Græco *ῥυμυλλός*, una littera mu-  
tata; & *Pincerna*, qui Græce eſt *ἰπικίε-*  
*νας*; *Theſaurum* ſcribebant pro *The-*  
*ſauro*, ex Græco *θηουρεός*. Ita ergo  
*dierectum* ſcripſiſſe pro *diarectum*, hoc  
eſt, *διάρρηκτο*. *Abi dierectum*, idem  
quod *ἀπὸς διάρρηκτο*. Quod uno  
verbo apud Comicos, *διάρρηκτος*, ut  
ſæpe apud Ariſtophanem occurrit. Hinc  
*dierectum* pro corde diſrupto, ſien *diere-*  
*ctum* diſruptus. Quod *ἰλάκτος μέτρο*  
in N. Teſt. id iſtum Græcis *διάρρηκ-*  
*τος*, *διάρρηκτος εἶνα*. Quo iſteren-  
dum eſt, & illud *trumpantur* ut *ilia* Co-  
dro, & diſrupti, *diſruptor miſer*,  
*διάρρηκτομα*. Inde etiam dicti *diere-*  
*ctarii* portarum eſtradores, fures &  
*θυροπαλιταί*, ut vocantur in Gloſſis.  
O 4 quod

Tu suffultas, ego miser vix asto præ formidino.

105 HE. Satin' istuc mihi exquisitum est fuisse hunc servum in Alide?

Neque esse hunc Philocratem? AR. tam satis, quam nunquam hoc invenies secus.

Sed, ubi is nunc est? HE. ubi ego minime, atque ipse se volt maxume,

Tum igitur ego detuncinatus, deartuatus sum miser?

Hujus scelesti technis; qui me, ut lubitum est, ductavit dolis.

110 Sed vide sis. AR. quin exploratum dico, & provisum hoc tibi.

HE. Certo? AR. quin nihil, inquam, invenies magis hoc certo certius.

Philocrates jam inde usque amicus fuit mihi à puero puer.

HE. Sed qua facie est tuus sodalis Philocrates? AR. dicam tibi:

Macilento ore, naso acuto, corpore albo, & oculis nigris,

115 Subrufus aliquantum, crispus, cincinnatus. HE. convenit.

TY. Ut quidem, hercle, in medium ego hodie pessime processerim.

Væ illis virgis miseris, quæ hodie in tergo morientur meo.

HE. Verba mihi data esse video. TY. quid cessatis compedes

Currere ad me, mea que amplecti crura, ut vos custodiam?

HE. Satin'

quod fores διαρρήκτες facerent. Vel quis Græcis διαρρήκτας, id est, effra-  
ctores, qui Latinis inde dicti sunt die-  
rectarii pro diazrectarii. Sic qui Græcis  
σύμμαχοι, Hygino appellantur, Sym-  
macharii. Qui Græcis παρεόβολοι, La-  
tinis parabolarii. Qui ὀρχισύπλοι, &  
alii ὀπλορχιστοί, Ορχιστολάρι, & alia  
ejus generis. Diezrectarii igitur sunt  
διαρρήκται, sive effraçtores. Diezrectus,  
διαρρήκται. Ita & διατρέτην Latini ex  
Græco sumpsere διατρέτης. O quantum  
diatretra valent, Martiali. Pro diezrectarii  
perperam in Glossis scribuntur diezrectarii  
& diezrectarii. à diezrecto venite illam vo-  
cem, vel Glossæ restantur, quæ etiam  
καταεχθες interpretantur. Diezrectarius,  
δυναστευόλης, ἐπιπαραδότης, κατὰ-  
εχθῆ. Nam sæpe pro κατάραις, usur-

patur hæc vox, abi diezrecte, εἰς κατάραις, vel κατάραις, utpote disruppi dignus. Salmasius.

108. Detuncinatus. ] A τυνεῖνα, quæ  
sæpe genus est, ut censent Critici à  
ψυχῆν Græcis: verbo non inscita  
translatione sed vere Comica usurpato:  
Turnebus. Deartuatus. ] Id est, per ar-  
tem censifus. Nonius. Βοσίω, διαμυλ-  
χῆσω.

110. Vide sis. ] Sitne hoc certum &  
exquisitum. Lambinus.

117. Morientur. ] Hoc satis explicat,  
cur ultorum Acherontem dixerit Am-  
phitr. 4. 2. quasi virgarum Orcum & ne-  
cem. Turnebus.

119. Ut vos custodiam. ] A contrario  
sensu: ut custos carcerum. Alin. Ταυ-  
πανης.

120 HE. Satin' me illi hodie scelesti capti ceperunt dolo?

Illic servum se assumulabat, hic sese autem liberum.

Nucleum amisi, reliquit pigneri putamina.

Ita mihi stolido sursum vorsum os sublevare offuciis.

*Gulielm.  
vor'vris  
os subli.*

Hic quidem me nunquam iridebit, Colaphe, Cordalio,

Corax,

125 Ite istinc, atque efferte lora. LO. num lignatum mittimur? i

122. *Putamina.*] *Putamina non solum arborum sunt, verum omnium rerum purgantia: nam quicquid ex quaque ro-jicitur, putamen appellatur. Nonius.*

125. *Lignatum.*] *Senex castigando*

Tyndaro lora clamat: (nam servis puniendis lora poscebantur) illi autem joco, quasi ambigentes, ad lignationem referunt: nam & lignatum ituri ferebant securim & lora. *Lips.*

## ACTUS TERTII SCENA QUINTA.

HEGIO, TYNDARUS, ARISTOPHONTES.

INjicite huic manicas mastigæ.

TY. Quid hoc est negotii? quid ego deliqui? HE. rogas?

Sator satorque scelerum, & messor maxime.

TY. Non occatorem dicere audebas prius?

*M. T. Long.  
debebas.*

5 Nam semper occant prius, quam sarrunt rustici.

HE. At ut confidenter mihi contra astitit!

TY. Decet innocentem servom atque innoxium.

Confidentem esse, suum apud herum potissimum.

HE. Astringite isti sultis vehementer manus.

10 TY. Tuus sum, tuas quidem vel præcidi jube.

*Glu. ru  
has quid.*

Sed quid negotii est, quamobrem succentes mihi?

HE. Quia me meamque rem, quod in te uno fuit,

Tuis scelestis falsidicis fallaciis

Delaceravisti, deartuavistique opes.

15 Confecisti omnes res ac rationes meas,

Ita

3. *Sartorque.*] *Sartores non modo à sarricando, sed & à sarricando dicti sunt. Nonius.*

5. *Occant.*] *Occatio satis demum frugibus locum habebat. Hinc occationem, occationem veteres ex nominis veriloquio interpretabantur, quod ea occatarentur frumenta, hoc est, sub terra operirentur & occultarentur. Hanc statim sequebatur sarritio,*

jam enatis frugibus. *Salmasius.*

7. *Decet innocentem.*] *Similia sunt Amphit. 2. 2. ubi notas vide; & Pseud. act. 1. 5.*

14. *Deartuavistique.*] *In articulos dissecuisti δρεμδλσσας. Bofius.*

15. *Confecisti.*] *Ita, conficere argentum, Terent. dixit: & patrimonium conficere, Cicero: id est, perdere, decoquere, laccrare, consumere. Passerat.*

- Ita mi exemisti Philocratem fallaciis.  
 Illum esse servom credidi, te liberum.  
 Ita vosmet ajebatis, itaque nomina  
 Inter vos permutastis. TY. fateor, omnia  
 20 Facta esse ita, ut tu dicis, & fallaciis  
 Abiisse eum abste, mea opera atque astutia:  
 An, obsecro hercle te, id nunc succenses mihi?  
 HE. At cum cruciatu maximo id factum est tuo.  
 TY. DUM NE ob malefacta peream, parvi aestimo.  
 25 Si ergo hic petibo, ast ille ut dixit, non redit:  
 At erit mihi hoc factum mortuo memorabile;  
 Meum herum captum ex servitute, atque hostibus  
 Reducem fecisse liberum in patriam ad patrem,  
 Meumque potius me caput periculo  
 30 Praoptavisse, quam is periret, ponere.  
 HE. Facito ergo ut Acherunti clueas gloria.  
 TY. QUI PER Virtutem peritat, non interit. *scil. perbitat.*  
 HE. Quando ego te exemplis excruciavero pessumis,  
 Atque ob sutelas tuas te morti misero,  
 35 Vel te interisse, vel perisse praedicent,  
 Dum pereas, nihil interduo, dicant vivere. *Act. Pall. interdico.*  
 TY. Pol si istuc faxis, haud sine poena feceris,  
 Si ille huc redibit, sicut confido affore.  
 AR. Pro di immortales! nunc egotenco. nunc scio  
 40 Quid sit hoc negoti. meus sodalis Philocrates  
 In libertate est ad patrem, in patria. bene est:

Nec

30. *Ponere.* ] Pro exponere. *Donatus.*

31. *Acherunti.* ] Adverbium; ut *Κερθηγίνι*. Lamb. *Sententia est:* Facito ergo tu, ut apud Acherontem celeberris laudibus. *Tandem.*

32. *Peritat, non interit.* ] Id est, non separatur prius a vivis, sed remanet in fama hominum.

33. *Exemplu.* ] *Graves poena, qua possunt ceteris documento esse, exempla dicuntur.* Donatus.

34. *Sutelas.* ] Glossar. *Sutela, χαχορ-ιαπια.* V. N. Amph. 1. 1.

35. *Vel te interisse.* ] *Interire*, est ex quacunque causa occidere & emori: *Perire*, casu vel infortunio: ut igni, fame, naufragio. Itaque *Interire* generalius est, & majorem vim habet, quam *Perire*, quod aliquando significat evanescere & extenuari, spe decidere. *Perire* hic exponitur *mori*, sed morte violenta. *Auf. Papma.*

36. *Interduo.* ] *Nihil interdare*, susque deque facere est, *καὶ ἀδιαφορεῖν*. Rud. 2. 7. *Trinum.* 4. 2. *I. Gulsolm.* Sed *tamen* & *interdico* interpretor *ἀδὲρ ἀδιαφορεῖν ποῦμαι, ἀδιαφορεῖν*. Scalig.

42. *Equa*

Nec est quisquam mihi, æque melius cui velim.  
Sed hoc mihi ægre est, me huic dedisse operam malam, ]  
Qui nunc propter me, meaue verba vincit est.

45 HE. Vetui' te quicquam mihi hodie falsum proloqui ?

TY. Vetuisti. HE. cur es ausus mentiri mihi ?

TY. Quia vera obessent illi, quoi operam dabam :

Nunc falsa profunt. HE. at tibi oberunt. TY. optume est.

At herum servavi, quem servatum gaudeo :

50 Cui me custodem addiderat herus major meus.

Sed malene id arbitrare factum ? HE. psume.

TY. At ego ajo recte, qui abs te seorsum sentio.

Nam cogitato, si quis hoc gnato tuo

Tuus servus faxit, qualem haberes gratiam ?

55 Emitteretne, necne, cum servom manu ?

Essetne apud te is servus acceptissimus ?

Responde. HE. opinor. TY. cur ergo iratus mihi es ? Pen. in-  
gratus.

HE. Quia illi fuisti, quam mihi, fidelior.

TY. Quid ? tu una nocte postulavisti & die,

60 Recens captum hominem, nuperum & novitium, Mec. nuperum  
novitium.

Te perdocere, ut melius consulere tibi,

Quam illi, quicum una à puero atatem exegeram ?

HE. Ergo ab eo petito gratiam istam. ducite,

Ubi ponderosas, crassas capiat compedes,

65 Inde ibis porro in latomias lapidarias.

Nov. lapidi-  
cidarias.

Ibi quom alii octonos lapides effodint,

Nisi

42. *Æque melius.* ] Comparativum pro absoluto. Tetent. Heautont. Cui aqve audivisti commodius quicquam evenisse ? Act. 4. 2. vers. 47. *Taubm.*

50. *Custodem.* ] Id est, pædagogum. *Her. 1. Sat. 4. Dum custodu egas. Herus major hic est, Theodoromedes, Philocratis pater.*

60. *Novitium.* ] Servus novitius, est servus rudis, & ministeriorum omnium servilium imperitus, qui opponitur veteratori. *Cic. in Pis. Syrorum nescio quem de progenitivorum.* *Lamb.*

61. *Perdocere.* ] Id est, persuadere. *D.*

63. *Gratiam istam.* ] Gratia, à *χαρειν*, beneficium cujus gratia comes. *Terent. Hecyr. 3. 3. Hanc gratiam sibi uti dei rogat. Passerat.*

64. *Crassas.* ] Id est, duplices, non singularias. *Douza.*

65. *Latomias.* ] Id est, lapidinas, quæ alioqui sine adjectione, carcerem significant : à latomiis Syracusanis. *Turnebus.*

66. *Effodint.* ] Pro, *effoderint.* *Carm.* At hoc nulla analogia potest defendi : scribo, *effodent.* *Veteres fodare pro fodere extulisse testatur Festus. Meurs.*

67. *Co-*



Nisi cotidianus sesquiopus confeceris,  
Sexcentoplogo nomen indetur tibi.

AR. Per deos atque homines ego te obtestor, Hegio;  
70 Netu istunc hominem perduis. HE. curabitur.

Nam noctu nervo vinctus custodibitur,  
Interdius sub terra lapides eximet.

Diu ego hunc cruciabo, non uno absolvam die.

AR. Certumne est tibi istuc? HE. non motiri certiu' st.

75 Abducite istum a ctutum ad Hippolytum fabrum,  
Jubete huic crassas compedes impingier:

Inde extra portam ad meum libertum Cordalum,  
In lapidinas facite deductus fiet:

Atque hunc ita velle, dicite, curarier,

80 Ne qui deterius huic sit, quam quoi pefsume est.

TY. Cur ego te invito me esse salvom postulem?

Periculum vitæ meæ stat tuo periculo,

POST MORTEM in morte nihil est, quod metuum, mali.

ETSI pervivo usque ad summam ætatem, tamen

*v. c. super-  
vivo.*

85 Breve spacium est perferundi, quæ minitas mihi.

Vale atque salve: etsi aliter ut dicam, meres,

Tu Aristophontes, de me ut meruisti, ita vale,

Nam mihi propter te hoc obtigit. HE. abducite.

TY. at unum hoc quæso, si huc rebitet Philocrates,

Ut

67. Cotidianus. ] Lego: Cottidiano. So-  
iens prisca sine additione dicere, Hester-  
mo, Cottidiano, Anno, Horno, Peftero: &  
vere adverbiorum in morem. Tacitus:  
Peftero, cum ad eosdem cruciatus retrahere-  
tur. Lips. Sesquiopus confeceris. ] Id est,  
octonos & quaternos lapides effoderis.  
Est enim hic numerus ἑξήκοντα, id est,  
sesqui ad octo. Cam.

70. Perduis. ] Sententia aperta. At He-  
gio aliovorsum hoc verbum accipiens,  
obtestationem Aristophontis eludit re-  
sponso ex ambiguitate, quæ verbo Perdi-  
deris, subest, jocum aucupatus. Douza.

71. Nervus. ] Nervus hic pro vinculo  
aut compedeponitur. Lamb.

80. Ne quis deterius. ] Ne qua ratione  
deterius cum illo agatur, quam cum his

qui pessime habentur. Eodem ergo pla-  
ne modo cum eo agi vult, quo cum pes-  
simis. Alii dicerent; Ne quis melius huic  
sit, quam cui pefsume est. At Hegio,  
quia, ne melius, mollius aliquid mitius-  
que significat, maluit dicere, ne deterius.  
Bozhorn.

82. Stat tuo periculo. ] Servus enim  
cum damno & periculo domini mori-  
tur. Lambin.

85. Minitas. ] Pro minitatis;

86. Vale atque salve. ] Hæc conjun-  
gebant veteres, discedentes ab iis, quos  
nunquam visuri essent. Quin ita Salvere  
& Valere mortuos jubebant. Virg. II.  
Æneid.

Salve æternum mihi, maxime Pala,  
Æternumque vale. — Lamb.

90 Ut mihi ejus facias conveniundi copiam.

HE. Peristis, nisi hunc jam è conspectu abductis.

TY. Vis hæc quidem hercle est, & trahi & trudi simul.

HE. Illic est abductus recta in phylacam, ut dignus est.

Ego illis capteivis aliis documentum dabo,

95 Ne tale quisquam facinus incipere audeat.

Quod absque hoc esset, qui mihi hoc fecit palam,

Usque offrenatum suis me ductarent dolis.

Nunc certum est nulli post hæc quicquam credere.

Satis sum semel deceptus. speravi miser

100 Ex servitute me exemisse filium.

Ea spes elapsa est. perdidici unum filium

Puerum quadrimum, quem mihi servos surpuit :

Neque enim servom unquam repperi, neque filium,

Major potitus hostium est. quod hoc est scelus!

105 Quasi in orbitatem liberos produxerim.

Sequere hac: reducam te ubi fuisti. neminis

Misereri certum est, quia mei miseret neminem.

AR. Exauspicavi ex vinculis. nunc intellego

Redauspicandum esse in catenas denuo.

92. *Vu hæc.* ] Veteres cum vehementius & violentius vel arctius tenebantur, pellebantur, trudebantur, exclamare solebant: *Hæc vñ est.* Sic C. Jul. Cæsar perisse videns pugionibus, *Ista quidem vñ est,* clamat. *Turneb.*

93. *Phylacam.* ] Φυλακὴ, carcer. Vide Aulular. 3. 5.

94. *Docupentum dabo, ne quiv.* ] Vide hæc de antiqua elegantia, quæ scriptissimus lib. 4. Observat. cap. 11. *Gronov.*

96. *Quod absque hoc esset.* ] Id est, quod nisi hic esset, videlicet Aristophontes, qui mihi patefecit Tyndari & Philocraris fallacias. Sic sæpe noster loqui solet, item alii Comici. *Terent.* Phorm.

— *Nam absque eo esset,*

*Reste ego mihi vidissem, & senis effem ultus iravundiam.*

Lambin. Vide Menæchm. 5. 7.

97. *Offrenatum.* ] *Offrenati dolis sunt,* qui veluti capistro ori injecto dolis devincti quolibet ductantur. Sic *Apul.* lib. 6. *Hunc (de Cerbero loquens) offrenatum unius ossula prada, facile prateribit.* J. Guil.

105. *Quasi in orbitatem.* ] Sic mihi omnes liberi pereunt, quasi eos produxerim, non ut liberis essem auctior, sed ut orbis viverem. *Lamb.*

108. *Exauspicavi.* ] Jocus ab auspiciis tractus. Auspicium irineris huic faciendum mihi è vinculis ductum est: & ira malo suspicio huic venit. quare ad vincula merito redeundum est. *Lambin.* Dic potius, allusum ad disciplinam R. ubi domi reprobantur à Ducibus auspicia, si quid male cessisset publice. Et hoc *redauspicari* dicebant, *ὅτι οὐκ ἀποτοῦντο ἀπὸ τῶν ταύτων.*

## ACTUS QUARTI SCENA PRIMA.

ERGASILUS.

**J**uppiter supreme, servas me, measque auges opes.  
 Maximas opimitates opiparasque offers mihi.  
 Laudem, lucrum, ludum, jocum, festivitatem, ferias,  
 Pompam, penum, potationes, saturitatem, gaudium :  
 5 Nec quoiquam homini supplicare nunc certum est mihi,  
 Nam vel prodesse amico possum, vel inimicum perdere.  
 Ita hic me amœnitate amœna amœnus oneravit dies.  
 Sine sacris hæreditatem sum aptus effertissimum.  
 Nunc ad lenem cursum capelsam hunc Hegionem, cui boni  
 10 Tantum affero., quantum ipse à Diis optat, atque etiam  
 amplius,  
 Nunc res certa est, eodem pacto ut Comici servi solent,  
 Conjiciam in collum pallium, primo ex me hanc rem ut  
 audiat.  
 Speroque me hunc nuncium æternum adepturum cibum.

6. **N**AM vel prodesse. ] Potentis hominis est facere utrumque. Notum est illud: *Servare patris; perdere an possim, regas? Lamb.*

7. *Oneravit.* ] *Onerare*, copiam non modo mali, sed & boni significat. *Bæhernius.*

8. *Sine sacris.* ] Id est, sine sumtu. *Sacra* enim familiaria, quæ pecuniam, id est, hæredem sequebantur, aliquo cum sumtu fieri necesse erat. *Lambin.* Soli cives Rom. habebant sacra hæreditaria ex lege XII. Tabb. *SACRA PRIVATA PERPETUA MANENTO.* qua cavebatur, ut pater filiusque hæres eadem sacra colerent. Unde cum de potestate filius exibat, non amplius paternis sacris astringebatur. *Pepma.* *Aptus.* ] Id est, adeptus. ab *apiscor*, *D.* Vide *Epid. act. 5. 2.*

12. *Conjiciam in collum.* ] Veteres Græci & Romani subligaculis, uti nos & hodie, extra stadium aut scenam non utebantur. itaque illi pallium, hi togam ad calcæos demittebant. Quod si quid illis, qui navi & actuosi haberi volebant, diligentius faciendum esset; vel pallium ponebant, vel in humeros rejiciebant. Atque hic est fere servorum habitus in Comædiis. Pallium sane Græci hanc ipsam ob causam, ut expeditiores essent, belli tempore deponerent; ut Romani togam. *Casaub.*

13. *Æternum cibum.* ] *Æterna* dicuntur, aut quæ revera talia, ut Dii, aut quæ voto talia facimus, ut Principes, aut quæ essertissima, uberrima, ac prope inexhausta sunt, ut cibum, hoc loco. *Bæhernius.*

## ACTUS QUARTI SCENA SECUNDA:

HEGIO, ERGASILUS.

**Q**uanto in pectore hanc rem meo magis voluto,  
 Tanto mihi ægritudo auctior est in animo.

Ad

Ad illum modum sublitum os esse

Hodie mihi? neque id perspicere quivi?

5 Quod cum scibitur, per urbem irridebor.

Cum extemplo ad forum advenero, omnes loquentur:

Hic ille est senex ductus, quoi verba data sunt.

Doctus.  
Danz.

Sed Ergasilus estne hic, procul quem video?

Collecto quidem est pallio, quidnam acturu' st?

10 ER. Move ab te moram, atque, Ergasile, age hanc rem.

Eminor interminorque, ne quis mi obstiterit obviam:

Nisi qui sat diu vixisse sese homo arbitrabitur.

Nam qui obstiterit, ore sistet. HE. hic homo pugilatum incipit.

ER. Facere certum est. proinde ut omnes itinera insistant sua,

15 Ne quis in hac platea negoti conferat quicquam sui.

Nam meus est balista pugnus, cubitus catapulta est mihi,

Humerus aries. tum genu ad quemque jecero, ad terram dabo.

Dentilegos omnes mortales faciam, quemque offendero.

HE. Quæ illæceminatio est? nam nequeo mirari satis.

20 ER. Faciam ut ejus diei locique, meique semper meminerit:

Qui mihi in cursu obstiterit, faxo vitæ is extemplo obstiterit suæ.

HE. Quid

7. *Senex ductus.* ] Ducitur enim qui decipitur: qui alterius ad libidinem huc illuc circumducitur. *Gruterus.*

9. *Collecto, &c.* ] *Pallium collectum* opponitur *fluido*. Hoc otiose deambulantium est: illud eorum, qui gnaviter & celeriter aliquid acturi sunt. *Colligere* dicuntur res suas, qui cupiunt esse expediti. *Boxhorn.*

11. *Eminor.* ] *Palam*, vel pro meo jute minor: sic dictum *eminor*, ut edico, quod est *ψf. 23. Lamb.*

13. *Ore sistet.* ] Ad eum modum, quo in *Curcul.* dixit, *capite sistet.* *Boxhorn.* *Pugilatum incipit.* ] *Brachia* jactat, quasi pugilatu certaturus. *Taubm.*

16. *Balista.* ] Duplex instrumentum priscis, quo in hostes emitterent, & jacularentur: altero, tela vel grandiores sagittas, altero lapides & faxa. Id prius

*Catapultam* dixere veteres, hoc posterius *Balistas*. *Plautus* hoc ipsum discrimen *palam* hicingerit. *Pugnum* enim suum, qui rotundus, cum lapide ballistario compatat; *Cubitum*, qui longior, cum telo catapultæ. ita dico, *telo*. nec aliter in his versibus utraque vox capienda, quam pro eo quod *Catapulta* emittitur, aut *Ballista*. *Lippius.*

17. *Tum genu, &c.* ] *Sententia* est: Non tantum mihi pugnus & cubitus, & humerus sunt, quibus valeo. sed præterea etiam genu; quod ad quemcunque jecero, id est. quo quemcunque impetiro, ad terram dabo. *Iaci* dicuntur, quibus alios aggredimur, ut *oscula*, *manus*, *genua*. *Boxhorn.*

18. *Dentilegos.* ] *Dentes* ex ore excutiam; ita ut eos in terram decussos, & terra tollere & colligere necesse habeant. *Lambin.*

HE. Quid hic homo tantum incipissit facere cum tabris  
minis?

ER. Prius edico, ne quis propter culpam caplatur sitam.  
Continete vos domi, prohibete à vobis vim meam.

25 HE. Mira edepol sunt, ni hic in ventrem sumpsit confidentiam.  
Væ misero illi, cujus cibo iste factus est imperiosior.

ER. Tum pistores serophipasci, qui alunt fursure  
sues,

*Pell. Pistris:  
Et qui alunt  
sues.*

Quarum odore præterire nemo pistrinum potest:

Eorum si quousquam seropham in publico conspexero,

30 Ex ipsis dominis meis pugnis exculcabo fursures.

*Palm. ex. l. p. b.  
abdomine.*

HE. Basilicas edictiones, atque imperiosas habet.

Satur homo est, habet profecto in ventre confidentiam:

ER. Tum piscatores, qui præbent populo pisces fætidus,

Qui advehuntur quadrupedanti crucianti canterio:

35 Quorum odos subbasilicanos omnes abigit in forum,

Eis ego ora verberabo sirpiculis piscariis:

Ut

25. *In ventrem sumpsit.*] Vino & epulis calens ac repletus, potius ex ventre, quam animo & fiducia virtutis, adeo confidens ac minax est. *Boxhorn.*

26. *Impensior.*] *Impensu* heic valet, factus: quomodo *Impensa*, factura. *Meurs.* Quod olim majorem pecuniarum numerum in cella dei reponerent, Festus ait *Impensam* vocatam fuisse eam pecuniam: quod nondum esset pensæ, sed tantum stipata. Unde factum, ut quævis stipatio & factura diceretur *impensa*. Scaliger. *Mf. Cameratii* legit, *imperiosior*, id est, φορητός: quod retinendum censet *Salmastius*.

27. *Scrophipasci.*] *Scrophas* pascetes: *seropha* sus femina. *Lamb.* *Fursure.*] Pro, crassiori farinae cremento. *Vossius.* *Fursuri.*] Pro *fursure*. *Cic.* in versu: parti miscetur in una: mutato e, in s longum. *Cam.* Vide *Menæchm. act. 2. 3.*

30. *Ex ipsis dominis.*] Lepide imitatur se id facturum dominis, quod juxta nexum orationis facturum quis putaret suis. *Gruter.*

31. *Basilicae.*] Quicquid splendidum, magnificentum, & imperiosum erat, Græ-

ci βασιλικὸν dicebant. *Longol.*

34. *Quadrupedanti.*] *Turnebus*, libro 6. 29. *Quadrupedare*, inquit, de quadrupedibus dicitur. Vide *Virg. Taubmann.* *Crucianti canterio.*] *Crucians canterio* *Ausonio* dicitur *caballus tripes*, & claudicans, & arumposus, & rursus terga verberare: quales sunt plerunque, qui ad machinas molarias damnantur. *Scalig.*

35. *Subbasilicanos.*] *Homo ἀγοραῖος* est, qui totos dies forum conterit, quemque *Oratores* & *Cômici* appellant ἀγοραῖος περιεργίμα: Latini veteres *Hominem orationarium*, teste *Festo*: vel *substratum*, ut *Cic.* *Glossarii* auctor paulo aliter: *Basilicarium*, βασιλικὸς ἀγοραῖος, Notum est in Basilicis judicia Romæ, præsertim centumvitalia, celebrata fuisse. *Casaub.*

36. *Sirpicula.*] *Sirpicula*, vel *Sirpiculum*, canisli genus, à sirpando, id est, ligando dictum. *Sirpare* à sirpo, χοῖρα, ex quo omne πλάσμα fiebat: unde quæstiones obscuræ sirpi olim Latinis, Græcis vero χοῖροι dicebantur: quod ut χοῖροι erant πλάσματα αλιευτικὰ ex sirpo: Ita etiam ex sirpis nascitur piscatorum, dicebantur *sirpicula*. *Scalig.*

Ut sciant, alieno naso quam exhibeant molestiam.

Tum lanii autem, qui concinnant liberis orbas oves,

Qui locant cædundos agnos, & duplam agninam dariunt,

40 Qui petroni nomen indunt verveci sectario;

Eum ego si in via petronem publica conspexero,

Et petronem & dominum reddam mortales miserimos;

HE. Eugepe! edictiones ædilitias hic habet quidem:

Mirumque adeo est, ni hunc fecere sibi Ætoli agoranomum.

45 ER. Non ego nunc Parasitus sum, sed regum rex regalior:

Tantus ventri commeatus meo adest in portu cibus.

S. L. portu-  
cibus.

Sed ego cello hunc Hegionem onerare lætitia scem?

Qui homine adæque nemo vivit fortunatior.

M. L. Læg. quod  
hodie.

HE. Quæ illæc est lætitia, quam illic lætus largitur mihi?

50 ER. Heus, ubi estis? cequis hoc aperit ostium? HE. hic homo

Ad cœnam recipit se ad me. ER. aperite hæc ambas fores,

Priusquam pultando vel assulatim foribus exitium

Gr. pult. as-  
sultatim.

affero.

HE. Per-

39. *Duplam agninam dariunt.*] Queritur hic Parasitus carnem agninam frequentiotem esse vervecina apud Laniones, & duplo plures agnos cædi quam verveces. Parasiti qui ventri tantum implendo operam dabant, præferebant vervecinam agninz. Agnina, ut tenerior, haud adeo sabburrando abdomini idonea est venulpotantium parasitorum. Præterea agnina etiam carior. Er male hic adnotant docti à veteribus despicatui habitam agninam & vilissimam fuisse. Ut commendarent agninam Lanii, verveci sectario inebant nomen Petronis, quia nimirum dura esset ac responsatet dentibus vervecina. Petrones duri hominis est, asperi, ut & rupices. Lanii verveci sectario inebant nomen petroni ob duriatiam carnis, & cædundos agnos crebrius locabant quam verveces, adeo ut duplam agninam venderent pro simplici vervecina, hoc est, duplo plus agninz vendicent, quam vervecinz. Quod huic parasito displicet. *Duplam agninam dariunt*, id est, venalem habent, præbent. Sic paulo autem, qui præbent popule pisces sarides, id est, vna-

les exhibent, vendunt. *Salmastius.*

40. *Petroni.*] Petrones, rustici à petrarum asperitate: qui & rupices: item *varrones*, à *varru*, qui stipites sunt non dolati, præduri acenodes. *Festus & Scalig. Sellarii* epitheton apud prandium non *verveci* sed *petroni*. Nec *sellarius* uspiam reperitur pro eo cui ablatis testibus est porius admittarius qui gregem inicit, qui femellas passim sectatur: veluti Miles Plauti dicitur *consellarius quæ mares quæ feminas* Grut.

43. *Edictiones Ædilitias.*] Vide Hist. Fori Rom. Fr. Polletti lib. 3. c. 2. T.

44. *Agoranomum.*] Vid. Rud. act. 2. 3.

46. *In portu cibus.*] Non est legendum: *in portu cibus* s. Sed sic distinguendum: *Tantus, ventri commeatus meo, adest in portu cibus.* Cibus enim vocat per *ἰνέειν*, quam vulgo appositionem vocant, commeatum ventri suo. Neque intelligit alium quam Philopolemm, à quo per omnem vitam (hoc enim est *aternum* 4. 1. 13.) cibum sperabat. Priscianus *cibus* quæta declinatione secundo casu accipit. *Græcè.*

52. *Vel assulatim.*] Id est, *minutatim*. Nonius. *Assulatim foribus exitium af-*

HE. Perlubet hunc hominem colloqui, Ergasile. ER. Ergasilum qui vocat?

HE. Respice. ER. Fortuna quod tibi nec facit, nec faciet,  
55 Hoc me jubes. sed qui est? HE. respice ad me, Hegio sum.  
ER. oh mihi!

Quantum est hominum optumorum optume, in tempore advenis.

HE. Nescio quem ad portum nactus es, ubi cœnes, eo fastidis.

ER. Cedo manum. HE. manum? ER. manum, inquam, cedo tuam actutum. HE. tene.

ER. Gaude. HE. quid ego gaudeam? ER. quia ego impero. age gaude modo.

60 HE. Polmœtores mi antevortunt gaudiis. ER. noli irascier, Jam ego ex corpore exigam omnes maculas mœrorum tibi. Gaude audacter. HE. gaudeo, et si nihil scio, quod gaudeam. ER. Bene facis. jube. HE. quid jubeam? ER. ignem ingentem fieri.

HE. Ignem ingentem? ER. ita dico, magnus ut sit. HE. quid? me volturie,

65 Tuar' causa ædeis incensurum censes? ER. noli irascier.

Juben' an non jubes astitui aulas? patinas elui?

Laridum atque epulas foveri focolis ferventibus?

Alium pisces præstinatum abire? HE. hic vigilans somniat.

ER. Alium.

ferre Plauto in Mercat. dicitur, facere foribus assulas. Scalig.

54. *Fortuna quod.*] Ludit in verbo ambiguo, *Respice.* Jubes, inquit Parasitus, me ad te respicere, quod Fortuna tibi non facit. nam tibi, qui me prope rantem moraris, certe irata est: quia pugnis, cubito, humeris, caput tibi comminam, dentelque excutiam. Alludit autem ad eandem *Fortuna respicienti*, quæ Romæ juxta templum Jovis Victoris erat: quam Cic. 2. de Legg. commemorat, & Plutarchus, *Lambin.*

61. *Exigam apinas, &c.*] Loquitur tanquam de veste: ut corpus humanum vestis est animi, cumque ægrum maculis, id est, pallore, illuvie, rugis prodit. *Exi-*

*guntur macula* è vestibus, quam à sullo-nibus subiguntur vestes. *Gronovius.*

63. *Ingentem.*] Terentius Eunuch. act. 3. 1.

*Magnas vero agere gratias Thais mihi?*

*Gn. Ingentes.*

67. *Focula.*] Velim hic non foculos significari, sed *focula*, quæ sunt (ut Non. docet) *nutrimenta*. Pl. Persa: — *intus fumant focula*. Omnium tamen maxime velim legi, *cocula*: & vascula ænea ad coquendum apta intelligi. Omnia enim vasa coquendi causa parata. *Cocula* dicuntur, teste Isidoro & Festo. Plautus: *Æneis coculū mihi excolū est omnū miseri-cordia*. *Lambinus.*

68. *Præstinatum.*] *Præstinato apud Plau-*

ER. Alium porcinam, atque agninam, & pullos gallinaceos?

70 HE. Scis bene esse, si sit unde. ER. pernam atque ophthalmiam;  
Horcum, scombrum, & trigonum; & cetum, & mollem ca-  
seum.

HE. Nominandi istorum tibi erit magis quam edundi copia  
Hic apud me, Ergasile. ER. mean' me causa hoc censes dicere?

HE. Nec nihil hodie, nec multo plus tu hic edes, ne frustra sis.

75 Proin' tu tui quotidiani victi ventrem ad me afferas.

ER. Quin' ita faciam, ut te cupias facere sumptum, etsi ego  
verem.

HE. Egone? ER. tute. HE. tum tu mi' igitur herus es;  
ER. imo bene volens.

Vin' te faciam fortunatum? HE. malim, quam miserum  
quidem.

ER. Cedo manum. HE. heni manum. ER. Di te omnes ad-  
juvant. HE. nihil sentio.

80 ER. Non enim es in senticeto, eo non sentis. sed jube

Vasa tibi pura apparari ad rem divinam cito,

Atque agnum afferri proptium, pinguem. HE. cur?

ER. ut sacrifices.

HE. Cui deorum? ER. mihi hercle. nam ego tibi nunc  
sum summus Juppiter.

Idem ego sum salus, fortuna, lux, læticia, gaudium.

85 Proinde tu deum huncce saturitate facias tranquillum tibi.

HE. Esuri-

*Plantum est emere & emenda tenere Festus.*

70. *Scu bene esse.* ] Scis laute te accipere, si habeas unde sumtum facias. Vide Most. 3. 2. & Menzchm. 3. 2. *Ophthalmia.* ] *Ophthalmia*, piscis ab oculorum magnitudine sic dictus. Plinius *oculabam* vocat; alii *melanurum*. At Turneb. carnem oculis vicinam oculosque interpretatur, quo modo carnem capitis Lucilius dixerit *Cephalæam*. Lamb.

71. *Horcum.* ] Salsamenti genus ex pelamide pisce. Vide Apicium lib. 10. 5. Dicuntur ab *horæ*, non à tempestivitate, sed à Veris tempore; quod tum salsamentum istud fieret. Turneb. *Scomber* piscis est, ex quo garum optimum fiebat, *τρογογας* piscis, qui Latinis *Pastinaca ma-*

*vina* dicitur. *Cetum.* ] Majores pisces *cetæ* sive *cetos* appellant & Græci & Latini. *Lambin.* *Mollem caseum.* ] Recentem, vel pinguem.

75. *Viltri.* ] Affer ad me ventrem non fastidiosum, sed victu quotidiano contentum. *Lambin.* *Viltri*, pro victus.

79. *Nihil sentio.* ] Vid. Epid. Act. 4. Sc. 1.  
80. *Non es in senticeto.* ] Non est mirum, te nihil sentire: non enim es in loco sentibus obfuro. Jocus. *Lamb.*

81. *Vasa tibi, &c.* ] V. N. Aulular. 2. 2. 3.

82. *Proptium.* ] Id est, tuum. nam aliena diis immolare nefas. vel sacrilicium: ut habeat scilicet omnia insignia hostiæ necessaria. *Pius.*



HE. Perlubet hunc hominem colloqui, Ergasile. ER. Ergasilum qui vocat?

HE. Respice. ER. Fortuna quod tibi nec facit, nec faciet,  
55 Hoc me jubes. sed qui est? HE. respice ad me, Hegiosum.  
ER. oh mihi!

Quantum est hominum optimum optime, in tempore advenis.

HE. Nescio quem ad portum nactus es, ubi cœnes, eo fastidis.

ER. Cedo manum. HE. manum? ER. manum, inquam, cedo tuam actuum. HE. tene.

ER. Gaude. HE. quid ego gaudeam? ER. quia ego impero. age gaude modo.

60 HE. Pol mœtores mi antevortunt gaudiis. ER. noli irascier, Jani ego ex corpore exigam omnes maculas mœtorum tibi. Gaude audacter. HE. gaudeo, et si nihil scio, quod gaudeam. ER. Bene facis. jube. HE. quid jubeam? ER. ignem ingentem fieri.

HE. Ignem ingentem? ER. ita dico, magnus ut sit. HE. quid? me volturic,

65 Tuam causa ædeis incensurum censes? ER. noli irascier. Juben' an non jubes astitui aulas? patinas elui?

Laridum atque epulas foveri foculis ferventibus?

Alium pisces præstinatum abire? HE. hic vigilans somniat.

ER. Alium

ferre Plauto in Mercat. dicitur, facere foribus assulas. Scalig.

54. *Fortuna quod.* ] Ludit in verbo ambiguo, *Respicere.* Jubes, inquit Parasitus, me ad te respicere, quod Fortuna tibi non facit. nam tibi, qui me propertantem moraris, certe irata est: quia pugnis, cubito, humeris, caput tibi comminuum, dentesque excutiam. Alludit autem ad ædem *Fortuna respicientis*, quæ Romæ juxta templum Jovis Victoris erat: quam Cic. 2. de Legg. commemorat, & Plutarchus, *Lambin.*

61. *Exigam omnes, &c.* ] Loquitur tanquam de veste: ut corpus humanum vestis est animi, cumque ægrum maculis, id est, pallore, illuvie, rugis prodit. *Exi-*

*gantur macula* è vestibus, quum à sulcibus subiguntur veites. *Gronovius.*

63. *Ingentem.* ] Terentius *Eunuch.* act. 3. r.

*Magnas vero agere gratias Thæn mihi?*

*Gn. Ingentes.*

67. *Focula.* ] Velim hic non foculos significari, sed *focula*, quæ sunt (ut Non. docet) *nutrimenta*. Pl. *Persa*: — *intus fumant focula*. Omnium tamen maxime velim legi, *cocula*: & vascula znea ad coquendum apta intelligi. Omnia enim vasa coquendi causa parata. *Cocula* dicuntur, teste *Isidoro* & *Festo*. *Plautus*: *Æne cocula mihi excolta est omni miseriordia*. *Lambinus.*

68. *Præstinatum.* ] *Præstinare* apud *Plan-*

ER. Alium porcinam, atque agninam, & pullos gallinacos?

70 HE. Scis bene esse, si sit unde. ER. pernam atque ophthalmiam;  
Horæum, scombrum, & trigonum; & cetum, & mollem ca-  
seum.

HE. Nominandi istorum tibi erit magis quam edundi copia  
Hic apud me, Ergasile. ER. mean' me causa hoc censes dicere?

HE. Nec nihil hodie, nec multo plus tu hinc edes, ne frustra sis.

75 Proin' tu tui quotidiani victi ventrem ad me afferas.

ER. Quin ita faciam, ut te cupias facere sumptum, etsi ego  
vetem.

HE. Egone? ER. tute. HE. tum tu mi igitur herus es.  
ER. imo bene volens.

Vin' te faciam fortunatum? HE. malim, quam miserum  
quidem.

ER. Cedō manum. HE. hein manum. ER. Dī te omnes ad-  
juvant. HE. nihil sentio.

80 ER. Non enim es in senticeto, eo non sentis. sed jube

Vala tibi pura apparari ad rem divinam cito,

Atque agnum afferri proprium, pinguem. HE. cur? Scal.  
propere.

ER. ut factifices.

HE. Cui deorum? ER. mihi hercle. nam ego tibi nunc  
sum summus Juppiter.

Idem ego sum salus, fortuna, lux, lætitia, gaudium.

85 Proinde tu deum huncce saturitate facias tranquillum tibi.

HE. Esuri-

*Plantum est emere & emendo ventre. Festus.*

70. *Scu bene esse.* ] Scis laute te accipere, si habeas unde sumtum facias. Vide Moſt. 3. 2. & Menzſchm. 3. 2. *Ophthalmia.* ] *Ophthalmia*, piſcis ab oculorum magnitudine ſic dictus. Plinius *oculata* vocat; alii *melanurum*. At Turneb. carnem oculis vicinam oculosque interpretatur, quo modo carnem capitis Lucilius dixerit *Cephalæum*. Lamb.

71. *Horæum.* ] Salsamenti genus ex pelamide piſce. Vide Apicium lib. 10. 5. Dicuntur ab *horæa*, non à tempeſtivate, ſed à Veris tempore: quod tum ſalsamentum iſtud fieret. Turneb. *Scombor* piſcis eſt, ex quo garum optimum fiebat, πρῶτος piſcis, qui Latinis *Paſſinacama-*

*rina* dicitur. *Cetum.* ] Majores piſces *cetæ* ſive *cetos* appellant & Græci & Latini. *Lambin.* *Mollem caſeum.* ] Recentem, vel pinguem.

75. *Vilti.* ] Affer ad me ventrem non ſatiſdioſum, ſed victu quotidiano contentum. *Lambin.* *Vilti*, pro victus.

79. *Nihil ſentio.* ] Vid. *Épid. Act. 4. Sc. 1.*

80. *Non es in ſenticeto.* ] Non eſt mirum, te nihil ſentire: non enim es in loco ſentibus obſuro. Jocus. *Lamb.*

81. *Vaſa tibi, &c.* ] V. N. *Aulular:* act. 2. 3.

82. *Proprium.* ] Id eſt, tuum. nam aliena diis immolate nefas. vel facris accommodum: ut habeat ſcil. omnia inſignia hoſtiz neceſſaria. *Pius.*

HE. Esurire mihi videte. ER. mihi quidem esurio, non tibi.

HE. Tuo arbitrato facile patior. ER. credo, consuetus puer.

HE. Juppiter te Dique perdant. ER. te, hęcle, mihi æquom est gratias

Agete ob nuncium : tantum ego nunc porto à pottu tibi boni.

90 Nunc tu mihi places. HE. abi stultus, sero post tempus venis.

ER. Igitur olim si advenissem, magis tu tum istuc diceres.

Nunc hanc lætitiã accipe à me quam fero. nam filium

Tuum modo in portu Philopolemum vivom, salvom, & fospitem

Vidi in publica celoce, ibidemque illum adolescentulum

95 Alium una, & tuum Stalagmum servom, qui aufugit domo,

Qui tibi furripuit quadrimum puetum filiolum tuum.

HE. Abi in malam rem : ludis me. ER. ita me amabit sancta Saturitas,

Hegio, itaque suo me semper condecoret cognomine.

Ut ego vidi. HE. meum gnatum ? ER. tuum gnatum, & Genium meum.

100. HE. Et captivum illum Alidensem ? ER.  $\mu\acute{\alpha}$   $\tau$   $A' \pi\acute{o}\lambda\epsilon\omega$ .

HE. & servolum

Meum

87. HE. *Tuo arbitrato.* ] Ita Mf. Camer. & Iudit Parasitus ambiguitate verbi patior. mulieres enim patris natae Seneca ait. *Gron.*

90. *Nunc tu mihi places.* ] Non places est placens: nec legendum: *Nunc tu mihi places:* Nec sunt hæc verba Hegionis Parasitus dixerat se emptum Hegioni, nisi quis meliorem offerret. Eandem quaerit aet. 3. sc. 1. & quaesitum iturum amplius se dixerat in portu: quæ si spes decollaret, tum deum se recepturum ad Hegionis cenam asperam. At quam aliam quaereret invento in portu Hegionis filio Philopolemo ? *Nunc ait, tu mihi places,* hoc est, nunc aliam conditionem nullam circumspiciam: nunc nihil vereor, cenam hic fore asperam aut vicium tuum scruposam commearẽ viam; nam & ille non nolet, & tu ei indulgebis ut possit me lautius alere. *Gron.*

94. *Celoce.* ] Falgent. *Celox,* genus naviculae modicum, quod *bamplum* dicimus. Vide notas insuper Alinar. Act. 2. scena 1.

95. *Alium,* ] Id est. Eleum. *Lambinus.*

97. *Saturitas.* ] *Saturitas* Parasito edaci omnium deorum est instar. *Idem.*

98. *Condec. nomine.* ] Er ita me semper faciat saturum. Imo faciat, ut dici possim *Saturio*. *Idem.*

99. *Et genium meum.* ] Parasiti, divites, sub quorum clientela essent, *Genios suos* nominabant. *Menrs.*

100. *Alidensem.* ] Polycratem. *Mæ*  $\tau$ . ] Per Apollinem. Quod Græci jurantes, *Mæ*,  $\nu\acute{\alpha}$ , proponunt, id Romanis erat *ME* & *E*: *Mecastot*: *Medius fidius*: *Mchetcule*: *Ejuno*: *Equirine*: *Ecete*: *Epol*: *Ecastor*. *Scaliger.*

Meum Stalagmum, meum qui gnatum furripuit? ER. νῆ  
τὰν Κόεον.

HE. Jam diu? ER. νῆ τὰν Περινέσω. HE. venit? ER. νῆ  
τὰν Σιγνίαν.

HE. Certon? ER. νῆ τὰν Φρσινῶνα. HE. vide sis. ER. νῆ  
τὸ Ἀλάτριον.

HE. Quid tu per barbaricas urbes juras? ER. quia enim  
item aspera

105 Sunt, ut tuum victum autumabas esse. HE. vἄταυ τῶα.

ER. Quippe quando mihi nihil credis, quod ego dico lednlo.

Sed Stalagmus quojus erat tunc nationis, cum hinc abiit?

HE. Sículus. ER. at nunc Sículus non est: Bojus est; Bo-  
jam terit,

Libetorum quærundorum causa, ei, credo, uxor data est.

110 HE. Dic, bonan' fide tu mihi istæc verba dixisti? ER. bona.

HE. Di immortales, iterum gnatus videor, si vera au-  
tumas.

ER. An tu dubium habebis, etiam sancte cum jurem tibi?

Postremo, Hegio, si parva jurijurando est fides,

Vise ad positum. HE. facere certum est, tum intus cura quod  
opus est.

115 Sume, polce, prome quid vis. te facio cellarium.

ER. Nam,

101. Νῆ τὰν Κόεον. ] Necessario scri-  
bendum cum Camerariano, Langianis,  
Palatinis & quinque nostris Νῆ τὰν Κό-  
εον. nam aliqui nullus est transitus ab  
Apolline ad urbes. Sed τὰν Κόεον dat  
occasionem commodam: id enim sequi-  
tur prius jusjurandum, ut ἡ Κόεον est  
Proterpina, dea deum. At hanc sequitur  
νῆ τῶα Περινέσω, quasi prius intellexit-  
set Ceram uideri. Gronovius.

102. Περινέσω. ] Hæc Præneste, &  
reliqua quæ sequuntur nomina civita-  
tum Campaniæ sunt.

104. Barbaricas, &c. ] Barbaricas po-  
nitur pro Italicas: nam Barbari diceban-  
tur antiquitus omnes gentes, exceptis  
Græcis. Fesui.

106. Sedulo. ] Id est, sine dolo: bona  
fide. Nonius.

108. Bojus est. ] Boja accipiendum  
pro collati: cum tamen, qui hoc di-  
cit, veller accipi, tanquam si distin-  
set, ipsum Gallum cum Galla cuba-  
re. Notum enim Bojos esse Gallos.  
Glossat. Bos, βῶς. Boi, ἰπτεῖος οἱ  
γάλλοι. Est etiam in verbo τερνί, ἀ-  
ρχιρολογία. Propert. lib. 3. 11. de Cleo-  
patra: Et famulos inter fœmina trita juvos.  
Scalig.

110. Bonan' fide. ] Erat enim affirma-  
tio & jusjurandum. Bona fide. Nos ta-  
men hodie, nisi appellato Numine, sa-  
cramentum non puramus: nam sequi-  
tur mox: sancte cum jurem tibi? Turne-  
bus.

111. Iterum gnatus. ] Antiqui voca-  
runt natales omnes dies, propter ali-  
quam festivitatem insignem, sibi iolerentes.  
Casaub.

ER. Nam, hercle, nisi mantiscinatus probe ero, fusti pectito.

HE. Æternum tibi dapinabo victum, si vera autumas. *M. Samb. tibi dabo.*

ER. Unde id? HE. à me meoque gnato. ER. sponden'tu istud? HE. spondeo.

ER. At ego tuum tibi advenisse filium, respondeo.

120 HE. Cura quam optime potes. ER. bene ambula & redambula.

116. *Mantiscinatus, &c.*] Alii Codices scripti, *mantiscinatus*, aut *mantiscinatus*. Unica littera mutata scribendum, nisi *paniscinatus probe ero*. Id est, nisi *panices* probe implevero. A *panice* *paniscinari*. P. B. & M. in veteribus sæpe invicem permutantur, ut genus valis modo *Basianda*, modo *Majcauda* in libris scriptum reperitur. Præterea quibus ignotum erat verbum *paniscinari*, potius

voluerunt facere, legendo *mantiscinari*, quasi à *mantica*. *Panices* sunt intestina. Virgilius in *Catalechijs*, *nocturne solvæ panices*. Apud Martialem, *panices* sunt intellina.

*Quod cum paniticibus laxis & cum pede grandi.*

Inde ergo verbum *paniscinari*, pro *panices* implere & saginam credere. *Salmas. Fusti*, pro fuste.

## ACTVS QUARTI SCENA TERTIA.

### ERGASILUS.

ILLICHINC abiit: mihi rem summam credidit cibariam.

DI immortales, jam ut ego collos prætruncabo *M. Long. detruncabo,*  
tergoribus!

Quanta pernis pestis veniet! quanta labe larido!

Quanta sumini absumedo! quanta callo calamitas!

5 Quanta laniis lassitudo! quanta porcinariis!

Nam si alia memorem, quæ ad ventris victum conducunt,  
mora est.

Nunc

2. *Collus.*] Collus in mase. gen. dicebant veteres. *Taubm. Tergoribus.*] Turneb. leg. *tergoribus*. & ita est in Paris. nam apparet veteres non tantum *tergus*, sed & *tergu* dixisse. Quia vero neque sic loci difficultas tollitur, *Lambin.* suspicatur legi posse, *pecoribus*.

4. *Absumedo.*] Vocem finxit ab *absumo*, non multum à *sumine* discrepantem, in paronomasia leporem quærens. *Lambin.* *Sumen* autem contendunt dici quasi *sugigen*: ac proprie in suibus, quo suilla ubera continentur. Jam delicias & pancam à suibus peti solitas. *Taubm.*

*Callo.*] *Apri* à veteribus in convivijs æstimabantur. Cuius *lumbus* omnibus aliis partibus ejus præponebatur: hunc *Plaurus* & *Cato aprugnum* vocaverunt, cujus tenera durities commendata ipsi etiam *Callo* nomen dedit. Propter quod etiam *Horarius longa ora extollens, callosa* nuncupavit, tanquam compacta illa teneritudo in omnibus ciborum generibus & dentibus & palato valde grata sit. *Mercer.* Var. lect. l. 2, 22.

5. *Porcinariis.*] Iis, qui porcinae carni præfæci sunt. *Lamb.*

Nunc ibo ad præfecturam, & jus dicam larido;  
Et quæ pendent indemnatae petnæ, eis auxilium ut  
feram.

*Mil. Leg. per-  
nis auxilium.*

7: *Ad præfecturam.* ] Solebant enim Præfecti in suis præfecturis jus dicere. *Pollet.*

8: *Indemnata.* ] Non ceperunt interpretes ignorantia formulæ juris *iste pendente*. Accessit & qui *indemnata*, innocentes. suspensâ & tamen nulla iudicis sententia ad laqueum aut suspendium damnata interpretaretur. Proprie *pendent indemnata*, quorum sires sunt pendentes: qui non quidem innocentes, sed acculati & nondum peracti sunt rei. Sueton. Domit. 9. *Reus qui ante quinquennium proximum ararium apud pendensissent, uniuersos discrimine liberavit.* Quintilianus lib. 7. Inlt. 5. *Cum ex præscriptione lû pendet, de ipsa re quari non est necesse.* Cum igitur dicit, *qua pendent*,

simpliciter accipit, ut solent suspensæ in carnario esse petnæ: cum addidit *indemnata*, loquitur de illis, ut reis continuata *indemnata*. inceptat enim: & *jus dicam larido*. Plin. 4. epist. 9. *Accusatus est sub Vespasiano a pruatii duobus: adfentatum remissus, diu pependit.* l. 21. D. de accus. *Capiti reus suspensio crimine causam dicere non prohibetur.* Ubi male Gothofredus, non habita ratione criminis. Cicero pro Cluentio: *Hærebant in tabulæ publicæ reus & accusator.* Cæterum Scripti fere ibo ut præfecturam: Angl. ibo in præfecturam. Lego: Nunc ibo in præfecturam, ut jus dicam larido. Nam ire in præfecturam, quemadmodum ire in provinciam. Tò ut autem hic necnario possit sequens ut feram. Gronov.

## ACTVS QUARTI SCENA QVARTA.

## PUER HEGIONIS.

D Iespiter te Dique, Ergasile, perdant & ventrem tuum  
Parasitosque omnes, & qui posthac cœnam Parasitis  
dabit.

Clades calamitasque, intemperies modo in nostram aduenit  
domum.

Quasi lupus esuriens, metui ne in me faceret impetum.

5 Nimisque, hercle, ego illum male formidabam: ita frendebat  
dentibus.

Adueniens deturbavit totum cum carne carnarium.

Arripuit gladium, prætruncavit tribus tergoribus  
glandia.

*Terra. tego-  
ribus. l. em. b.  
pecoribus.*

Aulas,

4: *Quasi lupus esur, &c.* ] Admonet me hic locus versusum è sexto Satyratum Ennii, quos ob elegantiam adscribam ex emendatione Murcri l. 19. cap. 7. Variar.

*Quippe sine cura, latus, lantus cum ad  
venit,*

*Exfertu malu, lupino expectans im-  
petu.*

*Quam mox alterius obligurrit bona.*

*Quid census domino esse animi? pro diuina  
fidem!*

*Dum ille cibum tristis seruat, tu ridens  
voras.*

7: *Glandia.* ] Plin. lib. 11. cap. 37. *Tonsilla in homine, in sue glandula: quæ & glandia dicuntur, sive glandula. Glandulæ sunt in cervicibus, ideoque per  
P 4 glan-*

Aulas, calicesque omnes confregit, nisi quæ modiales erant.

Cocum percontabatur, possentne serix fervere.

10 Cellas refrigit omnes intus, reclusitque armarium.

Asservate istunc sultis servi; ego ibo ut conveniam senem.

Dicam ut sibi penum aliud ornet, siquidem sese uti volet.

Nam hic quidem ut adornat, aut jam nihil est, aut jam nihil erit.

glandia, seu glandulas, cervices hic significari puto. *Lambinus.*

8. *Modiales.* ] Modii unius capaces.

*Pius.*

9. *Possentne serix.* ] Aesiquis *orca* nostrates, id est, *cados salsamentarios* (*Fleisch-tunnen*) ad locum admoventi postulet; quasi integrum bovem pariter, *Herculis* *βουφάγος* in morem, primo velut pedatur absumpturus. *Donz.*

10. *Armarium.* ] *Turneb.* *Armarium* hic interpretatur promptuarium, è quo promittitur cibus: at *Lambinus* locum, in quo nummi reconduntur. *Vid. Epid. 2. 3.*

12. *Dicamus sibi, &c.* ] Hoc est, siquidem volet aliquando genio suo indulgere, censeo illi aliud penum quærendum parandumque Nam paralitus totum carnarium turbaverat, & aulas,

& calices confregerat, & cellas omnes refrigerat, & omnia denique, quæ ad genium lepide curandum valent, conturbaverat. Hæc vulgo male accipiunt interpretes, cum sarcinosis illis commentariis. *Cl. Salmasius.* *Si sese uti volet.* ] *Sese uti* non est seipso uti, vel sibi esse utilis, non genio indulgere, sed quasi esset *si seseo volet uti.* *τὸ sese παγκλάξ,* ut plurimis locis apud *Plautum.* perinde foret *si uti volet,* si quod in posterum penum habere. Non voluptates, sed usus tantummodo necessarios significat. Neque id ignoravit *Lambinus,* qui diserte: *Penu* tubintelligendum, ut intelligamus antique dictum: si volet se uti penum, pro, si volet uti penum. Sed blandiente ingenio alteram explicationem falsam addidit. *Grenev.*

## ACTUS QUINTI SCENA PRIMA.

REGIO, PHILOPOLEMUS, PHILOCRATES,

**J**Ovi Diisque ago gratias merito magnas,

Quom te reducem tuo patri reddiderunt,

Quomque ex miseris plurimis me exemerunt,

Quæ adhuc te carens, dum hic fui, sustentabam;

5 Quomque hunc conspicio in potestate nostra,

Quomque hæc reperta est fides firma nobis.

Satis jam dolui ex animo, & cura me satis

Et lactumis maceravi. Hoc! satis jam audiivi

Tuas

4. *Quæ.* ] *Quæ,* referendum ad totam orationem. *Lamb.* Sed *Accius,* hunc versum, ut indignum *Plauto,* aut delendum censet, aut ita emendandum: *Quas, dum te carendum hic fuit, sustentabam.*

5. *Hunc.* ] *Stalagmum.*

8. *Hoc! Satum.* ] *Sic* *Mss.* & editi, nisi quod *Camerarius* *τὸ Hoc* delevit. *Græterus* putat sic belle distinxisse. *Placeret* magis: *Hoc (satu jam audiivi Tuas autumnas, ad portum mihi quas memorasti.)*

*Hoc*

Tuas ærumnas, ad portum mihi quas memorasti.

10 Hoc agamus. PHIL. quid nunc, quoniam tecum servavi fidem, Tibique hunc redcem in libertatem feci? HE. fecisti, ut tibi, Philocrates, nunquam referre gratiam possim satis, Proinde ut tu promeritus de me & filio meo. PH. imo potes, Pater, & poteris, & ego potero: & Di eam potestatem dabunt,

15 Ut beneficium benemerenti nostro merito muneres. Sicut tu huic potes, pater mi, facere merito maxime, HE. Quid opu' sit verbis? lingua nulla est, qua negem quicquid roges.

PH. Postulo abs te, ut mihi illum reddas servom, quem hic reliqueram

Pignus pro me, qui mihi melior, quam sibi semper fuit:

20 Pro benefactis ejus uti ei pretium possim reddere.

HE. Quod benefecisti, referetur gratia, id quod postulas, Et id, & aliud quod me orabis, impetrabis. atque te Nolim succensere, quod ego iratus ei feci male.

PH. Quid fecisti? HE. in lapidinas compeditum condidi,

25 Ubi rescivi mihi data esse verba. PHIL. væ misero mihi!

Propter meum caput labores homini evenisse optumo.

HE. At ob eam rem mihi libellam pro eo argenti ne duis.

Gratis à me, ut sit liber, abducito. PH. edepol, Lamb. tecum abducito.

Hegio,

Facis benigne. sed quæso, hominem ut jubeat arcessi. HE. licet.

30 Ubi estis vos: ite actutum, Tyndarum huc arcessite.

Vos ite intro, interibi ego ex hac statua verberea volo

Erogi-

*Hoc agamus.* Quasi sit, *Hoc, hoc, inquam, agamus.* Nisi corrupta ea vox ex interjectione: *Oh! satù jam audivi.* Qua in hac ipsa fabula jam bis usus. *Gronovius.*

10. *Tecum.* ] Id est, tibi. *Donza.*

20. *Precium.* ] Id est, mercedem. Sic *Terent. Andr.*

*Ego pretium ob stultitiam fero.*

*Lambin.*

24. *In lapidinas.* ] Ita Ms. Cam. et si tamen prius videbatur habuisse *lapidicinas*: quomodo adhuc servant *Pall. 4. prior.* et, ut notat *Gruterus.* Ita *Heraldus* contendit perpetuo legend. *lapidicinas.* *Gloss.*

*lapidicinz, λατομια. Lapidarius, λατόμῳ. Taubman. Compeditum condidi.]*

*Compeditibus vinculum conjeci. Lamb. 27. Libellam.]* Libellam argenti, id est, *assum.* Cic. *Accus. 2. si unam libellam argenti dedisset.* Id, pro *Rosc.* dixit, *ad libellam debere:* quod *Horatius ad assum.* Quando minimam pecuniam significare volebant, *assum & libellam* dicebant. *V. N. Pseud. act. 1. scen. 1. vs. 96.*

31. *Interibi ego.]* Interea ex hoc verberone *Stalagmo* volo *erogitare*, id est, rogando extorquere. *Taubm.*



Erogitare, meo minore quid sit factum filio.

Vos lavate interibi. PH. sequere hac, Philocrates, me intro.  
PHIL. sequor.

ACTUS QUINTI SCENA SECUNDA.

HEGIO, STALAGMUS.

**A**GE tu illuc procede, bone vir, lepidum mancipium meum.  
ST. Quid me oportet facere, ubi tu talis vir falsum autumas?

Fui ego bellus, lepidus, bonus vir nunquam, neque frugi bonæ,  
Neque ero unquam: ne tu spem ponas me bonæ frugi fore.

5 HE. Propemodum ubi loci fortunæ tuæ sint, facile intellegis.  
Si eris verax, tua ex te facies, ex mala meliusculam.

Recta & vera loquere: sed neque vere, neque recte adhuc  
Fecisti unquam. ST. quod ego fatear, credin' pudeat, cum  
autumes?

HE. At ego faciam ut pudeat: nam in ruborem te totum dabo.

10 ST. Eja credo, imperito plagas minitatis mihi,  
Tandem ista aufer, dicque quid fers, ut feras hinc quod petis.

HE. Satis facundu' s. sed jam fieri dictis compendium volo.

ST. Ut vis fiat. HE. bene morigerus fuit puer: nunc non decet.  
Hoc agamus. jam animum advorte, ac mihi quæ dicam,  
ediffere.

15 Si eris verax, tuis rebus feceris meliusculas. Fals. res tuas fec.  
Cam. & tuis rebus.

ST. Nugæ istæ sunt. non me censes scire quid dignus siem?

HE. At ea subterfugere potis es pauca, si non omnia.

ST. Pauca

3. **N** *Equæ frugi bonæ.* ] *Rittershus.* & *Mi. Eytadiensi*, quem cum *Fr. Modio* contrulit, verum hic inserit talem: *Atque ubi ego sus in lepididinu bonus vir, neque bona frugs: Neque ero, &c.*

5. *Quod ego fatear.* ] *Credisne fote, ut me ejus pudeat, quod fatear, sc. me recte nunquam quicquam fecisse: cum tu id dicas?* *Lamb.*

9. *In ruborem.* ] *Jocus.* Quos pudet, rubore suffunduntur; & qui loris exduntur, etiam rubent sanguine. *Lamb.*

10. *Imperito.* ] *Ironia*, quasi dicat, experiendo jam pridem didici, quam sis plagosus. *Tandem ista aufer*, id est, cum sermonem omite. *Bozhoru.*

11. *Quid fers.* ] *Quid in animo habetas.* *Douxæ.*

13. *Bene morigerus, &c.* ] *Id est, fuit impudicus, & aliorum libidini obsecutus est; sed nunc exsolerum & grandem natu non decet.* *Hegio* ergo illa, *ut vis fiat*, ad spurcitiem adolescentis *Stalagmi* traxit. *Lambinus.* *Vid. Cistell. ab. 4. scen. 1.*

18. *Pauca*

ST. Pauca effugiam scio. nam multa evenient, & merito meo;  
Quia & fugi, & tibi surripui filium, & eum vendidi.

- 20 HE. Cui homini? ST. Theodoromedi in Alide Polyplufio  
Sex minis. HE. pro Di immortales! is quidem hujus est pater  
Philocratis. ST. quin melius novi, quam te, & vidi sæpius.  
HE. Serva Juppiter supreme & me & meum gnatum mihi.  
Philocrates, per tuum te ingenium obsecro, exi: te volo.

18. *Pauca effugiam.*] *Ἀποσπόμενον* servilis joci in periculo.

## ACTUS QUINTI SCENA TERTIA.

PHILOCRATES, HEGIO, STALAGMUS.

HEgio, assum: si quid me vis, impera. HE. hic gnatum  
meum

Tuo patri ait se vendidisse sex minis in Alide.

PH. Quam diu id factum est? ST. hic annus incipit vicesimus.

PH. Falsa memorat, ST. aut ego, aut tu. nam tibi quadrimulum

- 5 Tuus pater peculiarem parvolum puero dedit.

PH. Quid erat ei nomen? si vera dicis, memora dum mihi.

ST. Pagnium vocitatus est: post vos indistis Tyndaro.

PH. Cur ego te non novi? ST. quia MOS EST oblivisci  
hominibus,

Neque novisse, cujus nihili sit faciunda gratia.

- 10 PH. Dic mihi: si ne istic fuit, quem vendidisti meo patri,

Qui mihi peculiaris datus est, hujus filius? ST. istuc. HE. vix &c.  
Dicit. hujus filius.

HE. Vivitne is homo? ST. argentum accepi, nihil curavi cæ-  
terum.

HE. Quid tu ais? PH. quin istic ipsu' est Tyndarus tuus filius,

Ut quidem hic argumenta loquitur, nam is mecum à puero  
puer

- 15 Bene pudiceque educatus est usque ad adolescentiam.

HE. Et miser sum & fortunatus, si vos vera dicitis:

Eo miser sum, quia male illi feci, si gnatus meu' est.

Eheu! cur ego plus minusque feci, quam æquum fuit!

Quod

5. *Peculiarem.*] V. N. *Asin.* act. 3.  
sc. 1. vers. 36. & Scenam hanc  
sequent. v. 16.

18. *Plus minusque feci.*] Plus mali,  
minus boni. *Lambin.* Hæc fuerunt in

mente *Pæno* illi, cum scriberet *Phozim.*  
*Ne quid plus minusve saxit, quod nos pi-  
geat postea.* Plus minus, *πλεϊον ἢ ἕλατ-  
τος.* in quibus rebus omne vitium in-  
telligitur. *I. Gulielm.*

Quod male feci, crucior modo, si infectum fieri possiet.  
20 Sed eccum, incedit huc ornatus haud ex suis virtutibus.

20. *Ornatus haud ex suo.*] Ita *Muræus*, *Lipsi.* & *Asidalius*: ex mente *Hegionis*, qui filium suum non proinde, ut *meatus* esset, acceptum indicat. *Placet & Grutero*: quamvis *laudat M. Cam. andax suu virtutibus*: & olim *culi*, & *Pallat. andax suu virtutibus*.

## ACTUS QUINTI SCENA QUARTA.

TYNDARUS, HEGIO, PHILOCRATES,  
STALAGMUS.

VIDI ego multa sæpe picta, quæ Acherunti fièrent  
Cruciamenta; verum enimvero nulla adæque est Ache-  
runtis,

Atque ubi ego fui in lapidicinis. Illic ibi demum est locus,  
Ubi labore lassitudo omni<sup>is</sup> est exigunda ex corpore.

5 Nam ubi illo adveni, quasi patriciis pueris aut monedulae,  
Aut anates, aut coturnices dantur, quicum lusitent:  
Itidem hæc mihi adveniienti upupa, qui me delectet,  
data est.

*Deest, qui me delectem.*

Sed herus eccum ante ostium, & herus alter eccum ex Alide  
Rediit. HE. salve exoptate gnate mi. TY. hem! quid, gnate mi?

10 Attat, scio cur te patrem affimules esse & me filium:

Quia mihi, item ut parentes, lucis das tuendæ copiam.

PH. Salve Tyndare. TY. & tu, quojus causâ hanc ærumnam  
exigo.

PH. At

1. *Acherunti.*] Veteres, ut melius in offi. io continerentur homines, & a sceleribus abstererentur, cruciatus infernales, quos imminere iis credebant, in tabulis depingebant, ut quasi præsentibus intuerentur. *Meurs.*

6. *Upupa.*] Hoc loco *upupa* non est malleus, ut Rulte sunt interpretati: sed *επιπέδιον*, ut optime Glossarii auctor exponit; non ea quidem plane forma, nec idem instrumentum cum *ama*. nam hæc ad terram fodendam, & latior, unde *αχαιος μαχίον* exponitur à Grammaticis: illa ad euendos lapides, & acuta, & non male referens *upupa* caput cum rostro. Nobis est *un pic*, nomen ta-

men etiam *upupa*, vel *opopa*, vulgo retinemus: nam *hoiæ* vocamus instrumentum illud *ὀρυκτικόν*. ut *encubam*, quæ est *νοκία*, *choiæ* appellamus. sic *upupam* vel *opopam* lapidicinis reddidimus. *Salm.*

11. *Quia mihi, &c.*] Ad lapidicinas refero, quæ sub terra erant tenebrosæ: unde sit productus & quasi denuo in lucem opesit *Hegionis* editus. Sub terra autem fuisse docet ille versus supra: *Interdus sub terra lapides eximet. Quo pertinet illud Castindori*, ubi de miserabili illorum vita qui in metallum damnantur, loquitur: *Intrant homines caliginis profundæ: vivunt sine superis: exulant à Sole, &c.* *Pittoris.*

PH. At nunc liber in divitias faxo venies. nam tibi  
Pater hic est; hic servus, qui te huic hunc quadrimum surpuit,  
15 Vendidit patri meo te lex minis. is te mihi  
Parvolum peculiarem parvulo puero dedit.  
Illic indicium fecit. nam hunc ex Alide huc redu-

*M. Q. ad  
duimus.*

TY. Quid, hujus filium? PH. intus eccum fratrem germa-  
num tuum.

TY. Quid tu ais? adduxtin' illum hujus captivum filium?

20 PH. Quin, inquam, intus hic est. TY. fecisti edepol & recte  
& bene.

PH. Nunc tibi pater hic est: hic fur est tuus, qui parvom hinc  
te abstulit.

TY. At ego hunc grandis grandem natu, ob furtum, ad cami-  
ficem dabo.

PH. Meritus est. TY. ego edepol meritam mercedem dabo.  
Sed dic oro: Pater meus tunc es? HE. ego sum, gnate mi.

25 TY. Nunc demum in memoriam redeo, cum mecum cogito,  
Nunc edepol demum in memoriam regredior, audisse me  
Quasi per nebulam Hegionem patrem meum vocarier.

HE. Ego sum. PH. compedibus qua so ut tibi sit levior filius,  
Atque hic gravior servus. HE. certum est principium id præ-  
vortier.

30 Eamus intro, ut arcesatur faber: ut istas compedes

Tibi adinam, huic dem. ST. cui peculii nihil est, recte feceris.

16. *Peculiarem.*] Ut adolescentulis  
servuli custodes dabantur, ita puellus ser-  
vulæ, quæ in lanificio una essent, eas se-  
quarentur & curarent. ii æque, ut JC.  
loquuntur, *peculiares* illis plerunque  
erant, hoc est, in peculio. Et vero quæ  
curabant puellam, aut in lanificio una  
erant servulæ, Latine *Circa illum esse*, di-  
cuntur. I. *Gulielm.*

22. *At ego hunc grandu.*] Longe ele-  
gantius erit, si scribas; *At ego nunc gran-  
du.* Boxhorn.

26. *Audisse me quasi.*] Namque & per  
nebulam; si ea crassior sit, obtusius au-  
dimus; uti in strepitu. Alii translationem

esse dicunt à sensu videndi, ad sensum  
audiendi: propter similitudinem, quam  
inter se habeant. Sic ad *Attic. In strepitu  
exaudisse videor.* item: *per caliginem vi-  
dere. Victor.*

29. *Certum est.*] Stat sententia primum  
omnium id favore. *Lamb.*

31. *Quos peculii.*] Distingue; *Cui  
peculii nihil est. Recte feceris.* Stalagmus  
peccatur, & *Ti dem* ita accipit, ac  
si alia omnia potius, quam com-  
pedes subintelligerentur. Recte ergo  
dicit facturum Hegionem, si det ali-  
quid illi, cui peculii nihil est. *Box-  
hornius.*

## C A T E R V A.

Id. al. GREX.  
Alu. RECITATOR.

**S**PECTATORES, ad pudicos mores facta hæc fabula est.

Neque in hac subagitationes sunt, neque ulla amatio,  
Nec pueri suppositio, nec argenti circumductio,  
Neque ubi amans adolescens scottum liberet clam patrem suum.

5 Hujusmodi paucas Poëtæ reperiunt Comœdias,  
Ubi boni meliores fiant. nunc vos, si vobis placet,  
Et, si placuimus, neque odio fuimus, signum hoc mittite:

Qui pudicitia esse voltis præmium, plausum date.

2. *Subagitationes.*] Subagitare mulierem est lascivius eam attestare.

3. *Pueri suppositio.*] Puerum supponere dicuntur mulieres, quæ fatum alium pro suo alant, ac fovent. Hinc *pueri suppositi*, id est, subditi. *Lamb.*

5. *Reperiunt.*] Excogitant, fingunt, quod proprium Poëtarum est.

7. *Signum hoc.*] Mihi videtur hoc gestu expressum fuisse signum: quod spectatores tuo exemplo *Grex* imitari possunt. *Donza.*

FINIS CAPTEIVORUM.

M. ACCI PLAUTI  
CURCULIO.

DRAMATIS PERSONÆ.

PALINURUS, <i>servus.</i>	COQUUS.
PHÆDROMUS, <i>adolescens.</i>	CURCULIO, <i>parasitus.</i>
LENA, <i>anus.</i>	LYCO, <i>trapezista.</i>
PLANESIUM, <i>virgo.</i>	CHORAGUS.
CAPPADOX, <i>leno.</i>	THERAPONTIGONUS, <i>miles.</i>

ARGUMENTUM, ut quibusdam videtur,

PRISCIANI.

**C**urculio missus Phadromi in Cariam,  
Ut petat argentum. ibi ille eludit annulo  
Rivalem. scribit atque obsignavit literas.  
Cognoscit signum Lyco, ubi vidit, militis:  
Ut amicam mittat, precium lenoni dedit.  
Lycodem miles ac lenonem in jus rapit.  
Ipsus sororem, quam peribat, reperit:  
Oratu cujus Phadromo nuptum locat.

ALIUD ARGUMENTUM

CAMERARI.

**H**ujus Comœdix argumentum est tenue ac simplex, in sola Parasiti fraude fortuita paulo plenius. Nam introducitur adolescens amans puellam à lenone avaro, quam ille quidem redimeret, nisi pecunia deesset. Hanc in Caria se posse mutuo sumere sperans, mittit illi Parasitum suum, qui petat. Is pecuniam quidem, quam mutuo accipiat, reperit nullam: sed annulum in poru suffuratur Militis, à quo fuerat ad cœnam invitatus. Atque ut de eodem cognoverat, quod emisset puellam à Lenone, & pecuniam sitam esse apud Trapezitam, consignat annulo Militis literas, easque Trapezitæ reddit, atque opera hujus, mulierem abducit, tanquam à milite missus. Venit postea Miles, & se circumventum, inque ira & indignatione mulierem illam sororem esse suam cognoscit. Itaque petenti hæc datur Phædromo: & à Lenone XXX. minæ exiguntur. Res geritur Epidaûri.

ACTUS

## ACTUS PRIMI SCENA PRIMA

PALINURUS, PHÆDROMUS.



QUO ted hoc noctis proficisci foras  
Cum istoc ornatu, cumque hac pompa, Phæ-  
drome?

PH. Quo Venus Cupidoque imperat, suadetque  
amor.

Si media nox est, sive est prima vespera:

5 Si status condictus cum hoste intercedit dies,  
Tamen est eundem, quo imperant, ingratis.

PA. At tandem tandem. PH. tandem es odiosus mihi.

PA. Istuc quidem nec bellum est, nec memorabile:

Tute tibi puer es: lautus lucas cereum.

10 PH. Egon' apicularum opera congestum non feram,  
Ex dulci oriundum, melliculo dulci meo?

PA. Nam

1. **Q U O.]** Hæc Comædia, ut multæ  
aliæ, prologo caret, quia ab ipso  
auctore prologus non fiebat, nisi si quan-  
do in eo argumentum fabulæ narrarent.  
Alias cum fabulæ post mortem auctoris  
in scenam referrentur à celebribus hi-  
strionibus, solebant illi de suo præstare  
aliquid, & in prologo rationem dicere.  
cur hanc aut illam fabulam de novo re-  
posuissent. *Salmastius.*

2. **Ornatu.]** Cum cereo funali in ma-  
nu, & cætero instrumeto amatorum  
proprio. *Lamb. Pompa.]* Cum aliis ser-  
vis, qui vinum & ientaculum Veneris  
gerunt. *Lamb.*

3. **Quo Venus.]** Cupido & Amor idem  
significare videntur: sed est diversitas. *Cu-  
pido enim inconsiderata est necessitatu: A-  
mor iudicium. Nonius.*

4. **Si media.]** Sponsionum & stipula-  
tionum formulas certis verbis concipie-  
bant, & sese ordiebantur, à *si, sive, ni, neve.*  
Vide *Mercat. 2. 2. & Pseud. 4. 6. 1. Gul.*

5. **Status.]** Status dies vocatur, qui judi-  
cii causa est constitutus cum hoste, id est,  
peregrino. Eius enim generis ab antiquo *Ho-  
stis* appellabantur; quod erant pari jure cum  
populo Romano: at quæ hostie ponebatur pro  
aquare. *Festus. Condictus.]* Conducere in-  
quiunt *C. denunciare est prisca lingua, L.*

7. **Tandem tandem.]** Scilicet intelli-  
go te amare. Vel, desine insanite, re-  
sipisce & ad sanitatem revertete. *Lam-  
binus.*

9. **Tute tibi puer es.]** Ex tot doctorum  
opinionibus nihil placet magis, quam  
illud Scaligeri, sensus ut sit, tute lotus  
ex balneo tibi facem gestas. Puerorum  
sive servulorum erat officium dominis à  
cæna vel balneo redeuntibus facem præ-  
ferre. At hic Phædromus ipse nitidus,  
lautus, & è balneo veniens, facem por-  
tabat. Inde Palinurus: *Tute tibi puer es*  
Id est, ipse tibi ministras, te ipse ut pue-  
ro uteris. Ut *Mecat. 5. 2. Egomet mihi*  
*comes, calcator, equus, agaso, armiger.*  
*Martialis 14. 64. Desuerit si forte puer, su-  
lea que tibi bibis Sumero, pro puero pes erit ipse*  
*tibi. Deinde lautus lucas cereum: id est,*  
*è balneo modo egressus præfers tibi fa-  
ciem. Casin. 1. 1. 30. Gronov. Puer es lau-  
tus, &c.]* Pueri lautus, id est, uncti terse  
& splendide vestiti prælucebant noxæ  
nuptæ faces. Quod hic amator præter  
decorum sibi ipsi præluccret, dicit pue-  
rum eum sibi lautum esse & lucere ce-  
reum, id est, faciem ceream præluccere.  
Non aliud querendum. *Salmastius.*

11. **Melliculo.]** Planctio; amoribus  
meis. *Dona.*

16. *Salve 1*

PA. Nam quo te dicam ego ite? PH. si tu me roges,

Dicam, ut scias. PA. si rogitem, quid respondeas?

PH. Hoc Æsculapî factum est. PA. plus jam anno scio.

15 PH. Huic proximum illud ostium occlusissimum.

*Fall. oculis-  
simum, acit,  
Carissimum.*

Salve: valuistin' usque, ostium occlusissimum?

PA. Caruistne febris te heri, vel nudius tertius?

*Palm. ioliti-  
ne febris.*

Et heri cœnavistine? PH. deridistine me?

PA. Quid tu ergo insane rogitas, valeatine ostium?

20 PH. Bellissimum, hercle, vidi & taciturnissimum.

*M. Hexis  
Et an-  
hercle vidi.*

Nunquam ullum verbum mittit: quom aperit, ut

tacet:

Cumque illa noctu clanculum ad me exit, tacet.

PA. Nunquid tu, quod te aut genere indignum sit tuo

Facis, aut inceptas facinus facere, Phædrome?

25 Num tu pudicæ cuiquam insidias loças?

Aut quam pudicam oportet esse? PH. nemini.

Nec me ille sinit Juppiter. PA. ego item volo:

Ita tuum conferto amare semper, si sapis,

*Muret. amorem.*

Ne id quod ames, populus si sciat, tibi sit probro.

30 Semper curato ne sis intestabilis:

Quod amas, amato testibus presentibus.

PH. Quid istuc est verbi? PA. caute ut incedas via:

*M. E. rita  
ut inced.*

PH. Quin leno hîc habitat. PA. nemo hinc prohibet nec vetat;

Quin quod palam est venale, si argentum est, emas:

35 Nemo ite quenquam publica prohibet via:

Dum

16. *Salve: valuistin' usque ostium.* ] Erat hæc consuetudo interrogandi eos; quos ex intervallo videbant: non, ut ita simpliciter dicerent, *Valuistin' usque?* sed hoc modo: *Valuistin' usque?* aut *perperuone valuisti?* Muret. Mirum vero, hanc loquendi rationem Patuniro esse insanix argumentum. Nam de ædibus, villis; similibusque aliis, haud aliter, quam de hominibus, quærete veteres solebant. Plin. lib. 1. Epist. *Quid agit Comum, quid arbor, quid porticus, &c.* Boethorius.

17. *Caruistne.* ] Quoniam homines ex febre aut ex longo jejunio delirare in-

terdum, & mentis errore adfici solent; idcirco interrogat herum servus, caruistne febre proximum biduum. & nudi vespere cœnaveit? Videbatur enim ei delirare, qui talibus verbis ostio blandiretur. Muret.

20. *Taciturnissimum.* ] Votum amatorum, qui difficiles sectantur Venetes, ut januz sine stridore paleant. Lamb.

28. *Tuum amare.* ] Id est, tuas amationes. Sic Græci, τὸ ἐπ' αὐτῷ, pro τὸ ἐπ' αὐτῷ. Sec. Taubm.

30. *Intestabilis.* ] Ne sis insanix notæ inultus, neque a mittas testimonii dicendi potestatem. Lambin.

Q

36. Fin.



HE. Esurite mihi videre. ER. mihi quidem esurio, non tibi.

HE. Tuo arbitrato facile patior. ER. ctedo, consuetus puer.

HE. Juppiter te Dique perdant. ER. te, hercle, mihi æquom est grarias

Agere ob nuncium : tantum ego nunc porto à portu tibi boni.

90 Nunc tu mihi places. HE. abi stultus, sero post tempus venis.

ER. Igitur olim si advenissem, magis tu tum istuc diceres.

Nunc hanc lætitiã accipe à me quam fero. nam filium

Tuum modo in portu Philopolemum vivom, salvom, & fospitem

Vidi in publica celoce, ibidemque illum adolescentulum

95 Alium una, & tuum Stalagmum servom, qui aufugit domo,

Qui tibi furripuit quadrimum puerum filiolum tuum.

HE. Abi in malam rem: ludis me. ER. ita me amabit sancta Saturitas,

Hegio, itaque suo me semper condecoret cognomine.

Ut ego vidi. HE meum gnatum? ER. tuum gnatum, & Genium meum.

100 HE. Et captivum illum Alidensem? ER.  $\mu\acute{\alpha}$  τ' Α'πόλλω.

HE. & servolum

Meum

87. HE. Tuo arbitrato. ] Ita Mf. Camer. & Iudic Parasitus ambiguitate verbi patior. mulieres enim pati natus Seneca ait. Gron.

90. Nunc tu mihi places. ] Non places est placetis: nec legendum: Non tu mihi places: Nec sunt hæc verba Hegionis Parasitus dixerat se emptum Hegioni, nisi quis meliorem offerret. Eandem quaerierat act. 3. sc. 1. & quaeritum iturum amplius se dixerat in portu: quæ si spes decollaret, tum demum se recepturum ad Hegionem cœnam asperam. At quam aliam quaereret invento in portu Hegionis filio Philopolemo? Nunc ait, tu mihi places, hoc est, nunc aliam conditionem nullam circumspiciam: nunc nihil vereor, cœnam hic fore asperam aut vitium tuum scruposam commeatu viam; nam & ille non nolet, & tu ei indulgebis ut possit me lautius alere. Gron.

94. Celoce. ] Fulgent. Celox, genus navicula modicum, quod baplum dicimus. Vide notas insupet Alinar. Act. 2. scena 1.

95. Alium. ] Id est, Eleum. Lambinus.

97. Saturitas. ] Saturitas Parasito edaci omnium decorum est instar. Idem.

98. Condec. nomine. ] Et ita me semper faciat saturum. Imo faciat, ut dici possim Saturus. Idem.

99. Et genium meum. ] Parasiti, divites, sub quorum clientela essent, Genios suos nominabant. Meurs.

100. Alidensem. ] Polycratem. Mæ τ'. ] Per Apollinem. Quod Græci jurantes, Mæ, τ', præponunt, id Romanis erat ME & E: Mecastor: Medius fidius: Mchercule: Ejuno: Equirine: Ecete: Epol: Ecastor. Scaliger.

Meum Stalagnum, meum qui gnatum sutripuit? ER. νῆ τὰν Κόερον.

HE. Jam diu? ER. νῆ τὰν Περινέσω. HE. venit? ER. νῆ τὰν Σιγίαν.

HE. Certon? ER. νῆ τὰν Φρυσινῶνα. HE. vide sis. ER. νῆ τὸ Ἀλάτριον.

HE. Quid tu per barbaricas urbes juras? ER. quia enim item aspera

105 Sunt, ut tuum victum autumabas esse. HE. vᾶ ἄται ταῦ.

ER. Quippe quando mihi nihil credis, quod ego dico sedulo. Sed Stalagnus quojus erat tunc nationis, cum hinc abiit?

HE. Sículus. ER. at nunc Sículus non est: Bojus est; Bojam terit,

Libetorum quærundorum causa, ei, credo, uxor data est.

110 HE. Dic, bonan' fide tu mihi istæc verba dixisti? ER. bona.

HE. Di immortales, iterum gnatus videor, si vera autumas.

ER. An tu dubium habebis, etiam sancte cum jurem tibi?

Postremo, Hegio, si parva jurijurando est fides,

Vise ad portum. HE. facere certum est, tum intus cura quod opus est.

115 Sume, polce, prome quid vis. te facio cellarium.

ER. Nam,

101. Νὰ τὰν Σίερον. ] Necessario scribendum cum Cameratiano, Langianis, Palatinis & quinque nostris Νὰ τὰν Κόερον. nam alioqui nullus est transitus ab Apolline ad urbes. Sed τὰν Κόερον dat occasionem commodam: id enim sequitur prius jusjurandum, ut ἰ κέρη est Proterpina, dea deum. At hanc sequitur νῆ τὼ Περυνέσω, quasi prius intellexisset *Coram* urbem. Gronovius.

102. Περινέσω. ] Hæc *Præfeste*, & reliqua quæ sequuntur nomina civitatum Campaniæ sunt.

104. Barbaricas, &c. ] *Barbaricas* ponitur pro *Italicis*: nam *Barbari* dicebantur antiquitus omnes gentes, exceptis Græcis. *Festus*.

106. Sedulo. ] Id est, *sine dolo*: bona fide. Nonius.

108. Bojus est. ] *Boja* accipiendum pro *collati*: cum tamen. qui hoc dicit, vellet accipi, tanquam si dixisset, ipsum Gallum cum Galla cubare. Notum enim Bojos esse Gallos. Glossæ. *Bos*, βῆς. *Boi*, ἰπεῖας εὐγάλλοι. Est etiam in verbo *terit*, ἀνερολόζα. Properi. lib. 3. 11. de Cleopatra: *Et famulos inter suminatrista juos*. Scalig.

110. Bonan' fide. ] Est enim affirmatio & jusjurandum, *Bona fide*. Nos tamen hodie, nisi appellato Numine, sacramentum non putamus: nam sequitur mox: *sancte cum jurem tibi?* Tacitebus.

112. Iterum gnatus. ] Antiqui vocarunt *natules* omnes dies, propter aliquam lictitiam insignem, sibi solemnem. *Cosaub.*

ER. Nam, hercle, nisi mantiscinatus probe ero, fusti pectito.

HE. Aeternum tibi dapinabo victum, si vera autumas. *M. Samb. tibi dabo.*

ER. Unde id? HE. à me meoque gnato. ER. sponden' tu istud? HE. spondeo.

ER. At ego tuum tibi advenisse filium, respondeo.

§ 20 HE. Cura quam optime potes. ER. bene ambula & redambula.

116. *Mantiscinatus, &c.*] Alii Codices scripti, *mantiscinatus*, aut *mantiscinatur*. Unica littera mutata scribendum, nisi *particinatus probe ero*. Id est, nisi *partices* probe implevero. A *partice particinari*. P. B. & M. in veteribus saepe invicem permutantur, ut genus valis modo *Bascanda*, modo *Mascanda* in libris scriptum reperitur. Praeterea quibus ignotum erat verbum *particinari*, potius

voluerunt facere, legendo *manticinari*, quasi à *mantica*. *Partices* sunt intestina. Virgilius in *Catale&is*, *no&uquo s&u&es partices*. Apud Martialem, *partices* sunt intestina.

*Quod cum partibus saxu & cum pede grandi.*

Inde ergo verbum *particinari*, pro *partices* implere & saginam credere. *Salmas. Fusti*, pro *suste*.

### ACTVS QUARTI SCENAE TERTIAE. ERGASILUS.

ILlic hinc abiit: mihi rem summam credidit cibariam.

Di immortales, jam ut ego collos praetruncabo *M. Lang. detrucabo.*  
tergoribus!

Quanta pernis pestis veniet! quanta labes larido!

Quanta sumini absumedo! quanta callo calamitas!

5 Quanta laniis hostitudo! quanta porcinariis!

Nam si alia memorem, quae ad ventris victum conducunt, mora est.

Nunc

2. *Collos.*] Collus in masc. gen. dicebant veteres. *Taubm. Tergoribus.*] Turneb. leg. *tergoribus*. & ita est in Paris. nam apparet veteres non tantum *tergus*, sed & *tergu* dixisse. Quia vero neque sic loci difficultas tollitur, *Lambin.* suspicatur legi posse, *pecoribus*.

4. *Absumedo.*] Vocem finxit ab *absumo*; non multum à *sumine* discespantem, in paronomasia leporem quærens. *Lambin.* *Sumen* autem contendunt dici quasi *suggeren*: ac proprie in suis, quo suis ubera continentur. Jam delicias & gançam à suis peti solitas. *Taubm.*

*Callo.*] *Apri* à veteribus in conviviis æstimabantur. Cuius *lumbus* omnibus aliis partibus ejus praeponebatur: hunc *Plaurus* & *Cato aprugnum* vocaverunt, ejus tenera durities commendata ipsi etiam *Callo* nomen dedit. Propter quod etiam *Horatius longa ova* extollens, *callosa* nuncupavit, tanquam compacta illa teneritudo in omnibus ciborum generibus & dentibus & palato valde grata sit. *Mercer.* Var. lect. l. 2, 22.

5. *Porcinariis.*] *lis*, qui porcinae carni praefecti sunt. *Lamb.*

7. *Ad*

Nuncibo ad præfecturam, & jus dicam larido;  
Et quæ pendent indemnata perna, eis auxilium ut  
feram.

*Mill. Lane. per-  
nis auxilium.*

7: *Ad præfecturam.* ] Solebant enim Præfecti in suis præfecturis jus dicere. *Pollet.*

8. *Pendent indemnata.* ] Non eperunt interpretes ignorantia formulæ juris *iste pendente.* Accessit & qui *indemnata*, innocentes. suspensas & tamen nulla iudicis sententia ad laqueum aut suspendium damnatas interpretaretur. Proprie *pendent indemnati*, quorum lites sunt pendentes: qui non quidem innocentes, sed accusati & nondum peracti sunt rei. *Sueton. Domit. 9. Reos qui ante quinquennium proximum ararium apud pependissent, unum versus discrimine libera ver.* *Quintilianus lib. 7. Inst. 5. Cum ex prescriptione lit pendet, de ipsa re quarì non est neccessè.* Cum igitur dicit, *quæ pendent,*

simpliciter accipit, ut solent suspensæ in carnario esse perna: cum addidit *indemnata*, loquitur de illis, ut reis continuata *ad. x. p. g. l. a.* inceperat enim: & *ius dicam larido.* *Plin. 4. epist. 9. Accusatus est sub Vespasiano a privatò duobus: ad senatum remissus, diu pependit. l. 21. D. de accus. Capitulum reus suspensus crimine causam dicere non prohibetur.* Ubi male *Gothofredus*, non habita ratione criminis. *Cicero pro Cluentio: Hærebant in tabulæ publicæ reus & accusator.* Cæterum *Scripti fere ibo ut præfecturam: Angli ibo in præfecturam. Lege: Nunc ibo in præfecturam, ut jus dicam larido.* Nam *ire in præfecturam*, quemadmodum *ire in provinciam.* Tò ut autem hic necessario poscit sequens *ut feram.* *Gronov.*

## ACTUS QUARTI SCENA QUINTA.

## PUER HEGIONIS.

Diespiter te Dique, Ergasile, perdant & ventrem tuum  
Parasitosque omnes, & qui posthac cænam Parasitis  
dabit.

Clades calamitasque, intemperies modo in nostram advenit  
domum.

Quasi lupus esuriens, metui ne in me faceret impetum.

5 Nimisque, hercle, ego illum male formidabam: ita frende-  
bat dentibus.

Adveniens deturbavit totum cum carne carnarium.

Arripuit gladium, prætruncavit tribus tergoribus  
glandia.

*Tro. rego-  
ribus. l. 2. b.  
pecoribus.*

Aulas,

4 *Quasi lupus esur, &c.* ] Admonet me hic locus versuum è sexto *Satyram Ennii*, quos ob elegantiam adscribam ex emendatione *Mureti l. 19. cap. 7. Variat.*

*Quippo sine cura, latus, lautus ovum ad-  
venit,*

*Exsertu mialu, lupino exspectans im-  
petu,*

*Quam mox alterius obligurriat bona.*

*Quid censes domino esse animi? pro divinum  
silem!*

*Dum ille cibum tristis servat, tu ridens  
voras.*

7. *Glandia.* ] *Plin. lib. 11. cap. 37. Tonstra in homine, in sue glandule: quæ & glandia dicuntur, sive glandula. Glandulæ sunt in cervicibus, ideoque per  
P 4 glan-*

- Aulas, calicesque omnes confregit, nisi quæ modiales erant.  
 Cocum percontabatur, possentne seriæ fervere.  
 10 Cellas refregit omnes intus, reclusitque armarium.  
 Asservate istumc sultuservi; ego ibo ut conveniam senem.  
 Dicam ut sibi penum aliud ornet, siquidem sese uti volet.  
 Nam hic quidem ut adornat, aut jam nihil est, aut jam nihil erit.

glandia, seu glandulas, cervices hic significati puto. *Lambinus.*

8. *Modiales.*] Modii unius capaces. *Pim.*

9. *Possentne seriæ.*] Ac si quis *orcas* nostrates, id est, *cados falsamentarios* (*Fleisch-tunnen*) ad focum admoventi postulet; quasi integrum bovem pariter, *Herculis* *βουφάξ*; in morem, primo velut pedatu absumitur. *Donz.*

10. *Armarium.*] *Turneb.* *Armarium* hic interpretatur promptuarium, è quo promittitur cibus: at *Lambinus* locum, in quo nummi reconduntur. *Vid. Epid. 2. 3.*

12. *Dicam ut sibi, &c.*] Hoc est, siquidem volet aliquando genio suo indulgere, censeo illi aliud penum quærendum parandumque. Nam *psalitus* totum carnarium deturbaverat, & aulas,

& calices confregerat, & cellas omnes refregerat, & omnia denique, quæ ad genium lepidè curandum valent, conturbaverat. Hæc vulgo male accipiunt interpretes, cum sarcinosis illis commentariis. *Cl. Salmasius.* *Si sese uti volet.*] *Sese uti* non est seipso uti, vel sibi esse utilis, non genio indulgere, sed quasi esset *si sese eo volet uti.* τὸ *sese παλάξ*, ut plurimis locis apud *Plautum.* perinde foret *si uti volet*, si quod in poterit penum habere. Non voluptates, sed usus tantummodo necessarios significat. Neque id ignoravit *Lambinus*, qui diserte: *Penu* tubintelligendum, ut intelligamus antique dictum: *si volet se uti penu*, pro, *si volet uti penu.* Sed blandiente ingenio alteram explicationem falsam addidit. *Gronov.*

## ACTUS QUINTI SCENA PRIMA.

HEGIO, PHILOPOLEMUS, PHILOCRATES,

- Jovi Diisque ago gratias merito magnas,  
 Quom te reducem tuo patri reddiderunt,  
 Quomque ex miseris plurimis me exemerunt,  
 Quæ adhuc te carens, dum hic fui, sustentabam;  
 5 Quomque hunc conspicio in potestate nostra,  
 Quomque hæc reperta est fides firma nobis.  
 Satis jam dolui ex animo, & cura me satis  
 Et lactumis maceravi. Hoc! satis jam audivi

Tuas

4. *Quæ*] *Quæ*, referendum ad totam orationem. *Lamb.* Sed *Accidat*, hunc versum, ut indignum *Plauto*, aut delendum censet, aut ita emendandum: *Quas, Anni te carendum hic suis, sustentabam.*

5. *Hunc.*] *Stalagmum.*

8. *Hoc! Satis.*] Sic *Mff.* & editi, nisi quod *Camerarius* τὸ *Hoc* delevit. *Gruterus* putat sic belle distinxisse. *Placeret magis: Hac (satis jam audivi Tuas a-*  
*rumnas, ad portum tibi quas memorasti.)*

1109

Tuas ærumnas, ad portum mihi quas memorasti.

10 Hoc agamus. PHIL. quid nunc, quoniam tecum servavi fidem, Tibique hunc reducem in libertatem feci? HE. fecisti, ut tibi, Philocrates, nunquam referre gratiam possim satis, Proinde ut tu promeritus de me & filio meo. PH. imo potes, Pater, & poteris, & ego potero: & Di eam potestatem dabuunt,

15 Ut beneficium benemerenti nostro merito muneres.

Sicut tu huic potes, pater mi, facere merito maxime.

HE. Quid opt' sit verbis? lingua nulla est, qua negem quicquid roges.

PH. Postulo abs te, ut mihi illum reddas servom, quem hîc reliqueram

Pignus pro me, qui mihi melior, quam sibi semper fuit:

20 Pro benefactis ejus uti ei pretium possim reddere.

HE. Quod benefecisti, referetur gratia, id quod postulas, Et id, & aliud quod me orabis, impetrabis. atque te Nolim succensere, quod ego iratus ei feci male.

PH. Quid fecisti? HE. in lapidinas compeditum condidi,

25 Ubi relicvi mihi data esse verba. PHIL. væ misero mihi!

Propter meum caput labores homini evenisse optumo.

HE. At ob eam rem mihi libellam pro eo argentî ne duis.

Gratis à me, ut sit liber, abducito. PH. edepol, Lamb. tecum abducito.

Hegio,

Facis benigne. sed quæso, hominem ut jubeat arcessi. HE. licet.

30 Ubi estis vos: ite actutum, Tyndarum huc arcessite.

Vos ite intro, interibi ego ex hac statua verbeream volo

Erogi-

*Hoc agamus.* Quali sit, *Hoc, hoc, inquam, agamus.* Nisi corrupta ea vox ex interjectione: *Oh! satû jam audiivi.* Qua in hac ipsa fabula jam bis usus. *Gronovius.*

10. *Tecum.* ] Id est, tibi. *Deuz.*

20. *Precium.* ] Id est, mercedem. Sic *Terent.* Andr.

*Ego pretium ob stultitiam sero.*

*Lambin.*

24. *In lapidinas.* ] Ita *Ms. Cam.* et si tamen prius videbatur habuisse *lapidicinas*: quomodo adhuc servant *Pall. 4. priores*, ut notat *Gruterus.* Ita *Heraldus* contendit perpetuo legend. *lapidicinas.* *Gloss.*

*lapidicinz, λατομια. Lapidarius, λατόμος. Taubman. Compeditum condidi.* ]

*Compeditibus vincum conjeci. Lamb.*

27. *Libellam.* ] *Libellam argenti, id est, assen.* *Cic.* *Accus. 2. si unam libellam argenti dedisset.* Id, pro *Rosc.* dixit, *ad libellam debere:* quod *Horatius ad assen.* Quando minimam pecuniam significare volebant, *assen* & *libellam* dicebant. *V. N. Pseud. act. 1. scen. 1. vs. 96.*

31. *Interibi ego.* ] *Interea ex hoc verberatione Stalagmo volo erogitare, id est, rogando extorque.* *Taubm.*

Erogitare, meo minore quid sit factum filio.

Vos lavate interibi. PH. sequere hac, Philocrates, me intro.

PHIL. sequor.

ACTUS QUINTI SCENA SECUNDA.

HEGIO, STALAGMUS.

**A**GE tu illuc procede, bone vir, lepidum mancipium meum.  
ST. Quid me oportet facere, ubi tu talis vir falsum autumas?

Fui ego bellus, lepidus, bonus vir nunquam, neque frugi bonæ,  
Neque ero unquam: ne tu spem ponas me bonæ frugi fore.

5 HE. Prope modum ubi loci fortunæ tuæ sint, facile intellegis.  
Sieris verax, tua ex re facies, ex mala meliusculam.

Recta & vera loquere: sed neque vere, neque recte adhuc  
Fecisti unquam. ST. quod ego fatear, credin' pudeat, cum  
autumes?

HE. At ego faciam ut pudeat: nam in ruborem te totum dabo.

10 ST. Eja credo, imperito plagas minitatis mihi,

Tandem ista aufer, dicque quid fers, ut feras hinc quod petis.

HE. Satis facundus. sed jam fieri dictis compendium volo.

ST. Ut vis fiat. HE. bene morigerus fuit puer: nunc non decet,

Hoc agamus. jam animum advorte, ac mihi quæ dicam,  
ediffere.

15 Si eris verax, tuis rebus feceris meliusculas.

*Fals. res tuas fec.  
Cam. è tuis rebus.*

ST. Nugæ istæ sunt. non me censeres scire quid dignus siem?

HE. At ca subterfugere potis es pauca, si non omnia.

ST. Pauca

3. **N**Equæ frugi bona. ] Rittershus. è  
Mi. Eystadiensi, quem cum Fr.  
Medio contulit, versum hic inserit talem:  
Atque ubi ego sus in Lepidinu bonus  
vir, neque bona frugi:

Neque ero, &c.

8. *Quod ego fatear.* ] Credisne fore,  
ut me ejus pudeat, quod fatear, sc. me  
recte nunquam quicquam fecisse: cum  
tu id dicas? Lamb.

9. *In ruborem.* ] Jocus. Quos pudet,  
rubore suffunduntur; & qui toris ex-  
duntur, etiam rubent sanguine. Lamb.

10. *Imperito.* ] Ironia, quasi dicat; ex-  
periendo jam pridem didici, quam sis  
plagosus. Tandem ista aufer, id est, cum  
sermonem omitte. Boxhorn.

11. *Quid fers.* ] Quid in animo ha-  
beas. Douxa.

13. *Bene morigerus, &c.* ] Id est, fuit  
impudicus, & aliorum libidini obscuc-  
tus est; sed nunc exsolertum & grandem  
natu non decet. Hegio ergo illa, ut vis  
fiat, ad spurcitiem adolescentis Stalagmi  
traxit. Lambinus. Vid. Cistell. ab. 4.  
scen. 1.

18. Pauca

ST. Pauca effugiam scio. nam multa evenient, & merito meo;  
Quia & fugi, & tibi surripui filium, & eum vendidi.

- 20 HE. Cui homini? ST. Theodoromedi in Alide Polyplufio  
Sex minis. HE. pro Di immortales! is quidem hujus est pater  
Philocratis. ST. quin melius novi, quam te, & vidi sapius,  
HE. Serva Juppiter supreme & me & meum gnatum mihi.  
Philocrates, per tuum te ingenium obsecro, exi: te volo.

18. *Pauca effugiam.*] Α' αθησδύκτου scivilis joci in periculo.

## ACTUS QUINTI SCENA TERTIA.

PHILOCRATES, HEGIO, STALAGMUS.

HEGIO, assum: si quid me vis, impera. HE. hic gnatum  
meum

Tuo patri ait se vendidisse sex minis in Alide.

PH. Quam diu id factum est? ST. hic annus incipit vicesimus.

PH. Falsa memorat, ST. aut ego, aut tu. nam tibi quadrimulum

- 5 Tuus pater peculiarem parvolum puero dedit.

PH. Quid erat ei nomen? si vera dicis, memora dum mihi.

ST. Pagnium vocitatus est: post vos indistis Tyndaro.

- PH. Cur ego te non novi? ST. quia MOS EST oblivisci  
hominibus,

Neque novisse, cujus nihili sit faciunda gratia.

- 10 PH. Dic mihi: isne istic fuit, quem vendidisti meo patri,

Qui mihi peculiaris datus est, hujus filius?

ST. istic. HE. vie &c.  
Dist. hujus filius.

HE. Vivitne is homo? ST. argentum accepi, nihil curavi cæ-  
terum.

HE. Quid tu ais? PH. quin istic ipsu' est Tyndarus tuus filius,  
Ut quidem hic argumenta loquitur, nam is mecum à puero  
puer

- 15 Bene pudiceque educatus est usque ad adolescentiam.

HE. Et miser sum & fortunatus, si vos vera dicitis:

Eo miser sum, quia male illi feci, si gnatus meu' est.

Eheu! cur ego plus minusque feci, quam æquum fuit!

Quod

5. *Peculiarem.*] V. N. Asin. act. 3.  
sc. 1. vers. 36. & Scenam hanc  
sequent. v. 16.

11. *Plus minusque feci.*] Plus mali,  
minus boni. Lambin. Hæc fuerunt in

mente Pæno illi, cum scriberet Phosm.  
*Ne quid plus minusve faxit, quod nos pi-  
geat postea.* Plus minus, πλεϊον ή λιαν-  
των. in quibus rebus omne vitium in-  
telligitur. I. Gullielm.



Quod male feci, crucior modo, si infectum fieri possiet.

20 Sed eccum, incedit huc ornatus haud ex suis virtutibus.

20. *Ornatus haud ex suis.*] Ita *Mu-* car. Placet & *Grutero*: quamvis *le-* *retus. Leps.* & *Avidanus*: ex mente *gat Mi. Cam. audax sui virtutibus*: *Hegionis, qui filium suum non proin-* & olim *culi, & Pallat. audax sui vi-* *ribus.* *de, ut meatus esset, acceptum indi-*

### ACTUS QUINTI SCENA QUARTA.

TYNDARUS, HEGIO, PHILOCRATES,  
STALAGMUS.

VIDI ego multa sæpe picta, quæ Acherunti fierent  
Cruciamenta; verum enimvero nulla adæque est Ache-  
runtis,

Atque ubi ego fui in lapidicinis. Illic ibi demum est locus,  
Ubi labore lassitudo omni<sup>a</sup> est exigunda ex corpore.

5 Nam ubi illo adveni, quasi patricius pueris aut monedula,  
Aut anates, aut coturnices dantur, quicum lusitent:

Itidem hæc mihi adveniienti upupa, qui me delectet,  
data est. *Dux, qui me delectem.*

Sed herus eccum ante ostium, & herus alter eccum ex Alide  
Rediit. HE. salve exoptate gnate mi. TY. hem! quid, gna-  
te mi?

10 Attat, scio cur te patrem assimules esse & me filium:

Quia mihi, item ut parentes, lucis das tuendæ copiam.

PH. Salve Tyndare. TY. & tu, quojus causa hanc ærumnam  
exigo.

PH. At

7. *Acherunti.*] *Vetetes.* ut melius in  
officio continerentur homines,  
& a teleribus absterrentur, cruciatus  
infernales, quos imminere iis credebant,  
in tabulis depingebant, ut quasi præsen-  
tes intuerentur *Mours.*

6. *Upupa.*] Hoc loco *upupa* non est  
malleus, ut stulte sunt interpretati: sed  
*ἄψυξ*, ut optime *Glossatii* auctor expo-  
nit; non ea quidem plane forma, nec  
idem instrumentum cum *ama.* nam hæc  
ad terram fodiendam, & latior, unde  
*εὐαδίστῃ πλάτῃ* exponitur à *Gramma-*  
*tis:* illa ad eruendos lapides, & acuta,  
& non male referens *upupæ* caput  
cum rostro. Nobis est *un pic*, nomen ta-

men etiam *upupa*, vel *opopa*, vulgo reti-  
nemus: nam *houe* vocamus instrumen-  
tum illud *ὀρυκτικόν.* ut *cucubam*, quæ est  
noctua, *choïæ* appellamus. sic *upupam*  
vel *opopam* lapidicinis reddidimus. *Salm.*

11. *Quia mihi, &c.*] Ad lapidicinas  
refero, quæ sub terra erant tenebrôsæ:  
unde sit productus & quasi denuo in lu-  
cem opera *Hegionis* editus. Sub terra  
autem fuisse docet ille versus supra: *In-*  
*terdinus sub terra lapides eximet.* Quo per-  
tinet illud *Cassiodori*, ubi de miserabili  
illorum vita qui in metallum damnantur,  
loquitur: *Intrant homines caliginis*  
*profundas: vixunt sine supernis: exulant*  
*à Sole, &c. Pistoris.*

PH. At nunc liber in divitias faxo venies. nam tibi  
Pater hic est; hic servus, qui te huic hinc quadrimum furpuit,  
15 Vendidit patri meo te lex minis. is te mihi  
Parvolum peculiarem parvulo puero dedit.  
Illic iudicium fecit: nam hunc ex Alide huc redu- Null. Qu. ad-  
cimus. duimus.

TY. Quid, hujus filium? PH. intus eccum fratrem germa-  
num tuum.

TY. Quid tu ais? adduxtin' illum hujus captivum filium?

20 PH. Quin, inquam, intus hic est. TY. fecisti edepol & recte  
& bene.

PH. Nunc tibi pater hic est: hic fur est tuus, qui parvum hinc  
te abstulit.

TY. At ego hunc grandis grandem natu, ob furtum, ad carni-  
ficem dabo.

PH. Meritus est. TY. ego edepol meritam mercedem dabo.  
Sed dic oro: Pater meus tunc es? HE. ego sum, gnate mi.

25 TY. Nunc demum in memoriam redeo, cum mecum cogito,  
Nunc edepol demum in memoriam regredior, audisse me  
Quasi per nebulam Hegionem patrem meum vocarier.

HE. Ego sum. PH. compedibus quaeso ut tibi sit levior filius,  
Atque hic gravior servus. HE. certum est principium id præ-  
vortier.

30 Eamus intro, ut arcesatur faber; ut istas compedes  
Tibi adimam, huic dem. ST. cui peculii nihil est, recte feceris.

16. *Peculiarem.*] Ut adolescentulis  
servuli custodes dabantur, ita puellis ser-  
vulæ, quæ in lanificio una essent, eas se-  
quarentur & curarent. ii æque, ut J.C.  
loquuntur, *peculiares* illis plerunque  
erant, hoc est, in peculio. Et vero quæ  
curabant puellam, aut in lanificio una  
erant servulæ, Latine *Circa illam esse*, di-  
cuntur. I. *Gulielm.*

22. *At ego hunc grandu.*] Longe ele-  
gantius erit, si scribas; *At ego nunc gran-  
du.* Boxhorn.

26. *Audisse me quasi.*] Namque & per  
nebulam; si exactior sit, obtusius au-  
dimus; uti in strepitu. Alii translationem

esse dicunt à sensu videndi, ad sensum  
audiendi: propter similitudinem, quam  
inter se habeant. Sic ad Attic. *In strepitu  
exaudisse videor.* item: *per caliginem vi-  
dere.* Victor.

29. *Certum est.*] Stat sententia primum  
omnium id facere. *Lamb.*

31. *Quasi peculii.*] Distingue; *Cui  
peculii nihil est. Recte fecerit.* Stalagmus  
procurat, & *xi dem* ita accipit, ac  
si alia omnia potius, quam com-  
pedes subintelligerentur. Recte ergo  
dicit facturum Hegionem, si det ali-  
quid illi, cui peculii nihil est. *Box-  
hornius.*

## C A T E R V A.

Ed. al. GREX.  
Alu. RECITATOR.

SPECTATORES, ad pudicos mores facta hæc fabula est.

Neque in hac subagitationes sunt, neque ulla amatio,

Nec pueri suppositio, nec argenti circumductio,

Neque ubi amans adolescens scortum liberet clam patrem suum.

5 Hujusmodi paucas Poëtæ reperiunt Comœdias,

Ubi boni meliores fiant. nunc vos, si vobis placet,

Et, si placuimus, neque odio fuimus, signum hoc mittite:

Qui pudicitia esse voltis præmium, plausum date.

2. *Subagitationes.*] *Subagitare mulierem* est lascivius eam attrectare.

3. *Pueri suppositio.*] Puerum supponere dicuntur mulieres, quæ factum alie num pro suo alunt, ac fovent. Hinc *pueri suppositi*, id est, subditi. *Lamb.*

5. *Reperiunt.*] Excogitant, fingunt quod proprium Poëtarum est.

7. *Signum hoc.*] Mihi videtur hoc gestu expressum fuisse signum: quod spectatores tuo exemplo *Grex* imitari possunt. *Danza.*

FINIS CAPTEIVORUM.

M. ACCI PLAUTI  
CURCULIO.

DRAMATIS PERSONÆ.

PALINURUS, <i>servus.</i>	COQUUS.
PHÆDROMUS, <i>adolescens.</i>	CURCULIO, <i>parasitus.</i>
LENA, <i>anus.</i>	LYCO, <i>trapezita.</i>
PLANESIUM, <i>virgo.</i>	CHORAGUS.
CAPPADOX, <i>leno.</i>	THERAPONTIGONUS, <i>miles.</i>

ARGUMENTUM, ut quibusdam videtur,

PRISCIANI.

**C**urculio missus Phadromi in Cariam,  
Ut petat argentum. ibi ille eludit annulo  
Rivalem. scribit atque obsignavit literas.  
Cognoscit signum Lyco, ubi vidit, militis:  
Ut amicam mittat, precium lenoni dedit.  
Lyonem miles ac lenonem in jus rapit.  
Ipsus sororem, quam peribat, repperit:  
Oratu cujus Phadromo nuptum locat.

ALIUD ARGUMENTUM

CAMERARI.

**H**ujus Comœdiæ argumentum est tenue ac simplex, in sola Parasiti fraude fortuita paulo plenius. Nam introducitur adolescens amans puellam à lenone avaro, quam ille quidem redimeret, nisi pecunia deesset. Hanc in Caria se posse mutuo sumere sperans, mittit illo Parasitum suum, qui petat. Is pecuniam quidem, quam mutuo accipiat, reperit nullam: sed anulum in potu suffuratur Militis, à quo fuerat ad cœnam invitatus. Atque ut de eodem cognoverat, quod emisset puellam à Lenone, & pecuniam sitam esse apud Trapezitam, consignat annulo Militis litteras, easque Trapezitæ reddit, atque opera hujus, mulierem abducit, tanquam à milite missus. Venit postea Miles, & se circumventum, inque ira & indignatione mulierem illam sororem esse suam cognoscit. Itaque peccenti hæc datur Phædromo: & à Lenone XXX. minæ exiguntur. Res geritur Epidaûri.

ACTUS

## ACTUS PRIMI SCENA PRIMA

PALINURUS, PHÆDROMUS.



UO red hoc noctis proficilci foras  
Cum istoc ornatu, cumque hac pompa, Phæ-  
drome?

PH. Quo Venus Cupidoque imperat, suadetque  
amor.

Si media nox est, sive est prima vespera:  
Si status condictus cum hoste intercedit dies,  
Tamen est eundem, quo imperant, ingratiis.

PA. At tandem tandem. PH. tandem es odiosus mihi.

PA. Istucquidem nec bellum est, nec memorabile:  
Tute tibi puer es: lautus luces cereum.

10 PH. Egon' apicularum opera congestum non feram,  
Ex dulci oriundum, melliculo dulci meo?

PA. Nam

1. **Q**UO.] Hæc Comædia, ut multaz  
aliaz, prologo caret, quia ab ipso  
auctore prologus non fiebat, nisi si quan-  
do in eo argumentum fabulæ narrarent.  
Alias cum fabulæ post mortem auctoris  
in scenam referrentur à celebribus hi-  
strionibus, solebant illi de suo præstare  
aliquid, & in prologo rationem dicere,  
cur hanc aut illam fabulam de novo re-  
posuissent. *Salmasius.*

2. **Ornatu.**] Cum cereo funali in ma-  
nu, & cætero instrumento amatorum  
proprio. *Lamb. Pompa.*] Cum aliis ser-  
vis, qui vinum & jentaculum Veneris  
gerunt. *Lamb.*

3. **Quo Venus.**] Cupido & Amor idem  
significare videntur: sed est diversitas. *Cu-  
pido enim inconsiderat a esse necessitatu: A-  
mor iudicii. Nonius.*

4. **Si media.**] Sponsionum & stipula-  
tionum formulas certis verbis concipien-  
bant, & sese ordiebantur, à *si, sive, ni, nive.*  
Vide *Mercat. 2. 2. & Pseud. 4. 6. 1. Gul.*

5. **Status.**] Status dies vocatur, qui iudi-  
cii causa est constitutus cum hoste, id est,  
peregrino. Ejus enim generis ab antiquo Ho-  
stis appellabatur; quod erant pari jure cum  
populo Romano: atque hostre ponebatur pro  
agraw. Festus. Condictus.] Conducere in-  
quiunt.] C. denunciare est prisca lingua. L.

7. **Tandem tandem.**] Scilicet intelli-  
go te amare. Vel, desine insanite, re-  
lipisce & ad sanitatem revertere. *Lam-  
binus.*

9. **Tute tibi pueros.**] Ex tot doctorum  
opinionibus nihil placet magis, quam  
illud Scaligeri, sensus ut sit; tute lotus  
ex balneo tibi facem gestas. Puerorum  
sive servulorum erat officium dominis à  
cæna vel balneo te deuntibus facem præ-  
ferre. At hic Phædromus ipse nitidus,  
lautus, & è balneo veniens, facem por-  
tabat. Inde Palinurus: *Tute tibi puer es:*  
Id est, ipse tibi ministras, te ipse ut pue-  
ro uteris. Ut *Mercat. 5. 2. Egomet mihi  
comes, calcator, equus, agaso, armiger.*  
*Martialis 14. 64. Desuerit si forte puer, so-  
leasque libebit Sumere, pro puero pes erit ipse  
tibi.* Deinde *lautus luces cereum:* id est,  
è balneo modo egressus præfers tibi fa-  
cem. *Casin. 1. 1. 30. Grenov. Puer es lau-  
tus, &c.] Pueri lauti, id est, uncti terse  
& splendide vestiti prælucebant novæ  
nuptæ faces. Quod hic amator præter  
decorum sibi ipsi prælucceret, dicit pue-  
rum eum sibi lautum esse & lucere ce-  
reum, id est, facem ceream præluccere.  
Non aliud querendum. *Salmasius.**

11. **Melliculo.**] Flansio; amoribus  
meis. *Donka.*

PA. Nam quo te dicam ego ire? PH. si tu me roges,

Dicam, ut scias. PA. si rogitem, quid respondeas?

PH. Hoc Æsculapii fanum est. PA. plus jam anno scio.

15 PH. Huic proximum illud ostium occlusissimum.

*Pal. oculis-  
simum, ac  
occlusissimum.*

Salve: valvistin' usque, ostium occlusissimum?

PA. Caruitne febris te heri, vel nudius tertius?

*Pal. inlit-  
ne tebris.*

Et heri cœnavistine? PH. deridesne me?

PA. Quid tu ergo insane rogitas, valeatne ostium?

20 PH. Bellissimum, hercle, vidi & taciturnissimum.

*M. Boxb.  
C. An. Pal.  
hercle vide.*

Nunquam ullum verbum mittit: quom aperit, ut

racet:

Cumque illa noctu clanculum ad me exit, tacet.

PA. Nunquid tu, quod te aut genere indignum sit tuo

Facis, aut inceptas facinus facere, Phædrome?

25 Num tu pudicæ cuiquam insidias locas?

Aut quam pudicam oportet esse? PH. nemini.

Nec me ille finit Juppiter. PA. ego item volo:

Ita tuum conferto amare semper, si sapias,

*Muret. amorem.*

Ne id quod ames, populus si sciat, tibi sit probro.

30 Semper curato ne sis intestabilis:

Quod amas, amato testibus presentibus.

PH. Quid istuc est verbi? PA. caute ut incedas via:

*M. C. tua  
ut inced.*

PH. Quin leno hîc habitat. PA. nemo hinc prohibet nec vetat;

Quin quod palam est venale, si argentum est, emas:

35 Nemo ite quenquam publica prohibet via:

Dum

16. *Salve: valvistin' usque ostium.* ] Erat hæc consuetudo interrogandi eos; quos ex intervallo videbant: non, ut ita simpliciter dicerent, *Valvistin' usque?* sed hoc modo: *Valvistin' usque?* aut *perpetuone valvisti?* Muret. Mirum vero, hanc loquendi rationem Pasumito esse insanix argumentum. Nam de ædibus, villis, similibusque aliis, haud aliter, quam de hominibus, quætere veteres solebant. Plin. lib. 1. Epist. *Quid agit Comum, quid arbor, quid particus, &c.* Boethornius.

17. *Caruitne.* ] Quoniam homines ex febre aut ex longo jejuniato delirare in-

terdum, & mentis errore adfici solent; idcirco interrogat herum servus, caruitne febre proximum biduum, & num vespere cœnaverit? Videbatur enim ei delirare, qui talibus verbis ostio blandiretur. Muret.

20. *Taciturnissimum.* ] Votum amatorum, qui difficiles sectantur Veneres; ut januz sine fridore pateant. Lamb.

23. *Tuum amare.* ] Id est, tuas amationes. Sic Græci, τὸ ἰσῆν, pro τὸ ἰσπερ. &c. Taubm.

30. *Intestabilis.* ] Ne sis insanix notâ inultus, neque amittas testimonii dicendi potestatem. Lambin.

Dum ne per fundum septum facias semitam,  
Dum tete abstineas nupta, vidua, virgine,  
Juventure, & pueris liberis, ama quid lubet.

PH. Lenonis hæ sunt ædes. PA. male istis eveniat.

40 PH. Qui? PA. quia scelestam servitutem serviunt.

PH. Obloquere. PA. fiat maxime. PH. etiam taces?

PA. Nempe obloqui me jusséras. PH. At nunc veto.

Id uti occæpi dicere; ei ancillula est.

PA. Nempe huic lenoni, qui hîc habitat? PH. recte tenes.

45 PA. Minus formidabo ne exedat. PH. odiosus es.

Eam volt meretricem facere: ea me deperit.

Ego autem cum illa facere nolo mutuam.

*Boch. cum illo.*

PA. Quid ita? PH. quia proprium facio: amo pariter  
simul.

PA. MALUS clandestinus est amor, damnum 'st merum.

50 PH. Est, hercle, ita ut tu dicis. PA. jamne ea fert jugum?

PH. Tam à me pudica est, quasi soror mea sit: nisi

Si

36. *Fundum septum.*] Agricolationis vocabula ad rem voluptatum crebro translata, dictum *Asin. act. 5. 2. Tambmanni.*

41. *Obloquere.*] Ambiguum. Phædromus accipit ut Indicativum, pro *obloqueris*: Servus ut Imperativum, quasi obloqui jubeatur. *Lambin.*

45. *Minus formidabo ne exedat, &c.*] Libri habent, *excedat* pro *excidat*. Sic apud *Salustium accedere ad genna*, pro *accidere*. Quod sequitur, *odiosus es*, non mutandum putem in *otiosus est*. Loquutio hæc familiaris Comiciis, cum quis præter rem responderet, aut in re seria jocaretur, dicebant *odiosus es*. *Odio enecus. Dignus es cum hac tua superstitione odio. Salmaf.*

47. *Facere nolo mutuam.*] Quod mirandum videretur, cum certum esset mutuo amore scilicet invicem deperire; sed captavit jocum comiciis familiarem, & dixit, cum ab illa infâne amaretur, se tamen nolle facere cum ea mutuam. Alter mirabundus quærit quid ita? quia, inquit, *proprium facio, amo pariter simul*. Alludit ad differentiam, quæ est inter

mutuum & proprium. Quæ propria habemus ea servamus, ne à nobis auferantur. Quæ vero mutua accepimus, a nobis aliquando recedunt, cum repetit à nobis is qui dedit. Ut ostenderet igitur amoris sui magnitudinem, qui sibi extorqueri & eripi nunquam posset, proprium in amore cum ea quæ illum amabat se facere respondet non mutuam, cum se se ambo ita efficitim amarent, ut amor ille utriusque esset propius, id est, nunquam auferendus ut ea quæ mutuo dantur & accipiuntur. *Salmaf.*

50. *Fert jugum.*] Est, quod inferius dicit; *ebatne cum viru?* Ita *jugum Veneru* dicit matrimonium *Oppian.* Servius & Iulidor. memorant, jugum dicis causâ imponi consueville sponfis, ut societatis individuum admonerentur hoc symbolo. Et *Iunoni jugum* nomen inde esse, monet *Rittershusius.*

51. *Pudica est.*] *Pudica matrona*, quæ marito contenta est. at *hic pudica*, quæ omnino virum ignorat. Et *signatam virginem* in eum sensum dixit *Lucilius illæsam*, inviolatam. *Terentius integram à viro.* J. Scallig.

53. *Flam-*

Si est osculando quippiam impudicior.

PA. Semper tu scito: FLAMMA fumo est proxuma.  
Fumo comburi nihil potest, flamma potest.

55 Qui è NUCE nucleum esse volt, frangit nucem.  
Qui volt cubare, pandit saltum saviis.

PH. At illa est pudica, neque dum cubitat cum viris.

PA. Credam, pudor si cuipiam Lenoni fier.

PH. Immo ut illam censes? ut quæque illi occasio est

60 Sutripere se ad me, ubi savium oppedit, fugit.

Id eo fit, quia hîc leno ægrotus incubar

In Æsculapii fano, is me excruciat. PA. quid est?

PH. Alias me poscit pro illa trigintra minas,

Alias talentum magnum; neque quicquam queo

65 Æqui bonique ab eo impetrare. PA. injuriu's,

Qui, quod lenoni nulli est, id ab eo peras.

PH. Nunc hinc Parasitum in Curiam nisi meum,

Petirum argentum à meo sodali mutuum:

Quod si non affert, quo me vorram nescio.

70 PA. Si deos saluras, dextroorsum cenfeo.

PH. Nunc

*scripsit. inju-  
riam est.*

53. *Flamma fumo.*] Significat, osculis concubiturum esse proximum. *Lambinus.*

56. *Pandit saltum saviu.*] Vulgo, pangit saltum suavinum. Sed illud probavit ex Langianis Palmerius: nec aliter optimus Camerarii codex. *Casina* 5. 2. *Ubi illum saltum video obseptum.* *Gruterus.*

59. *Immo ut illam censes.*] *Nugas maximas agit ille cum suo: Tu illam censes, ut quæque, &c. ad me?* Idque eo infelicius, quia quæ hic dicenda fuerant, jani occuparunt interpretes illustro genere loquendi admodum Comico, quod ille non intellexit. *Bacchid.* 2. 20. *Immo ut eam credi? misera amans desiderat.* *Trinummo* 3. 3. *Diei tempus non vides? quid illum putas natura illa atque ingenio, jam dudum ebrius est.* *Terentius Andria* 5. 2. *Quid illum censes? cum illa litigat.* *Adelph.* 4. 5. *Quid ajunt? M.* *Quid illam censes? Nilul.* Formula qua interrumpcbant nat-

rationem rei præsertim inopinatæ: qualis apud Ciceronem: *Quid queru.* *Gronovius.*

60. *Suavinum oppedit.*] Ori meo contra affixit. *Lamb.*

62. *Æsculapii fano.*] Qui à diis aliquid petere cogitabant, cubabant in eorum, quorum ope indigebant, fanis: tanquam responsa ab iis vel vigilantes vel in somnis accepturi. ut notat *Servius* ad illud *Virgil.* 7. *Æn.*

— *casarum ovium sub nocte silenti  
Pellibus incubuit stratu, somnoque pe-  
tivit.*

Sic igitur ægroti in templo Æsculapii incubabant, ad remedia per somnium accipienda. *Lambinus.*

66. *Id ab.*] Vel id, æquum & bonum. *Lambin.*

70. *Dextroorsum.*] Nam in salutandis & precandis diis, dextroorsum se vertere solebant. Hinc seivive in verbo vertere ex ambiguo hic ludit *Palinurus.* *Turneb.* lib. 1. cap. 17. & 22. 23.

Q 3

71. *Horunc.*]



PH. Nunc ara Veneris hæc est ante horum fores.

Me inferre Veneri vovi jam jentaculum.

PA. Quidan te pones Veneri jentaculo?

PH. Me, te, atque hosce omnes. PA. tum tu Venerem vomere vis?

75 PH. Cedo, puer, sinum. PA. quid facturus? PH. jam scies. Anus hic solet cubitare custos, janitrix,

Nomen ei est lenæ, multibiba atque merobiba.

PA. Quasi tu lagenam dicas, ubi vinum solet Chium esse. PH. quid op' st verbis? vinosissima est,

80 Eaque extemplo ubi vino has conspersi fores, De odore adesse mescit, aperit illico.

PA. Eine hic cum vino sinus fertur? PH. nisi nevis.

PA. Nolo hercle. nam istunc qui fert, afflictum velim:

Ego nobis affetri censui. PH. quin tu taces?

85 Si quid super illi fuerit, id nobis sat est.

PA. Quisnam istic fluvius est, quem non recipiat mare?

PH. Sequere hac, Palinure, me ad fores: si mihi obsequens.

PA. Ita faciam. PH. agite, bibite, festivæ fores;

Potate, sive mihi volentes propitiæ.

PA. Vol-

71. *Horunc.*] Lenonis, lenæ, & puellæ. Lamb.

72. *Veneri vovi jam jentaculum.*] Notum est à Latinis auctoribus, pueros fere solo jentaculo utos: perinde ut hodie ubique fere gentium hoc usurpatum est, ut pueri summo mane semper aliquid cibi capiant. Ea propter Plautus facit Phædrum adolescentulum Veneri jentaculum vomere. *Mercurial.*

73. *Ante pones Veneri.*] Palinurus excitatus novitate disti. Quid, inquit, an temet Veneri dabis in jentaculum? & applicant joculariter statim: PH. *Me, te atque omnes.* Taubm.

75. *Sinum.*] Vasis genus singulosum. Nonius.

78. *Quasi tu lagenam.*] Alludit ad id, quod Latini scriptores solebant corpus humanum appellare *utrem* & *sollam*. Arnob. l. 2. Lucill. *coctum*. Varro. *Amphora* Vopisc. Bonoso: *Laqueo vitam finivit. tumquidem jocus extitit, Amphoram*

*pendere, non hominem.* Gruter.

79. *Chium.*] Jocatur ex eo, quod cum vino Græco fere æqua maris admixta esset, Chio tamen non addebarur, sed meracum erat. Horat. 2. Sat. 8. *Alcon Chium mari expert.* Turneb.

83. *Istunc qui fert.*] Injuriam facit Larubino, qui scribit eum *isunc* retulisse ad *sinum*; sed & sibi illudit, quam legit *istuc*. Recte Lambinus: *Istunc*, nempe puerum. qui fert sinum vini plenum, afflictum ad terram velim, ut ejus casu omne vinum effunderetur, ac periret potius quam ad anum perferretur. Gronov. *Affluctum.*] Ad terram datum. V. N. Aul. 4. 3.

86. *Istic fluvius.*] Cum mari anum; cum fluvio vinum comparat. Vide Lucan. lib. 5. v. 355. Lamb.

87. *Fi mihi obsequens.*] Horatius lib. 2. Sat. 5. *Fi cognitor ipsa.* Lamb.

89. *Volentes propitiæ.*] Hoc dictum ex religione prisca, & communi sacrificantium

90 PA. Voltisne olivas, aut pulpamentum, aut capparim?

*Scal. pul-  
mentum.*

PH. Exuscitate vosstram huc custodem mihi.

PA. Profundis vinum, quæ te res agitant? PH. sine.

Viden' ut aperiuntur ædes festivissimæ?

Num muttit cardo? est lepidus. PA. quin das savium.

95 PH. Tace: occultemus lumen & vocem. PA. licet.

tium formula petita. Exemplo sue-  
runt concepta illa & solemnia precatio-  
num verba apud Catonem: *Mars pater,  
te precor quasque, uti sis volens propitius  
mihi, domo, familiaque nostra.* Douza.

90. *Voltisne olivas.*] Urbane herum ridet. Quod *olivas* & *capparim* dicit, vult significare hæc condimenta in crapulis & ebrietatibus convenientissima. De *cappari* plenius *Dioscor.* l. 2. c. 204 *Lang.*

## ACTUS PRIMI SCENA SECUNDA.

LENA, PHÆDROMUS, PALINURUS.

**F**LOS veteris vini meis naribus objectus est.

Ejus amos cupidam me huc prolicit per tenebras.

Ubi ubi est? prope me est. evax habeo. Salve anime mi,

Liberi lepos. ut veteris vetusti cupida sum!

5 Nam omnium unguentum odot præ tuo, nautea est.

Tu mihi stacte, tu cinnamomum, tu rosa,

Tu crocinum & casia es, tibi delium. nam ubi

11 Tu profusus, ibi ego me pervelim sepultam.

Sed

1. **F**los veteris vini.] *Ἀγροσίαιος* οἶνος: ut & apud Lucret. *Bacchi* flos, odor est & fragrantia vini. *Flos* vini alias etiam dicitur, cum vinum in summo tenuem quandam habet spumam. *Camerarium.*

2. *Amos.*] Antiquæ; ut *celos*, *vapos*, *nidos*, &c. Hac una de causa censo, Plautum dixisse *amos*, *odas*, *lepos*; ut exprimeret sermonem anus blefulæ. *Acidal.*

4. *Liberi lepos.*] Bacchi suavitas. *Taub.* *Veteris vetusti.*] Quæ ejusdem significationis conjunguntur, licet significatione non augeant, augent conjunctione. Ita hic significatur vinum veterimum. Sed & ea, quæ desinant in *ustus*, ut *onustus*, *robustus*, & alia, vim habent augendi. *Baxhorn.*

5. *Nautea.*] Vid. not. *Alin.* 5. 2.

6. *Stacte.*] Latex, oleumve è cinnamomo & myrrha incisa sudans. *Theophrasti.*

7. *Crocinum.*] Croci unguentum; ita dictum, ut ab amataco, *amaracinum.* ]- *Gul. Bdelium.*] *Βδελίον* diminutivæ formæ est: nam principale est *βδέλλα*. Ita vocat Auctor Peripli aliquot locis, *Marcello Empirico*, *bedella.*

— *Crocum atque bedellam.*

Apud Plautum in antiquis libris *bedellum* scribitur pro *bedellium*, quod aliud non potest significare præter aromaticum gummi. *Salmas.*

8. *Pervelim sepultam.*] Veteres iis, quæ viventes gratissima habuerant, spargi aut perfundi sepulchra sua optabant. Haud aliud votum est aut mandatum Sergii Polensis parasiti, in veteri inscriptione, quæ legitur Polz in Istria; *Si*

Q

urbani

- Sed quum adhuc naso odos obsecutus es meo,  
 10 Da vicissim meo gutturi gaudium.  
 Nihil ago tecum. ubi est ipse? ipsum expeto  
 Tangere, invertere in me liquores tuos  
 Sino ductim. sed hac abiit, hac persequar. Deur. sine ductim.  
 PH. Sicut hæc anus. PA. quantillum sicut? PH. modica est,  
 15 Capit quadrantal. PA. pol, ut tu prædicas,  
 Vindemia hæc huic anni non satis est soli.  
 Canem esse hanc quidem magis par fuit: sagax  
 Nasum habet. LE. amabo, cuja vox sonat procul?  
 PH. Censeo hanc appellandam anum. adibo. redi,  
 20 Et respice ad melena. LE. Imperator quis est?  
 PH. Vini pollens, lepidus Liber,  
 Tibi qui screanti, sicæ, semisomnæ  
 Affert potionem, & te sedatum it.  
 LE. Quam longe à me abest? PH. lumen hoc vide.  
 25 LE. Grandiorem gradum ergo fac ad me, obsecro.  
 PH. Salve. LE. egon' salva sum, quæ siti sicca sum?  
 PH. At jam bibes. LE. diu sit. PH. hem tibi anus Lamb. an tibi sit, quod bibas.  
 lepida.  
 LE. Salve oculissime homo. PA. age, effunde hoc cito

III

urbani perhiberi vultu, arenti meo cineri  
 cantharo picaculum vitarium festinate.  
 Bozh.

11. Nihil ago tecum. ] Scilicet odor nihil te moror: nisi & vinum bibam. Lambin. Ipsi? ] Flos Liberi. Lamb.

12. Invertere. ] Id est, infundere. Virgil. 6. Æn. v. 244.

— Frontique inverte vitæ sacerdos.  
 Id est, deorsum fundit. de quo Servius. Diomedes, fœsus illabi & insuere, exponit. Taubm.

13. Ductim. ] E Sino. Adverb. hoc Frisc. interpretatus est *amvsi*, quod significat in bibendo aviditatem & copiam. Camer.

14. Quadrantal. ] Vas pedis quadrati, octo & quadraginta capit sextarios: amphora Græcis. Festus.

15. Sagax nasupo. ] Nasum genere

neutro observat etiam Nonius. Ita Menzschm. act. 1. 2. Spurcatur nasum odore. Taubm.

20. Imperator quæ est. ] Sic Camerarianus codex & Pal. quart. Reliqui, *quæ est*, ut & olim impressi. Pat. Bene, nisi obstaret infra v. 24. Gruter.

21. Vini pollens. ] Vini copia instruitus. scil. Bacchus ipse. Taubm.

22. Sicca. ] Vide Mil. act. 3. 1.

23. Oculissime. ] Muræus ad versum Catulli:

*Ambo tibi mihi quæ carior est oculis,*  
 notat, Oculorum sensus nobis omnium est carissimus, ut præclare disputat Aristoteles lib. 1. de Sapientia. Ideo oculorum in exprimenda vi amoris crebra fit mentio. Plautus quidem *oculitus amare*, pro eo, quod est, singulariter amare; & *oculissimum hominem*, pro carissimo dixit.

In barathrum: propere prolue cloacam. PH. tace,

30 Nolo huic maledici. PA. faciam igitur male potius.

LE. Venuus, de paulo paululum hoc tibi dabo,

Haud lubenter. nam tibi amantes, propinantes,

Vinum potantes dant omnes: mihi haud saepe

Eveniunt tales hereditates. PA. hoc vide, ut

35 Ingurgitat impura in se merum avatiter,

Faucibus plenis! PH. perii hercle! huic quid primum dicam

Nescio. PA. hem istuc, quod mihi dixti. PH. quid id est?

PA. Periisse ut te dicas. PH. male tibi di faciant.

PA. Dixisti. LE. ah! PA. quid est? ecquid lubet? LE. lubet.

40 PA. Etiam mihi quoque stimulo fodere lubet te.

PH. Tace, noli. PA. taceo. ecce autem bibit arcus; pluet

Credo hercle hodie. PH. jamne ego huic dico? PA. quid

dices?

PH. Me periisse. PA. age dice. PH. anus audi. hoc volo

Scire te, perditus sum miser. LE. at pol ego Mi Leo. perditissimus tuus.

oppido

45 Servata. sed quid est, quid lubet perditum

Dicere te esse? PH. quia id, quod amo, careo.

LE. Phædrome mi, ne plora, amabo: tu me

Curato ne firiam, ego tibi, quod amas, jam huc adducam.

PH. Tibi næ ego, si fidem servas mecum,

Vineam

29. Barathrum. ] Festus: Barathrum Gr. appellant locum precipitem; unde emergi non possit. dictum ab eo quod est saxosus. unde & Hor. 1. ep. 15. barathrum macelli vocat helluonem, qui vorat quicquid in macello proflat. Cloacam ventrem. Taubm.

31. Venuus, de, &c. ] Exprimat anus ritum libandi. De poculo enim pleno, quoderat potatura, paulum Veneri libat, id est, in honorem Veneris leviter defundit. Sic enim libare solebant, quod vel in aram faciebant, vel in mensam, quæ arx loco erat; vel in focum, qui sacer habebatur, vel in mare, in honorem deorum marinorum; vel in quemcumque locum pro re nata. Virg. 5. Æn.

— extaque salfos

Projiciam in fluctus, & vna liquentia fundam. Turneb.

32. Amantes, propinantes. ] Insulsa mihi semper visa est lectio vulgata. Lego ergo; amantes propinant & Vinum potantes dant omnes. Boxhorn.

41. Bibit arcus. ] Credidit vetustas, itidem demissis in terram cornibus aquam è fontibus haurire. hinc illud Virgilii 1. Georg. v. 380.

— & bibit ingens Arcus.

Propert. lib. 3.

Purpureum pluvium cur bibit arcus aquas.

Turneb.

49. Tibi næ ego. ] Formula ex antiquo dedicationum ritu desumpta. ita infra act. 3. 1. v. 59. Ibi nunc statnam vult dare, &c. nec non Rud. act. 4. 2. Douza.

Q

51. Mo-

50 Vineam pro aurea statua statuam, quæ tuo  
Gutturis sit monumentum. qui me in terra æque  
Fortunatus erit, si illa ad me bitet,  
Palinure? PA. edepol, QUI AMAT, si eget, miserâ  
afficitur

Ærumna. PH. non ita res est: nam confido  
55 Parasitum hodie adventurum cum argento ad me.  
PA. Magnum inceptas, si id exspectas, quod nusquam est.  
PH. Quid si adeam ad fores, atque occentem? PA. si lubet,  
Neque veto, neque jubeo: quando ego te video  
Immutatis moribus esse, heræ, atque ingenio.

60 PH. Pessuli, heus pessuli, vos saluto lubens,  
Vos amo, vos volo, vos peto, atque obsecro,  
Gerite amanti mihi morem amœnissumi;

Fite causa mea Lydi barbari,  
Suffilite obsecro, & mittite istanc foras,  
65 Quæ mihi misero amanti ebibit sanguinem.  
Hoc vide ut dormiunt pessuli pessumi,  
Nec mea gratia conmovent se ocyus.  
Respicio, nihili meam vos gratiam facere.

Sed tace, tace. PA. taceo hercle. quid est? PH. sen-  
tio sonitum.

70 Tandem edepol mihi morigeri pessuli fiunt.

51. *Monimentum, &c.*] Formula ex antiquo dedicationum ritu desumpta. Scelus est: Vineam tibi statua statuam, quam ingurgites. *Mercat.*

57. *Occentem?*] Vide notas *Mercat.* 2. 3. 73.

60. *Pessuli, heus pessuli.*] *Is. Casaubon.* ad illud *Perfii Sat.* 5. — *dum Chrysidu udas Ebrius ante fores extincla cum face cænto:* Græci hoc vocant (*Plutarchus* Εἰσοπικῶ) ἀδὴν τὸ παρακαλοσίνουον *Qui ibant comestatum, squalia ac faces*

gestabant: sed quas extinguebant, cum ad fores erat ventum. Exemplum cancticorum ejusmodi, quæ ante fores cantabant, habes hic venustissimum.

63. *Lydi barbari.*] *Lydium* & *Ludio* dixerunt alii, ut *Surus* & *Suria*. *Ludium* saltator propriè Latinis, non à *ludendo*, ut placet doctis viris, sed à *Lydiu*, qui inter nationes saltationi bacchationique deditas. *Salmasius.* Vid. *Pænuolo*, à. 5. sc. 2. *Turneb.* lib. 19. 10.

66. *Dormiunt.*] Vid. *Mostell.* à. 3. 2.

### ACTUS PRIMI SCENA TERTIA.

ANUS, PLANESIUM, PHÆDROMUS, PALINURUS.

**P**lacide egredere, & sonitum prohibe forum, & crepitum  
cardinum;

Ne

Ne quod hinc agimus, herus percipiat fieri, mea Planesium.

Mane, suffundam aquulam. PA. viden' ut anus tremula medicinam facit.

Eaple merum condidicit bibere, foribus dat aquam quam bibant.

5 PL. Ubi tu es, qui me convadatus Veneriis vadimoniiis?

Ubi tu es, qui me libello Venerio citavisti? ecce me.

Sisto ego tibi me, & mihi contra itidem te ut sistas suadeo.

PH. Assum: nam si absum, haud recusem quin mihi male sit, mel meum.

PL. Anime mi, procul amantem abesse haud consentaneum est.

10 PH. Palinure, Palinure, PA. cloquere, quid est, quod Palinurum voces?

PH. Est lepida. PA. nimis lepida. PH. sum deus. PA. immo homo haud magni precii.

PH. Quid vidisti, aut quid videbis magis diis æquiparabile?

PA. Male valere te, quod mihi ægre est. PH. male mihi morigerus, tace.

PA. IPSUS SE excruciat, qui homo quod amat, videt, nec potitur dum licet.

15 PH. Recte objurgat. sane haud quicquam 'st magis quod cupiam tandiu.

*D. deus.  
jamaia.*

PL. Tene

3. **M**edicinam facit. ] Scilicet cardinibus. Supra act. 1. 1. *Vino hæc conspersi fores: item: bibite, festiva fores.* in quibus morem Græcorum tangit, apud quos amatores illa perfusione uti solent. Hæc vero suffusio longe alia est. Et fallendis maritis ad januarum cardines aquam mulierculæ affundebant, ne streperent. *Lips.* Hujus rei hanc ego causam esse arbitror, quod medici ægrotos vino prohibent, aqua decocta uti jubentes, recte quidem: Sed ægroti intemperantes haud sane libenter id ferunt. Itaque vulgo audias: *Ipsi sibi vinum sumunt, nobis quasi cambus aquam relinquunt.* Quia & multi olim ex medicis vino paulo largiore utebantur, quod ex Athenæo, & Philemonis reliquiis discas. Eo igitur respexit poeta. *Tan. Faber.*

5. *Convadatus.* ] Qui quasi vadibus à

me acceptis me in jus vocas. Active etiam *vadato* dixit Hor. 1. Sat. 9. *Non fiet, vadatum amore,* passive, *Bacchid, act. 2. 2. Lambin.*

6. *Libellus.* ] Quia etiam edicto publice adfixo latitantes citabantur. *Revard.*  
7. *Sisto me.* ] Verbum juris in obcundum vadimonio. *Taubm.*

11. *Sum deus.* ] *Propert. 2. el. 12.*

*Si dabit hæc multas, siam immortalis in illis.*

*Nolle una quivivere vel deum esse potest.*

13. *Male valere, &c.* ] *Lambinus* ex tribus: *Male valere te quidem mihi ægre est.* Miror quos liberos citet cum omnes *Mil.* editique habeant, *quod.* *Grut.* Quæ siverat *Phædromus, quod vidisti?* Respondet *Palinurus, Male valere te.* nempe animo. *Subintelligitur* *vidi.* *Boxhorn.* *Lege: Male valere te quam mihi ægre est.* *Tan. Faber.*

PL. Tene me, amplectere ergo. PH. hoc etiam est; quamobrem cupiam vivere.

Quia te prohibet herus, clam hero potior. PL. prohibet, nec prohibere quit,

Nec prohibebit, nisi mors meum animum abs te abalienaverit.

PA. Enimvero nequeo durare, quin ego herum accussem meum:

20 Nam BONUM est, paxillum amare sane, insanè non bonum est:

Verum totum insanum amare, hoc est, quod meus herus facit.

PH. Sibi sua habeant regna reges, sibi divitias divites:

Sibi honores, sibi virtutes, sibi pugnas, sibi praelia. Nov. sibi pugnas, sibi licentia.

Dum mihi abstineant invidere, sibi quilibet habeant quod suum est.

25 PA. Quid tu Venerin' pervigilare te vovisti Phædromè?

Nam hoc quidem edepol haud multo post luce lucebit. PH. tace.

PA. Quid taceam? quin tu is dormitum? PH. dormio, ne occlamites.

PA. Tu quidem vigilas. PH. at meo more dormio: Dicit, hoc sicut. s. Planct. hic somnu' est mihi.

PA. Heus tu, mulier: MALE MERERE de imminente inscitia est.

30 PL. Irascere, si te edentem hic à cibo abigat. Irascaris. Cantu.

PA. illicet.

Pariter

16. *Cupiam vivere.* ] Gratissima sibi ita exprimebant veteres, ut dicerent, se propter illa diutius vivere velle, sicut ingratiissima, propter quæ mori. Inde, *Vita*, amantibus dicuntur amatæ. *Boxhorn.*

17. PL. *Prohibet.* ] Omnibus suis interpretationibus hic supersedere potuisset *Lambinus*, si retinisset interrogationem, quæ est in vet. libris: PL. *Prohibet? nec prohibere quit.* Nec prohibebit. Quia enim Phædromus dixerat, lenonem prohibere conventus istos: negat Planesium eum prohibere. Est autem ambiguitas in verbo *Prohibere*: quod cum effectu accipit Planesium. *Pistorii.*

20. *Amare sane.* ] Ita ut homines sani solent.

25. *Pervigilare.* ] Allusum ad *Pervigilia Cæren*, *Venerii*, & *læra nocturna.*

Martial. lib: 9. 70.

*Nam vigilare leve est, pervigilare grave est.*

*Douza.*

26. *Nam hoc quidem edepol.* ] Recte *Lambinus*, *deturpavit* cælum: & inepta est interpretatio. Hoc tuum pervigilate Veneri octo die omnibus patebit. *Amphit.* 1. 3. *Eamus Amphitruo: Lucifcit hoc jam.* *Terentius Heaut.* 3. 1. *Lucifcit hoc jam.* *Vetus Poëta: Aspice hoc sublimis candens, quem invocant omnes Iovem.* *Gronov.*

27. *Dormio.* ] Scil. tibi, non meo Planesio. *Douza.*

29. *Insicitia est.* ] Id est, stultitia. *Festus.* *Vide Mostell. act. 1. 3.*

30. *Illicet.* ] Actum est. *Vid. Epid. act. 3. 2.*

Pariter hos perire amando video, uterque infaniunt:

Viden', ut misere moliantur! nequeunt complecti fatis.

Etiam dispertimini? PL. NULLI EST homini perpetuum bonum.

Jam huic voluptati hoc adjunctum est odium. PA. quid ais propudium?

35 Tun' etiam cum nocturnis oculis, odium me vocas?

Ebriola, persolla: nugæ. PH. tun' meam Venerem vituperas?

Quod quidem mihi polluctus virgis servus sermonem ferat.

At næ ru, hercle, cum cruciату magno dixisti id tuo.

Hem tibi maledictis pro istis: dictis moderari ut queas.

40 PA. Tuam fidem, Venus noctuvigila! PH. pergin' Venus noctu vigila.  
etiam verbero?

PL. Noli, amabo, verberare lapidem, ne perdas manum:

PA. Flagitium probrumque magnum, Phædrome, expergefaxis:

Bene

32. *Ut misere moliantur.* De hac amantium rabie Lucret. lib. 4.

— etenim potiundis tempore in ipso

*Fluñuat incertis erroribus ardor amantium,*

*Nec constat, quid primum oculis manibusque fruatur, &c.*

34. *Propudium.* Non dubium, quæ Græcis *καθάρματα*, ea Latinis *propudia* dicta. Inde homines sceleratos, ut Græci *καθαράματα*, Romani eisdem *Propudia* vocantur. *Scalig.*

35. *Cum nocturnis.* Glaucos oculos Romani non perinde amabant: nigros autem magni faciebant. Itaque ad ludibrium, cujus erant oculi glauci, eam *nocturnos oculos* habere hic dicitur: de avis *inauspicator*, cujus tales oculi sunt, nomine petita illusione. Eos oculos *virides* vulgo dicimus. Aeque amaro joco per Comicam lasciviam *herbes* Poëta vocavit, scena seq. eisdem & *selineos* appellabant. *Turneb.*

36. *Persolla: nugæ.* *Persolla nugæ*, scilicet est, pro *persolla*. *Persolla* autem *nugæ* sunt nudæ *nugæ*. Ut alio loco, *hanc amat metæ nugæ*. *Persolla* autem pro *admodum solus*, ὁ *μωρὸς* &c. Sic

*peradolescens, pervirgo*, apud auctores. *Salmas.*

37. *Quod quidem.* Puto hæc dici à Phædrome hoc sensu: Ergone feram, ut servus plagipatida hic mihi argutias ferat? Hæcque ita sunt enuncianda, ut statim manum allevet, & pugnos impingat. *Gruter.*

38. *Polluctus.* *Polluctum virgini* dicitur accumulatum verberibus: ut ara *Herculis*, cum referta esset iis, quæ imponi de ritu religionis præcæ solebant, tum *polluctum* illud dicebatur, quasi *profectum*, ut Varro interpretatur. *Camer.*

40. *Noctuvigila.* *Noctiluca* Horatius 4. Oda 6. eandem cum *Luna* facit. *Lavinus* vero, vetustissimus auctor, videtur eam *Venerem* nominare: *Venerem igitur almam adorans, sive fœmina, sive mas est, ita ut alma Noctiluca est.* Quare ab eadem ratione dicitur *noctuvigila* à Plauto, hoc est, *τυκλαμπίς*. I. *Guelelm.*

42. *Probrumque.* Vide Not. Mercat. act. 1. 1.

43. *Adituum aperire fanum.* Imperscctam locutionem censet *Camerarius*, ut in illo: *Item alios deos scilicet*.

Scd



Bene monstrantem pugnis cædis, hanc amas: nugas meras.  
Hoccine fieri, ut immodestis te hîc moderere moribus?

45 PH. AURO CONTRA cedo modestum amatorem.  
à me aurum accipe.

PA. Cedo mihi contra aurichalco, cui ego fano serviam.

PL. Bene vale, ocule mi: nam sonitum & crepitu claustrorum audio,

Ædituum aperire fanum. quousque, quæso, ad hunc modum  
Inter nos amore utimur semper surrepticio?

50 PH. Minime. nam Parasitum nisi nudius quartus Acid. mini-  
mo, sc. semp.  
spatio.  
Cariam,

Petere argentum: is hodie hîc aderit. PL. nimium consul-  
tas diu.

PH. Ita me Venus amet, ut ego te hoc triduum nunquam sinam  
In domo esse istac, quin ego te liberalem liberem. Gold, liberali. (sc.  
causa.) liberem.

PL. Facito ut me memineris. tene etiam, priusquam hinc  
abeo, saviam.

55 PH. Siquidem, hercle, mihi regnum detur, nunquam id po-  
tius persequar.

Quando ego te videbo? PL. hem, istoc verbo vindictam para.  
Si

Sed hic nihil imperfectum: vis enim est  
in particula *τῷ* scilicet. Nec tamen adi-  
tuumque placet, sed, nam sonitu &  
crepitu claustrorum in audio Ædituum ape-  
rire fanum. Gronov.

45. *Auro contra.* Id est, date mihi pa-  
ri & æquo auri pondere repensum, ego  
tantundem auri dederim. Turneb.

46. *Cedo mihi contra aurichalco.* Non  
ex hoc loco colligi potest, aurichalcum  
antiquis auro carius fuisse. Si enim prius  
de auro præcedit, non sequitur, ut quod  
reponit servus de aurichalco, carius esse  
debeat. Sed comico joco lusit. De au-  
ro dixerat herus ejus, reposuit ille de au-  
richaleo, in quo etiam aurum est saltem  
de nomine. Fuit certe eo tempore æris  
genus præstantissimi. Horatius: *Tibia*  
*non ut nunc orichalco vintra.* Nam auri-  
chalcum idem cum orichaleo. Sic enim  
seribebant, ut *plostrum* & *plaustrum*,  
*Plorus* & *Plantus*, & similia. Multi cre-  
diderunt aurichalcum esse æs & aurum

mixtum, propter illam auri in aurichal-  
co denominationem. sed falsi sunt. Inde  
optimæ Glossæ, *aurichalca* interpretan-  
tur, *αυροχάλκη*, id est, ex auro & ære  
temperata. Verum nomen est hujus vo-  
cis, *orichalcum* ex Græco *ὀρείχαλκον*,  
quasi æs montanum, sive ex lapide *πτο-*  
*σο* excoctum, quod fuit genus æris præ-  
stantissimum. At pro *orichalcum* vete-  
res Romani scripsere *aurichalcum*, cum  
tamen nihil auri admixtum haberet.  
*Salmasius.*

53. *Te liberalem.* Id est, quæ in me  
tam liberalis es. Vel, quæ tam liberali  
facie & ingenio es. *Lamb.*

54. *Tene etiam, priusquam.* Frustra  
laborat Lambinus: nec tene est absens  
hujus osculi memoriam conserva, sed  
simpliciter, eape, habe, ut centum aliis  
in rebus. *Gronovius.* Adde Tan. Fabrum  
lib. 2. Epist. Critic. 28.

56. *In hoc verbo vindictam.* Non ma-  
gis, ut prætor, quam quilibet assertor &  
vindex.

Si amas, eme. ne rogitēs; facito ut pretio pervincas tuo.

Bene vale. PH. jamne ego relinquo? pulchre Palinure occidi.

PA. Ego quidem, qui & vapulando & somno pereo. PH. sequere me.

vindex. Sed nec audiendus Pistorius, qui *isloc verbo* interpretatur, cum dicto, & statim. *Isloc verbo*, est propter id quod dixisti, ut quando velis, videre me possis, redde me liberam. Ut id, quod dicis, non sit subiectum aliterius diuioni. Verbum pro re, quæ verbo significatur: fere enim eodem sensu, ob eam rem. Mosiel. 3. 1. *Molestus si sum, reddite argentum, abiero. Responiones omnes hoc verbo eripite.* Id est, se, quæ hoc verbo significatur. Hac Fabula 2. 2. *Semper tu huic*

*verbo vitato abs tuo viro, i ferat mulier.* Ambrosius ep. 3. *Rara itaque confessio de peccatu, rara penitentia, rara in hominibus ejus verbi adsertio.* Gronov. *Vindictam.* Tanquam Prætor, id est, viam reperi, qua me liberet. *Vindicta*, virga prætoris, qua servi contacti, manumittebantur. *Lamb.*

57. *Tervincas.* Quemvis alium emptorem pretio ut pervincas facito: ne opus sit rogare, quando me visurus es. *Lambin.*

## ACTUS SECUNDI SCENA PRIMA.

CAPPADOX, PALINURUS.

**M**igrare certu' est jam nunc è fano foras,  
Quando Æsculapî ita sentio sententiam:

Ut qui me nihili faciat, nec salvom velit.

Valetudo decrefcit, accrefcit labor.

5 Nam jam, quasi zona, liene cinctus ambulo.

Geminos in ventre habere videor filios.

Nihil metno, nisi ne medius disrumpat miser.

PA. Si recte facias, Phædrome, auscultes mihi,

Atque istam exturbes ex animo ægritudinem.

10 Paves, Parasitus quia non rediit Cælia.

Afferre argentum credo, nam si non ferat,

Tormento non retineri potuit ferreo,

Quin reciperet se huc esum ad præsepim suam.

*M. Cæm. præsepim suam.*

CA. Quis hic est, qui loquitur? PA. quojam vocem ego audio?

15 CA. Estne hic Palinurus Phædromi? PA. qui hic est homo

Cum collativo ventre, atque oculis herbeis?

De

6 **G**eminis in, &c.] Quia utrimque & à dextra & à læva cingit me lien venterque, eo tumidiore & majore facto mihi distenditur, proinde ac si ge-

minos in utero filios geram. *Lambin.* 16. *Collativo ventre.* Id est, magno & turgido: quia in eum omnia edulia conferantur. *Feilus.* Ego puto lenonis ventrem

- De forma novi, de colore non queo  
 Novisse, jamjam novi. leno est Cappadox.  
 Congrediar. CA. salve Palmure. PA. ô scelerum caput,  
 20 Salveto. quid agis? CA. vivo. PA. nempe ut dignus es,  
 Sed quid tibi est? CA. lien necat, renes dolent,  
 Pulmones distrahuntur, cruciatur jecur,  
 Radices cordis pereunt, hira omnes dolent.  
 PA. Tum te igitur morbus agit hepaticus.  
 25 CA. FACILE 'st miserum irridere. PA. quin tu aliquot  
 dies  
 Perdura, dum intestina exputescunt tibi.  
 Nunc dum falsura sat bona 'st, si id feceris,  
 Vænire poteris intestinis vilis.

## CA. Lien

trem cellativum eo esse dictum, quod propter vitium corporis & viscerum omne alimentum, quod debetur in omne corpus diltribui, in eum confertur: & hoc pacto visceribus omnibus vitiat, venter intumescat. *Lamb. Oculis herbei.* ] Vide supra act. 1. 3. & Captevis 3. 4.

20. *Vivo.* ] Quasi dicat: vivo tantum, non item valeo. *Lambin.*

23. *Hira.* ] Festus: *Hira, quæ diminutive dicitur hira, quam Græci dicunt ἕριον, intestinum est, quod jejunum vocant.* Glossæ: *Hira, ἐριον ἕριον.* Arnobius lib. 7. *Non similiter fœdicas, quæ & ipsa sunt hira.* Pro aliis tamen etiam intestinis sumi, docet Nonius: unde *hira* apud Horat. 2. Sat. 4. Glossæ. *illum sine aspirat. ἕριον τὸ ἐριον.* & hoc hic probat Scal. ad Festum.

26. *Dum intestina exputescunt.* ] Vult perdurandum Lenoni, donec ei intestina tabescant: utique cum sit ea anni tempestas, qua falsura solito carius væneat. eo factò, futurum, ut intestina sola æque carè distrahantur, si non carius, quam ipsemet homo totus, hoc est, vix tantum feret pretii à te toto, quantum ex solis intestinis. *Taubm.*

27. *Nunc dum falsura.* ] Haud quam accipio cum Grutero, cum ea sit anni tempestas, qua falsura solito carius væneat: neccum Lambino, ex tuis in-

testinis sale conditis & maceratis sat bona falsamenta confici possunt: aut cum Turnebo censeo ad garum ex intestinis piscium putridis pretiosum liquamen respici. Nunc dum, inquit, falsura vel muries intestinorum tuorum, quæ conservat intestina tua, sat bona est, integra est, facit officium, ut nondum omnia tua intestina computruerint. Et de vita, deque eo, quod sani restat in intestinis, loquitur, ut de muria: de ipsis, ut de muriaticis loquebantur. Quemadmodum suisbus animam pro sale datam dicebat Chrysipus. *Gronovius.*

28. *Intestini vilis.* ] Ne hoc quidem accipio cum Grutero, eo pacto futurum, ut intestina sola æque caro distrahantur, si non carius, quam totus homo. Nam *intestini vilis* est omnino, ob intestina putrida & delinita vilis. Sic in illo. *Iste vilis.* Sospiter Chaulsius lib. 2. *Rex qui vocat ad canam, si sibi ea res exhibenda indicaretur, quam exhibere non posset, respondit, ut Tranquillus refert: Hoc vilis hodie mihi erit in cana.* Id est, ob hanc rem non præbitam vel appositam vilis, frugalius, ἐὶταλίστην apparatus erit hodie cana. Sic Terentius Adelp. 5. 9. *Tu tuum officium facies, atque huic aliquid paululum præ manu Dederis, unde utatur reddet tibi cito.* Mt. *Iste vilis.* Hoc est, ob id, quod dicis, non commissum illi vilis mihi constabit. Satis magno hic mihi

CA. Lien dierectu' st. PA. ambula, id lieni optimum st.

*Mss. Lamb. Lien diru- pu' st.*

30 CA. Aufer istæ quæso, atque hoc responde quod rogo.

Potin' conjecturam facere, si narrem tibi,

Hæc nocte quod ego somniavi dormiens?

PA. Vah, solus hic homo st, qui sciat divinitus.

Quin Conjectores à me consilium petunt:

35 Quod eis respondi, ea omnes stant sententia.

mihî constat: id quod vis si adderem, pluris constaret: nam haud dubie, quæ darem, perderem. Quod ad hæc igitur attinet, vilius & minus erit, quod in illum impendi, quoque per illum careo. Jam Parrhasius & Falmerius hæc duo loca compararunt: sed alter explicat neutrum, alter explicat utrumque male: nec profuit Guideto vidisse illos. Hanc formulam licet addas illis, quibus ad Captivos ne palam negarent, *σὺν μέρει* veteres solitos notavimus. Est igitur *intestinū vilium*, quod ad illam partem, quæ detrahetur; quanto intestina constarent, vilius: eoque facilius emptorem inveneris. *Gronovius.*

29. *Dierectus.* ] Vide notas *Capteiv. act. 3. scen. 4. v. 103. Trinum. act. 2. 4. Ambula.* ] Celsus lib. 4. cap. 9. scribit, vitium lienis quiete augeri, exercitatione & labore minui. *Taubmannus.*

33. *Hic homo.* ] *Δεικτικῶς* se ipsum significat. *Sciat divinitus.* ] *Divinū*, substantive, ut Grammatici loquuntur, *μῦθος* est, sive vates. Horat. lib. 3. Od. 27.

*Imbrium divina avis imminentum.*

Martialis lib. 3. 71.

*Non sum divinus: sed scio quid facias:* *Taubm. Divinitus, repete Δὲν κατῶ,* conjecturam facere. *Lamb.*

## ACTUS SECUNDI SCENA SECUNDA.

COQUUS, CAPPADOX, PALINURUS, PHÆDROMUS.

P Alinure, quid stas? quin depromuntur mihi,

Quæ opus sunt: Parasito ut sit paratum prandium,

Quom veniat. PA. manes, dum huic conjicio somnium.

Co. Tute ipse, si quid somniasti, ad me refers.

5 PA. Fateor. Co. abi, deprome. PA. age, tu interea huic somnium

Narra: meliorem, quam ego sum, suppono tibi.

Nam quod scio, omne ex hoc scio. CA. operam ut det.

PA. dabit.

CA. Facit

6. *S* *Uppono.* ] Id est, vicarium do-  
*Donz.*

7. *Operam ut det.* ] Reticitur nihil aliud quam *vereor*. Nam *vereor ut det*, est, ve-

reor, ne non det, ut recte interpretantur. Illud alterum, *dummodo mihi operam det*, sensu quidem convenit, sed non possunt inde suppleri verba defecta. *Gronov.*

8. *Facit*

- CA. Facti hic quod pauci, ut sit magistro obsequens.  
Da mihi igitur operam. Co. tamen non novi, dabo.
- 10 CA. Hac nocte in somnis visus sum videret,  
Procul sedere longe à me Æsculapium,  
Neque cum ad me adire, neque me magnipendere  
Visu' st. Co. item alios deos facturos scilicet:  
Sane illi inter se congruunt concorditer:
- 15 Nihil est mirandum, melius si nihil sit tibi:  
Namque incubare satius te fuerat Jovi,  
Qui tibi auxilium in iurejurando fuit.
- CA. Siquidem incubare velint; qui perjuraverint,  
Locus non præberi potis est in Capitolio.
- 20 Co. Hoc animum advorte: pacem ab Æsculapio  
Petas, ne forte tibi eveniat magnum malum,  
Quod in quiete tibi portentum sit. CA. bene facis.  
Ibo atque orabo. Co. quæ res male vortat tibi.

Lamb. visus  
sum videret.

PA. Pto

8. *Facit hic quod pauci.* ] Jocus est ex eo, quod ex inepta re salubri monitum & gravis querela de corruptis juventutis moribus colligitur. Falsus erat Palinurus se quicquid sciret & *breves peritæ* debere loquo; sic agnoverat eum magistrum: eoque jubente abierat depromptum quæ opus essent; ita fuerat ei dicto obediens. Hinc Cappadox, cum jam intra aulæum esset Palinurus: *Facit hic*, nempe Palinurus. Pessime igitur hæc verba dant Palurato, quasi is eo quod equus motigerus esset in omnibus magistro, probet daturum haud dubie operam Cappadoci. Quid? an & Cappadox ejus magister? *Grenovius*.

9. *Non novi.* ] Videtur hoc respondere Coeus: Etsi te non novi, tamen dabo operam, & auscultabo tibi. Et sic dicitur Cappadox. Verùm ille ambiguitatem sermonis de industria captans significat, somniorum monita suam intelligentiam fugere, neque se coniectorem esse. *J. Gulielm.* At malim: *tamen si non novi, dabo*, nam *voverit*, idem quod *promittere*, seu *addicere*, significat. *Douza*.

16. *Incubare.* ] Vide notas supra act. 1.

Sic. r. *pl. 62. Jovi.* ] In Jovis templo. *Taubert*.

17. *Tibi qui auxilium tulit.* ] Quia optimus Cæmetar Codex: *Quibus auxilium in iurejurando fuit*, sperno omnes alios, in quibus est *auxilio*, quod petinde fecerunt librarii, ut auctores *vulgata tulit*, quod genus loquendi non capessent. At quoties *auxilia* dicuntur pro auxiliariis: quoties *præfidium* appellatur, qui est præsidio? dicit ergo qui tibi auxilium sive auxiliarius fuit ad augendam rem & alios fraudandos in iurejurando indulgendo tibi: quum vel jurasti tuum esse, quod non erat iurum, aut te facturum daturumque, quod non fecisti vel creditum abjurasti. *Grenov.*

19. *In Capitolio.* ] Claud. Verderius miratur, quod Plautus Parasitum hæc ita loqui faciat; qui tamen sit Epidauri: tanquam si nusquam esset Capitolium nisi Romæ. imo sic vocabant qualiacunque templa gratia primoribus dicata Deis, etiam extra Italiam, ut pluribus ostendit Gruterus.

20. *Pacem.* ] Id est; veniam. *Amph. act. 5. 2.*

6. *Strate-*

PA. Pro di immortales, quem conspicio! qui illic est?

15 Estne hic Parasitus, qui missus est in Cariam?

Heus Phædrome; exi, exi: exi, inquam, òcyus.

PH. Qui istic clamorem tollis? PA. Parasitum tuum

Video occurrentem, illum usque in platea ultima.

Hinc auscultemus quid agat. PH. sane censéo.

*scil. quid ait.*

ACTUS SECUNDI SCENA TERTIA.

CURCULIO, PHÆDROMUS, PALINURUS.

**D**Ate viam mihi noti atque ignoti, dum ego hic officium  
rheum

Facio: fugite omnes, abite, & de via secedite:

Ne quem in cursu capite, aut cubito, aut pectore offendam,  
aut geitu.

Ita nunc subito, propere, & celere obiectum est mihi ne-  
gotium.

5 Nec quiquam sitam opulentus, qui mihi obstitat in via,

Nec strætégus, nec tyrannus quisquam, nec agoranomus,

Nec demarchus, nec comarchus, nec cum tanta gloria;

Quin cadat, quum capite litat in via de semita.

Tum isti Græci palliati; capite aperto qui ambulat;

10 Qui incedunt suffarcinati cum libis, cum sportulis,

Con-

6. *Strætégus.* Id est, imperator exercitus. *Agoranomus.* Vid. Capit. v. act. 4. 2. *Lamb.*

7. *Demarchus.* Tribunus plebis. Vid. Turn. lib. 14. 11. *Comarchus.* Vbi magister. *Lambin.*

8. *Capite fistat.* Id est, quum in caput præceps a me deit, atque ita fistatur humiprostratus in via, quam ita ætiam reddebat, ut semitam faceret: nam locum tuina aperiam, & laxabo, & de semita viam faciam. Turneb. Dicit igitur Parasitus eos, qui ipsi obstitent, in viam de semita se proiecturum, id est, se derutbatutum eos ex loco, quem ipse elegerat, ad cursuram apto in viam, ubi minus commodum sit ire.

*Tistoru.*

9. *Capite aperto.* Mos Romanis in

capite apertendo & operiendo hic fuit. Luciniam nempe togæ in caput sepe rejecere contra ætium, aut ventum: eamque detraxere, quando opus: intendum & palliolum: sed ab ægris id, factum aut delicatis. *Lippius.* Vid. Epid. act. 1. 1. & 2. 2.

10. *Suffarcinati cum libis.* Id est, qui libros sub axilla ferentes & sub pallio, quo onere & sarcina ob tumentem molem quasi suffert videbantur, aut quod idem est suffarcinati. Nam antiquum est *sarcinare* pro *farcire*. Sic apud Terentium in Andria, act. 4. sc. 5. *Verum vidi Cantharam suffarcinatum.* Ob puerum scitilicet quem sub veste attulerat, qui supponeretur Glycesio. Ita enim videri voluit Servius. Non autem, ut explicat Donatus. *Salmasius.*

R

11. *Con-*

Constant, conferunt omnes sermones inter sese drapetæ :  
Obstant, obfistunt, incedunt cum suis sententiis.

Quos semper videas bibentes esse in Thermopolio: *Lipp. Tubentes.*  
Ubi quid surripuerit, aperto capitulo calidum *Acid. ubi quom for-*  
bibunt, *buere calidum. oper-*  
*to capitulo bibunt:*

15 Tristes atque ebriosi incedunt: eos ego si offendero,  
Ex unoquoque eorum exciam crepitum polentarium.  
Tum isti qui ludunt datatim servi scurrarum in via,  
Et datores, & factores omnes subdam sub solum.

*Luce datores  
& factores.*

Proin-

11. *Constant.*] Id est, simul stant.  
*Drapeta.*] *Quærentur cur Græcos fugitivos*  
appeller? an qui: tanquam servi, ab iis,  
quibus mercenarias operas dabant, au-  
fugerint? an scæxi desertiores? an deni-  
que quia ultro citroque discusserent? At  
respondet toto Dialogo Lucianus quos-  
dam appellari sic potuisse vere & bona  
fide, quia drapetæ vel fugitivi sub pallio  
philosophico interdum latebant, & do-  
minotum inquisitionem frustrabant.  
*Grænovius.*

13. *Thermopolio.*] *I. Lippius* argumen-  
tis vincit, non in usu solum antiquitas  
*Calidam*, sed, quod miremur, in deli-  
ctis fuisse. Inde & apud Plautum fieri  
mentionem *Thermopolii*, cum hilarior  
invigatio describatur, aut solutior luxus:  
ut hic de ebriosis. Vide *Trinum.* 4. 3.

14. *Calidum bibunt.*] *Calida* olim bi-  
bebantur & solitaria, & infusa vino;  
atque hæc gulonibus experta maxime,  
& laudata, quam mixtionem, præter  
ceteros, probat classime Plautus, qui  
vinum ita mixtum intelligens, *Calidi*  
nomine uti, non *Calida* hic voluit.  
*Lippius.* Vid. *Afinar.* 2. 4. *Pl.* 39. *Tri-*  
*num.* 4. 3.

16. *Crepitum.*] *Meurf. Exerc. Crit.*  
*lib.* 2. *cap.* 5. *Part.* 2. inter cetera docet,  
crepitum ventris interdum etiam metu  
emitti, quemadmodum hic *Curculio*  
minorum Philosophis, ita se eos pugnis  
excepturam, ut præ anxietate & metu  
emissuri sint polentarium. *Polentarium.*  
] *Ex polenta comesta natum: vel qui po-*  
*lentam oleari. Polentam Græci ἀλωρνα*  
*vocant.* Vide *Plin.* *lib.* 18. *cap.* 7. *Lam-*  
*bui. Tausman.*

17. *Datatim.*] *Datatim ludere*, erat pi-  
la ludere: propterea quod dabatur. unde  
quidam *datores* dicebantur in lusu pilæ,  
qui pilam dabant: alii autem *fallores*,  
qui faciebant, id est, qui feriebant &  
ludebant, quique in factiones erant di-  
visi, id est, ut dicimus, *in partes*. *Genera*  
autem ludendi fuisse videntur *Datatim*,  
*Raptim*, *Expulsim*. *Novius* apud *Nonium*:  
*In molu ludunt raptim pila, datatim mor-*  
*fo.* *Varron* apud *Non.* *Videbu* *Roma* *in fo-*  
*ro ante lanænas pueros pila expulsim ludere.*  
*Tutneb.*

18. *Et datores & fallores.*] *Non Tut-*  
*nebum* solum video serio ponere, *fall-*  
*lores* dictos, qui faciebant, quod sit,  
qui feriebant & ludebant, quique in fa-  
ctiones erant divisi: non *Hadr. Junium*,  
*Fallorem*, qui alteri parti sine factioni  
dat operam obstruendo, pellendo, &  
excurius metam signando: sed etiam  
*Scaligerum* ad *Manilium*, *falliones* pro-  
ptie in lusu pilæ dictos & *fallores*. Au-  
ctor illi hic *Plautus* & *Pollux*, ex quo  
adducit: *ἰφ' ἡ κατὰ πηλίταις τῶν ἀλωρ-*  
*νων. ἰπὸς τοῦ χαμμάς κατόπι κατ-*  
*τίνας τ' ἀλωρνας κατὰ πηλίταις.* At  
locus est *lib.* 9. *cap.* 7. ubi invenies τ'  
πηλίταις. Nunquam vero concoquere po-  
tuit *facere pilam* pro *serite*: à factioni-  
bus autem ludentium, si quæ dictæ sunt,  
collutores dictos *fallores*, & *fallores* esse  
alicujus factionis homines tum credam,  
quum videbo à factionibus in *Circo*,  
quæ sine controversia fuerunt, aurigas  
vocatos esse *fallores*. Quin sermo parasiti  
mere nugax est: nam quia *datores* ap-  
pellavit, solent autem jurisconsulti  
conjugere hæc duo, *datore* *facere* tum in

Proinde se domi contineant, vitent infortunio.

*M. vitent  
infortunia.  
P. ut impo-  
tate.*

20 PH. Recte hic monstrat, si imperare possit. nam ita  
nunc mos viget,

Ita nunc servitium est: profecto modus haberi non potest.

CV. Equis est, qui mihi commonstret Phædromum ge-  
nium meum?

Ita res subita est: celeriter mihi hoc homine convento est  
opus.

PA. Te ille quaerit. PH. quid si adeamus? heus, Curculio,  
volo.

25 CV. Quis vocat? quis nominat me? PH. qui te conven-  
tum cupit.

CV. Haud magis cupis, quam ego te cupio? PH. ô mea op-  
portunitas!

Curculio exoptat, salve. CV. salve. PH. salvom gaudeo

Te advenire: cedo tuam mihi dextram, ubi sunt spes meae?

Eloquere obsecro, hercle. CV. eloquere, te obsecro, ubi  
sunt meae?

30 PH. Quid tibi est? CV. tenebrae oboriuntur, genua inedia  
lucidunt.

PH. Lassitudine, hercle, credo. CV. retine, retine me, obsecro.

PH. Viden?

te venicia utrumque connectitur, quasi  
de alterutro horum loqueretur, quum  
appellandos haberet *datores* hos *datum*  
ludentes, quasi plenius dicit &  
*datores* & *fallores*: non quod hæc  
vox ea in re proprie quid significet,  
sed ut illic gratia. Nec contemnendus  
adeo Lambinus, qui aliud ad turpem  
verborum significationem suspicatus  
est. Neque enim ut hoc valeat, oportet  
libidini locum in via publica fuisse.  
Capratus vocabulum, perinde quasi  
dixissent: & *qui dant* & *qui faciunt*.  
Si *datores* referes ad priora, videtur lo-  
qui de usu pilæ: si ad posterius, de te  
turpi; vel quos oportet dare facere.  
Quo joci genere constat omnis Plautus.  
*Grænovius. Et fallores.* ] *Fallores* proprie  
in ludo pilæ dicebantur & *fallones* *Giz-*  
*eris alpi ordo.* Vide Scalig. ad Manil. lib. 1.  
& 5. Et Nomenel. Janii. *Solum.* ] Pio

folea calceamentorum. Vide Titium. 4.  
3. Lamb.

19. *Vitent infortunio.* ] Sic Trucul.  
act. 2. 2. *Vitare malo eleganter. Taub-*  
*mannus.*

20. *Si imperare possit.* ] Id est, impè-  
tando assequi possit, ut quod monstrat,  
fiat. Lambini Glossa explosa, lego: *Recte*  
*hic monstrat, se imperare posse,* hoc est, satis  
verbis ostendit, qualis factis & quam  
impotens demum futurus sit, quidem  
Imperator evadat scilicet. *Doux.*

21. *Ita nunc servitium est.* ] Ita est, ta-  
les nunc servi sunt. Lamb.

22. *Gonium.* ] V. N. Bacchid. & Ca-  
pteiv. 4. 2.

29. *Mea.* ] Diversa sperant Phædro-  
mus & Curculio. Ille pecuniam ex Ca-  
ria; hic parasitus, mensam instructam.  
Illius pecuniarum; hujus cibaria spes sunt.  
*Bæbhorn.*



PH. Viden' ut expalluit! daui' isti fellam, ubi assidat, cito,  
Et aequalem cum aqua? properatin' ocyus? Cu. animo  
male est.

PH. Vin' aquam? Cu. si frustulenta est, da obsecro, hercle,  
oblorbeam.

35 PH. Væ capiti tuo. Cu. obsecro, hercle, facite ventum ut  
gaudeam.

PH. Maxime. Cu. quid facitis quæso? PA. ventum. Cu. nolo  
equidem mihi.

Fieri ventulum. PH. quid igitur vis? Cu. esse, ut ventum  
gaudeam.

PH. Juppiter te dique perdant. Cu. petii, prospicio parum,  
Os amatum habeo, dentes plenos, lippiunt fauces fame,

40 Ita cibi vacivitate venio laxis lactibus.

PH. Jam edes aliquid. Cu. nolo, hercle, aliquid: certum  
quam aliquid mavolo.

PH. Immo

33. *Et aequalem cum aqua.* ] Ut quasi  
exanimato aquam offundat. Vid. Mil-  
lit. 4. 8. *Frustulenta.* ] id est, frustis car-  
nium effeta. *Taub.*

35. *Ventum ut.* ] Ambigue dictum est:  
vel, facite ventum sive *ventulum*; vel  
facite ut gaudeam ventum, id est, me  
venisse. itaque mox subiicit, ut *ventum*  
*gaudeam*. Turn. Dicit paullo post Curcu-  
lio te nolle sibi fieri *ventulum*. *Ventulum*  
dixit potius quam, *ventum*, ut sic, sub-  
lata ambiguitate, intelligeretur planius  
quid vellet. *Boxhorn.*

39. *Os amatum habeo.* ] Medicæ artis  
placita, velut aliud agens, lepidissimus  
Poëta inseruit. *Cel. Rhodig.* lib. 13. 24.  
*Dentes plenos.* ] *Pleni dentes* non sunt mu-  
tandi in *blennos*. Nam *βληνος* Græcum  
non convenit. Plenos dentes vocavit  
Plautus, obrufos, hebetes, situ jam, præ  
fame & edendi longa inertia, crassiores  
factos. Ut illa quæ non exercentur, ru-  
bigine & situ obducuntur, & sic plenio-  
ra evadunt; acuriora autem, & subri-  
liora, quæ sunt in continuo exercitio, ut  
ferri acies. Parasitus igitur, qui diu den-  
tes non exercuerat, sibi illos plenos esse  
& crassos, obrufosque, situque occupa-

tos quæritur, *Sic plenum filum* pro crasso  
dixerunt, & subtili opposuerunt; *pleno*  
*velamina fil.* Salmas. *Lippiunt.* ] Jocosæ  
& audaci translatione, famelici fauces  
dixit *lippiere*: ex eo, credo, quod cum  
infame os amarefcat, salivaque concre-  
tior reddatur, & hærescat faucibus, den-  
tibus, palato; & arenosa etiam quædam  
ore patente fila lentore suo deducat; lip-  
pitudinem oculorum imitari videret.  
*Turneb.*

40. *Laxi lactibus.* ] Perperam scribi-  
tur, *laxis lactibus*. vel potius accipitur  
perperam, non scribitur. nam *lactibus*  
*laxi* declarant, defatigatis; at debebant,  
inanibus, nam *laxi* & *laxi* pro miscua  
veterum scriptura est: ut *isidem adaxint*  
& *adaxint*. Ut autem laxantur sa-  
turitate, ita vacivitate laxantur intestina,  
non laxantur. *I. Gulielm.*

41. *Nolo, hercle, aliquid.* ] Per aliquid  
ergo incertum quid, vagum, quod ab-  
est, & digito in præsens monstrari non  
potest, & quod quid, aut quale, aut ubi  
sit nescias, significatur. Phædromus di-  
xerat; *Iam edes aliquid*; idem est, ac si di-  
xisset, *edes nescio quod*. Certum ergo quid  
mavult Curculio. *Boxhorn.*

PH. Immo si scias, reliquæ quæ sint. Cu. scire nimis lubet  
Ubi sient: nam illis convertis sane opus est meis dentibus.

PH. Pernam, abdomen, sumen, suis glandium. Cu. ain' tu  
omnia hæc?

45 In carrario fortasse dicis. PH. immo in laneibus:

Quæ tibi sunt parata, postquam sciimus venturum. Cu. vide,  
Ne me ludas. PH. ita me amabit, quam ego amo, ut ego haud  
mentior.

Sed quo te misi, nihilo sum certior. Cu. nihil attuli.

PH. Perdidisti me. Cu. invenire possim, si mihi Genit. si mihi  
operam datus.  
operam datis.

50 Postquam tuo jussu profectus sum, perveni in Cariam.

Video tuum sodalem, argenti rogo uti faciat copiam.

Scires velle gratiam tuam; noluit frustrariet:

Ut decet velle hominem amicum amico, atque opitulariet:

Respondit mihi paucis verbis, atque adeo fideliter,

55 Quod tibi est, item sibi esse magnam argenti inopiam.

PH. Perdis me tuis dictis. Cu. immo servo, & servatum volo.

Postquam mihi responsum est, ab eo ab illo Diff. ab eo ab illo ad  
forum, meritis Me il-  
lo frustra adventisse.  
mæstus ad forum

Me

43. *Illu conventu.*] Conventionem, quam sermoni tribuere solemus, ad dentes suos dentientes per tadiculum accommodat, satis pol parasitice. Et alludit ad id, quod supra dixerat: PH. *Qui se conventum cupit.* Douza.

44. *Suu glandium.*] Vide Menæchm. act. 1. 2.

49. *Invenire pessim.*] Quod Lambin. de argento dictum videri cupit, ego de ipso Phædromo interpretor. At Parasitus in diversum sensum objectionem illam retorquens, quasi Phædromus dixisset: *Amisisti me:* (ambiguitas enim in verbo *perdidisti*) *pessim*, inquit, *invenire te, si mihi operam addere volueris.* non alio visum, quam ad perditarum rerum, quibus recipiendis satagare solemus, fortuitam recuperationem respiciens. Quo etiam referenda quæ sequuntur: PH. *Perdu me tuu dictu.* Cu. *Imo servo & servatum volo.* Douza.

52. *Scites velle gratiam tuam.*] Frustra

hic sudant interpretes. *Velle gratiam alicujus* est cupere aliquem demereri, vel certe non offensum velle. Contra *negligere gratiam alicujus*, est nolle in honorem alicujus facere. Cicer. pro Planicio: *Neque enim ad negligendam gratiam meam debet valere, quod dixit idem.* Nec vero valent hæc verba: ea usus est præfatione, ex qua intelligeres eum amicum. Sed est lusus Comici. Apparebat, inquit, eum se amicum velle. Hoc quum audir Phædromus & spectatores, expectant, ut subsequatur, argentum numerasse. Contrarium autem evenit, & hoc apponitur gratiæ, quia genus est simplicis amoris non lactare: non agere, ut illi de quibus queritur Chastinus in Andria 4 1. *In denegando modo queu pudor paululum adest:* nam ubi tempus premissa jam perfici, tum coalli necessario se aperunt. Ex ipso facto, non aliqua præfatione hoc colligit. *Grenovium.*

- Me illo frustra advenisse. forte aspicio militem :  
 Aggredior hominem ; saluto adveniens. Salve, inquit mihi,  
 60 Prehendit dextram, seducit, rogat quid veniam Cariam.  
 Dico me illo advenisse, animi causa. ibi me interrogat  
 Equem in Epidauro Lyconem trapezitam noverim ?  
 Dico me novisse. quid Lenonem Cappadocem ? annuo  
 Visitasse. sed quid cum vis ? quia de illo tui virginem  
 65 Triginta minis, vestem, aurum : & pro iis decem coaccidunt  
 minæ.  
 Dedisti tu argentum ? inquam. immo apud trapezitam si-  
 tum est,  
 Illum quem dixi Lyconem : atque ei mandavi, qui annulo meo  
 Tabulas obsignatas attulisset, ut daret operam,  
 Ut mulierem à lenone cum auro & veste abduceret.  
 70 Postquam hoc mihi narravit, ab eo ab illo. revocat me ilico,  
 Vocat ad cœnam : religio fuit, denegare nolui.  
 Quid si adeamus, ac decumbamus ? inquit, consilium placet.  
 Neque diem decet me morari, neque nocti nocerier.  
 Omnis res parata est : & nos, quibus paratum est, assumus.  
 75 Postquam cœnati atque appoti, talos poscit sibi in manum.  
 Provocat me in aleam, ut ego ludam : pono pallium.  
 Ille suum anulum opposuit. invocat Planesium. Deur. oppo-  
 sivit anig.  
 Ph. Meolne amores ? Cu. tace parumper. jacet voltorios  
 quatuor.

Talos

60. *Prehendit dextram.* ] Comitatis & benevolentiz indicium maxime apud Græcos. *Lambin. Cariam.* ] Pro in Cariam.

66. *Apud trapezitam situm est.* ] Solebant Veteres nummos suos non eos solum, quos aliis debebant ; sed & quos nulli debebant apud Trapezitas collocare. *Lamb.*

71. *Religio fuit.* ] Verba sunt, Paratissimi significantis se, ( ut vulgi verbis utar ) conscientiam facisse, si homo ipse paratissus ad cœnam vocatus non iret. *Budans.* Vide *Merc. act. 5. 2. Stich.* act. 2. 1.

73. *Me morari.* ] Dicit Paratissus, facile se consentisse, ut illico cœna committeretur, etiam si adhuc nimis temporis es-

set. Non enim Parasiticæ disciplinæ profestotem decere, ut diem moreretur, seu, ut patiat sibi moram afferri à die, quo minus luce cœnet. Ne decere etiam, ut nimis tarde cœnando nocti noceretur, atque ita somno decedat. *Lambin. Nesci nocerier.* ] *Nesci nocet*, qui non recipit se domum ante noctem, ut cœnet. *Idem.*

76. *In aleam.* ] *Deura* docet, alea nomine, universa istiusmodi ludorum genera indifferentem comprehensa antiquitus. *Pono pallium.* ] Ut ego, à milite provocatus, ludere possim ( fortasse quia nummos non habebat ) pono, id est, depono pallium, tanquam pignus Cui miles apposuit anulum. *Lambin.* Vide *Bacchid. 4. 4. Capt. 1. 1. Afin. 4. 1.*

79. *Nutris*

Talos arripio, invoco almam meam nutricem Herculem.

80 Jacto basilicum, propino magnum poculum: ille ebibit:  
Caput deponit: condormiscit. ego ei subduco anulum.

Deduco pedes de lecto clam, ne miles sentiat.

Rogant me servi, quo eam? me dico ire, quo saturi solent.

Ostium ubi conspexi, exinde me illico protinam dedi.

85 PH. Laudo. CV. laudato, quando illud quod cupis, effecero.

Eamus nunc intro, ut tabellas consignemus. PH. num moror?

CV. Atque aliquid prius obtrudamus, pernam, sumen,  
glandium:

Hæc sunt ventri stabilimenta, panem & assa bubula,

Poculum grande. aula magna: ut fatis consilia suppetant.

90 Tute tabellas consignato: hic ministrabit: ego edam.

Dicam quemadmodum conscribas. sequere me hac intro.

PH. sequor.

79. *Nutricem Herculem.*] Legendus est locus ad hunc modum, & interpungendus:

— *Tace parumper. jacit voltorius quatuor.*

*Talos arripio, invoco almam meam nutricem. Herculem.*

*Jacto bolu Chium.*—

Dicit Parasitus se invocasse *άλμην* nutricem suam: quibus verbis facete ludit & jocatur, quasi nutricem, quæ sibi sit, non designet, sed epitheto, quod perpetuum est, *halmæ* ornet: cum tamen intelligat *άλμην*, id est, lepores, jocos. atque sales, venustatemque suam: iis quippe artibus victum sibi quærebant Parasiti, merebanturque sales illi *nutricem* nomen. Addit, *Hercule*: quod id est affirmantis de successu alex, eum tam prosperum habuisse vix quisquam crederet; affirmantis, inquam, cum jurisjurandi religione de eo. Quatuor autem jactus sive boli fuerunt: hinc ista intelligenda; *jacit voltorius quatuor*. Miles misit, singulis illis talorum jactibus & bulis quatuor *voltorium* sive *canem*. At vero Pa-

rasitus inquit de se, *jalle bolu Chium*. Singulis scilicet bolis talorum, quos jactavit, *Chium*, id est, *senonem* misit, & vicit. *Petivus*. *Lege: almam meam nutricem Ferculam*. Ut alibi: *Sanctam Saturitatem, Lubentiam, Commoditatem, Suvem Suvationem* deas facit. *Tan. Faber*. Vera omnino est *Luppi* sententia de decimis Heraculaneis locum hunc interpretantis. Præterea ipse Hercules inter *πελοποιον*: nominatissimus. Cum libri scripti non variant, ad alias conjecturas decursi non potest. Nec vero aliter licet exponere quod vulgatum est. *Salmasius*.

81. *Caput deponit.*] Vide *Aulular. act. 3. 6.*

88. *Stabilimenta.*] Sic Horat. 2. Sat. 3. *Deficient inopem vena te: micibus, atque Ingens accedat stomacho sultura ruenti.*

*Panem.*] Haud dubie legendum est, *panem*. Nec ordo verborum Nominativum exigere videbitur, si ista; *Hæc sunt ventri stabilimenta*, parenthesis notæ includantur; aut, *hæc sunt*, accipias *pro, quæ sunt*. *Boxhorn*.

## ACTUS TERTIUS.

LYCO, CURCULIO, LENO.

- B**Eatus videor: subdixi ratiunculam,  
 Quantum æris mihi sit, quantumque alieni fiet.  
 Dives sum, si non reddo eis, quibus debeo:  
 Si reddo illis quibus debeo, plus alieni est.  
 5 Verum, hercle, vero cum belle recogito,  
 Si magis me instabunt, ad Prætorem sufferam.  
 Habent hunc morem plerique argentarii,  
 Ut alius alium posscant, reddant nemini:  
 Pugnis rem solvant, si quis posscat clarius.  
 10 Qui HOMO mature quæsit pecuniam,  
 Nisi eam mature parsit, mature esurit.  
 Cupio aliquem emere puerum, qui usurarius  
 Nunc mihi quærat. usus est pecunia.  
 Cu. Nil tu me saturum monueris: memini & scio.  
 15 Ego hoc effectum lepide tibi tradam: tace.  
 Edepol næ ego hic me intus explevi probe,  
 Et quidem reliqui in ventre cellæ uni locum,  
 Ubi reliquiarum reliquias recondere.

Bene, cum ve-  
te recogito.

Cur. mi.

Lamb. pos-  
cat aurum.

Lamb. su-

Quis

1. **B**Eatus. ] Id est, dives. Vide *Pæ-  
nül. act. 1. 2. Subdixi rat.* ] *Capt.  
act. 1. 2.*

5. *Cum belle recogito.* ] In *Langia-  
nis* fuit, cum velle recogito, quod *I.  
Gulielm.* vitiosa illa scribendi ratione  
habet pro *belle*. Bellum esse videtur a-  
varo trapezitz, non reddere, quod  
debeat, nisi in iure coactum. *Taub-  
mannus.*

6. *Ad prætorum sufferam.* ] Barba-  
rum est, sufferre ad prætorum, pro de-  
serre: apageigitur sufferant. Recte *Lar-  
binus* duci, tapi, trahi, ut scilicet *libi*  
*Jupiter* auxilium mihi sit, dum vel  
abjuro, vel bonam copiam ejuro. Ut  
& infra act. 5. scen. 3. *Pessime metui,*  
*ne hodie mihi apud prætorum solueret.*  
*Grongov.*

10. *Qui homo mature.* ] Hunc locum  
*Charissus* lib. 2. ita explicat: Qui homo  
tarde, id est, vix & ægre quæsit pecu-  
niam, nisi ei cito pepercerit, cito esurit.  
*Lambin.*

12. *Usurarius.* ] *Puer* usurarius est ca-  
tamitus. Vide *Amphitr. Argum. Tur-  
neb. lib. 3. 12.*

14. *Nil tu me saturum.* ] Verba sunt  
*Curculionis* ad *Phædromum*, & qui-  
dem ab eo discedentis, ac moniti,  
ut bene rem gereret. Dicit autem, sa-  
turum officii non esse monendum; Pa-  
rasiti enim, per acceptum saturitatis  
beneficium, quod æstimant maximum,  
lis, à quibus laute excepti sunt, omni-  
no & imprimis, nec monitos, ad res  
bene gerendas obstreptos se putant. *Box-  
horn.*

- Quis hic est, qui operto capite Æsculapium  
 10 Salutat? attat! quem quærebam: sequere me.  
 Simulabo quasi non noverim. heus tu! te volo.  
 LY. Unocule salve, Cu. quæso, deridescine me?  
 LY. De Coclitum profapia te esse arbitror:  
 Nam ii sunt unoculi. Cu. catapultæ hoc ictum est mihi.  
 15 Apud Sicyonem. LY. nam quid id refert mea.  
 An aula quassa cum cinere effolus fiet?  
 Cu. Superstitiosus hic quidem est: vera prædicat:  
 Nam illæ catapultæ ad me crebro commeant.  
 Adolescens, ob Rempublicam hoc intus mihi  
 20 Quod insigne habeo, quæso, ne me incomities.  
 LY. Licetne inforare, si incomitari non licet?  
 Cu. Non inforabis me quidem: nec mihi placet  
 Tuum profecto nec forum, nec comitium.  
 Sed hunc, quem quæro, commonstrare si potes,  
 25 Inibis à me solidam & grandem gratiam.  
 Lyconem quæro trapezitam. LY. dic mihi  
 Quid eum nunc quæris? aut cujatis? Cu. eloquar.  
 Ab Therapontigono Platagidoro milite.

LY. Novi

19. *Operto capite.*] V. N. Amphitr.  
 act. 5. sc. 1. vs. 42.

23. *Do Coclitum.*] Varr. lib. 6. *Cocles*  
*quasi ocles, qui unum haberet oculum.* Plin.  
 lib. 17. 37. *Qui altero lumine orbi nasce-*  
*rentur, Coclites vocabantur: qui parvu utris-*  
*que, Ocebâ.*

24. *Catapultæ hoc.*] *Hoc δεξινός* di-  
 citur: nempe, malum, aut vulnus, quo  
 unoculus factus sum, catapultæ ictum,  
 insitum mihi est. *Boxhorn.* Capt. 4. 2.

25. *Sicyonem.*] *Sicyon*, urbs vetustissi-  
 ma in Peloponneso, non procul à Co-  
 rintho.

27. *Superstitiosus.*] Id est, divinus seu  
 vates, & ariolus: *ἰδὲν καὶ θεορᾶν*.  
*Scalig.* V. N. Amphitr. act. 1. scen. 1.  
 vs. 67.

28. *Catapultæ.*] Ergo *Catapultæ* non  
 solum tormentum, sed etiam telum est,  
 ut infra act. 5. 3. Turneb. lib. 15. 1.

29. *Hoc intus mihi.*] *Gruterus incus-*  
*sum.* *Acidalius istius.* *Pareus nlcus.* *Sal-*

*masius inustum.* Qui nescit, cui inter-  
 pretes hæserint, & intus mihi nil aliud  
 esse pronunciat, quam in me, in ore  
 meo, vellem hujus generis loquendi  
 aliquod exemplum assidue dignatus es-  
 set. Liceat igitur & nobis coniecere:  
*Adolescens, ob rempublicam hoc vir-*  
*tutu mihi Quod insigne habeo.* Grono-  
 vius.

30. *Ne me incomities.*] *Incomitari* si-  
 gnificat tale convivium facere, pro qua necessa  
 sit in comitium, hoc est, in convivium venire.  
 Festus.

31. *Non inforabis.*] Jocus ex ambiguo,  
 alludens ad *Forum* & *Comitium*. Etiam  
*Scaliger* in Priap. monuit, *Perforare*  
*πεφορᾶν*, flagitiosum verbum esse.

35. *Inibu à me.*] *Gratiam* ab aliquo  
 inire, est dato beneficio alieni gratiam  
 & amicitiam mereri. *Donat.* ad Eunuch.  
 act. 3. scen. 5.

37. *Cujatis.*] Vide *Menzschm.* act.  
 2. 2.

- LY. Novi edepol nomen: nam mihi istoc nomine,  
 40 Dum scribo, explevi totas ceras quatuor.  
 Sed quid Lyconem quæris? Cu. mandatum 'st mihi,  
 Ut has tabellas ad eum ferrem. LY. quis tu homo es?  
 Cu. Libertus illius, quem omnis Summanum vocant.  
 LY. Summane, salve. quî Summanus? fac sciam  
 45 Cu. Quia vestimenta, ubi obdormivi ebrius, Scil. ubi obdormivit ebrius.  
 Summano: ob eam rem me omnes Summanum vocant.  
 LY. Alibi te melius 'st quærere hospitium tibi,  
 Apud me profecto nihil est Summano loci.  
 Sed istum, quem quæris, ego sum. Cu. quæso, tune is es  
 50 Lyco trapezita? LY. ego sum. Cu. multam me tibi  
 Salutem iussit Therapontigonus dicere,  
 Et has tabellas dare me iussit. LY. mihi? Cu. ita.  
 Cape, signum nosce. nostin? LY. quid ni noverim?  
 Clypeatus elephantum ubi machæra difficit.  
 55 Cu. Quod istic scriptum est, id te orare iusserat,  
 Profecto ut faceres, suam si velles gratiam.  
 LY. Concede, inspiciam quid sit scriptum. Cu. maxime,  
 Tuo arbitrato, dum auferam abs te id quod peto.  
 LY. Miles Lyconi in Epidauro hospiti suo  
 60 Therapontigonus Platagidorus plurimam  
 Salutem dicit. Cu. meus hic est, hamum vorat.  
 LY. Tecum oro, & quæso, qui has tabellas afferet

Tibi,

40. *Dum scribo.*] Dum ei per syngrapham, ob acceptam pecuniam caveo. *Taubmannus. Totas ceras.*] Decerata tabella V. N. Afin. 4. r. & alibi. Item *Job. Mercerum Opin. lib. 1. 12.* ubi etiam docet, quid *Prima*, quid *Ultima* cera sit.

46. *Summano.*] *Summanus* deus est Manium summus. (unde & didus) id est, *Pluto*, qui omnes avarissime rapit in suum thesaurum. inde *summanare*, pro avide rapere & furari, *Summani* more, finxit lepidus Poëta. *Turneb. lib. 11. 7.* Putat Meursius, *Summanare* dixisse Plautum propter euphoniâ pro *submanare*, id est, *ὑποχέειν πρὸς τοῦς*; & ludere voluisse in alliteratione.

53. *Signum nosce.*] V. N. Amph. act. 1. scen. 1. vers. 265. Bacchid. 4. 6.

54. *Machæra difficit.*] *Lego:* *Clypeatus elephantum ubi machæra dirigit.*

*Dirigere* proprie est *διχοτομεῖν*, in duas partes rectas & æquales scindere. *Tissimum* apud Nonium: *pernam totam dirigit.* Male apud Nonium *dirige* pro *dirigo*. Felli Abbreviator: *dirigere* apud *Plantum* invenitur pro *discindere*; Sic ibi scribendum. Nam vetus liber qui penes me est, habet *discidere*. editur: *discideré*, *Salmasius*.

61. *Hamum vorat.*] Tabellis, quas legit, capietur, ut hamo pisces. *Lamb.*

74. *Pera-*

Tibi, ut ei detur, quam istic emi virginem,  
 Quod te præsente istic egi, teque interprete,

65 Et aurum, & vestem: jam scis, ut convenerit.  
 Argentum des leñoni. huic des virginem.

Ly. Ubi ipse? cur non venit? Cu. ego dicam tibi:

Quia nudius quartus, venimus in Cariam

Ex India: ibi nunc statuam volt date auream

70 Solidam faciendam ex auro Philippæo, quæ fiet  
 Septempedalis: FACTIS MONUMENTUM SUIS,

Ly. Quamobrem istuc? Cu. dicam: quia enim Persas, Pa-  
 phlagonas,

Synopeas, Arabas, Caras, Cretanos, Syros,

*Al. Arabos.  
 Abu. Arabos.*

Rhodium atque Lyciam, Perediam & Perbibesiam,

75 Centauromachiam, & Classiam Unomammiam,

Libyamque oram omnem Conterebromiam.

Dimidiam partem nationum usque omnium

Subegit solus intra viginti dies.

Ly. Vah! Cu. quid mirare? Ly. quia enim in cavea si  
 forent

80 Conclusi, itidem uti pulli gallinæci;

Ita non potuere uno anno circumferri.

Credo, hercle, te esse ab illo: nam ita nu-  
 gas blatis.

*J. Gul. te esse ab illo  
 jam. ita enim aug.*

Cu. Immo

74. *Perediam, &c.] Perediam & Bibesiam Plautus cum dixerit, intelligi voluit cupiditatem edendi & bibendi. Festus. Venisse. ut nihil supra, Perediam & Perbibesiam, ut Provinciarum nomina commentus est: ita ut prius Peredia nomen referat, & esca tamen comitem continuo potionem, qua Perbibesia nomine exprimitur, attrahat. Clasu veto Unimammia figura Comica & fictione exercitum Amazonum significat: cum & clasu exercitum declaret: & constat, fessamento candente alterutram sibi adussisse mammam Amazones, ut una tantum eis reliqua esset. Sed tantum exercitum pro terra Amazonum audiri vult, & regionum terminatione forma-*

*vit. Quin & Centauromachia joculariter hic Thessaliam significat, cujus olim partem tenuisse Centauros è Poëtis notissimum est. Et, Libyamque oram omnem Conterebromiam, cum dicit, jocatur novatio verbo, significans omnem illam terram, quam Liber Pater exercitu lustravit, quamque ob-eundo contritus & fatigatus est. Turnebus. Arbitror designari hic Libyam illam, quæ vini est ferax, eamque vocari ideo Conterebromiam, quod Bromium, hoc est, uvas sive vinum conterat. Vindemiam celebrantibus satis dixi. Gruterus.*

82. *Credo hercle esse ab illo.] Nugas blatis, qui negat hic Lambinum aut alios interpretes quicquam vidisse: esse enim hic*



Cv. Immo etiam porro, si vis, dicam. Ly nihil moror.  
Sequere hac; te absolvam, qua advenisti gratia.

85 Atque eccum video. Leno salve. Le. Di te agnent.

Ly. Quid hoc, quod ad te venio? Le. dicas quid velis.

Ly. Argentum accipias, cum illo mittas virginem.

Le. Quid, quod juratus sum? Ly. quid id refert tua,

Dum argentum accipias? Le. QUI MONET, quasi  
adjuvat.

90 Sequimini. Cv. Leno, cave in te sit mihi mora.

hic significare edere, & esse ab illo, para-  
situm illius esse. Tam hercle, quam quod  
Pænul. 2. 2. *Esne tu, an non es ab illo mili-  
te Macedonio*; & Militæ 2. 2. *Quemque à  
militæ hoc videris*. Gronov. *Blatu*.] An  
*blatu leg.* vide Epid. 3. 1.

88. *Inratus sum.*] Scil. me virginem  
Phædromæ traditurum. *Lamb.*

90. *Mihi mora.*] In hac Comœdia, &  
hoc præsertim actu tertio, existimat *Gul-  
lielm. Canterus* nov. lect. lib. 4. cap. 10:  
aliquot Scenas desiderari.

## ACTUS QUARTI SCENA PRIMA,

### CHORAGUS.

EDepol nugatorem lepidum lepide hunc nactu' st Phæ-  
dromus.

Halaphontam an sycophantam hunc magis esse Leus hunc halaphontam an sycophantam esse magis  
dicam nescio.

Ornamenta, qua locavi, metuo ut possim recipere.

Quanquam cum istoc mihi negoti nihil est: ipsi Phædromo

Credi-

\* *Choragus.*] *Choragus* vocant hodie  
eos, qui pecunia sua chorum con-  
ducunt & instruunt ac primitus χορο-  
γός dicebatur is, qui erat verè ἡγεμὼν τοῦ  
χοροῦ: cuius erat officium, videre ne im-  
peritia chori aut lascivia vetus Musica  
contumperetur, sed pura atque sincera  
servaretur. *Casaub.* Chorus est pars in-  
ter actum & actum; vel potius post  
actum, introducta cum concentu, &c.  
Fuit autem per initia Chorus monoprosopos  
in Fabulis. Unus enim quispiam  
prodibat, civium vitia recensens; idque  
sine cantu. Talis est apud Plautum *Cho-  
ragus* in *Curculione*. Deinde alter addi-  
tus: ut interrogationibus & responsionibus  
explerent animos varietate. Summa  
enim laus in Poëtica, novitas. *Scalig.*

2. *Halophantam.*] Recte se habet *Halophanta*. Non reperitur tamen hoc nomen apud Græcos, sed fictum est à Comico, ut olim bene *Scaliger* censuit ab habitu marino Ἀλοφάντης, ut *συνκοφάντης*. Nam & *φάρμακον* Græci pro decipi & *συνκοφάντης* dixere. *Helychius*, *φάρμακον*, *συνκοφάντης*. Et ita apud Aristophanem legitur. Sed & *φάρμακον* absolute pro *συνκοφάντης* posuerunt. Ut idem Aristophanes. *Τὸν μακρὸν φάρμακον ἀνὸν θρυαλλίδου*. Item *τίς ὁ φάρμακον*. Sic *ἀλοφάντης*, maritimus est Sycophanta cum habitu thalassico. Alioquin & *ἀλοφάντης* etiam diceretur omnia mentiens & fallens, non ut inepte eam explicat brevior *Festus*. *Salmas.*

- 5 Credidi; tamen asservabo. sed dum hic egreditur foras,  
Commonstrabo, quo in quemque hominem facile invenia-  
tis loco,  
Ne nimio opere sumat operam, si quem conventum velit,  
Vel vitiosum, vel sine vitio: vel probum, vel improbum.  
Qui perjurum convenire volt hominem, mitto in Comitium.  
10 Qui mendacem & gloriosum, apud Cloacinæ sacrum.  
Ditis damnosos maritos sub Basilica quærito.  
Ibidem erunt scorta exoleta, quique stipulari solent.  
Symbolarum collatores apud forum piscarum.  
In foro infimo boni homines, atque dites ambulant.  
15 In medio propter Canalem, ibi ostentatores meri.  
Confidentes, garrulique, & malevoli supra Lacum.  
Qui alteri de nihilo audacter dicunt contumeliam,  
Et qui ipsi fat habent, quod in se possit vere dicier.

Sub

6. Quo in.] Pto, in quo. dignumque animadvertione similitum morum, homines aliis in locis ubi reperiti solitos, non Romæ modo sed & Athenis.

Casaub.  
7. Sumat operam.] Scilicet quis vestrum.

9. Comitium.] Id est, ad puteal Libonis: quo ara fuisse videtur in comitio, in gradibus ipsius ad lævam Curiz sita, in quam jurati solebat. Non sine causa perjuros dicit in comitio esse. nam in comitio, ubi jus dicebatur, erant litigiosi. Et comitiales homines, qui religionem jurisjurandi parum colere novant.

10. Apud Cloacinæ sacrum.] Auctilius Victor in Foro Romano ponit Ædem Veneris Cloacinæ. Circa eam versatus (non enim habitasse) indicat Plautus.

Gronovius.

11. Sub Basilica.] V. N. Cap. act. 4. 2.  
12. Quique stipulari solent.] Et hoc fuisse genus male suadentium credibile est. Suetonius Vitellio: Tum sanctatorum & stipulatorum publicanorumque, qui nunquam se aut Roma debitum, aut in via portorium stagitassent, vix ulli peperit. Rud. 5. 3. Cedo quicum habeam judicem, ni dolo malo instipulatus sis. Sic autem MS.

non ad stipulari, ut Passeratius voluit, Gronov.

15. Canalem.] Canicula forenses, homines pauperes dicti: quod circa canalium fori consistissent. Festus. Ad quod Scaliger: Canalicolum forenses vocat, ut etiam Græci ἀγορῆς, id est, ἡγορῆς.

16. Supra lacum.] Lucaninum de quo suspicari nonnulli, facile hinc dimittimus, qui tam longe ab urbe Roma aberat. Sane Aurelius Victor vicum lugurinum, ad cujus caput erat Servilius, itemque lacum Inturna ponit in regione octava, quæ Forum Romanum vocabatur. Sed in eadem ponit etiam multo nobiliorem lacum Curtium. Neque intelligo, quid sibi velint viri docti, qui Plauti tempore lacum Curtium nullum fuisse ajunt: etsi jam dudum hoc alius ex alio describat. Qui optimus dixit, videtur significasse stagnum vel aquam ibi nullam ætate Plauti fuisse. Quare autem necesse est, quom dicitur supra lacum, intelligi lacum stagnantem? Locus nempe ipse, ubi lacus fuerat, sive tempore Romuli sive paulo post Consules de plebe, & diu ante Plauti ætatem & postea Livii Taciti que ætate Lacus Curtius dicebatur. Et cum intelligere malo. Gronovius.

17. De nihilo.] Vide Mostell. act. 3. 2.

39. Sub

Sub Veteribus, ibi sunt qui dant, quique accipiunt scenote:  
 20. *Pone ædem Castoris*, ibi sunt, subito quibus cre- Græc. adæ  
adem.  
 das male:

In Tusco vico, ibi sunt homines, qui ipsi sese venditant.

In Velabro vel pistorem, vel lanium, vel aruspicem,

Vel qui ipsi vortant, vel, qui alii subvorsentur, præbeant.

Diis damnosos maritos apud Leucadiam Oppiam.

25. Sed interim fores crepuere: linguæ moderandum est mihi.

19. *Sub Veteribus, &c.*] De privatis foeneratoribus hoc est intelligendum. Hæc *Veteres* in foro tabernæ consistebant. Sequitur de publicis: *Pone ædem Castoris, &c.* Quod de Argentariis sive Trapezitis, accipi debet, quos ubique eo nomine vellicat Plautus, quasi maleiis credatur, utpote qui sæpe foro cedebant. Hi in ea parte fori, ubi templum fuit Castoris, tabernæ suas habuerunt, ut privati in foro quoque eodem consistere solebant, sed in eo loco qui dicebatur, *sub Veteribus*. Salmast.

21. *Venditam.*] In Tusco vico homines liberi consistere soliti, qui se venales postularent. illudque Horat. 2. Sat. 3. *Tusci turba impia vici*; contra interpretes hac traho: cum foeneratores non in Tusco vico, sed *sub Veteribus* assidui fuerint. Ravard.

22. *Velabro.*] V. N. Capt. act. 3. 2. v. 29.

23. *Vel pistorem vel lanium.*] Quare omnes hoc & sequenti versu, utique sequenti, comprehensos accipiam pro illis, qui sese ad rem divinam privatam conductos cuperent, intereaque ibidem starent otiosi, & pistorem pro nescio quo fictore, qui paravit fictas hostias humilioribus, quod ex Gutherio huc allevere; nihil rationis video. Est hoc, qualla illius multa. Tu vero pistorem & lanium accipe simpliciter, qui vulgo his verbis significantur. Grohov.

24. *Vel qui alii ut vorsentur.*] Hæc Lipsii conjectura est. MSS. *vel qui alii subvors.* Hoc est, vel qui ipsi vortant ac mutant merces munuscularii negotiato-

res, vel præbeant institutoribus merces, quibus exercent negotiationem sub aliis, quas mutant dominorum vice. Finxit enim *subvorsari*, ut *supprimam*; *subhætionem*; ille apud Quintilianum *subcanant*, Ovidius *subnuba lecti*. Vide de Pec. vetere lib. 4. cap. 14. *Grænovius*. *Diis dampnosos maritos.*] Scribendum; *Dites*; *dampnosos maritos*. Ita legendum hic & supra. Et potest fieri ut in his duobus locis, dites & dampnosos mariti versari soliti fuerint, ideo eundem verbum de illis repetiit: *Dampnosos maritos* appellant non profusos; qui scortantur & potant; sed quos uxores sumptuosæ & prodigæ damno sequebant, qui propter uxores multum impendebant. Nam *dampnosus* est *duravitus*. Aliud est homo *dampnosus*, alius *maritus dampnosus*. Is dicitur, qui propterea quod est maritus prodigæ, in uxorem nempe quæ sumptibus vitum exhaurit. Salmast. *Leucadiam Oppiam.*] *Leucadiam Oppiam* cum dicit, opinor, domum intelligit Libertæ Oppiorum, quæ *Leucadia* vocabatur; in foroque habitabat: ad quam *dampnosus* & nequam mariti plerumque diveirebant. Certe in illa Urbis regione erat Oppiorum domus: cum ænigmatice *Oppies de Velia* nominet Cic. lib. 7. ad Attic. 13: Sed in antiquis voluminibus; *operiam* (ut sit, expectabo) scribitur: ut non dubitem pronunciate. *Leucadiam* fuisse Leucadiorum in foro stationem; ut *Gracostasum*, quæ à Græcis nomen habebat. Turneb.

## ACTUS QUARTI SCENA SECUNDA.

CURCULIO, CAPPADOX, LYCO.

**I**TU præ, virgo: non queo, quod pone me est, servate, M. Cam. El. tu prode, virgo,

Et aurum, & vestem omnem suam esse ajebat, quicquid hæc haberet. M. Cam. cuiquam hæc hab.

CA. Nemo it inficias. Cu. attamen meliusculum est monere.

LY. Memento promississe te, si quisquam hanc liberali

5 Causâ manu assereret, mihi omne argentum redditum iri, Minas triginta. CA. meminero. de istoc quietus esto. M. Cam. meminero de istoc, quietus esto.

Et nunc idem dico. Cu. & commemnisse ego hæc volam te.

CA. Memini, & mancipio tibi dabo. Cu. egon' ab lenone quicquam

Mancipio accipiam? quibus sui nihil est, nisi una lingua,

10 Qui abjurant, si quid creditum est, alienos mancupatis,

Athenos manumittitis, alienisque imperatis.

Nec vobis auctor ullus est, nec vosmet estis ulli.

Item

4. **M**emento prom. &c.] Non assentior iis, qui admonitionem istam de evictione promissa, non Lyconi, sed Curculioni tribuunt, ea ratione, quasi nihil ad Lyconem pertineret. Sed hoc potius est. Stipulatio illa à Milite facta fuerat præsenre Lycone, ut apparet infra act. 5. 3. Et quia Lyco pecuniam nomine militis numerare debebat, ideo stipulatus fuerat Miles, si virgo manu adfereretur, Lenonem aut sibi aut Lyconi tanquam Militis negotiorum gestor pecuniam reddere debere. Fuit itaque Lyco tanquam *adjectus* solutioni, ut] Cui loquuntur. Ideo recte & caute loquitur Lyco. Non dicit *sibi* promissum, sed in genere *promissum* (scil. Militi stipulanti,) pecuniam *mibi* (tanquam *adjecto*) redditum iri. Et ideo ait, *sibi redditum iri*: quia numeraverat. quod de Curcul. dici non potest. Hic planiss. sensus est: & ita recte sequitur id, quod

Curculio subjungit, *Et meminisse hæc ego volam te*. Quibus verbis Curculio id, quod quidem antea ignoravit, callide tamen arripit, quasi pro Milite sollicitus, cum suum ipse potius negotium gerat. *Pistoris.*

8. *Mancupio tibi dabo.*] Qui alteri quicquam mancupio tradit, ita dar quasi suum: ut accipientis illico faciat, dominiamque transferat pure atque in perpetuum, hoc est, sine diei atque conditionis adjectione; cum sit *mancupatio actus* legitimus: atque adeo cum auctor sit, de evictione teneatur auctoritatis nomine, qui rem accipientis non fecerit. *Faber Semestr. lib. 2. cap. 23.*

10. *Abjurant.* *Abjurata*, est rem alienam perjurio negare, ait *Servius* ad illud 2. Æn. — *abjurataque rapina*. Quamquam hujus explicatio huic potius loco convenit, quam Virgiliano.

12. *Auctor.*] *Auctor* is est, qui rem suo

Item gentis est lenonitum inter homines, meo quidem animo;  
Ut mulcæ, culices, pedesque, pulicesque,

15 Odio & malo & molestiæ: bono usui estis nulli.

Nec vobiscum quisquam in foro frugi consistere audet.

Qui constitit, culpant eum, conspuitur, vituperatur:

Eum rem fidemque perdere, tametsi nihil fecit, ajunt.

LY. Edepol Lenones, meo animo, novisti; lusce, lepide.

20 Cu. Eodem, hercle; vos pono & paro. patilsumi  
estis iibus.

*Pris.  
libus.*

Hi saltem in occultis locis prostant, vos in foro ipso.

Vos scenore, hi male suadendo, & lustris lacerant homines;

Rogitationes plurtimas propter vos populus scivit;

Quas vos rogatas rumpitis: aliquam reperitis rimam:

25 Quasi aquam ferventem, frigidam esse, ita vos putatis leges:

LY. Tacuisse mavellem: Cu. au! male meditate

*scil. haud  
male, &c.*

male dicax es.

Cu. INDIGNIS si male dicitur, maledictum id  
esse dico:

*Lamb.  
duco.*

Verum si dignis dicitur benedictum est; meo quidem animo.

Ego mancipem te nihil moror, nec lenonem alium quemquam.

30 Lyco; nunquid vis? LY. bene vale. Cu. vale. CA. heus tu;  
tibi ego dico.

Cu. Eloquere, quid vis? CA. quæso ut hanc cures; bene ut  
fit isti.

Bene

suo periculo vendit: unde *Auctoritas*  
pro evictione apud Venulejum & Paul-  
lum J.C. *Bosius.*

20. *Vos.* ] Trapezitas, Trinum. act.

2. 4. *libus*, pro *is*. Milit. act. 1. 1.

24. *Rogatas.* ] Id est; confirmatas ro-  
gationibus.

25. *Quasi aquam, &c.* ] Ut enim  
aquam ferventem, quamdiu fervet,  
nemo tangere audet: ubi refrigit, ne-  
mo tangere dubitat: ita leges, primum  
latæ, valent & metuuntur; cum tem-  
pore obsolescunt, & negliguntur *Lam-  
binus.*

26. *Au! male medis.* ] Ausum ego

adseverare, non *meditate* sed *medita-  
to*, dandi casu legendum, ut subau-  
diatur, *mibi*: usque hoc significet  
Cappadox: Curculionem *male*, id est;  
non recte dicacem & contumeliosum  
esse in se, qui statum paratus instru-  
tusque (hoc enim *male meditato* est)  
ad decetrandum cum eo maledictis  
venerit. Omnis proinde arguita in am-  
bigua significatione *quæ male* posita  
sacit. *Meditatum* porro haud aliter  
sane à Plauto usurpari; notum est.  
*Donza.*

29. *Mancipem.* ] Id est, prædem seu  
fidejussorem.

32. *Edo.*

Bene ego istam eduxi meæ domi & pudice. Cū. si hujus miseret,

Ecquid das, quī bene sit? CA. malum. Cu. tibi opus est hoc, qui te procures.

CA. Quid stulta ploras? ne time, bene, hercle, vendidi ego te.

35 Fac sis bonæ frugi sis. sequere istum bella belle.

LY. Summane, nunquid nunc jam me vis? Cu. vale atque salve,

Nam & operam & pecuniam benigne præbuiisti.

LY. Salutem multam dicito patrono. Cu. nunciabo.

LY. Nunquid vis, Leno? CA. istas minas decem, quī me procurem.

40 Dum melius fit mihi, des. LY. dabuntur. cras peti jubeto.

CA. Quando bene gessi rem, volo hīc in fano supplicare.

Nam illam minis olim decem puellam parvolam emi.

Sed eum qui mihi illam vendidit, nunquam postilla vidi:

Petisse credo. quid id mea refert? ego argentum habeo.

45 QUOI HOMINI Dei sunt propitii, lucrum Balm. Lucrum est profecto optimum. ei profecto objiciunt.

Nuncrei divinæ operam dabo. certum est bene me curare.

32. *Eduxi.*] *Educere* ad Corpus; *Educere*, ad Ingenium pertinet. *Lambin.*

59. *Decem minas.*] Minas triginta dederat Lyco Lenoni pro virgine, restabant decem pro auro & veste. *Lamb.*

## ACTUS QUARTI SCENA TERTIA.

THERAPONTIGONUS, LYCO.

NON ego nunc mediocri incedo iratus iracundia,

Sed eaple illa, qua excidionem facere condidici oppidis.

Nunc nisi tu mihi propere properas dare jam triginta minas,

Quas ego apud te deposivi, vitam propea ponere.

5 LY. Non edepol nunc ego te mediocri maesto infortunio.

Sed eopse illo, quo maestare soleo, quoi nihil debeo.

TH. Ne te mihi facias ferocem, aut supplicare censeas.

LY. Nec

4 **D** *Epofivi.*] *Pro deposivi.* utitur & Catullus.

7. *Facias ferocem.*] Vide Moskell. a. 4. 1. *Ferocem*, superbum, magni animi.

- LY. Nec tu me quidem unquam subiges, redditum ut reddam tibi,  
 Nec daturus sum. TH. idem ego istuc quom credebam, credidi
- 10 Tenihil esse redditurum. LY. cur nunc à me igitur petis?  
 TH. Scire volo quoi reddidisti. LY. lusco liberto tuo,  
 Is Summanum se vocari dixit, ei reddidi,  
 Qui has tabellas obsignatas attulit. TH. quas tu mihi tabulas?  
 Quos tu mihi luscos libertos? quos Summanos somnias?
- 15 Nec mihi quidem libertus ullus est. LY. facis sapientius,  
 Quam pars latronum, libertos qui habent, & eos deserunt.  
 TH. Quid fecisti? LY. quod mandasti, feci tui honoris gratia;  
 Tuum qui signum ad me attulisset, nuncium ne spernerem.  
 TH. Sultior itulto fuisti, qui iis tabellis crederes.
- 20 LY. Quis res publica & privata geritur, nonne iis crederem?  
 Ego abeo. tibi res soluta est recte. bellator vale.  
 TH. Quid valeam? LY. at tu agrotas, si lubet, per me, atatem quidem.  
 TH. Quid ego nunc faciam? quid refert me fecisse re-  
 gibus,  
 Ut mihi obedirent, si hic me hodie umbraticus deriserit?

mi. Vide Mostell. act. 4. 2. *Supplicare*, met tibi. Vid. Epid. 5. 2.

13. *Tabulas*.] Si vera est scriptura, de quo dubito, pronunciansum x<sup>r</sup>, *ovisnorlu*, *tablas*. De qua scriptura, etsi alias etiam facio conjecturas, hæc tamen est præcipua: *tabellas* aliquem adscripsisse explentem sensum: Plautum autem fecisse *xat* *imeis*, *quas tu mihi?* nimirum *tabellas*. Camer.

14. *Quos tu mihi*.] Lyco usus erat numero singulari. Miles autem eadem nomina ponit in plurali. Notat hoc

*Donatus* ad id Terent. Adolph. *turbas*, *lampadas*, *sibicinas*, his verbis: *Bona totum pluraliter; ut qui reprehendit.* Sic Plautus multa, *Quas tu mihi*, &c. Lambinus. *Somnias*.] Id est, nugaris & blateras. Turneb. Vid. Menæchm. 2. 3.

16. *Latronum*.] Id est, militum. Vid. Milit. act. 1. 1. *Donz*.

24. *Umbraticus*.] Homo in umbra educatus, & ignavus; non sub dio, & strenuus. Truculent. dicitur *Umbraticola*. Vid. ibid. 2. 7.

## ACTUS QUARTI SCENA QUARTA.

CAPPADOX, THERAPONTIGONUS, MILES.

Quoi homini dii sunt propitii, ei non esse iratos puto.

Postquam rem divinam feci, venit in mentem mihi,

Ne trapezita exulatum abierit, argentum ut petam:

Ut ego potius comedim, quam ille. TH. iusseram salvere te.

CA. Therapontigonoplatagidore, salve: salvus quum advenis

In Epidaurum, hic hodie apud me nunquam delinges salem.

TH. Bene vocas. verum vocata res est, ut male fit tibi.

Sed quid agit meum mercimonium apud te? CA. nihil apud me quidem.

Ne facias testes: neque equidem debeo quidquam. TH. quid est?

CA. Quod fui juratus, feci. TH. reddin', an non, virginem, Priusquam te huic meæ macharæ objicio, mastigia?

CA. Vapulare ego te vehementer jubeo: ne me tectites.

Illa abducta est: tu auferere hinc à me, si perges mihi

Male loqui profecto: quoi ego, nisi malum, nihil debeo.

TH. Mihin' malum imitare? CA. atque edepol non imitabor, sed dabo,

Mih

1. *Quoi homini.*] Poterit versus hic usurari, cum suspicamur ne Princeps bona fide se nobis amicum præstat, vultu inquam & voce; sed corde aliud volutat. *Gruter.*

4. *Iusseram.*] Malim, *iusserim.* tum, quia non iusserat sane; tum, quia pulchre id exprimat fastidiosum aut iratum salutariorum. *Acidali.*

6. *Delinges salem.*] Nedum ut *cana adventita* tibi detur. Jam *salem lingera*, dicuntur, qui perquam tenuiter viciant. Nam apud veteres in tenuiorum cœnis, salem loco cibi fuisse notum est. *Sali*, acetum noster addit in *Rud.*

4. 2. *Lambinus.* Moris fuit veteribus salem in mensa hospitibus apponere, eo concordiam inter se mutuo optantes; ut ex aqua & terra ille constat. *Mens.*

7. *Vocata res est.*] Sic *Sticho*, act. 3. 3. *vocata est opera.*

9. *Ne facias testes*] Qui simpliciter monet accipere dum: ne in testibus contra me adducendis aut subornandis multum ac incassum labores: ludit operam. Si quis in re dubia aut unde lis oriri possit, audiebat adversarium imprudentes dicentem, quo convinceretur aut teneretur, præteriens aut subito prætereuntes appellabat, me minissent hoc ab isto dictum, inque eam rem, ubi opus foret, testimonium perhiberent. Repentinum hoc erat, & nullus locus subornandis Terent. *Adelph.* 2. 1: *Ubi me dixerò dare tanti, testes faciet illic vendidisse me.* Noli sperare verbis me abs te circumventum iri, ut si quid ambiguum dixerò, tu arreptum, id appellatis testibus mandes. *Gronevius.*



Mihi si pergis molestus esse. TH. Leno minitatur mihi?

Meaque pugnae praeliaries plurimae obritae jacent? Lamb. meaque pugnae & praeliis, & res plur. acc.

At ita me machæra & clypeus

Bene juvent pugnantem in acie: nisi mihi virgo redditur,

20 Jam ego te faciam ut hic formicæ frustillatim differant.

CA. At ita me vossellæ, pecten, speculum, calamistrum meum

Bene me amassint, meaque axicia, linteumque extersum;

Ut ego tua magnifica verba, neque istas tuas magnas minas

Non pluris facio, quam ancillam meam, quæ latrinam lavat.

25 Ego illam reddidi, qui argentum à te attulit. TH. quis is est homo?

CA. Tuum libertum sese ajebat esse Summanum. TH. meum?

Attat! Curculio, hercle, verba mihi dedit, quum cogito.

Is mihi anulum furripuit. CA. perdidistin' tu anulum?

Miles pulchre centuriatus est expuncto in manipulo.

30 TH. Ubi nunc Curculionem inveniam? CA. in tritico facillimè

Vel quingentos Curculiones pro uno faxo reperias.

Ego abeo, vale atque salve. TH. male vale; male sit tibi.

Quid

17. *Pugna praeliaries.*] *Praeliaries pugnae* dixit ad distinctionem velitationum, quæ verbis fiunt. Nam & pugnare verbis dicebant, ut & Græci *μὴ γὰρ ἀμύχῃ*, unde & *λαγμῶν χῆμα*. *Salmas. Obritæ.*] Vide Stich. *act.* 3. 1.

20. *Frustillatim.*] Vide Bacch. *act.* 4. 8. L. autem: *Ut hinc formica.* Scriberius.

21. *Vossellæ.*] *Vossellæ* sive *Vossellæ* instrumentum, quo pilos radicitus è corpore extirpant: *τριχολαβίς*.

22. *Axicia.*] *Fortex*, quo serantur capilli: quasi *exicia*, ab *exicando*. nam *exicare*, pro *exsecare* dicitur. Turneb. *Veneris & Colon.* leg. *exicia*. Lamb. legit *excursia*, & interpretatur parvas scopas, quibus excutitur pulvis è vestibus. *Linteumque extersum.*] *Capt.* *act.* 2. 2. nominatur *involucro*. Lamb. mavult interpretari mantide, *χρησπῶν ἰσῆρ*. I. Palm. leg. *lintheumque extersum*, id est, linteum ad extergendum comparatum: (quam emendationem *Douglas* ait verissimam.) Ita Sallust. *Et alia, aqua portanda, conquiri jubet.*

29. *Centuriatus est.*] *Centunatus* mi-

les dicitur, in centuria adscriptus. At facere & suo sale comicus dicit eum centuriatum esse in expuncto manipulo, id est, adscriptum esse manipulo exauctorato, & à militia dimisso. *Salmasius. Expunctus in manipulo.*] *Quemadmodum lecti milites in tabulas & codices (vocant Pittacia, Breves, Laterculum, Matriculam) referebantur & scribebantur, ita debebantur non milites & rejacti.* quo respexit Plutus. Et explicavit Scholiastes verus in hoc Persii: *Proximius expungam. Tractum à militibus, qui expuncti decuntur, dum foras à militia emittuntur. Solebant & mortuos ibi notare, & Theta suum affigere.* Lipsius.

30. *In tritico.*] Alludit ad Curculionem, qui vermis est, frumenta exinanians, ut Varro ait, Græcis *κίς*. Virg. 1. Georg.

— *populæque ingentem fartis aceruam*

*Curculio.* —

Lamb.

31. *Reperias.*] Alii *reperies*. Vide Aulul. 3. 5.

I. Antia

Quid ego faciam? maneam an abeam? ficcine mihi esse os oblitum?

Cupio dare mercedem, qui illunc, ubi sit commonstret mihi.

## ACTUS QUINTI SCENA PRIMA.

## CURCULIO.

**A**ntiquom Poëtam audivi scripsisse in Tragœdia:  
MULIERES duas pejores esse, quam unam. res ita est.

Verum mulierem pejorem, quam hæc amica est Phædromi,  
Non vidi, neque audivi, neque pol dici, nec fingi potest

5 Pejor, quam hæc est: quæ ubi me habere hunc conspicata est  
anulum,

Rogat unde habeam. quid id tu quæris? quia mihi quæsito' st  
opus.

Nego me dicere. ut eum eriperet, manum arripuit mordicus.  
Vix foras me abripui, atque effugi. apage istanc caniculam.

1. **A**ntiquom Poëtam, &c.] Totius hujus loci hæc sententia est; omnis mulier mala est. Πᾶσαι γυναῖκες ἄλλοι ἔσσι, ut est in veteri Epigrammate. Duas igitur mulieres pejores una esse, rectissime olim dictam est. Malum quippe malo addito augetur. At ego in una Phædromi amica, quidquid ma-

lorum singulæ mulieres divisum tenent, conjunctum inveni. Bonherrius.

5. *Qua ubi me hunc.*] Ab hoc loco initium capit, ἀναγινώσκουσας, id est, agnitio. Lambin.

8. *Caniculam.*] Planesium, quæ mordet ad instar caniculæ. Idem.

## ACTUS QUINTI SCENA SECUNDA.

PLANESIUM, PHÆDROMUS, CURCULIO.  
THERAPONTIGONUS.

**P**hædrome, propera. PH. quid properem? PL. Parasitum ne amiseris.

Magna res est, PH. nulla est mihi: nam, quam <sup>Ar. PL. ce-</sup> habui, absumpsi celeriter. <sup>kerat Tene.</sup>

PL. Tene. PH. quid negotii est? PL. rogita, unde istunc habeat anulum:

Pateristum meus gestitavit. Cu. at mea matertera.

PL. Mater

2. **N**ulla est.] Jocus ex ambiguo, in voce res, quam illa negotium

magni momenti interpretatur, hic fortunas & rem familiarem. Lamb.

5 PL. Mater ei utendum dederat. Cu. pater tuus rufum tibi.

*Frax. rufum tibi.*

PL. Nugas garris. Cu. soleo. nam propter eas vivo facilis. Quid nunc? PL. obsecro, parentelne meos mihi prohibeas? Cu. Quid? ego sub gemman' abstrusos habeo tuam matrem & patrem?

PL. Libera ego sum nata. Cu. & alii multi, qui nunc serviunt,

10 PL. Enimvero irascor. Cu. dixi equidem tibi, unde ad me hic pervenerit.

Quoties dicendum est? clusi militem, inquam, in alea.

TH. Salvos sum; eccom, quem querebam. quid agis, bone vir? Cu. audio.

Si vis tribus bolis, vel in chlamydem. TH. quin tu is in malam crucem

Cum boletis, cum bulbis: redde etiam argentum, aut virginem.

*Don't. reddi' etiam argentum aut virginem e'*

15 PH. Quod argentum, quas tu mihi tricas narras? quam tu virginem

Me repositis? TH. quam ab Lenone abducti hodie, scelus viri.

PH. Nullam abduxi. TH. certe eccistam, video. PH. virgo hæc libera est.

TH. Mean' ancilla libera ut sit? quam ego nunquam emissi manu.

PH. Quis tibi hanc dedit mancipio? aut unde emisti? fac sciam.

20 TH. Ego quidem pro ista rem solvi ab trapezita meo. Quam ego pecuniam quadruplicem abs te & Lenone auferam.

PH. Qui

6. *Vivo facilis.*] Nihil verius. Nugarum enim tractatio propria Parasitiorum provincia. Merito ergo propter eas ipsas *facilis*, id est, lautius atque ex sententia se victuritate gloriantur Curculio. Vid. Epid. act. 2. 2. Douza.

11. *Elusi.*] *Eludeo*, inquit Donatus, gladiatorum est, cum vicesunt, & Ludo finem impoluerit. Horat. 1. Sat. ult. *Davoque Chremata Eludente senem.* ProPERT. 2. el. 2. *Sic à Dulichis juvenis est elusa Calypso.* Passerat.

13. *Tribus bola.*] Id est, talorum tabulis. Vide Rudent. 2. 3. Vel. ] Vide

Mil. act. 1. 1. *In Chlamydem scil. paratus sum ludere.* Taubm.

14. *Cum bolet.*] Jocus stomachantis Militis ex annominatione. Est autem *boletus*, species fungi, solus innocuus: *βουλβου.* *Bulbus*, radix rotunda tunicata. Lamb.

15. *Tricas.*] Notandum, *τρίκων* *tricus*, haud *Τρίκωνibus argentarius*, modo, verum etiam *Tricassus*, nomen inditum; idem significantibus. Lucillius,

*Hic tricassus, bovinatorque ore improbus duro,* &c. Douza.

21. *Quadruplicem.*] Actione furti manifesti,

PH. Qui scias mercari furtivas atque ingenuas virgines,  
Ambula in jus. TH. non eo. PH. licet te antestari? TH. non  
licet.

PH. Juppiter te male perdat: intestatus vivo.

25 Cu. At ego, quem licet, te. PH. accede huc. TH. servom an-  
testari! vide.

Cu. Hem! ut scias me liberum esse. TH. ergo ambula in jus.  
heus tibi.

Cu. O cives, cives! TH. quid clamas? PH. quid istum tibi  
tactio est?

TH. Quia mihi libitum est. PH. accede huc tu: ego illum  
tibi dedam, tace.

Cu. Phædrome, obsecro, serva me. PH. tanquam me & Ge-  
nium meum.

30 Miles, quæro ut mihi dicas, unde illum habeas anulum,  
Quem Parasitus hic te elusit. PL. per tua genua te ob-  
secro,

Ut nos facias certiores. TH. quid istuc ad vos attinet?

Quæritis chlamydem & macharam hanc, unde ad me perve-  
nerit.

Cu. Ut fastidit gloriosus! TH. mitte istum: ego dicam  
omnia.

35 Cu. Nihil est, quicquid ille dicit. PL. fac me certiozem  
obsecro.

TH. Ego

nifesti, qua persequimur quadrupli pec-  
nam. *Lambin.*

23. *Licet te antestari.* ] Licetne mi-  
hi aliquem eorum, qui hic adsunt  
monere, ut mihi testificetur, me mi-  
litem in jus vocasse? Vide *Pesca act.*

4. 9. *Lambinus. Non licet.* ] Quia ne-  
mo liber adit, qui testis esse possit.  
*Lamb.*

24. *Intestatus.* ] V. N. Sc. sequentis  
§f. 17. & Milit. act. 5.

25. *At ego, quem, &c.* ] Non li-  
cuit veterum more, in jus vocatum in-  
vitum quoquo modo in jus ducere.  
Nec eam vis inferendæ rixæque concitandæ,  
quoties in jus vocatio à privatis  
fieret, occasionem veteres aut probasse

aut admisisse. *J. Robertus.*

27. *O cives, cives!* ] Solebat is, cui  
vis aliqua fiebat, siquidem rusiageret,  
*jubilare*: sin vero in Romana civitate &  
civis esset, *queritare*, quod est *Querita*  
*conclamare*, inquit *Donatus*, quo spectat  
hoc *Plauti. Ravard.*

28. *Accede huc tu.* ] Scil. tu miles,  
& ausulam mihi ptehende, si audes.  
*Lamb.*

31. *Quem elusit.* ] Quem tibi dor-  
mienti & eluso ademit. *Taubm.*

34. *Fastidit.* ] Vide *Sticho act. 5.*  
4. & extrema *Truc. Mitte istunc.* ]  
Scilicet *Cutculionem*, quem retine-  
bat *Phædromus*, ne à milite vapula-  
ret. *L. D.*

TH. Ego dicam: surge. hanc rem agite, atque animum advortite.

Pater meus habuit Periphanes. PL. Periphanes?

TH. Is, priusquam moritur, mihi dedit tanquam suo, Ut æquom fuerat, filio. PL. proh Juppiter!

40 TH. Et iste me hæredem fecit. PL. pietas mea, Serva me, quando ego te servavi sedulo.

Frater mi, salve. TH. qui credam istuc ego? cedo, Si ver a memoras, quæ fuit mater tua?

PL. Cleobula. TH. nutrix quæ fuit? PL. Archestrata,

45 Ea me spectatum tulerat per Dionysia.

Postquam illo ventum est: jam ut me collocaverat,

Exoritur ventus turbo: spectacula ibi ruunt:

Ego pertimesco: tum ibi me, nescio quis, arripit,

Timidam atque pavidam, nec vivam, nec mortuam.

50 Nec, quo me pacto abstulerit, possum dicere.

TH. Meministin' hanc turbam fieri! sed tu dic mihi,

Ubi is est homo, qui te surripuit? PL. nescio.

Verum hunc servavi semper mecum una anulum.

Cum hoc olim petii. TH. cedo ut inspiciam. Cu. Sanan'es,

55 Quæ isti committas? PL. sine modo. TH. pro Juppiter!

Hic est quem ego tibi nisi natali die.

Tam facile novi, quam me, salve, mea foror.

PL. Frater mi salve. PH. deos volo bene vortere

Istam

36. *Surge.*] Inçumbebat enim in genua Militis Planesium. L. D.

41. *Servavi.*] Id est, observavi, colui. L. D.

47. *Ventus turbo.*] Apulejus: Turbo dicitur, qui repentinu flatibus preflit, & omnia turbat. à Lucret. *ventus versabundus* dicitur. *Spectacula.*] Aulæ & cetera instrumenta scenica Theod. Marcellius censet *Spectaculum* hic dici cum Servio 5. 1. *Theatrum, sive Viserium*, ut Cassiodorus vocat. Ludi autem Scenici in Theatro edebantur; in Amphitheatro Gladiatorii ac Venatorii: illudque Veneci sacrum, hoc Marti.

49. *Nec vivam.*] Id est, semianimem. Vide Muret. Var. lib. 17. cap. 13.

51. *Meministin'.*] Mirum ni meminerit turbam fieri, quæ etiam multis verbis eam, ut facta est, explicarit. itaque oraculum putato, non conjecturam, *Meministin' hanc turbam fieri*, nam de sua memoria loqui Militem, non Planesii manifestum est. I. Gul.

53. *Vna anulum.*] Alium ab eo, quem Parasitus Militi surripuerat. Deuz. Atque ita hic locus tuendus est, qui alioquin à I. Cas. Scal. in Hypecritico e. 3. vapulat.

58. *Deos, &c.*] *Vortere* hoc loco est *ἀποστρέφειν*. sic Terent. Adolph.

*Mz. Puer natus est. Mr. Di bene vortant.* Ubi notat *Donatus*, in omnibus quæ cupite vincerint, *Dii bene vortant*, dici solere;

Istam rem vobis. Cu. & ego nobis omnibus.

60 Tu ut hodie adveniens cœnam des sororiam:

Hic nuptialem cras dabit. Ph. promittimus.

Th. Tace tu. Cu. non taceo, quando res vortit bene.

Tu istanc desponde huic, miles: ego dotem dabo.

Ph. Quid dotis? Cu. egone? ut semper, dum vivat, me alat.

65 Th. Verum hercle dico, me lubente feceris.

Et leno hic debet nobis triginta minas.

*Phil. sed  
hic leno.*

Ph. Quamobrem istuc? Th. quia ille ita re promisit mihi,

Si quicquam hanc liberali asseruisset manu,

Sine controversia omne argentum reddere.

70 Ph. Nunc eamus ad Lenonem. Th. laudo. Ph. hoc prius  
volo,

Meam rem agere. Th. quid id est? Ph. ut mihi hanc despon-  
deas.

Cu. Quid cessas, miles, hanc huic uxorem dare?

Th. Si hæc volt. Pl. mi frater, cupio. Th. fiat. Cu. bene  
facis.

Ph. Spondeſne, miles, mihi hanc uxorem? Th. spondeo.

75 Cu. Et ego hoc idem tunc spondeo. Th. lepide facis.

Sed ecum lenonem, incedit, thesaurum meum.

lere: quia sæpe homines ea optaverunt, quæ aliis aliter arque expectaverunt, contigissent, quam potestatem rerum vertentium semel in utramque partem, Verum no Deo superesse, Veteres existimaverunt.

60. *Cenam des sororiam.* ] *Cena sororia*, est quæ datur sorori nuper agnitæ: ut *adventoria* quæ datur amico advenienti, notoque. *Salmas. Epid. 1. 1.*

63. *Tu istanc.* ] Recte hic rogarur Miles, ut sororem suam viro despondeat: nam patre mortuo, frater sororis pupillæ legitimus tutor est. *Deuz.*

65. *Verum hercle.* ] Hunc versum *Curc.* Parasito do: qui per ridiculam asseverat, se serio plane dotem illam constituere: & velle, ut Miles ea conditione

sororem despondeat. Neque enim hic consentire potest Phædr. qui infra deum deliberet, & è sorore exquirat, utrum velit, &c. *Pistoru.*

68. *Hanc liberali, &c.* ] Scilicet *caussa*, Vide N. supra act. 1. 3. & Pœn. 4. 2.

75. *Et ego hoc idem.* ] Lego: Ph. *Et ego huic cibum una spondeo.* ut respexerit ad superiorem cibi perperui flagitationem *Curculionis. Acidal.*

76. *Thesaurum meum.* ] *Lambinus thesaurum meum* interpretatur, vel apud quem deposui xxx. minas: vel, unde tanquam ex thesauro depromam nummorum quantum volam. Porro, versiculus hic palam corruptus est. Suspicio levi mutatione legendum: *Sed ecum lenonem; incedi in thesaurum meum.* *Boxh.*

## ACTUS QUINTI SCENA TERTIA.

CAPPADOX. THERAPONTIGONUS,  
PHÆDROMUS, PLANESIUM.

**A**rgentariis male credi, qui ajunt, nugas prædicant,  
Nam & bene & male credi dico: id adeo hodie ego ex-  
pertus sum.

Non male creditur, qui nunquam reddunt, sed profum  
perit.

Velut decem minas dum *hic* solvit omnîs mensas Lamb. vel do-  
cem minas.  
transiit.

Postquam nihil fit, clamore hominem posco. ille in jus me  
vocat.

Pesume metui, ne mihi hodie apud Prætorem solveret.

Verum amici compulerunt, reddit argentum Quid. Miss. reddet.  
Miss. redderet arg.  
domo.

Nunc

3. **NON male creditur.** Creduntur  
proprie nummi qui redduntur;  
quemadmodum contra proprie debentur,  
quæ deinde solvuntur. Inde argutia  
*Martialis* 2. Epigr. 3.

*Sexte nihil debes; nil debes, Sexte fa-  
temur.*

*Debet enim, si quis solvere, Sexte, potest.*  
Tornozup. Hoc significat *Lens*: credere  
pecuniam argentariis, non est male  
credere, ut nonnulli dicunt. Nam qui  
male credit alicui pecuniam, spem ta-  
men habet aliquam recuperandi, nec  
profus perdit: at qui Argentariis cre-  
dit, profus perdit: ergo nugantur,  
qui ajunt Argentariis male credi. *Lamb-  
binus.*

4. **Omnis mensas.** Scil. aliorum ar-  
gentiorum, ex quibus has decem mi-  
nas corrogavit. *Lamb. D.*

5. **Postquam nihil fit.** Sic Cicero l. 7.  
fam. 13. An hoc significat, nihil fieri,  
frigere te? Gronov.

6. **Apud Prætorem.** Per cessionem  
bonorum. *Lambinus. D.*

7. **Amici compulerunt.** Lego centu-  
lerunt. Mos fuit pulcherrimus & vere

pius apud Græcos, sublevandi amicos  
pauperes. Erant enim sodalitates, quæ  
habebant communem arcam, in quam  
quot mensibus certum quid à singu-  
lis penderetur, ut esset unde juvari  
possent, qui ex illa sodalitate fortunam  
adversam aliquo modo essent experti.  
Tales itaque accipiebant ab istis amicis  
& sodalibus pecuniaz aliquam summam,  
ea lege, ut si Deus aliquando melio-  
ra daret, quantum esset erogatum,  
tantundem ipsi restituerent. Et hanc  
stipem collatitiam vocabant *ἔπειρον*, &  
factum ipsum *ἔπειρησις*. Nec raro acci-  
debat, ut importuni exactores debito-  
rem adirentur, cum ille ab amicis  
eranum, id est, pecuniam erani nomi-  
ne collectam, auferret. *Casaubonus.*  
Non male, nisi obtarent, sequentia;  
*reddit argentum domo.* Nam *domo reddit*,  
qui promittit de arca propria, quod an-  
tea ibi repositum habebat: ut ita collati-  
tia pecunia amici eum non juverint.  
*Gronovus.* Immo id ipsum, quod con-  
tulerunt amici, *reddit domo*; non enim  
à mensa, neque apud prætorem: qui-  
bus hic opponitur *τὸ δαμο*; non col-  
latio-

Nunc domum properare certum est. TH. heus tu Leno, te volo.

PH. Et ego te volo. CA. at ego vos nolo ambos. TH. Ita sis, ilico.

10 Atque argentum prope propera vomere. CA. quid mecum est tibi?

Aut tecum? aut? TH. quia ego ex te hodie faciam pilum catapultarium:

Atque ita te nervo torquebo, itidem uti catapultæ solent.

PH. Delicatum te hodie faciam cum catello ut accubes,

Ferreo ego dico. CA. at ego vos ambo in robusto carcere,

15 Ut pereatis. TH. collum obstringe, abduce istum in malam crucem.

PH. Quid? quid est? ipse ibit potius. CA. proh deum atque hominum fidem!

Hocne pacto indemnatum atque intestatum me arripit?

Obse-

lioni aut ignis. Fallitur Gruterus, & Casauboni conjectura nihil verius. Cicero lib. 2. de Offic. *Liberales autem, qui sui facultatibus aut captos à prædonibus redimunt aut ad alienum suscipiunt amicum.* Cozælius Nepos Epaminonda, uti inter alia: *samque summam cum faceret, priusquam acciperet pecuniam, adducebat eum, qui quærebat, ad eos, qui conferebant, eique ut ipsi numerarent, faciebat.* Gronovius.

10. Vomere.] Tralatio est à ventriculo, qui cibi impatiens eum revomit. Dignus homine militari sermo. Taubmannus.

11. Aut tecum? aut? Additurus erat, mihi: sed Miles interrumpit Douza. Acidalius ita distinguit: *aut tecum? Mi. aut? quia ex te hodie fac. auctoritate, ut ait, veterum editionum. Hædie, Comice additur, & abundat in ornatum, ut statim: delicatum te hodie faciam. Pilum catapultarium.* Id est, jaculum, quod est catapultæ mittitur. Taubm.

12. Nervo.] Sic Vitruvius lib. 10. cap. 15. *Per qua tenduntur nervi tor-*

*ti, qui brachia continere catapultarum debent.*

13. Delicatum.] Quis non videret multo ita elegantius hæc Phædromuræ dicere, quasi succinentem Militi? Hic quidem è re militari de catapultæ exemplum ducens; Phædromus autem; ut delicatus & amatorius adulescens, de delitiis. Certe Lenonem ab utroque irritatum, ostendit responsum ejus: *At ego vos ambo. &c. Pistor. Catello. Ambiguum.* Festus. *Catellus genus quoddam vinculi, qui interdum Canu appellatur.*

14. Ferreo.] Jocus *ægeæ* *ægeæ* *ægeæ* *ægeæ*. Homines delicati habent catellos, quales sunt *Melitas*, quos secum cubare faciunt, non autem ferreos. *Torrentius. In robusto carcere.* Id est, in robore. Nam in arcas è robore factas servi includebantur pœnæ causa. Vide Penularum act. 5. 3. *yl. 34.*

17. Atque intestatum.] Et si doctissimis *intestatum* probari video; ego tamen magis laudaverim, quod est in *Sarracenicæ, inatrestatum*; præsertim cum huc unice faciant illa Sc. præcedenti,



Obsecro Planesium, & te, Phædrome, auxilium ut feras.

PL. Frater, obsecro te, noli hunc condemnatum perdere.

20 Bene & pudice me domi habuit. TH. haud voluntate id sua:

Æsculapio huic habeto, quom pudica es, gratiam.

Nam si is valuisset, jam pridem, quoquo posset, mitteret.

PH. Animum advortite, si potissimum hoc inter vos componere.

Mitte istunc. accede huc Leno. dicam meam sententiam:

25 Siquidem voltis, quod decreto, facere. CA. tibi permittimus:

Dum quidem, hercle, ita judices, ne quisquam à me argentum auferat.

TH. Quodne promisti? CA. quì promisi? PH. lingua.

CA. eadem nunc nego.

Dicendi, non rem perdedi gratia, hæc nata est Acid. ditandi, non, &c.

TH. Nihil agit: collum obstringe homini. CA. jamjam faciam ut juleris.

30 TH. Quando vir bonus es, responde, quod rogo. CA. roga quod lubet.

TH. Promistin', si liberali quisquam hanc aufereret manu, Te omne argentum redditurum? CA. non commemini dicere.

TH. Quid? negas? CA. nego hercle vero. quo præsentem? quo in loco?

TH. Me ipso

denti, intestinum vivito. Si intestinum hic retinemus, sciendum triplici venire significatu: Et pro eo cujus auris testimonii ergo apprehenditur: item eo qui in jus vocat, & qui vocatur. Pro primo facit illud Horat. 1. Sat. 9.

— casu venit obvius illi

Adversarius: & licet anteflari? ego vero

Oppono auriculam. rapit in jus, &c.

Pro secundo Priscian. lib. 8. qui ex Livio disertim affirmat, impuberem libripendam esse non posse, neque an-

teflari. Ubi anteflari passively accipitur, & signat, ut idem ait, *dragge τὸν βλῶν*. Tertio modo usurpat hic Plautus, & Pœnulus act. 5. 4. *Anteflato me, atque duco, &c.* Istic siquidem Anterastilis jubet aurem sibi velli, & deinde duci in jus. *Nannius.*

25. Tibi permittimus.] Te judicem sumimus. *Taubm.*

31. Liberali.] Scilicet causa, ne ad manus referas. Vide notas Scenæ præcedentis. *Taubm.*

TH. Meipso præfente, & Lycone trapezita. CA. non taces?

35 TH. Non taceo. CA. non ego te floccifacio, ne me ter-rites.

TH. Meipso præfente, & Lycone factum est. PH. fatis credo tibi.

Nunc adeo, ut tu scire possis, Leno, meam sententiam :

Libera hæc est, hic hujus frater est, hæc autem illius soror.

Hæc mihi nubet : tu huic argentum redde. hoc judicium meum est.

40 TH. Tu autem in nervo jam jacebis, nisi mihi argentum redditur.

CA. Hercle, istam rem judicasti perfidiose, Phædrome.

Et tibi oberit : & te, miles, di deæque perduint,

Tu me sequere. TH. quo sequar ego te? CA. ad trapezitam meum,

Ad Prætozem. nam inde rem solvo omnibus, qui- Pl. resolve omnibus.

45 TH. Ego te in nervom, haud ad Prætozem hinc rapiam, ni argentum refers.

CA. Ego te vehementer perire cupio, ne tu me nescias.

TH. Itane verò? CA. ita hercle vero. TH. novi ego hos pugnos meos.

CA. Quid tum? TH. quid tum? rogitas? hifce ego, si tu me irritaveris,

Placi-

40. *In nervo.*] Hæc eo referenda sunt, quod qui pecuniam alteri debebant, & se debere confessi erant, aut judicati fuerant, nisi intra triginta dies solvissent, neque quisquam pro iis à creditore duci & vinciti poterat. quod ex *Agellio* lib. 20. cap. 1. intelligere licet : & *Liv.* lib. 6.

44. *Ad prætozem.*] Quoties bonis cedendum fuisset Lenoni, si omnibus, quibus debebat, ita satisfecisset? Potius est, ut ad perjurium hæc referantur : ut dicat Leno, se omnes creditores suos ad Prætozem vocare solere, atque ibi jurejurando affirmare, se nihil ipsis debere. Quo pertinet, quod supra ei objicit Cocus.

*Namque incubare te satius fuerat Iovi, Qui tibi auxilio in jurejurando fuit.*

Et infames fuisse perjurus Lenones notissimum est. Eodem referendum videtur, quod supra hac Sc. legitur : *Pessimo meo, ne mihi hodie apud Prætozem solveret.* quamvis & hoc ad bonorum cessionem pertinere videatur : *Lambino. Besius.*

46. *Ne tu me nescias.*] Doctissimus Batavus hic quædam mutabat. Verum non putem debere quicquam hec mutari : nisi amemus reddere Lenonis sermonem beta languidiorum : præsertim cum ei etiam mox alludat Miles : *Novi ego hos pugnos meos, scilicet non te, ô Cappadox. Gruter.*

49. *Licet.*]

Placidum red hodie reddam. CA. age, ergo, recipe actutum.

TH. licet.

30 PH. Tu miles apud me cœnabis. hodie fient nuptiæ.

TH. Quæ res bene vortat mihi & vobis spectatores, plaudite.

49. *Licet.*] Illud *Licet*, verbum est | paullo ante à Lycone extortam secum  
accipientis pecuniam præsentem, quam | portabat Leno. *Acidal.*

FINIS CURCULIONIS.



# M. ACCI PLAUTI C A S I N A.

## DRAMATIS PERSONÆ.

### PROLOGUS.

CHALINUS, *servus.*  
OLYMPIO, *villicus.*  
CLEOSTRATA, *uxor.*  
PARDALISCA, *ancilla.*  
MURRHINA, *mulier.*

STALINO,  
ALCESIMUS, } *senes.*  
COQUUS.  
ANCILLÆ.  
GREX.

ARGUMENTUM, ut quibusdam videtur,

### PRISCIANI.

**C**onservam uxorem conservi duo expetunt.  
Alium senex allegat, alium filius.  
Sors adjuvat senem: verum decipitur dolis.  
Ita ei subjicitur pro puella servolus  
Nequam, qui dominum mulcat atque villicum.  
Adolescens ducit civem Casinam cognitam.

1. *Conservam.*] Casinam. *Conservi duo.*

Chalinus & Olympio.

2. *Senex.*] Stalino.

3. *Filius.*] Euthynicus, *καὶ γὰρ ὁμοί-*

*ων ἴσθι.*

5. *Mulcat.*] Vide notas Trinum.

4. 2. *Ms. Camer. & quinque Pall. & Lang. Mulgat bene: nam mulgat est mulcat.*

6. *Adolescens.*] Euthynicus.

## ALIUD ARGUMENTUM

### CAMERARIJ.

**H**ujus Fabulæ argumentum ut est festivum atque bellum, ita admodum etiam turpe & obscœnum. Atque existimo illa, quæ in nostro libro veteri omiſſa plurima animadverti, relictis spaciolis passim quibusdam, quod non ferrent aures piæ, exarata non fuisse, &c. Sed ab hac spurcicia avertamus oculos & mentes nostras, & utilia atque bona, quasi margaritas de stercore, legamus è tabulis scriptis. Quæ fatius erat nunquam inspicere, quam instrui his levitatem & libidinem animorum. INTRODUCITUR quidam ridiculus amator Senex, & illius Sodalis quasi receptor flagitiosi vicini. Horum facinora deprehenduntur à mulieribus, & varie Senibus illuditur. *Sortitio* etiam inest, ut in Græca fuisse apparet de nomine. nam *καταρτίω* illam appellatam in Prologo dicitur, nimirum de aliqua, qua de sortitio fieret.

PRO-

## P R O L O G U S.

S Alvere jubeo spectatores optumos,  
Fidem qui facitis maxumi; & vos Fides.  
Si verum dixi, signum clarum date mihi,  
Ut vos mihi esse æquos jam inde à principio sciam.

5 QUI UTUNTUR vino vetere, sapientes puto,  
Et qui libenter veteres spectant Fabulas.

Antiqua opera & verba quom vobis placent,  
Æquom placere est ante veteres Fabulas.

Nam, NUNC NOVÆ quæ prodeunt, Co-  
mœdiæ,

10 Multo sunt nequiores, quam nummi novi.  
Nos postquam populi rumore intelleximus,  
Studiose expetere vos PLAUTINAS FABULAS,  
Antiquam ejus edimus Comœdiam,  
Quam vos probastis, qui estis in senioribus:

15 Nam juniorum qui sunt, non norunt, scio,  
Verum ut cognoscant, dabimus operam sedulo.  
Hæc quom primum acta est, vicit omnes Fabulas.  
Ea tempestate flos Poëtarum fuit,  
Qui nunc abierunt hinc in communem locum.

20 Sed absentes tamen profunt præsentibus.  
Vos omnes opere magno esse oratos volo,  
Benigne ut operam detis ad nostrum GREGEM.

*Acid.* Antl.  
qua verba &  
opera. &c.  
autem ver-  
tes Fabulæ

*Long. esse ora-  
tum volo.*

Ejicite

1. *S Alvere.*] Prologus *Casina*, non *Plan-  
ti*, sed *Plauto dignus*. Quem *Apulum*  
aliquem *Comædam Plautina Fabula præ-  
fixisse*, exillimat *Alciatus*.

2. *Facitu maxumi.*] Sic *Gruterus* ex  
*Mss.* cum *Camerarius* transposuisset ver-  
sus gratia: *Maximi facitu*: conjicit ve-  
ro: utque vos *Fides*. Lege *Fidem qui faci-  
tu maxumi*, ut & vos *fides*. *Gronov.*

14. *In senioribus.*] Notum est *Servium*  
*Tullium Pop. Rom.* discrevisse in variis  
classes, centurias juniorum & seniorum,  
ratione habita ætatis. *In senioribus* ergo  
hic nihil est aliud, quam in centuriis se-  
niorum. *Boxhorn.*

18 *Flos, &c.*] Vide notas *Curcul.* 1. 2. 1.

19. *Communem locum.*] *Orcum*, vel  
*terram*. *Lucretius*: *Omnipotens, eadem*  
*rerum commune sepulchrum*. *Comicus* hic  
*ἐὐφραμί*. nam & *Abire*, & *Communis lo-  
cus*, κατ' ἐφραμίαν. *Communis locus* est  
ille, unda negant redire quenquam. Sic  
*ἐφραμίαν* sepulchrum dicebant *πο-  
λυδύλιον*: & *πλείονας*, mortuos, quin  
& *μακάριον* dicebantur: sic & *Felices*  
Latinis. *Herald.*

20. *Sed absentes, &c.*] Id est, de-  
functi. *Bosius* hunc locum ita explicat:  
*Sed absentes tamen sunt pro presentibus*,  
id est, proinde ac si præsentibus essent ut sit  
*ἀπαρροφί*.

22. *Gregem.*] *Comicum. L.*

23. *Ejici-*

Ejicite ex animo curam atque alienum æs :

Ne quis formidet flagitatorum suum.

25 Ludi sunt, ludus datus est argentariis.

Tranquillum est. Alcedonia sunt circum forum.

Ratione utuntur, ludis poscunt neminem ;

Secundum ludos reddunt autem nemini.

Aures vacivæ si sunt, animum advortite :

30 Comædiæ nomen dare vobis volo.

Gr. Comædiæ

CLERUMENOE vocatur hæc Comædia

Græce, Latine SORTIENTES. Diphilus

Hanc Græce scripsit, post id rursus denuo

Latine PLAUTUS cum LATRANTI NOMINE.

Senex

23. *Ejicite ex animo.*] Omnes Mss. ajunt habere *ducite*: quod vero Plautinum esse & idem significare quod *abducite*: To *ejicite* ex *super*scripta interpretatione natum. Videant lodes Gruteri notas: ibi invenient unum omnium optimum Codicem Cameratanum, à quo sine gravi causa non est fas recedere, exhibere *ejicite*: ut *sete* semper in scriptis *abicio*, *adicio*, *subicio*. Maneat igitur *Ejicite*. Cic. pro Sex. Roscio: *ut naturam ipsam vinceret: ut amorem illum penitus infitum ejiceret ex animo.* Gronovius.

24. *Flagitatorum.*] Creditorem importunum. Vide notas Mosell. 3. 2.

25. *Ludus datus est.*] *Dare ludum*, est metaphora à ludimagistris, qui Floralibus & alijs ejusmodi diebus, pueros feriari sinunt. Tunc dicuntur *dare ludum pueris*, hoc est, ludi vel ludendi potestatem illis facere. Unde metaphora in alias res deducta, ut, *dare ludum alicui*, sit indulgere illi, neque ab eo quotidianum pensum aut laborem exigere. quod hoc loco indulgetur argentariis. Scaliger.

26. *Alcedonia.*] Hæc aves nidos faciunt in mari, media hyeme, quibus diebus tanta est tranquillitas, ut penitus nihil in mari possit moveri. inde etiam *dies Halcyonis* vocantur. Servius.

27. *Ratione utuntur.*] Non irritum omnino fuit hic ingenium Bosii meo ju-

dicio: sed quod alii simplicius volunt, id non est ei adversum. Nam eo jocatur Plautus, quod utrovis modo verba possent accipi. *Ratione utuntur* & significat, agunt ex tabulis atque obijciunt grandi cum codice nomen: &, agunt commode scienterque: ut cum Columella 6. 2: *Non savitia, sed ratione emendentur.* Sic *ludu poscunt* est &, quia ludi sunt, neminem flagitant debitum, &, neminem flagitant ludendo, sed serio. Denique *secundum ludos* est &, ludis peractis, &. postquam aliquem iudificati sunt accipiendo, quod non curant reddere. Gronovius. *Ludu Poscunt.*] Spectaculorum enim tempore neque libellos dare, neque in jus vocare hominem fas erat. *Donæ.*

29. *Vaciva.*] Retineo cum Lambino. *vacivus*: Et jocus Comicus est in *vacivis* auriibus. nam locutio est familiaris, *si vacat, audi.* At Comicus dixit, *si vaciva sunt aures*, joco capto à vacuis auriibus. Scaliger.

30. *Dare vobis.*] Id est, dicere. Virgilius Ecloga 1.

*Sed tamen iste Deus qui sit, da Tityra nobis.*

Boxhoræ.

31. *CLERUMENOE.*] Κληρῦ-  
μνος, id est, sortientes.

32. *Cum latranti nomine.*] *Latrans nomen*, est Casina ipsa, nomen nempe mulieris. Proprium quippe mulierum semper gannire & latrare. Et nul-

- 35 Senex hic maritus habitat, ei est filius,  
 Is una cum Patre in illifce habitat ædibus.  
 Est ei quidam servus, qui in morbo cubat;  
 Immo hercle vero in lecto, ne quid mentiar.  
 Is servos, sed abhinc annos factum est fedecim,  
 40 Quom conspicatus est primo crepusculo  
 Puellam exponi. adit extemplo ad mulierem,  
 Quæ illam exponebat: orat, ut eam det sibi:  
 Exorat, aufert, detulit recta domum:  
 Dat heræ lux, orat, ut eam curet, educet.  
 45 Hera facit, educavit magna industria,  
 Quasi si esset ex se nata, non multo secus.  
 Postquam adolevit ad eam ætatem, uti viis  
 Placere possit. at eam puellam hic senex  
 Amat efflictim, & item contra filius.  
 50 Sibi nunc uterque contra legiones parat,  
 Pater filiusque, clam alter alterum.  
 Pater allegavit villicum, qui posceret

Idem. quam  
 si esset, &c.

Sibi

Ium frequentius fuit convitium, quo  
 apud Græcos verbetarentur mulieres,  
 quam canis. Apud Aristophanem sæpe  
 occurrit, ὡ κύων, de muliere ob-  
 latrante, & μιδύση κύων, de ebria.  
 Velpis:

Θρασεία καὶ μιδύση τις ὑλακίη κύων.  
 Κάσει' οὐκείν' εἶπε: ὦ κύων κύων.  
 Scholiastes: πῶ ἀρτοπώλιδα κυῖα εἶ-  
 πεν, ὑλακίως σὺ φασὶν ἢ φροντίζα,  
 ὦ κύων. Græcus auctor, unde hanc co-  
 mædiam accepit Plautus, nomen ei fe-  
 cerat, κληρώματα, id est, fortientes.  
 Plauto placuit titulus ex nomine ancil-  
 læ ei facere, de qua servi contendebant.  
 Ea est *Casina* latranti nomine, quod, ut  
 dixi, mulierum est proprium. *Casina* au-  
 tem est ἡραστὴν Græcum nomen à primi-  
 tivo ἡραστὴς dictum. At *canissa* Petiti sal-  
 lum & ineptum. *Salmas.*

41. *Exponi.*] Extra ædes poni, ad in-  
 certum martis, & vitæ casum: quod  
 faciebant, qui pueros natos alere, seu  
 tollere volebant. *Terent. Hecyt. Continuo*  
*exponitur. ad quod Donatus: ad mortem*  
*seque.* *Lambin.*

47. *At eam puellam hic senex.*] Hæc  
 scriptorum & editionum præscarum  
 lectio est servata etiam Camerario, à  
 qua licenter recessit Aldus faciendo  
*amare puellam eam hic senex Efflictim*  
*occupat, ut stem hujus contra filius.* Cui  
 tamen haeserunt Douza & Gruterus,  
 quod parum commode procederet o-  
 ratio. At huic remedium aliunde qua-  
 rendum. *Posteaquam*, quod vulgo  
 habetur, est à Camerario adjuvante  
 versum: nam & optimus ejus eo-  
 dex & alii scripti edirique, *Post-*  
*quam.* Hoc dividendum & scriben-  
 dum: *Post qua adolevit ad eam æta-*  
*tem, ut viru Placere possit. At eam.*  
 Sic nihil est in oratione confragosi.  
*Gronovius.*

50. *Legiones parat.*] Allegoria à re  
 militari. Ita *pugna* idem est, quod dis-  
 sensio, *pugnare*, idem quod, dissentire.  
*Legiones*, hic copix sunt rationum &  
 argumentorum, blanditiarum insidia-  
 rumque. *Boxhorn.*

52. *Allegavit.*] Privatim misit. *Lam-*  
*binus.*

- Sibi istam uxorem: is sperat, si eii sit data,  
 Sibi fore paratas, clam uxorem, excubias foris.
- 55 Filius autem armigerum allegavit suum,  
 Qui sibi eam uxorem poscat. scit, si id impetret,  
 Futurum, quod amat, intra præsepis suas.  
 Uxor senis sensit virum amoti operam dare,  
 Propterea una consentit cum filio.
- 60 Ille autem postquam sensit filium suum  
 Eandem illam amare, & esse impedimento sibi,  
 Hinc adolescentem peregre ablegavit pater.  
 Sciens ejus, mater ei dat operam, absenti tamen.  
 Is, ne expectetis, hodie in hac Comædia
- 65 In urbem non redibit: PLAUTUS noluit:  
 Pontem interruptit, qui erat ei in itinere.  
 Sunt hîc, quos credo nunc inter se dicere:  
 Quæso, hercle, quid istuc est? serviles nuptiæ?  
 Servine uxorem ducent, aut poscent sibi?
- 70 Novum attulerunt, quod fit nusquam gentium.  
 At ego ajo hoc fieri in Græcia & Carthagini,  
 Et hic in nostra terra, in Apulia.  
 Majoreque opera ibi serviles nuptiæ,  
 Quam liberales etiam cutari solent.
- 75 Idni mecum pignus, si quis volt, dato

In

54. *Excubias foris.*] Significat pervigilia Veneris & amantium, apud villicum, clam uxorem, patri parata futura. *Boxhorn.* Vide not. *Curcul. act. 1. 3.*

57. *Intra præsepis suas.*] Id est, in sua potestate. *Longol. & L.*

63. *Sciens ejus.*] Id est, ejus rei conscientia ac gnata.

66. *Interruptit.*] Interclusit ei reditum. Allegoria à re militari. *Cæsar, pontem refundere, dixit; Livius, intercidere Lambin.* Ego existimem, hic nihil esse allegoricum: sed risus tantum causa dici. *Pistorum.*

68. *Serviles nuptiæ?*] Neque enim juxta serviles sunt nuptiæ ex Jure Civili: neque servorum mulieres dicuntur uxores, sed conjuncta. *Varro.*

75. *Id ni sis mecum.*] Id utrum fiat

necne si quis sponsione mecum certare vult, deponat apud judicem vel arbitrum pignus, ut ego quoque deponam, ea conditione, ut uter victus fuerit, non recipiat pignus, nisi urna nulli data. Genus loquendi, quod non intelligitur, nisi positus exemplis *Bacch. 4. 9. Edepol qui me esse dicat cruciatu male dignum, na ego cum isto pignus haud ausim dare. Epid. 5. 2. Ajo, vel da pignus, nisi ea sit filia Pæ. Quam negat novisse mater? Er. ni ergo matris filia est, in meum nummum, in tuum talentum pignus da?* id est, deponere pignus & certa mecum sponsione, qua ego pauper victus nummum perdididerim, tu locuples talentum. *Pœn. act. 5. 4. Da pignus ni nunc perjures, in suavium, uter utri det. Gell. 7. 11. Nihil hoc ista est, qui spondet nullum?* Plauti



- In titnam mulsi, Pœnus dum iudex fiet;  
 Vel Græcus adeo, vel mea causa Apulus.  
 Quid nunc? nihil agitis, sentio: nemo sinit.  
 Revottor ad illam puellam exposititiam,  
 80 Quam servi summa vi sibi uxorem expetunt.  
 Ea invenietur & pudica & libera,  
 Ingenua Atheniensis: neque quicquam stupri  
 Faciet profecto in hac quidem Comœdia.  
 Mox hercle vero post, transacta fabula,  
 85 Argentum si quis dederit, ut ego suspicor,  
 Ultro ibit nuptum, non manebit auspices.  
 Tantum est. valete, bene rem gerite, & vincite  
 Virtute vera, quod fecistis antithac.

Dicit, revottor.

verbis sit, qui dat mecum pignus in mille  
 nummum? Aristophan. in Nubibus.  
 Περιδε νῦν ἡμοῖς, εἰ μὴ πῆρε μάλ' ἐν  
 ἴσῃ τὸ ἡμετέριον. Ubi schol. Περιδε  
 νῦν ἡμοῖς, ἀντὶ τοῦ, σιωθῶντες ποίησον.  
 Gronov.

76. Pannus. ] Ideo aut Fœnum, aut  
 Græcum, aut Apulum iudices desiderat,  
 quod supra dixerat, Carthagini in Græcia  
 & Apulia serviles nuptias tam splendide  
 celebrari. Vult igitur iudices adhiberi lo-  
 corum peritos. Quamquam hoc de nu-  
 ptis servilibus in hisce locis curatis, Co-  
 mica quædam licentia potius confictum,  
 quam ut pro historiz testimonio possit  
 allegari. Pistorum.

78. Nihil agitur. ] Pignore dato me-  
 cum non certans. Lamb.

81. Ea invenietur. ] Prostibula per lu-  
 dos publicos in Scenam introduci sole-  
 bant, & exponi omnium non libidini  
 solum, sed licentiz. Scilicet ut quæ per-  
 ditæ homines in Mimis & cætera obli-  
 citate fabularum, paulo ante natantibus  
 oculis viderant, ea post ludos in reliquo  
 corpore peccarent. Is inos Romæ vetus.  
 Staius:

Huc intrant faciles emi puella.

Et apparet vel ex Tertulliano, hanc pro-  
 ductionem scortorum non sine solempni  
 pompa fuisse, & cum prædicatione pu-  
 blica præconis. Ad hunc ritum accom-  
 modandi hi versus Prologi.

86. Non manebit auspices. ] Cicero De  
 Divinat. lib. 1. Nihil fere quondam ma-  
 jorem rei, nisi auspicio, ne privatim qui-  
 dem gerebatur: quod & nunc nuptiarum  
 auspices declarant, qui re omissa, nomen  
 tamen tenent. Sed cum auspices ad eundi-  
 mos desisset, præcones vel contiliatores  
 eorum vice fuerunt: qui & Pronubi dicti,  
 sibi. i. omine omnia iuchoantes. Glos-  
 sarium: *Auspices pronubi, παρανυμφοί.*  
 Et hi, quod conventum erat, ut ritus  
 fieret, tabulisque mandaretur, curabant.  
 Hotomannus.

## A C T U S P R I M U S.

OLYMPIO, CHALINUS.

- N**ON mihi licere meam rem me solum, ut volo,  
 Loqui atque cogitare, sine ted arbitro?  
 Quid tu, malum, me sequere? CH. quia certum est mihi,  
 Quasi umbra, quoquo ibis tu, te persequi.  
 5 Quin edepol etiam, si in crucem vis pergere.

Sequi

Sequi decretum est. dehinc conjicito cæterum, J. Gæl. sequi decre- tum est te, hinc, &c.  
 Possiine, necne, clam me futelis tuis  
 Præripere Casinam uxorem, proinde ut postulas.  
 OL. Quid tibi negotiî mecum est? CH. quid ais impu-  
 dens?

- 10 Quid in urbe reptas villice hîc magni pretiî?  
 OL. Libet. CH. quin ruri es in præfectura tua?  
 Quin potius, quod legatum est tibi negotium,  
 Id curas, atque urbanis rebus te abstinens?  
 Huc venisti sponsam præreptum meam?
- 15 Abi rus, abi dierectus tuam in provinciam.  
 OL. Chaline, non sum ego oblitus officium meum.  
 Præfeci, rure recte qui curet tamen.  
 Ego, huc quod veni in urbem, nisi impetravero,  
 Uxorem ut istanc ducam, quam tu deperis,
- 20 Bellam & tenellam Casinam, conservam tuam:  
 Quando ego eam mecum rus uxorem abduxero,  
 Rure incubabo usque in præfectura mea.  
 CH. Tun' illam ducas? hercle me suspensio,  
 Quam tu ejus potior fias, satius est mortuum.
- 25 OL. Mea præda est illa: proin' tu te in laqueum induas,  
 CH. Ex sterquilinio effosse, tua illæc præda sit?  
 OL. Scies hoc ita esse: væ tibi! quot te modis,  
 Si vivo, habebō in nuptiis miserum meis?  
 CH. Quid tu mihi facies? OL. egone quid faciam tibi?

Primum

7. *S. Urelî.* ] Vide notas Amphitruon. 1. 1. 211. Cap. 3. 5.

10. *Quid in urbe reptas, &c.* ] Le- go, & ex parte cum Lambino emen- do:

*Quid in urbe reptas villice hand magni preti.*

Primum fastidium est in eo quod sit vil- licus, ac eum propterea non deceat in urbe restare, hoc est, remanere & cun- ctari: postremum quod non sit magni pretiî. *Dissald.*

12. *Legatum.* ] Mandatum est.  
 15. *Dierectus.* ] Vide notas Capteiv. 3. 4. 193. & Trin. 2. 4.  
 18. *Ego, huc quod veni.* ] Quod hic

tentant, hoc subjiciendo, sine vitio est. Nam *huc quod veni in urbem* est ob quod huc in urbem veni. At quod se- quitur, intentatum teliſquunt, quum tamen Camer. Codex & omnes scripti Pall. nisi impetravero. Scribendum au- tem, ut & Parous voluit in scriptis No- tis, si impetravero. Ea enim particula utuntur interdum ea vi, qua alioquin ubi vel simulatque. Catullus, Nam si luxerit, ad libratorum Curram scribia. Gronov.

24. *Potior fias.* ] Id est, præferaris mihi, potiore apud eam habearis loco, quam ego. Nihil ergo hic mutandum. *Boxhorn.*

- 30 Primum omnium huic lucebis novæ nuptæ facem,  
 Postilla, ut semper improbus nihilque sis.  
 Post id locorum, quando ad villam veneris,  
 Dabitur tibi amphora una, & una semita,  
 Fons unus, unum ahenum, & octo dolia:
- 35 Quæ nisi erunt semper plena, ego te implebo flagris.  
 Ita te aggetunda curvum aqua faciam probe,  
 Ut postilena possit ex te fieri.  
 Post autem, ruri nisi tu acervum ederis;  
 Aut, quasi lumbricus, terram: quod te postules
- 40 Gustare quicquam: nunquam edepol jejunium  
 Jejunium est æque, atque ego ruri reddibo te.  
 Post id, quom lassus fueris & famelicus,  
 Noctu ut condigne te cubes, curabitur.

## CH. Quid

30. *Lucebis novæ nuptæ facem.* ] *Δαδύχου* etc. Curcul. act. 1. 1. *lucascereum*. Quinquefacibus utebantur in nuptiis: quod is numerus quasi symbolum quoddam sit nuptiarum, ut qui ex primo impari, & primo pari, tanquam ex mare & foemina constet. Plura vide apud *Plutarch.* in *Problemat.* Eas qui præferabant, *δαδύχου* à Græcis, à Latinis fortasse olim *periculanti* dicebantur. de quibus vide notas ad *Plauti Curcul.* t. v. 9. Quin & suspicor id olim ominosum habitum fuisse, creditumque, qui novæ nuptæ luxissent facem, eos postea nihili fore. *Muret.*

32. *Id locorum.* ] Id temporis. *Lambinus.*

33. *Una semita.* ] *Meusius* scribit, & una femina, *ἀρχαῖον*; pro hemina, salvo meteo. Vide ipsum & notas *Curcul.* act. 2. sc. 3. *pl.* 8. *Taubman.*

36. *Curvum aqua faciam.* ] *Mf.* noster distertim habet, *circum*. Quod elegantissimum & *Plauti* mihi esse videtur. *Circus* Latinis dicitur, quidquid rotundum est. Unde diminutivum, *circulus*. Nihil autem *circus* incurvatus est. *Boxhorn.*

37. *Postilena.* ] *Lotum* crassum, sive lignum incurvum, sub jumentorum cauda, ad sustinendum *βασταλῆα*, cui onus imponitur. *Lamb.*

38. *Nisi tu, &c.* ] Non possum pro-

bare *Turnebi* lectionem & explicationem, nisi ut *mures* de acervo edere. *Acervum* edere, pro de acervo edere, vix probum. Legendum putem, nisi tu acervo boum ederis; Nisi ederis acus, ut boves solent, aut nisi terram, ut lumbrici. Fortasse an & *acervum* scripserat. Ut *acer* pro *acus* dixerint veteres, unde in secundo casu *acervum*. *Acus* est palea. *Palea* autem pro pabulo bubus, ut est apud *Vatronem* lib. 11. de *R. R.* cap. v. *Salmas.*

39. *Quod te postules.* ] *Istud quidquam* non est mutandum in *quidvum*. Et deterior est libri qui sic habent. Sine distinctione scribendum: *Quod te postules, gustare quicquam, nunquam edepol jejunium jejunum est æque, &c.* Ratio loquendi postulabat, ut diceret, *Quod te postules gustare quidquam, non est*, pro eo dixit, quod te postules gustare quidquam, non jejunium æque est jejunum, ut ego te reddam. *Salmas.* Sic *Mil.* a. 2. 2. *Quod ille gallinam.* Sententia est: *Non est, quod ille dicat: ne accipiatis hanc excusationem.* *Cicero* lib. 2. *Verr.* *Quod civi cum civo agat.* *Turnebus.*

43. *Condigne te cubes.* ] *Apage, cum tignis recubes.* Nondum expressit, quo modo velit eum cubare. Et vocabulum est *Plauti* frequens. *Aululat.* 3. 4. *Condigne etiam meo me intus gallus.* Et saepe alibi. *Gronovius.*

CH. Quid faciēs? OL. concludere in fenestram firmiter:

- 45 Unde auscultare possis, quom ego illanc osculer:  
 Quom mihi illa dicet, Mi animule, mi Olympio,  
 Mea vita, mea mellilla, mea festivitas,  
 Sine tuos ocellos deosculer, voluptas mea,  
 Sine amabo te amari, meus festus dies,  
 50 Meus pullus passer, mea columba, mi lepus.  
 Quom mihi hæc dicentur dicta, tum tu furcifer,  
 Quasi mus, in medio pariete vorfabere.  
 Nuncne tu te mihi respondere postules,  
 Abeo intro: tædet sermonistui. CH. te sequor.  
 55 Hic quidem, pol, certo nihil ages sine me arbitro.

*Meus, meus  
pullus, meus  
passer.*

44. *In fenestram.*] Non de cubiculari aliqua fenestra accipiendum, in quam iste compingendus; sed de ergastulari.

*Lips.*

47. *Mellilla.*] Est *μελινα* derivatæ verbi *mellina*, quo alibi utitur. *Meusf.*

49. *Festus dies.*] Vide not. *Epid.* act. 3. 4.

50. *Pullus.*] *Puerum quem quis amabat, pullum ejus vocabant.* Festus. Vide not. *Capt. act. 5. 3. Mi lepus.*] Salacissima ac venustissima animalia commemoratur, columbam, passerem, leporem. *Palmer.*

52. *In medio, &c.*] In illa fenestra. *Lamb.*

## ACTUS SECUNDI SCENA PRIMA.

## CLEOSTRATA, PARDALIS CA.

O Bsignate cellas, referte anulum ad me:  
 Ego huc transeo in proximum ad meam vicinam.  
 Vir si quid volet me, facite hinc me arcessatis.

PA. Prandium jusserrat senex sibi parari.

- 5 CL. St, tace atque abi. neque paro, neque hodie  
 Coquetur: quando is mihi & filio advorsatur  
 Suo, animique amorisque causa sui.

Flagitium illud hominis! ego illum fame, ego illum

Siti, maledictis, malefactis, amatorem

- 10 Ulciscar: ego pol illum probe incommodis

Dictis angam: faciam uti, proinde ut est dignus,

Vitam

1. O Bsignate cellas.] Signatorium anulum intelligit, sive, ut alii appellant, sigillarium, qui habeat *σφραγιδιον*. De quo Vopiscus in Aureliano: *Uxor & filia anulum sigil-*

*laricum quasi privatus instituit.* Moris autem Romanis, ut domi suppellex penusque omnis eo signaretur; ne quid negligentia aut furto periret. *Lipsius.*

Vitam colat; Acheruntis pabulum, flagitii  
Persequentem, stabulum nequitiae. nunc hinc  
Meas fortunas eo questum ad vicinas.

15 Sed foris concrepuit. atque ea ipsa eccam egreditur  
Foras. non pol per tempus iter mihi incepti.

12. *Acheruntis pabulum.*] Quo Acheruntis pascitur: senem, qui Acheruntis debetur. *Orci viciniam*, ut loquitur Horatius, 2. Od. 3. *Lambin.* To *Acheruntis pabulum* & quæ sequuntur, refert *Acidalius* cum *Lambino* ad *ulciscar*, & *angaro*, verba supra posita. Sed nihil opus est quod domi habeas, id aliunde emendicari. *Laticum* & *Plautinum* est: *faciam Acheruntis pabulum & flagitii persequentem*, uti *vitam colat*. *Dissalidus*.

13. *Flagitii persequentem.*] *Persequentem* non concoquo, & divino leg. *flagitii Praspe*, cum enim *pabulum* & *stabulum*

nominarit, quidni etiam *praspe*, quod illis affine? Et, *praspe flagitii*, eadem ratione dixeris; qua *stabulum flagitii*, in *Trucul. Acid.*

14. *Ad vicinas.*] *Lego*: ad *vicinam*, ut supra §f. 2. hujus scenz, & versa hule proximo: *ea ipsa eccam egreditur foras*. *Ea ipsa*, nempe *vicina*, non *vicinæ*. *Dissalid.*

16. *Per tempus.*] *Opportune*. Its *Latine* dicitur; *per tempus licere aliquid, aut non licere*. *Per aliquem fieri credimus*, quo favente aliquid fit. Ergo *per tempus non fit*, quod fit tempore ac occasione non favente. *Boxborn.*

## ACTUS SECUNDI SCENA SECUNDA.

MURRHINA, CLEOSTRATA.

**S** Equimini comites in proximum me huc.  
Heus vos. ecquis hæc quæ loquat audit? ego hic ero,  
Vir si, aut quispiam quæret. nam ubi domi sola sum,  
Sopor manus calvitur. jussin' colum  
5 Ferri mihi? *CL.* Murrhina salve. *Mu.* salve  
Mecastor. sed quid tu es tristis, amabo?  
*CL.* Ita solent omnes quæ sunt male nuptæ,  
Domi & foris ægre quod sit, suis semper est.  
Nam ego ibam ad te. *Mu.* & pol ego istuc ad te.

*Diff* Jam ego  
ibam ad te.

sed quid est,

10 Quod tuo nunc animo ægre est? nam quod tibi est

Ægre,

1. *S Equimini comites.*] *Comitatus* posteriori xvo frequens è spadonibus. *Virgines enim & matronæ*, sive alioqui *matersfamilias aliqua ordinis honestioris*, nonquam sine asselarum pedisequio in publicum prodibant: *Cistellar. affat ea in via sola: Prostibulum fave est*. Vide not. *Am-*

*phitr.* 3. 2. 48.

4. *Calvitur.*] *Frustratur*, decipit. *Auctor Vocab. Latin Græci. Calvitur*, id est, *ἐξαπατᾶ*. Significat autem *Cleostrata*, se, cum sola est domi, somno utgeri atque opprimi. *sibi que somnolentæ opera muliebricia è manibus excidere.* *Lamb.*

11. *Divi-*

Ægre, idem mihi est dividia. CL. credo ecastor:

Nam vicinam neminem amo merito magis, quam te:

Nec qua cum plura sunt mihi, quæ ego velim.

Mu. Amo te, atque istuc expeto scire quid sit.

15 CL. Vir me habet pessumis despiciatam modis,

Nec mihi jus mentis obtinendi optio est.

Com. copia est.

Mu. Hem, quid est? dic idem hoc: nam pol haud satis meo

Corde accepi querelas tuas, obsecro.

CL. Vir me habet pessumis despiciatam modis.

20 Mu. Mirâ sunt, vera si prædicas. nam viri

Jus suum ad mulieres obtinere haud queunt.

CL. Quin

11. *Dividia.*] Hanc scripturam omnium Mss. Pall. & Camer. mutavit Lamb. in *dividia*: nec male, si cum *Nonio* trillium & maiorem interpretaris, quod Veteres dixisse ex hoc *Propertii* vult:

*Dividia mentis conficit omnis amor.*

Male, si cum *Festo* discordiam interpretandum censeas. *Glossa* *dividia* ἰσχυρὰ & ἰσχυρία. Gruter.

13. *Nec quacum plura.*] Scripti omnes *quum*, unde *Colvius* & *Gruterus* *qua* in. Alii, *Nec quam*, nempe *aliam*, non vicinam. deinde *Complura sunt mihi, qua ego velim*, sc. apud te differere. In quo non est mica falsis. Nam quod id confirmati putant sequentibus, istuc expeto scire: falluntur: eo enim continuantur superiora: sed quid est, quod tue animo ægre est? Non potest *Plantus* aliter scripsisse, quam voluit *Camerarius*, & jam exposuit *Acidalius*. Ita enim loquebantur: *Multa mihi cum illo sunt: Omnia mihi cum ille sunt.* intelligentes *vincula* & *jura amicitia* ac *benevolentia*. *Cicer.* 13. *famil.* 1. *Cum Patre Epicuro mihi omnia sunt, nisi quæ in Philosophia vehementer ab eo dissentio.* lib. 14. ep. 10. *Si mihi tecum minus esset, quam est cum tuis omnibus, allegarem ad te illos, à quibus intelligi me præcipue diligi.* *Cornelius Nepos* in *Alcibiade*: *qua regi cum Lacedæmonii essent, irrita futura, nisi Alcibiadem vivum aut mortuum tradidisset.* *Plinius* lib. 7. ep. 11. *sunt mihi & cum marito ejus vetera jura: fuerant & cum filio maxima.* Sic contra, *Nihil*

*esse alicui cum aliquo.* *Cicero* 14. ad *Atticum* ep. 17. *Bruto certe mee nullo loco deero, idque etiam si mihi cum illo nihil fuisset, fecerim propter ejus singularem incredibilemque virtutem.* Nec habeo, inquit, quicum plura sint mihi, quæ ego velim mihi esse cum quoquam necessitudinis jura. *Granov.*

16. *Jus meum ebrimendi optio est.*] *Optio* proprie est *arbitrium* & *potestas optandi* vel eligendi aliquid è duobus vel pluribus. Inde conjungit *Cicero* in *Vatinius*: *An erit hac optio & potestas tua, ut cum velis, &c.* Hinc transfertur ad omnem *aliam copiam* vel facultatem. *Jus autem suum* vocat *Cleostratus*, non quod per legitimum matrimonium sibi quaesierat, quasi quo ad individuum vitæ societatem ac ad se solam amandam maritum haberet obligatum, ut interpretantur: sed quod quaesierat in receptitia quasi & ipsius sumtu educata ancilla, quam non permittebat ei maritus, cujus vellet, in contubernium dare: ut ipsa exposuit versu 22. *Grenevius.*

21. *Jus suum ad mulieres.*] Juxta perpetram hic docent jus matritotum, quam modo jus matronæ. Volunt mulieres iam ingenio esse nequam, ut per vagos earum & illicitos amores jus suum non obtineant marito, quo per matrimonium solis sibi eas habeat obstrictas. Qui sermo matronarum persona indignissimus est. Jus suum nihil aliud est quam imperium domesticum, quod contumacia fœminarum turbat atque impedit.

- CL. Quin mihi ancillulam ingratis postulat, quæ mea est;  
 Quæ meo educata sumptu est, villico suo se date.  
 Sed ipse eam amat. MV. obsecro tace. CL. nam hic nunc  
 25 Licet dicere: nos sumus. MV. ita est, unde ea tibi est?  
 Nam PECULI probam nihil habere addecer  
 Clam viuum: & quæ habet parum, ei haud  
 commodi est,  
 Quin viro aut subtrahat, aut stupro inuenit.  
 Hoc viri cenfeo esse omne, quicquid tuum est.  
 30 CL. Tu quidem advorsum tuam amicam omnia loqueris.  
 MV. Tace sis stulta, & mihi ausculta: noli sis tu illi  
 Advorsari. sine amet, sine quod libet id faciat:  
 Quando tibi nil domi deliquum est.  
 CL. Satin' sana es? nam tu quidem advorsus tuam ista rem  
 35 Loquere. MV. insipiens! semper tu huic verbo vitato  
 Abs tuo viro. CL. cui verbo? MV. I foras mulier. CL. st!  
 Tace. MV. quid est? CL. hem. MV. quis est, quem vides?  
 CL. vir eccum it.

Lij. & quod ha-  
 bet, perrem ei haud  
 commode est.

## MV. Intro

dit. Evenit autem sæpe, ut castissimæ  
 quæque sint contumacissimæ & moro-  
 sissimæ, ut Plautus alibi loquitur, obla-  
 tratrici. *Grænov.*

25. Nos sumus. ] Εἴ με τίς vel ὁπο-  
 σίωπιος, pro, Nos sumus sola; quam  
 vocem additura erat Murrhina, nisi fuisset  
 interpellata. Atque hoc vice prover-  
 bii utimur, cum ea dicimus, quorum  
 consilium esse volumus neminem. *Tamb-*  
*mannus.*

27. Et qua habet partum, ei, &c. ]  
 Illustrandæ sententiæ facit hoc Pomp.  
 JC. lib. 5. ad Q. Murrinum: Q. Mutius  
 ait, cum in controversiam venit, unde ad  
 mulierem quid pervenerit: & verius & ho-  
 nestius est, quod non demonstratur, unde  
 habeas, existimari à viro, aut qui in po-  
 testate ejus esset, ad eam pervenisse. Evitan-  
 di autem turpi quasi gratia circa uxorem  
 videtur hoc Q. Mutius probasse, Sc. Gentil.  
 In libris est, & qua habent, partum ei  
 haud commodi est. In vetustis Codicibus  
 petperam scriptum fuit commodi, pro  
 commode. Ut alio loco primi cata, pro  
 prime cata. Scribendum igitur; & qua

habet, partum ei haud commode est. Figura  
 est ὄψις τὸ ὀμμῶν ἄδουον. Sic enim lo-  
 cutus est quasi præcessisset, & quod ha-  
 bet; Et quæ habet, haud commode id ei  
 partum est. *Salmas.*

33. Deliquum est. ] Deliquum nihil  
 est aliud, quam quod nos doest dicimus:  
 à delinquendo sic appellatum, quod de-  
 linquat, id est, deficiat, ut veteres lo-  
 quebantur. Tubero: Num delinquit,  
 aut superest aliquid tibi? Ut enim reli-  
 quum à relinquo, five adeo relinquo, sic  
 deliquum à dolingo formatum esse veri-  
 simile fit mihi. Ita deliquum & reliquum  
 opposita inveniuntur: ut, Nihil reliquum  
 est mihi, id est, nihil ultra residuum  
 factum est mihi: contra; Nihil deliquum  
 est mihi, id est, nullius rei indigus sum.  
*Doux.*

36. I foras mulier. ] Jubeat Murrhina,  
 ita se gerat Cleostrata, ne habeat neces-  
 se audire divortii formulam, quæ erat:  
 I foras mulier. Gruter.

37. Vir eccum it, &c. ] Non dubium  
 est, quin hæc ab notatis personis labo-  
 rent. Nam re vera Murrhina discedit è  
 scena,

MU. Intro abi, appropera age amabo. CL. impetras.

ABEO. MU. mox magis cum otium mihi & tibi erit,

40 Igitur tecum loquar. nunc vale. CL. valeas.

Scena, remanet Cleostrata. Sic resti-  
bendum:

— CL. vir eecum it,

Intro abi, appropera, age amabo.

MU. impetras,

ABEO. CL. mox magis, cum otium mi-  
hi & tibi erit,

Igitur tecum loquar, nunc vale. MU. va-  
leat. Dissald.

40. Igitur.] Vid. not. Mostell. act. 1. 2.

## ACTUS SECUNDI SCENA TERTIA.

STALINO, CLEOSTRATA.

**O**Mnibus rebus ego amorem credo, & nitoribus nitidis  
antevenire.

Nec potis quicquam commemorari, quod plus salis, plusque  
leporis hodie

Habeat. cocos equidem nimis demitor, qui tot utuntur con-  
dimentis,

Eos eo condimento uno non utiet, omnibus, quod præstat.

5 Nam ubi amor condimentum inest, cuius placitum  
credo.

**NEQUE SALSUM** neque suave esse potest quicquam,  
ubi amor non admiscetur.

Fel quod amarum est, id mel faciet: hominem ex tristi lepi-  
dum & lenem.

Hanc ego de me conjecturam domi facio, magis quam ex  
auditis.

Qui postquam amo Casinam, magis initio munditiis mundi-  
tiam antideo.

Myropo-

8. **D**Omi facio.] Vide notas Gistell.  
2. i.

9. Qui postquam amo.] Scribo: Qui  
quam amo Casinam, magis initio munditiis  
mundi antideo. Scripti enim, quam,  
non postquam. Quum autem est quod  
vel quia. Sic infra, Sanus quam eris amo,  
iidem scripti pro quom. Magis initio, id  
est, magis quam primum; quam olim,  
quam solitus. Sic Cicero, initio proditor,  
deinde perfuga. Dicimus autem, anteco  
mundo & anteco mundos. Itaque munditiu

antideo mundu est munditiis supero quan-  
tumvis mandos. Sic & versu primo hu-  
jus scenæ nitoribus nitidis antevenire, non  
accipio quasi nitores diceret nitidos; sed  
quasi esset, nitoribus nitidos. Grænovius.  
Magis initio.] Probo conjecturam Guliel-  
mii: Qui postquam amo Casinam, ma-  
gis niteo, munditiu munditiis an-  
tideo. Scriptum fuit nitio, pro niteo.  
Unde indocti librarii fecerunt, initio.  
Nitor cum munditiis optime conve-  
nit. Et nitor sic accipitur apud Teren-  
tium,



10 Myropolas omnes sollicito, ubicumque est lepidum unguentum, ungor,

Ut illi placeam. & placeo, ut videor. sed uxor me excruciat, quia vivit.

Tristem astare aspicio. blande hæc mihi mala res appellanda est.

Uxor mea, meaque amœnitas, quid tu agis? CL. abi, atque abstine manum.

ST. Eja mea Juno, non decet te esse tam tristem tuo Jovi.

15 Quonuncabis? CL. mitte me. ST. mane. CL. non maneo.

ST. at pol ego te sequar.

CL. Obsecro, sanus es? ST. sanus, quando ted amo. CL. nolo ames. ST. non

Potes impetrare. CL. enecas. ST. vera dicas velim. CL. credo ego

Istuctibi. ST. respice, oh, milepos! CL. nempe ita uti tu mihi es,

Unde hic amabo unguenta adolent? ST. oh; perii! manifesto miser

20 Teneor. cesso caput pallio detergere? uti te bonus Mercurius perdat myropola, qui hæc mihi dedisti. CL. cho tu Nihili cana culex: vix teneor, quin, quæ decent te, Gors. nihili canalicola. dicam.

Senecta ætate unguentatus per vias, ignave, incedis.

ST. Pol ego amico dedi cuidam operam, dum emit

### Unguen-

tium, qui vestitus, qui nitor. Salma-

fius. 10. Myropolas. ] Vide Notas Epid. 2. 2.

11. Ut videor. ] Scil. mihi. *ἀεὶ παρὶσσομα.* L. D.

13. Quid agis? ] Hæc dum loquitur, uxorem leni manu demulcet, & ut Amphitr. loquitur. *palpo percutit.* Lambinus.

16. Sanus quando, &c. ] Quoniam. Restituo adjuvantibus *Mss. Lang. & V. Cod. Sanus, quem te amo. Quando* interpretamentum erat *in quem. Vera dicas velim, ut scilicet te enecem: cupit enim videre uxorem mortuam, qua*

illi amores turbatum it. *Dissidans.*

19. Unguenta adolent? ] Olim elegantiores homines odoratis unguentis caput perfundere solebant. *Martialis lib. 2. 77.*

*Si sapi, Assyrio semper tibi crinis amomo splendeat, &c.*

Muret.

22. Cana culex. ] Hæc quin deamatio sene dicantur; sic mihi persuadeo, *Culicem* hic figurate amatorem esse, quod, cum sua promulsce cutem formosarum pertundant, & tanquam siphone sanguinem eliciant, amore quodam earum capti esse videantur. *Turneb.*

- 25 Unguenta. CL. ut cito commentatus est!  
 Ecquid te pudet? ST. omnia quæ tu vis. CL. ubi in lustra  
 jacuisti?  
 ST. Egone in lustra? CL. scio plus, quam tu me arbitrare.  
 ST. quid id est?  
 Quid tu scis? CL. te sene omnium senem nemi- Diff. omnium  
senum.  
 nem esse ignaviorem.  
 Unde is nihili? ubi fuisti? ubi lustratus? ubi bibisti?  
 30 Id est mecastor: vide palliolum ut rugat. ST. Di me & te in-  
 felicitent,  
 Si ego in os meum hodie vini guttam indidi. CL. immo age,  
 ut lubet,  
 Bibe, es, disperde rem. ST. ohe, jam satis uxor est: Grat. jam sa-  
tis uxor es.  
 comprime te: nimium tinnis.  
 Relinque aliquantum orationis, cras quod mecum litiges:  
 Sed quid ais? jam domuisti animum potius, ut quod vir velit  
 35 Fieri, id facias quam aduersere contra? CL. qua de re?  
 ST. rugas?  
 Super ancilla Calina, ut detur nuptum nostro villico,  
 Servo frugi: atque ubi illi bene fit; ligno, aqua calida, cibo,  
 Vestimentis, ubique educat pueros, quos parat, potius  
 Quam illi seruo nequam des armigero, nihili atque im-  
 proba,  
 40 Cui homini hodie peculi nummus non est plumbeus.  
 CL. Mirum, ecastor, te senecta ætate officium tuum  
 Non meminisse? ST. quid jam? CL. quia, si facias recte  
 aut commode,  
 Me finas curare ancillas, quæ mea est curatio.

ST. Quis,

26. *Ubi in lustra jacuisti.*] Præpositio-  
 ni *In*, sive motum denoter, sive etiam  
 sine ulla motus significatione, veteres  
 casum accusandi vel auferendi indiffe-  
 renter tribuunt. *Popma.*

29. *Unde is.*] Id est, venis. *Lam-  
 binus.*

30. *Id est mecastor.*] Rogarat eum, ubi  
 perpotasset; tum acrius in habitum in-  
 tuens, *Id est mecastor*, ait. ut scilicet  
 perpotarit. nam vel hoc palliolum vi-

de, ut tugas contraxit à desidiabulo illo  
 sedentario. *Id est*, vel, *Hoc est*, eorum  
 quæ dicta sunt, asseverationem habet.  
*Inferius hæc Fab. hoc erat Ecaster, quod  
 m. &c. ]. Gul.*

32. *Jam satis uxor est.*] *Gruterus, jam  
 satu uxor es!* hoc sensu: jam satis equi-  
 dem implevisti motem: & munus uxo-  
 rium. *Nimium tinnu.*] *Nimis acutè cla-  
 mas. tralatio ab ære. Vide Prologum  
 in Pænulo,*

ST. Quî, malum, homini scutigerulo dare lubet? CL. quia enim filio

45 Nos oportet opitulari unico. ST. at quanquam unicus est, Nihilo magis unicus est ille filius, quam ego illi pater: Illum mihi æquius est, quam me illi, quæ volo concedere.

CL. Tute ecastortibi, homo, malam rem quæris. ST. subolet: sentio.

Egone? CL. tu. nam quid friguttis? quid istuc tam cupide cupis?

50 ST. Ut enim frugi servo detur potius, quam servo improbo.

CL. Quid si ego impetro, atque exoro à villico, causa mea

Ut eam illi permittat? ST. quid si ego autem ab armigero impetro,

Eam illi permittat? atque hoc, credo, impetrassere.

CL. Convenit. vis tuis Chalinum huc evocem verbis foras?

55 Tu eum orato, ego autem orabo villicum. ST. sane volo.

CL. Jam hic erit. nunc experiemur, nostrum uter sit blandior.

ST. Hercules Dique istam perdant, quod nunc liceat dicere.

Ego disercior miser amore: illa autem quasi ob industriam

Miser advorsatur. subolet hoc jam uxori, quod ego machinor:

60 Propter eam rem magis armigero dat operam de industria.

44. *Scutigerulo.*] Per contemptum; pro *vacula militari*: qualis *Stalimus*, *Tiin. Douz.*

48. *Subolet.*] Subolet uxori hoc quod ego, id est, amatio mea.

49. *Friguttis.*] *Friguttire*, est gestu corporis cupiditatem animi declarare. *Lamb.*

53. *Impetrassere.*] Impetraturum esse. 56. *Nunc.*] Sc. non audiente illa. *L.D.*

## ACTUS SECUNDI SCENA QUARTA.

STALINO, CHALINUS.

QUI illum Dii omnes Deæque perdant. CH. te uxor, ajebat, tua

Me

1. *Qui illum.*] *Qui*, pro, ut, vel uti. *nam: Vide Donat. Phorm. Terent.*

*Qui illum dii omnes perdunt!* Sic *Plaut. Tiin. Qui illum dii perdant.*

3. *Per-*

Me vocare. ST. ego enim vocari jussi. CH. eloquere quid velis?

ST. Primum ego te porrectiore fronte volo mecum loqui.

CH. STULTITIA EST ei te esse tristem, quojus potestas plus potest.

5 ST. Proh! bonæ frugi hominem te jam pridem esse arbitror. CH. intellego.

Quin, si ita arbitrare, emittis me manu. ST. quin id volo. Sed nihil est, me cupete factum, nisi tu factis adjuvas.

CH. Quod velis modo id velim me scire. ST. auscul- Dunt. auscultra. ego loquar.  
ta ergo, loquar:

Casnam ego uxorem promisi villico nostro dare.

10 CH. At tua uxor, filiusque promiserunt mihi. ST. scio.

Sed uti um nunc tu, cœlibem esse te mavis liberum,

An maritum servum ætatem degere & gnatos tuos?

Optio hæc tua est: utram harum vis conditionem accipe.

CH. Liber si sim, meo periculo vivam, nunc vivo tuo.

15 De Casina certum est, concedere homini nato nemini.

ST. Intro abi, atque actutum uxorem huc evoca ante ædis cito.

Et sitellam huc tecum affetto cum aqua & fortis. CH. satis placet.

ST. Ego pol istam jam aliquovorsum tragulam de- Tragulam dejecero.  
cidero.

Nam si sic nihil impetrare potero, saltem fortiar.

Ibi

3. Porrectiore fronte. ] Vide notas Epid. 5. 1. Terent. *Date hodie mihi.* ] *Exporge frontem.* Horat. 1. Epist. 18. *Deme supercilio nubem.* Taubm.

14. Nunc vivo tuo. ] Mortuo enim servo, damnum ad herum recidit. *Lambinus.*

17. Sitellam. ] Cicero *hydriam* Græca voce appellat. Huic vasi, in quod conjiciendæ erant sortes, infundebatur aqua, donec impleretur; nam in vas inane non conjiciebantur sortes, quæ erant lignæ, non terrex, ne liquecerent in aqua. Deinde in sortibus inscripta erant sortientium nomina, vel ali-

quid quod esset loco nominis; ut hic erant inscriptæ numerorum notæ; ea autem fors, quæ unum scriptum habebat, erat Olympionis, quæ duo Chalini. Postremo, cujus fors primo exibat, vel educebatur, is vincebat. *Lamb.*

18. Tragulam decidere. ] Allegoria à re militari significat, se machinas uxoris aliqua ratione dejecturum. Festus: *Tragula, genus teli, dicta quod scuto infixâ trahatur.* Epid. 5. 2. Jam, *decidere telum,* dicebant Latini, ut Hom. *ἐκτύμειν βέλῳ,* quod est, vulnere lætius inciso telum evellere. *Lips.*

20 Ibi ego te & suffragatores tuos ulciscar. CH. attamen  
Mihî obtinget fors. ST. ut quidem pol pereas cruciati malo.  
CH. Mihî illa nubet; machinare quod lubet, quovis modo.  
ST. abin' hinc ab oculis? CH. invitus me vides: vivam  
tamen.

ST. Summe ego miser homo? fatin' omnes res sunt advorsæ  
mihî?

25 Jam metuo, ne Olympionem mea uxor exoraverit,  
Ne Casinam ducat. si id factum est, ecce me nullum senem:  
Si non impetravit, etiam specula in fortitu' st mihî. Caus. in forti  
reilat mihî.  
Si fors autem decollassit, gladium faciam culcitam,  
Eumque incumbam. sed progreditur optume, eccum, O-  
lympio.

27. In fortitu' st mihî.] Mf. Camer. spes, ut recula, à res. Cic. pro domo: Quid  
habet, etiam specula infortita sunt mihî: si etiam pluribus de rebus uno fortitu re-  
& ita omnes Mf. Lang. & Palat. vett. tulisti? Gronov.  
nihil quod specula legant. Hinc Gruterus. 28. Si ea autem decollassit.] In mem-  
fecit, etiam specula in fortitu' st mihî. nam btanis Pall. & Cam. r ò L non gemina-  
st sæpe degeneravit in sunt. plane, ut tur. Et recte. Decollassit enim est quod  
ex conjectura etiam Acidalius. Sortitus, intra deliquerit, effluerit, ad nihilom  
ipse fortitendi actus. Specula dicitur à redigetur. Vid. ad Capt. 2. 1. 37. Gronov.

## ACTUS SECUNDI SCENA QUINTA.

## OLYMPIO, STALINO.

UNA edepol opera in furnum calidum condito,  
Atque ibi torreto me pro pane rubido,  
Hera, quam istam operam à me impetres, quod postulas.  
Sr. Salvus sum, salva spes est, ut verba audio.

5 OL. Quid tu me vero libertate territas?  
Quid si tu nolis, filiusque etiam tuus,  
Vobis invitis atque amborum ingratiis

*Ms. Cam. vira-  
Pall. nisi. Lamb. quid  
tu me, hera, libert.  
Acid. quia st tu.  
Et. qui.*

Una

2. *P*ro panerubido.] Festus Rubidus pa-  
nu vocatur patum collus, cum rubro  
colore. Directe contra Isidori sententiam.  
qui de eodem libro 20. Rubidus panis,  
recollus & rubefallus. Itaque verifimili-  
ter Gruterus emendabat apud Festum:  
Rub. pan. vocatur sternum collus. Golda-  
llus rubidum panem aut vocati ab avi me-

dit scriptoribus, purpureum: quod ab  
igne rubeat, utpote bis coctus. Sed egre-  
gie fallitur, cum ubique pro corrupta ea  
voce purpureum, haud dubie, *sursureum*  
sit reponendum. *Boxhorn.* Vid. notas  
Sticho. act. 2. 1.

7. *Amborum ingratiis.*] Hinc apparet,  
inquit Lamb. & Sciopp. Verisim. l. 1. 20.  
*ingra-*

Una libella liber possum fieri.

ST. Quid istuc est? quicum litigas, Olympio?

10 OL. Cum eadem qua tu semper. ST. cum uxorene mea?

OL. Quam tu mihi uxorem? quasi venator tu quidem es,  
Dies atque noctes cum cane ætatem exigis.

ST. Quid agit? quid loquitur tecum? OL. orat, obsecrat,  
Ne Calinam uxorem ducam. ST. quid tu postea?

15 OL. Negavi enim ipsi me concessurum Jovi,  
Si is mecum oraret. ST. Di te servassint mihi.

OL. Nunc in fermento tota est, ita turget mihi.

ST. Edepol ego illam mediam diruptam velim.

OL. Credo edepol esse, siquidem tu frugi bonæ es.

20 Verum edepol tua mihi odiosa est amatio:

Inimica est tua uxor mihi, inimicus filius,

Inimici familiares. ST. quid id refert tua?

Unus tibi hic dum propitius sit Juppiter,

Tu istos minutos cave deos floccifeceris.

25 OL. Nugæ sunt istæ magnæ. quasi tu nescias

Repente ut emoriantur humani Joves.

Sed tandem si tu Juppiter sis emortuus,

Quom ad Deos minores redierit tegnum tuum,

Quis mihi subveniet tergo, aut capiti, aut cruribus?

30 ST. Opinione melius res tibi habeat tua,

Si hoc impetramus, ut ego cum Calina cubem.

OL. Non, hercle, opinor posse, ita uxor acriter

Tua instat, ne mihi derut. ST. at ego sic agam:

Corr.

*ingratiis* nomen esse, non adverbium. sic  
Merc. act. 2. 4. *tuu ingratin*, quod tamen  
Latine dici negat Giphani. Ind. Lucien.  
Vid. notas Epid. 3. 4. *Tanbm*.

8. *Una libella*. ] V. N. Aulul. act. 5.  
1. 27.

12. *Cum cane*. ] *Canem* dicit uxorem,  
quæ ad fiduciam latrat ut canis. Lamb. Vide  
Menæchm. act. 3. 1. *Milit*. 3. 1. & Ru-  
dent. 3. 1.

16. *Mecum*. ] Id est, me.

17. *Ita turget mihi*. ] *Ἐπιπύζουσι*  
precedentium. Et bene explicavit P. Vi-  
dierum. omnia siquidem in ira turgida

magis. Ab hac similitudine Arbiter dixit,  
*odi ad te tumescunt*. Grut.

19. *Siquidem mihi frugi bona est*. ] Si tu  
virilis maritus es, illa media dirupta est &  
alludens ad eugium sive hymenem na-  
turæ muliebris. Budæus.

23. *Unus tibi*. ] Alludit ad deos ma-  
jorum & minorum gentium. Vide notas  
Epid. 5. 21.

29. *Quis mihi subveniet*. ] Hellenismus  
est in hoc versu, ἰδὸν καὶ μίση. Ho-  
mer. Iliad. α. Αἴων ἰὸν Ἀργείοις Ἀ-  
γαμέμνονι ἰὸν Διὶ Διὶ. Heraldus.

V

35. Ita

- Conjiciam fortis in sitellam, & fortiar  
 35 Tibi & Chalino. ita rem natam intellego.  
 Necessum est vorfis gladiis depugnarier.  
 OL. Quid si fors aliter, quam voles, evenerit?  
 ST. Benedice. Dis sum fretus, Deos sperabimus.  
 OL. Non ego istuc verbum emissim tivivilitio.  
 40 Nam omnes mortales Diis sunt freti: sed tamen  
 Vidi ego Deis fretos saepe multos decipi.  
 ST. Tace parum. OL. quid vis? ST. eccum exit foras  
 Chalinus intus cum sitella & fortibus.  
 Nunc nos collatis signis depugnabimus.

Fract. amplius,  
 pro, tuerias.

35. Ita rem natam esse int.] Eam natam rei esse video. Lamb.

36. Vorfis gladii.] Ditempta praelusione, abjectisque lusoris armis, transibant ad vera. Atque hoc est, quod, dimicare ad certum, Tertullianus alibi vocat. Appellabant id etiam, pugnare vorfis armis. Caper litterator: In vorfis armis pugnasse gladiatorum non est dicendum, sed vorfis, id est, transmutatis. Sic, non inverfis pannu agitasse aurigas, (cum pannos sumebant alterius coloris; puta pro ruffato Venetum) sed vorfis. Plauti versum e Casina illustrabit hæc nota:

— ita rem nat. &c. Nec enim aliud in ea armorum versione esse, facile persuadeor Ovidii versu de Arte: Penite jam gladiis hebetes, pugnetur acutis. Aliis suspicari possumus, si quis a genere ad genus alterum transeat, puta a Scutore ad Rotiarium, dici cum pugnare vorfis armis. At placet prius, etiam in Plauti versu salivam etiamnum mihi movet mea oculum divinatio; voris gladii. Lips.

38. Dees sperabimus.] Dees sperare, est diis confidere.

39. Tivivilitio.] Festus: Tivivilitium nullius significationis est, ut apud Græcos βελίτιον & σκιδνία λέε. Fulgentius: Tivivilitium dici voluerunt fila putrida, quæ de telu cadunt. Plautus Casina: Non ego istuc verbum emissim Tivivilitio: re admo-

dum vilissima. Nam & M. Cornutus in Satyrâ ait: Tivivilis Flacco de tibi. De hac voce variæ sunt eruditorum conjecturæ. Alii textu vilittium, quasi à textus vilitate: alii tivivilitium volunt, quasi totum vile. Villus est floccus lanæ vel pilorum in animalibus. A villo vilittium, ut à lana lanittium, capillus capittium. Haud dubie intelligendum est vilittium Titi, & putandum fuisse quendam sive agricolam sive pastorem (ut quondam maxima pars Romanorum) Titum nomine, cuius, quod de scabris & male curatis ovibus vel capris pessimæ notæ villum colligeret, vilittium primò in vicinia, post sermone vulgi pro vilittimo in eo genere, denique pro quavis re vili & nullius pretii proverbio jactatum sit. Neque vox una est, sed duæ, nempe Tivivilittium, aut si mavis unam esse, non allunde duplicata est, quam à nomine Titi & vilittie ejusdem. In loco Cornuti scribendum: Titi villos, Flacce, de tibi, hoc est, rem vel opusculum minimi pretii. Quin & quod ex Plauti Nervolaria adducunt Varro, Festus, Gellius, Nonius, vereor ne in corruptos inciderint libros, & scripserit ille: scaprei, scrupca, tivivililla, sordida. Sic etiam floccus (nihil autem aliud floccus quam villus) pro re nihili: unde flocci facere, flocci non facere, flocci astimare, flocci pendere. Grovius.

## ACTUS SECUNDI SCENA SEXTA.

CLEOSTRATA, CHALINUS, STALINO, OLYMPIO.

F Ace Chaline me certiolem, quid meus vir me velit.

CH. Ille edepol videre ardentem te extra portam Metiam.

CL. Credo ecastor vellet. CH. at pol ego haud credo, sed certo scio.

ST. Plus artificum est mi quam rebar, ariolum hunc habeo domi.

5 Quid si propius attollamus signa, eamusque obviam? Dist. contollamus.

Sequere. quid vos agitis? CH. assunt quæ imperavisti omnia,

Uxor, sortes, situla, atque egomet. ST. te uno adest plusquam ego volo.

CH. Tibi quidem edepol ita videtur: stimulus ego nunc sum tibi.

Eo dico, corculum adfudassit jam ex metu. ST. ma- Dent. eoque quod corc.  
stigia!

10 CL. Tace Chaline. comprime istum. OL. immo istunc, qui didicit dare.

ST. Appone hic sitellam, sortes cedo mihi: animum advortite.

Atque ego censui abs te posse hoc me impetrare, uxor mea, Calina ut uxor mihi daretur: &amp; nunc etiam censeo.

CL. Tibi

2. **A**rdentem.] Jam mortuam in rogo. Operare mortem uxorum, occurrit centies in Comædiis. *Græverus. Portam Metiam.* Ubi pauperiorum cadavera comburebantur. *Metia* porta ea est quæ nomen à *Merio Asthemio* habet, qui pro peste sedata, diis, omnia quæ novo vere nascebantur, & homines, & pecora etiam obrulit. Sunt qui à *Metio* illo sordifrago dictam portam velint, & quoniam ibi torquerentur homines, Romano populo invisam fuisse contendunt. *Longol. Vid. Pseudol. act. 1. 3. & Mil. 2. 4. v. 6.*

3. **Haud credo.** Donatus: *Credere, dubitantu est: certum esse, fidentu. Plus est scire, quam credere: nam certior*

*scientia est, quam fides, ut docet Aristot. Lambin. Creditimus aliis, (unde & Creditores) C. dicuntur) scimus autem ipsi. quod exploratæ magis veritatis est. Boxhorn.*

4. **Hariolum.** Vide Notas Milit. act. 3. 1.

8. **Stimulus ego.** Mea presentia te urit.

9. **Adfudassit.** Non improbarem legi, *assultassit*. Nihil frequentius Græcis, quam *πυδίων ἀγρία*, nunquam vero *ιδπίου* legitur. *Salmastius*. Forte: *En ut corculum adfudassit*. nam liber optimus: *adfudassit*. Gronov.

12. **Censui abs te posse hoc me impetrare.** Silent de suis septem codicibus itrenue. Nostri tamen omnes: *meccum impetrare.*



- CL. Tibi daretur illa? ST. mihi enim? ah, non id volui dicere:
- 15 Dum mihi volui, huic dixi: atque adeo dum mihi cupio, perperam  
Jamdudum, hercle, fabulor. CL. pol tu quidem; atque etiam facis.
- ST. Huic, immo hercle mihi. vah, tandem redii vix veram in viam.
- CL. Per pol sæpe peccas. ST. ita fit, ubi quid tantopere expetas.
- Sed te uterque suo pro jure, ego atque hic oramus. scripti ora.  
CL. quid est?
- 20 ST. Dicam enim, mea mulsa, de istac Casina huic nostro villico  
Gratiam facias. CL. at pol ego neque facio, neque censeo.  
ST. Tum igitur ego fortis utrinque jam. CL. quis vetat?  
ST. Optu-

*trare.* Vide an scripserit, *Atque ego censui me posse hoc tecum impetrare.* Cui explicando videtur aliquis appoluisse *abs te.* Nam id dixit *tecum impetrare*, ut *tecum oro.* Gudianus: *abs te hoc posse negotium impetrare.* Gronov.

16. *Pol tu quidem.* ] Non solum perperam fabularis, sed etiam perperam facis. *Gronov.*

18. *Per pol.* ] *Servius* 1. *Æn.* *Pol*, per se plenum est jurantis adverbium; cui præpositio separatim nunquam cohæret. *Ter. Hec. act. 1. 1.* *Per pol quam paucos reperias*; id est, perquam paucos. Sic & hic *per sepe*.

20. *Mulsa* ] Vide notas *Pœn.* 1. 2.

22. *Iam mittam.* ] Hoc verbum *mittam* abest libris. Et vero abesse debet. Non enim de mittendis fortibus hic agitur. Nec etiam mittebantur in sitellam, priusquam æquatæ essent. Sortes allatæ fuerant cum situla, ut ex initio licet liquet. Dandæ erant utrique fortientium. Nam singuli suam in situlam conjiciebant, ut ex sequentibus constat. *Euge, cave.* *Conjicite sortu nunc jam ambo huc.* Sensus igitur hujus loci postulat, ut *Stalinus* fortes utrique daret. Scribendum

itaque puto; *Tum igitur ego do fortis utrinque jam.* Vel etiam subintelligi potest illud *do* & legi; *Tum igitur ego fortis utrinque jam.* Acceptas sortes cum pararent conjicere, uxori datur sunt ut eas æquaret, id est, ut pares magnitudine faceret: *Ecce uxor aqua.* Non enim de situla id accipiendum est, sed de fortibus. Quod sequentia declarant; *credo hercle hodie devotabis sortes, si attigerit.* Hæreditates primæ olim & quæcunque inter plures dividenda erant, sortitione distribui solebant, & ea sortiendi quidem ratione ejus hic mentio. Unde *κλήρον* Græci vocabant hæreditatem, quia sortito eam hæredes partiebantur, id est, *κληροσφ;* Cum de primatu in aliqua consequendo contendere inter plures, sortito deferebatur. Præmia, & alia quæcunque sorti committebantur. In vas aliquod conjiciebantur sortes, cum aqua aut sine aqua. Si sine aqua esset, sortes ex terra molli & pingui ut plurimum fiebant. Si cum aqua, ex materia aliqua duriore, & quæ non facile liqueceret: Ut calculus, aut lapillus, aut annulus, aut aliud tale quid. Grammatici *κλήρον*, id est, sortem interpretantur, *σημαίνον* ὁ, *πρὸς ἑμὲ*  
Cām

ST. Optimum atque æquissimum istud esse, jure judico.

Postremo, si illuc quod volumus eveniet, gaudebimus:

25 Sin secus, patiemur animis æquis. tene sortem tibi.

Vide quid scriptum est. OL. unum. CH. iniquum est: quia isti priusquam mihi est.

ST. Accipe hanc sis. CH. cedo, mane: unum venis in mentem modo.

Vide, ne qua illic insit alia fortis subaqua. ST. verbero,

Men' te censes esse? nulla est. habe quietum animum modo.

30 CH. QUOD bonum atque fortunatum sit mihi, tuum magnum malum.

OL. Tibi quidem edepol credo eveniet: novi pietatem tuam.

Sed mane dum: num ista aut populna fors, aut abiegna est tua?

CH. Quid

ἐλάττω ἀγρίῳ τῷ λαχμῷ, φησὶ τυχόν, ἢ δακτύλῳ, ἢ βῶλῳ ἀγρίῳ κατὰ Σοφοκλῆν. Si vas in quo sortes conjiciantur aquam haberet, ex aliqua materia ponderosiore fors esse debebat, quæ fundum peteret nec supernataret. Si in vas sine aqua mitterentur interdum festucis exzquatis sortitio peragebatur. Unde κέρφια βαλεῖν Græci dixerunt de hujusmodi sortitione. Et Plautus hic meminit populneæ & abiegne fortis. Sed his sortibus locus non erat cum per sitellam aqua plenam sortiebantur. Nam ideo aquâ valâ quibus sortiebantur implebant, ne in fundo conspicuæ sortes apparerent. Apud Homerum sortitio fit militaris, in galeam conjectis sortibus, sine aqua ut videtur. Κλήρυς ἐν κωμῶν χαλκήρει πάλλον ἑλόγτες. Movebant sortes in vase, ut turbarentur, ne staus fieret in extrahendis. Inde πάλῳ pro sorte. Hodie chartulis complicatis & nomine ejus notatis cujus fors est vitium in pileum conjectis, & per puerum in singulos sortientes distributis. Hoc genere sortitionis quo sortes in vas conjiciuntur, milites partiti sunt vestimenta Christi, quod dicitur apud Johannem βαλεῖν κλήρον. Quod nec de mutatione intelligendum, ut fecit Nonnius, nec de πλεισθολίτθῳ, quæ jactu fit tesserarum. Sortem mittere Latini dicunt de sortitione, quod Græce

est κλήρον βαλεῖν. Ita milites agros sibi assignatos sortiebantur. Sortientium nomina in pitaciis scribebantur, quæ in vas aliquod conjiciebantur, & inde tollebantur, & singulis sortientium distribuebantur, ut ex Hygino constat de limitibus constituendis. Buxæ erant illæ sortes, sive pittacia pro sortibus in sitellam conjectis, quia buxum non supernatat, sed fundum petit. Sorticula buxæ fit mentio in veteri tabula znea, & sitellæ jam aqua in quam erat demittenda, aperta & brachio aperto. Et certum est fortes, de quibus hic agitur apud Plautum buxæas fuisse. Quod ex his ejus verbis apparet. Sed manendum, nam ista aut populna fors, aut abiegna est tua. CH. Quid tu id curas? OL. Quia enim metuo, in aqua ne summa natet. Ergo buxæ debuerunt esse ne supernatarent. Et tales omnino fuerunt, quibus illi servi Casinam sortiti sunt. Salmasius.

26. Unum.] Nota, quæ movēdet significat. Camer. Mibi est.] Scilicet data fors. Lambin.

27. Hanc sis.] Scilicet alteram, si vis.

28. Sortis.] Sortis pro fors. Priscianus l. 7.

32. Populna.] Id est, ex populo arbore.

CH. Quid tu id curas? OL. quia enim metuo, ne in aqua summa natet.

ST. Euge: cave, conijcite fortis, nunc jam amabo Acid. xq-ge, cate. Vulg. ambo. huc. ecce te.

35 Uxor, æqua. OL. nolim uxori credere. ST. habe animum bonum.

OL. Credo, hercle, hodie devotabit fortis si attigerit. CH. tace.

OL. Taceo; Deos quaeso. CH. ut quidem tu hodie canem & furcam fetas. Memf. Camum Gr. κημωτ.

OL. Mihi ut sortitio eveniat. CH. ut quidem, hercle, pedibus pendeas.

OL. At tu ut oculos emungare ex capite per nasum tuos.

40 Quid times? paratum oportet esse jam laqueum tibi.

Periisti. ST. animum advortite, amabo. OL. taceo. ST. nunc tu, Cleostrata,

Ne à me memores malitiose de hac re factum, aut suspices.

Tibi permitto: tute forti. OL. perdis me. CH. lucrum facit.

CL. Bene

33. *Summa.* ] Fiebant enim fortes ex ligno durissimo, puta quercu, aut robore: ut in aqua subiderent. *Lamb.*

35. *Uxor, aqua.* ] *Lambinus* hic omnis devius. Sed quid venit in mentem *Gruteto*; ut faceret: ecce, re. *Uxor, aqua*, cui etiam explicationem alieveniunt: ecce, uxor ut æqua lege & iute tecum agam. Quasi hoc ab *agnus* fit, non à verbo *aquare*. Cum *praetertini* habent in promptu locum ex *Orat.* *Ciceronis* pro *Cornelio*: dum *fitella* deferretur, dum *aquantur fortes*, dum *sortitio* fit. Idem l. 1. de *Divinatione*: *Cujus generis oracula etiam habenda sunt, non ea, qua aequat sortibus dicuntur.* *Grönovius.*

36. *Devotabit.* ] *Devotabit*, est fortes diris precatationibus obligabit, seu devotas & execratas teddet. Usus hoc verbo & *Cic.* 1. *Paradox.* & *Accius Decio*: *Patris exemplo me dicabo, atque animam devotabo hostibus.* Auctor libri *De herbis*, cui *Apulejus* vulgo habitus, cap. 7. *Si quis devotatus defixum q. fuerit in suo nuptiu sic eum resoluat.* Hic quid devotatum

fit aliqua intelligis ex adjuncto *defixum*, *Scaliger* ad illud in *Ceiri*,

*Regu Ielciacu animum defigere votis*, notat: Dictum, ut *defigere diru*. In *vet. Glossario*: *Defixiones, νεωμαντεια, κατὰ δρομω* ut intelligere possis *κατὰ δρομω* esse *Poëtz*,

— *Veneru, Dic, vincula nullo.*

*Grutet.*

37. *Canem.* ] *Canem forte*, hic est vinculum esse. sic *catulum* vel *catellum* ferreunt alibi dixit per diminutionem, eodem modo *Græci* *σκύλακα* vocant. *Turneb.* *Canu* idem hic omnino quod vinculum. Nam qui furcam fetebant, hoc est, qui collo insertam furcam gestabant, vinculis etiam manus revinctas post tergum habebant. *Canis* igitur hoc loco est vinculum, *Festus*: *Catulus, genus quoddam vinculi, qui interdum canis appellatur.* *Salmaf.*

42. *Suspices.* ] *Vetustiss. Edd.* *suspiciere*, & ita etiam in *Ms. Cam.* sed à manu secunda. Vulgo *suspiceo*. Vide notas *Mezachm.* 5. 9. §. 22. *Taubmannus.*

43. *Tute forti.* ] Pro *fertire*. Vide infra,

CL. Bene facis. CH. Deos quæso, ut tua fors ex sitella effugerit.

45 OL. Ain tu? quia tu es fugitivus, omnes te imitari cupis. Utinam tua quidem, sicut Herculeis prædicant Quondam prognatis, ista in sortiendo fors deliquerit.

M. P. S. deliquerit.

CH. Tu

fra, & §f. 6r. *Lucrum facit.*] Quia nihil es, neque sumptum, quem herus facit in te alendo, exlatis. *Lamb.*

46. *Herculeu.*] Situlam aqua plenam habebant. Græci *ὄστειας* appellant. Latini *urnam* etiam istis sortitionibus adhibebant cum aqua. Sortes erant tesserae, vel orbiculi ex terra pingui, quos notabant litteris singulis nomen ejus indicantibus cujus fors erat. In urnam sive situlam mittebantur; cujus fors prima exisset ab aliquo extracta, is vincebat, & id obtinebat, quod sorti fuerat commissum. Sortes eas Græci vocant, *κλήρες*, *πάλας*, & *ψίφος*. Quibuscumque rebus ad eam rem utebantur, calculis, aut lapillis, aut tesserae ex luto formatis. Historiam Cresphontis, qui sortito Messeniam sic abstulit, narratur à Pausania in Messeniæis; sed aliter eam tradit Apollodorus lib. 11. Bibliothecæ. Cum hic vellet omnimodo habere Messeniam, fraudem in sortiendo & artem adhibuit, qua ipsi contigeret. Prima fors quæ è situla exiret, dabat Argos, secunda Lacedæmonem, tertia Messeniam. Tres erant qui sortiebantur, & qui sortes in situlam conijcere debebant, ut scirent quis ex tribus quam ex illis tribus urbibus sortiretur. Temenus, duo Aristodemi liberi. Procles & Eurythenes pro uno, & Cresphontes. Tertius qui Messeniam cupiebat obtinere. Prioribus duobus, hoc est. Temeno & Aristodemi natis pro sortibus in situlam lapillos conijcentibus, Cresphontes ex tertia mollis gleba factam sortem ingessit. Ea dissoluta est & liquefacta aqua. Sic duæ sortes primæ exierunt, quæ Argos & Lacedæmonem Temeno & Aristodemi filiis dederunt. Non opus fuit educi tertiam, quia eum duæ priores exissent, tertia sorte in fundo subsidebat, Messeniam omnino, quæ tertia sorti fuerat destinata, Cresphonti cessit. At subdole is cavet ne prima

posset extrahi, aut secunda, quia cupavit, ut ne quidem posset comparere, cum in aqua deliquisset. Hic tamen dolus primo latuit. Nam duabus prioribus sortibus extractis, quibus Argos & Lacedæmon priores sortes habentibus contingerent, necessario sequebatur, ut tertia, quamvis non esset educta, Messeniam ei daret, cujus fors ultimo loco è situla exisset. Sortibus autem coniectis in urnam, vel situlam, eam movebant, ut sortes turbarentur, & casus in edueendis sortibus dominaretur. Unde illud Poætæ, *Ὀπνὴμα μὸν ἐκ ὕρνης ὀνόματι.* *Opnema movet urna nomen.* Eam sortitionem Chtesphontis & Aristodemi filiorum aliter narrat Pausanias. Dicit loco jam citato, cujus prima fors exisset, eum Messeniam obtulerunt, convenisse. Scribit Temenum, qui factum vellet Cresphontis, pro sorte filiorum Aristodemi, orbiculum vel tesseram, *κλήρον* appellat, ex luto sole indurato in urnam coniecisse. At Cresphontis fors erat ex terra igne cocta. Dissoluta in aqua sorte Aristodemi filiorum, prima fors exiit Cresphontis, quod necesse fuit, cum sola esset, altera utpotè liquefacta ac perditura. Cum prima autem Cresphontis educta esset, quæ Messeniam illi assignabat, non opus fuit alteram extrahere, quæ nihil dabat. Ideo sic fraus tunc latuit. Eadem est sortiendi ratio, qua hic apud Plautum duo servi ancillam Casinam sortiuntur. *Æquabantur sortes.* id est, partes magnitudinis fiebant, quia quæ major fuisset, ea primo loco facilius exire potuisset. Inde mentio æquandarum sortium in hac scena. *Salmas.* *Sicut Herculeis prædicant.*] M. Cam. *Herculei.* Sed scribendum est, *Herculeo prædicant Quondam prognatis.* Ut apud Ciceronem; *Thyestes Tantalo prognatus, Palope natus; & Euridicæ prognata; & Venere prognatus.* Est autem *Herculeo* ab *Herculeus*, *Ἡρακλείδης*. *Gronovius.*

47. *Deliquerit.* Id est, liquefacta fuerit.

CH. Tu ut liquefcas, ipse actutum virgis calefactabere.

ST. Hoc ageris, Olympio. OL. si hic literatus me finat.

50 ST. QUOD bonum atque fortunatum mihi fit. OL. ita vero, & mihi.

CH. Non. OL. imo hercle. CH. imo mihi hercle. ST. hic vincet, tu vives miser.

Præcide os tu illi hodie. age, ecquid fit? CL. ne objexis manum.

OL. Compressan' palma an porrecta ferio? ST. age, ut vis. OL. hem tibi,

CL. Quid tibi istunctactio est? OL. quia Juppiter jussit meus,

55 CL. Feri malam tu illi rursus. OL. petii, pugnis cædor, Juppiter.

ST. Quid tibi tactio hunc fuit? CH. quia jussit hæc Juno mea,

ST. Patiundum est, siquidem me vivo mea uxor imperium exhibet.

CL. Tam huic loqui licere oportet, quam isti. OL. cur omen mihi

Vituperat? ST. malo, Chaline, tibi cavendum censeo.

60 CH. Tempori, postquam oppugnatum est os. ST. age, uxor mea, nunc jam

Sorti,

49. *Literatus.* ] Literis in vultu notatum interpretor: etsi contra nitente *Lambino*: verè literæ fronti inscribi solent, immo vultui sæpe toti. Literæ, dico, aut plura verba, quæ crimen continent causamque notæ, puta, *Cave à fure: A fugitivus.* Sæpe etiam plurium verborum sui illa inscriptio, immo verbum. Ratio autem inscribendi ita habuit, ut primis literæ inuterentur candenti ferro: deinde aramentum infunderetur, quo eminent magis literæ, & præberent se lectui. *Lips. Elect. lib. 2. 15. Pseud. act. 1. sc. 15. Cælius Antiq. lect. lib. 7. cap. 31.*

51. CH. Non. OL. imo hercle. CH. imo, &c. ] Ut certamen sit nervosius, ita variat. *Acid.* Atque ab hac mutua observatione pendere ait intellectum ejus dicti, quod inferius male interpretatur de pulsatione. OL. *Cur omen mihi vituperat.*

52. *Præcide.* ] Tum. leg. *percide*, id est *batue, tunde.* *Objexu.* ] Ulurpavit *objicere pro adjicere.* nam *ob* pro *ad* veteres dixisse ex Festo notum. Ergo, *ne objexu manum*, est *ne attigeru.* Sic postea eadem *Cleostrata*, cum ille nihilominus verbetibus impeteret, objurgans interrogat, *Quid tibi hunc tactio est? Meus.*

57. *Imperium exhibet.* ] Exercet, palam agitat. *Lamb. Vid. notas Bacch. 3 3.*

58. *Omen mihi vituperat.* ] Mihi religiose omen captanti vitium facit, insuspicatum aliquid objicit. Sic magistratus vitio creatos, aliquid vitio *fallum* passim: apud Livium, apud Cicronem, Claudium & Junium vitio *navigasse* legimus. Sed quomodo hic fit vitium? Non pulsando confervum, ut voluit Turnebus: sed unica voce *Non* versus 51. quod intellexit *Acidalius.* Vide quæ supra diximus ad *Captiv. 2. 2. 104. Grenovius.*

61. *Præci*

Sorti. vos advortite animum. præbe tu. OL. ubi  
sim nescio.

*Pis. OL. præ  
metu ubi sim  
nescio.*

Perii! cor lienosum opinor habeo, jamdudum salit:

*Len. cor-  
tinosum.*

De labore pectus tundit. CL. teneo sortem. ST. effer foras.

CH. Jamne mortuus? OL. ostende, mea est. CH. mala crux  
ea est quidem.

65 CL. Victus es, Chaline. ST. tum nos diu vivere, Olympio,  
Gaudeo. OL. pietate factum est mea, atque majorum meum.  
ST. Intro abi uxor, atque adorna nuptias. CL. faciam ut  
jubes.

ST. Scin tu ruti esse ad villam longe, quo ducat? CL. scio.  
ST. intro abi:

Et quanquam hoc tibi est ægre, tamen fac accures. CL. licet.

70 ST. Eamus nos quoque intro, hortemur ut properent.  
OL. num quid moror?

ST. nam præsentem hoc plura verba non desidero.

61. *Præbe tu.* ] Scilicet animum, esto præ-  
sentem animo, Olympio. *Lamb.* Vel *præ-  
be tu*, scilicet sitellam.

62. *Cor lienosum, &c.* ] Seiunt Medici  
lienosis familiarem esse *πυλμόν τ' καρ-  
διάς*, ob vapores melancholicos à liene  
in cor delatos, quos eum conatur exe-  
tere, palpitationem facit. Ergo lienis  
morbo etiam cor tentatur, sed *κατὰ συμ-  
πύθησιν*, per multiplices & insignes ar-  
terias, quas à corde lien accipit. Nec ul-  
lius rei est, quod *Turnebus* citat ex *Merc.*  
act. 1. sc. 2. ubi ait leno, *lienem seditionem  
facere, & præcordia occupavisse.* Nam qui  
lien seditionem non faciat, qui cor etiam,

nobilissimum vifcus, in consensum tra-  
hit, & ac sui vitii paniceps? Certe lien  
ubi intumescit, *præcordia* dicitur occupa-  
re, hoc est, hypochondria. Extenditur  
enim ab hypochondrio sinistro in dex-  
trum, einguli modo. Propterea ait Leno  
*Cure.* act. 2. sc. 1.

*Nam jam quasi xena, liene cinctus am-  
bule.*

Ait ergo Olympio, sibi cor ita salire,  
præ timore & anxietate, quasi si lienosus  
sit, & labore *πυλμὸν τ' καρδιάς.*  
*Dissaldzus.*

63. *De labore.* ] Id est, præ dolore.  
*L. D.*

## ACTUS SECUNDI SCENA SEPTIMA.

## CHALINUS.

SI nunc me suspendam, meam operam luserim,

Et præter operam restim sumptifecerim,

Et meis inimicis voluptatem creaverim.

Quid opus est, qui sic mortuus? equidem tamen

Sorti

4. *Quid opus est.* ] Nescio cur hic hæ-  
serint interpretes & correctores.

In Cameratii editione recte hæc distin-  
cta sunt & aperta: *Quid opus est? qui sic  
mortuus*

- 5 Sorti sum victus, Casina nubet villico.  
 Atque id non tam ægre' st jam vicisse villicum,  
 Quam id expetivisse opere tam magno senem,  
 Ne ea mihi daretur, atque ut illi nuberet.  
 Ut ille trepidabat! ut festinabat miser!
- 10 Ut fufultabat, postquam vicit villicus!  
 Atat, concedam huc: audio aperiri fores  
 Mihi benevolentis. atque à me prodeunt.  
 Hic ex infidiis hifce ego infidias dabo.

*mortuus equidem tamen Sorti victus sum.*  
 Quid opus est, ut me suspendam, &  
 malum malo addam? Suspendio enim  
 id quod jam factum est, infectum  
 fieri nequit. Sorti, (id est, sorte; sic  
 enim veteres) jam victus sum. La-  
 queo id malum non licet dispellere.  
*Boxhorn.*

10. *Ut fufultabat.* ] Ita & Captei-  
 vei 3. 4. Pl. 104. à subsiliendo. Cur-  
 cul. 1. 2.

12. *Atque à me prodeunt.* ] Lego:  
 — fores. Mihi benevolentes atque ami-  
 ci prodeant. *εἰσπρωξίαι*. Nam quid illud  
 à me prodeunt? an, à domo mea? quam

servus nullam usquam habuit. Jam si  
 herilem intelligeret, Latine dixisset, à  
 nobis. Porro, *Ab antiquis ameci & ama-  
 ca per E litteram efferebantur*: ait Fe-  
 stus: *Gulielm.* Nulla hic opus muta-  
 tione est. *A me & ad me*, opponuntur.  
*Ad me prodire* dicitur, qui fron-  
 tem à me. qui terga dat. A Chalino  
 prodibant ex ædibus, Olympio, Villi-  
 cus, & Stalino fenex. Ideo fores bene-  
 volentes sibi vocat, quis ira prodenn-  
 tibus à tergo, quasi ex infidiis, inflare  
 poterat, & facile audire, quid rerum aut  
 scelestum molirentur. Ista veta hujus lō-  
 ci est sententia. *Boxhorn.*

## ACTUS SECUNDI SCENA OCTAVA.

OLYMPIO, STALINO, CHALINUS.

S In modo rus veniat, ego remittam ad te virum  
 Cum furcā in urbem, tanquam carbonarium.

ST. Ita fieri oportet. OL. factum & curatum dabo.

ST. Volui Chalinum, si domi esset, mittere

5 Tecum obsonatum, ut etiam in mœrore insuper  
 Inimico nostro miseriam hanc adjungerem.

CH. Reccissim cedam ad parietem, imitabor  
 nepam,

Captandus est horum clanculum sermo mihi.

Nam

2. *CUM furca.* ] Furca aptati gesta-  
 bantur carbones: & fusciferi  
 servi sub furca plectebantur; & in exem-  
 plum traducebantur. Festus: *Ærumnu-  
 las Plantus refert fuscillas, quibus*

*religatas sarcinas viatores gerebant.* Tur-  
 nebus.

7. *Reccissim.* ] Vide notas Amphitr.  
 5. 1. 60. & Pl. 4. 1. *Nepam*, id est,  
 cancrum.

10. *At*

Nam illorum me alter cruciat, alter macerat.

10 At candidatus cedit hic mastigia :

Stimulorum loculi. protollo mortem mihi.

Certum est, Acheruntem præmittam prius.

OL. Ut tibi ego inventus sum obsequens! quod maxime  
Cupiebas, ejus copiam feci tibi.

15 Erit hodie tecum, quod amas, clam uxorem. ST. tace.

Ita me Di bene ament, ut ego vix reprimo labra,

Ob istam rem quin te deosculer, voluptas mea.

CH. Quid, deosculer? quæ res est? voluptas quæ tua?

OL. Ecquid amas nunc me? ST. immo edepol me, quam te,  
minus.

20 Licetne amplecti te? CH. quid amplecti licet?

ST. Ut quia te tango, mel mi videor lingere!

CH. Effodere hercle hic volt, credo, vesicam villico.

OL. Ultro te amator apage te à dorso meo.

CH. Hodie hercle, opinor, hinc conturbabunt pedes :

25 Solet hic barbatus sane sectari senex.

Illuc est, illuc, quod hic hunc fecit villicum : &

Idem me pridem, cum ei advorsum veneram,

Facere atriensem voluerat sub janua.

OL. Ut tibi morigerus hodie! ut voluptati fui!

30 ST. Ut tibi, dum vivam, bene velim plusquam mihi!

Ut

10. *At candidatus.* ] Sponsi enim candidati. Infra, *Villicus hic autem eum corona, candide vestitus.* Ad morem libertorum in mutanda veste refert. Loquitur enim de Olympione, qui jam libertus. At liberti novi in toga apparebant, id est, communi civium veste; quæ erat alba. *Lipsius. Cedit.* Pro incedit.

11. *Stimulorum loculi.* ] Ità stimulis fodi solitus, ut totum corpus ejus stimulorum loculi esse videantur. *Lambinus.*

12. *Acheruntem præmittam.* ] Homero est *αἰδὶ αἰγιάδῃα.* *Taubmannus.*

24. *Hic conturbabunt.* ] Vide si voles *Lambinum*, & *L. Manutium* ad lib. 2. ep. 1. ad *Atticum.* *Taubmannus.* Ineptil-

sime *Dissalduz* : *in constuprabit pedes.*

27. *Idem me pridem.* ] Hic aliquid scabrum agnoscunt viri docti, vel dum laborant in explicando. Sed omnia erunt planiora, si legas : *Idem*, id est, similiter, eadem lege atque pacto, nempe si ei morigeratus essem sub janua, me voluit atriensem facere. *Gronovius.*

28. *Facere atriensem.* ] Id est, voluit me atriensem facere si sibi morigeratus essem. Ut *Olympionem* servum fecerat villicum, quod ipsi se morigerum præbuisset, stuprum inferenti. Merces autem stupro maxima, quæ servo rustico dari posset à domino, si villicum eum faceret. *Urbano* autem, si atriensem. Non aliter ille locus potest intelligi. *Salmasius.*



Ut ego hodie Casinam deosculabor! ut mihi  
Bona multa faciam, *clam* meam uxorem! CH. attate,  
Nunc pol ego demum in rectam redii semitam.

Hic ipse Casinam deperit, habeo viros. ST. jam

35 Herce amplexari, jam osculari gestio.

OL. Sine prius deduci. quid, malum, properas? ST. amo.

OL. At non opinor fieri hoc posse hodie. ST. potest.

Siquidem cras censes posse te mitti manu.

*Mss. Casinam  
manumitu.*

CH. Enimvero huc aures magis sunt adhibendæ mihi.

40 Jam ego uno in saltu lepide apros capiam duos.

ST. Apud hunc sodalem meum atque vicinum mihi

Locus est paratus. ei ego amorem omnem meum

Concedui: is mi se locum dixit dare.

OL. Quid ejus uxor? ubi erit? ST. lepide repperi.

45 Mea uxor vocabit huc eam ad se in nuptias.

Ut hic sit secum, se adjuvet, secum cubet.

*Quid. credi  
adjuvet.*

Ego iussit, & dixit se facturam uxor mea.

Illa hic cubabit: vir aberit faxo domo.

Tu rus uxorem duces. id rus hoc erit,

50 Tantisper dum ego cum Casina faciam nuptias.

Hinc tu ante lucem rus cras duces postea,

Satin' astute? OL. docte. CH. age modo, fabricamini.

Malo, herce, vostro tam vorfutu vivitis.

ST. Scin' quid nunc facias? OL. loquere. ST. tene marsu-  
pium.

55 Abi atque obsonia propera: sed lepide volo

Molliculas escas, ut ipsa mollicula est. OL. licet.

*Pal. abi atque  
obsonia. propera.*

ST. Emitto sepiolas, lepadas, lolligiunculas

Hor-

32. Attate.] Interjectio est, vel se  
ipsum, ut hic; vel alterum, ut infra non  
longe, increpanis. Lambinus.

34. Habeo viros. St.] Videtur prover-  
bii habuisse speciem, dicitur solitum in  
manifesto deprehensos. Indicio est Me-  
nippæ Varronis hoc titulo, *ἰγῶσι*, &c.  
Adelph. act. 2. 2. *Labascit: virum bocha-*  
*kos.* Palmer.

35. Gestio.] Gestit qui subita felici-  
tate exultaturus, nimis corpori motu pra-

ter consuetudinem exultat. Festus.

40. Uno in saltu.] Saltum vocat, quod  
Horar. lib. 3. Odâ 12. *fruticetum.* Græc.  
*σπηλιών, cubilis & iustrum ferarum.* Sca-  
liger.

50. Cum Casina faciam nuptias.] Face-  
renuptias, hic non conventionem tantum in  
conjugium, sed in ipsum catum significat.  
Ainob.

57. Sepiolas.] Perire senex cibos no-  
minat, conducentes eis qui Veneris sacra  
bcnc

Hordeias. CH. immo triticeas, si sapis.

ST. Soleas. CH. qui quæso potius, quam sculponeas,

60 Quibus batuatur tibi os, senex nequissime?

OL. Vin' lingulacas? ST. quid opus est, quando uxor domi est?

Ea lingulaca est nobis: nam nunquam tacet.

OL. In re præfenti, ex copia piscaria

Consulere, quid emam. ST. æquum oras, abi.

65 Argentoparci nolo: obsonato ampliter.

Nam mihi vicino hoc etiam convento est opus,

Ut quod mandavi, curet. OL. jamne abeo? ST. volo. Domi  
vola.

CH. Tribus non conduci possum libertatibus,

Quin ego illis hodie comparem magnum malum;

70 Quinque hanc omnem rem meæ heræ jam faciam palam,

Manifesto teneo in noxa inimicos meos.

Sed si nunc facere volt heræ officium suum,

Nostra

bene obire cupiunt. nam ut *Oribasius*. *Egineta*, alique Medicor. docent, mollis carnis pisce: ac testacea omnia, inter *αρεθιασιμα*: maximas vires habent. Antiquis enim persuasum, marina omnia salaciora esse, ob Venerem mari ortam. unde etiam astrologi libidini fore deditos præfagiunt, quibus in horoscopo pisces. *Lud. Nannius*. V. N. Rudent. 3. 2. *Lepadas*.] *Λεπας*: concha marina petris ita firmiter ad hærens, ut inde vix divelli possit. Hinc *εινεια* Aristoph. sumit *Pluta*, ubi anum adolescenti tanquam *λεπασδα* petra ad hærens ait. *Rittersh. Loligiunculus*.] Senex rusticus qui pulchritus nihil frugibus efferet, *loligiunculus hordeias*, pro pulehris, inepte dixit & putide. quo in vocabulo mox à servulo reprehenditur: *Imo*, inquit, *triticeias*. Accedit, quod ipsa verborum forma idiotismum rusticum sapit. *triticeas* enim formandum erat, non *triticeias*; & *hordearias* non *hordeias*. Turneb. Ut *loligiunculus*, ita & *hordeias* piscis nomen esse puto. *Lambin.*

59. *Sculponeas*.] *Sculponea*, rudia & rustica calceorum servilium genera 2, quorum Cato meminuit: At *sculpones*, inquit *Fulgensius*, *dici voluit castus plum-*

*bo ligatos*. Atque utrumque recte. Est enim *αυριβιολογια* in voce *Sculponeas*, duas pariter res denotante, & *calceamenta* & *castus*. Porro *calceos cadi*, non solum turpe, sed & molestum erat, quod ii & *spica*, & *clavis ferreis confixi* essent. *Dioux.*

60. *Batuatur*.] *Lexic. Latinogt. Batuatur*, id est, *κατακοπιη*, *concidit*, *contundit*. Vide *Victorium Var. lib. 11. cap. 1.*

61. *Lingulacas*.] Iterum locus ex ambiguo. *Festus*: *Lingulaca*, genus piscium: vel *mulier argutatrix*. *Nonius*: *Lingulaca*, *locustoleia*; à *proccacitate lingua*. *Lingulaca* apud *Plin.* pisces, quos *lingua Belgica Tongas* appellant, à *lingua* scilicet forma: vel potius, à *Lingula gladioli* genere.

64. *Quid emam*.] Sic *Mss. Codex Cameracensis* interjicit, sed manu secunda inter versus, *potero q. e. Pal. sextus*: *Consul. quid emam oportet*. Forte: *consulere, quid emam, æquum est*. *St. Equum oras. Gualterus.*

68. *Tribus non cond.*] Vide notas *Asin. act. 5. 2.*

73. *Nostra omnia iu.*] Id est, *vicimus Longel.*

74. *Nestra*

Nostra omnis lis est: pulchre prævortat viros:  
Nostro omine it dies: jam vict: vicinus.

75 Ibo intro: ut id, quod alius condivit cocus,  
Egò nunc vicissim ut alio pacto condiam,  
Quicquid paratum est, ut paratum ne fiet:  
Sicque ei paratum, quod paratum non erat.

74. *Nostro omine.*] Id est, auspicio felicitetque. Omen est nostrum & auspicium, non adversariorum. *Turnebus* lib. 7. 12.

75. *Ut id, quod.*] Allegoria, ubi quis rem omnem novat & perturbat. *Erasmus.*

77. *Quicquid paratum est.*] Sic editos omnes usque ad consulatum Parei, qui è MS. eggeserit: *Quo id quod paratum est:* at sic nihil hic facere sequens, *Ut*, notat

*Gruterus.* Et ille pavescit redit ad vulgatum. Quid est igitur quod non modo isti, sed & omnes nostri. *Quo id quod.* Dicam. Scripsit *Plaut.* *Quo id quod paratum est, ut paratum ne fiet.* Sicque ei paratum, quo paratum non erat. Ego, inquit, hoc aliter condiam ut quod paratum est, ne sit paratum, cui erat paratum, nempe seni & Olympioni, & sit ei paratum, cui non erat paratum, nempe mihi & herili filio, *Græv.*

## ACTUS TERTII SCENA PRIMA.

STALINO, ALCESIMUS.

**N**unc amici anne inimici sis imago, Alcesime, mihi  
Sciam: nunc specimen spectitur, nunc certamen cer-  
nitur.

Cur autem! exime castigare, id ponito ad compen- Lamb. curam  
ini exime.  
dium.

Canò capite! atate aliena! coaddito ad compendium.

3 Cui sit uxor, id quoque illuc ponito ad compendium.

AL. Miseriorem ego ex amore, quam te, vidi neminem.

ST. Fac vacent ædes. AL. quin e de pol servos, ancillas  
domo

2 Certum est omnis mittere ad te. ST. cho, nimium scite  
scitus es.

Sed facito dum meminervis versus quos cantat Colax: Cibo

Cum

2. **N**unc specimen spectitur.] *Δείγμα  
δείκνυται*, nunc spectaberis, qualis sis in meo animo. *Turneb.* lib. 16. 3.

3. *Cur amem! exime.*] Ita *Scaliger* ad-  
pinkerat *Plauto* suo. MS. *Cam.* *Curam  
exime.* Legendam putabat *Gul.* *Curam  
eximere, castigare, id ponito.* Quod cu-

ram hanc & amorem verbis eximere mihi; quod me castigare fortassis cogitas; supercede opera tua: etiam illa quæ dici solent senibus lascivis, cano capite! atate aliena! cui uxor sit! omitte. nam frustra omnia dicentur.

9. Sed facito dum meminervis.] Sed facito

10 Cum suo, quiqui facito uti veniant: quasi eant Sutrium.

AL. Meminero. ST. hem, nunc enim te demum nullum scitum scitū' st.

Cura, ego ad forum modo ibo. jam hîc ero. AL. bene ambulā.

ST. Fac habeant linguam tuæ ædes. AL. quid ita? ST. quum veniam, vocent.

AL. Attate, cædundus tu homo es: nimias delicias facis.

15 ST. Quid me amare refert, nisi sum doctus dicax Palm. dicitur mimus.  
nimis?

Sed tu cave inquisitioni mihi sis. AL. usque adero domi.

facito, interim memineris versus, quos Colax Nævianus cantat. Cantabat autem hoc Colax ille Nævii, (scripsit enim Nævius fabulam hoc nomine) *Uti quiquocum suo cibo, &c.* Lambinus.

10. *Quasi eant Sutrium.*] *Sutrium quasi eant, utique in Proverbium abiit hac de causa: Galico tumultu à Camillo quondam medicum est, legiones Sutrîi ut præsente essent cum cibo suo. Quod usurpari captum est in in, qui sui rebus epibusque officii*

*id præsarent quibus deberent. Festus.*

11. *Nunc enim te demum.*] Jocus in allusione nominis, *festum*; ex altero ejusdem loco interpretandus, Pseud. act. 2. 4. ubi scite *Plobiscitum* appellat, quod hic *Scitum*. Douza.

13. *Vocent.*] Cum veniam, pateant: ne habeam necesse pulsare. Lamb.

14. *Delicias facis.*] V. N. Mostell. 4. 2. 32.

16. *Inquisitioni sis.*] Vide Pseud. 2. 2. Cistell. 2. 3.

## ACTUS TERTII SCENA SECUNDA.

CLEOSTRATA. ALCESIMUS.

UT properarem arcesere hanc ad me vicinam meam, hoc erat,

Ecastor id, quod me vir tanto opere orabat meus:

Libere ædes ut sibi essent, Casinam quo deduceret.

Nunc adeo nequaquam arcesam, *ne qua* ignavissimis

5 Liberi loci potestas sit vetulis vervecibus.

Sed ecum egreditur senati columen, præsidium popli,

Meus vicinus; meo viro qui liberum præbet locum.

Non ecastor vilis emptū' st modius, qui venit, Dant. emptus modio.  
falis.

AL. Miroc

5. *Vetuli vervecibus.*] Sic Mercat. in senem exoletum: *Itane vero vervecis intro eam?* Et Petra 2. 2.

6. *Senati columen.*] Vide notas Epid. 3. 2.

8. *Non ecastor.*] Parva mutatione rescriben-

- AL. Miror huc jam non arcessi in proximum uxorem  
meam,
- 10 QUÆ jamdudum, si arcessatur, ornata expectat domi.  
Sed eccam, opinor, arcessit. salve, Cleostrata. CL. & tu Al-  
cesime.
- Ubi tua uxor? AL. intus illa te, si se arcessas, manet :  
Nam tuus vir me oravit, ut eam istuc ad te adjutum mit-  
terem.
- Viu' vocem? CL. sine: nolo, si occupata est. AL. otium est.
- 15 CL. Nihil inror, molesta ei esse nolo: post conuenero.  
AL. Non ornatis istuc apud vos nuptias? CL. orno & paro.  
AL. Non ergo opu' st adjutrice? CL. satis domi est, ubi  
nuptiæ
- Fuerint, tum istam conuenibo, nunc vale, atque istam jube.  
AL. Quid ego nunc faciam? flagitium maxumum feci miser,  
20 Propter operam illius hirci improbi edentuli, Puer. hirci  
improbi &  
edentuli.  
Qui hoc mihi contraxit. operam uxoris polliceor  
foras,  
Quasi catillatum. flagitium hominis, qui dixit mihi

Suam

scribendum cenfeo. Non ecastor vilis, emptus est modio qui venit salu. Eum versu superiore per ironiam columnon senatis & prasidium populi vocauerat; in hoc vero, non magni pretii aperte esse tellitur, cum modio salis emptum, non vili emptum fore dicat. Comicus alludit ad mancipia *δλωρατα*, id est, sale empti, quæ pro vilibus traducuntur. Nam *δλωρατα* & *δωρα* est *ωρα*, *ωλι* *γυ* *αζω*, ut Græci interpretantur. Dicit ergo, si modio salis emptus esset hircum esse, vult significare. *Salmast.* Non ecastor vilis emptus β. Ex titulo vel descriptione hominis fecere sententiam. Fuerat enim: *Non ecastor vilis emptus, modo qui venit salu. Non ecastor vilis emptus perinde habet ironiam atque illa superiora, Senatis columnon, prasidium populi.* Sed hic ironiam patefaci ratione addita, quæ contrarium evincit. Quasi diceret: Homo quantivis pretii, quippe ni & qui sit

*δλωρατα* & totus quantus modio salis veneat. *Granov.*

18. Atque istam jube. ] Scil. valere meis verbis.

21. Polliceor foras. ] Vide notas Stich. 4. 15.

22. Quasi catilla. tum flagitium. ] Vulg. edit. Quasi catillatum, id est, quasi ad catillandum, seu liguriendi gratia operam suam potissimum elocantis, &c. Fulgent. Catillare, est per alienas domos figurare: *trallium à catulis*, quod per omnes domos circumueant. Douza. Nihil mutandum est, & satis bene explicant interpretes. Catillare est abligurire, ut gulosi solent. Unde & catillas oras dicebantur, qui provincias amicas expoliabant lautis & magnificis epulis, quibus à provincialibus accipiebantur. Hinc *catillamepta* Lucanica apud Arnobium l. 2. pro quo vulgo *castellamentum* legitur. Item apud eundem lib. VII, *Arvina in exigua micula catillaminum infella de more.* Pro quo vulgo legitur, *at illa minutissimo infella de more.* Salm.

27. Pul-

Suam uxorem hanc arcessituram esse: ea se eam negat morarier.

Atque edepol mirum, ni subolet jam hoc huic vicinæ meæ.

25 Verum autem, altroveorsum cum eam mecum rationem puto,

Siquid ejus esset, *esset* mecum postulatio.

Ibo intro, ut subducam navim rursus in pulvinatum.

CL. Jam hic est lepide ludificatus. miseri ut festinant senes!

Nunc ego illum nihili, decrepitum, meum virum veniat velim,

50 Ut eum ludificem vicissim, postquam hunc delusi alterum.

Nam ego aliquid contrahere cupio litigii inter eos duos.

Sed eum incedit. at, quom aspicias tristem, frugi censeas.

27. *Pulvinarium.*] Recte se habet *navis*, nec reponendum videtur *ava*. Sed versus hic in quibusdam editionibus perperam Cleostratz tribuitur, cum Alcesimo sit adscribendus. Venerat ad Stalini uxorem, ut uxoris suæ operam ei promitteret in adornandis nuptiis, diceretque paratam esse ei rei adjutricem, si accesseretur à Cleostrata. Hæc vero cui suboluerat senum conspiratio, ut liberum locum habere possent apud Alcesimum exturbata inde uxore, negavit se opera uti velle uxoris Alcesimi. Quo audito Alcesimus domum redit, ut uxori nunciet operam ejus à vicina sua Stalini uxore non desiderari. Et quia parata erat ad exeundum, ideo dicit Alcesimus. *Ibo intro, ut subducam navim rursus in pulvinarium.* Ut navem, quæ jam vela erat data, & portu parabat solvere, rursus in *pulvinarium* subducam, id est, in locum suum. *Pulvinaria* ut in Glossis Isidori exponitur, sunt *area hortorum*. sed hic apud Plautum ioca sunt in portu in quibus naves requiescunt, quæ *ἡχάειρα*, ni fallor Græci vocant. Sed *ἡχάειρον* magis esse videtur basis in qua navis statuitur, dum ædificatur: *Pulvinaria* autem sunt *ἡσώθημα νεοπέλα*, vel *ἡσώθησις*, ut Græci vocant, in quo

subducitur navis. Et *subducere navim in pulvinarium*, idem est omnino quod Græcis dicitur, *εὐθύ ἡσώθησιν ἐπι τῆ ἡσώθησις*, ἐν τοῖς νεοπέλοις, ἐν τοῖς ἡσώθησις. *Quassata ventu licet subducere naves*, apud Poëtam. *Salmas.* In *pulvinarium.*] Isidorus lib. 19. cap. 2. *Pulvini sunt machina, quibus naves deducuntur & subducuntur in portum.* Hæc sic accipimus ab Isidoro, ut aliquid in eo agnoscamus sinceræ antiquitatis, aliquid infuscatum. Fustes etiam teretes qui subjiicerentur navibus, quum attrahebantur ad pelagus, vel subducebantur in litus: erant robora. in quibus substructis subductæ naves à tertena labe suspensæ, quiescebant. Illæ *phalanga*, hi *pulvini* dicebantur. Sed Isidorus hæc duo confudit & de pulvinis pronunciat quod veterum est de phalangis, in pulvinis enim non volvimus, sed quiescimus & jacemus. Et videtur idem sensisse popularis meus Wouwerius ad Minutium Felicem. Vides, quam bene navalia dicantur *pulvinaria*; quum ibi naves quiescerent in *pulvino*. Videtur eodem pertinere, quod legitur apud Paullinum epist. 31. *Hujus navem in quodam ejus insula loco, quem Ad pulvinos vocant, ne similiter ibideretur ameboris fundare conati sunt.* Gronov.

## ACTUS TERTII SCENA TERTIA

STALINO, CLEOSTRATA.

- S** Tultitia magna est, mea quidem sententia,  
 Hominem amatorem ullum ad forum procedere  
 In eum diem, quoi quod amet in mundo fiet,  
 Sicut ego feci stultus: contrivi diem,  
 5 Dum alto advocatus quoidam cognato meo:  
 Quem, hercle, ego litem adeo perdidisse gaudeo,  
 Ne me nequicquam sibi hodie advocaverit.  
 Rogitare oportet prius & percontarier,  
 Assitne animus ei, nec ne assit, quem advocet.  
 10 Si neget adesse, exanimatum amittat domum.  
 Sed uxorem antequam adis eam. hei misero mihi!  
 Metuo, ne non sit surda, atque hæc audiverit.  
 CL. Audivi ecastor cum malo magno tuo.  
 ST. Accedam propius. quid agis, mea festivitas?  
 15 CL. Te ecastor præstolabar. ST. jamne ornata res est?  
 Jamne hanc traduxti huc ad nos vicinam tuam,  
 Quæ te adjutaret? CL. arcessivi ut jusseras.  
 Verum hic sodalis tuus, amicus optunus,  
 Nescio quid se sufflavit uxori suæ.  
 20 Negavit posse, quando arcesso, mittere.  
 ST. Vitium tibi istuc maxumum est, blanda es parum.

CL. NON

2. **U**llum ad forum. ] Vid. Curcul.  
 4. 2. §f. 16.

3. *Cui quod amet.* ] E Lang. l. *qui quod amet*, aufcendi casu *qui*. Stultus amator est, qui in eo die, quo ad manum illi amica est, in forum proeedit. *I. Gul. In mundo.* ] Vide Notas Epid. 5. 1.

7. *Ne me nequicquam.* ] Non est sententia horum verborum, quam faciunt: gaudere Stalinonem lire amici perdita, ne videatur nihil effecisse: atque id effecisse dum adest ob amorem absentis animo; quod oporteat animo præsentis esse advocatum, alias ut exanimatum domum amittendum esse. Scilicet & oportet animo præsentis esse Criticum homi-

nem & Plauti interpretem. *Ne nequicquam*, id est, ne impune, ne sine suo magno pretio atque malo. Tenuit me eognarus meus, inquit, & valde molestus odio suffragæ mihi fuit. Quod si vicisset, moriebar inultus, ut convivæ Nasidieni, nisi damnose bibissent. Nunc gaudeo litem eum perdidisse, ut pro poena atque malo, quo me affecit invitum morando, & ipse malum habeat. *Gronovius.*

10. *Exanimatum.* ] Utpote, qui corpore quidem adsit, animo vero absit. *Lamb.*

19. *Sufflavit.* ] Supra 2. 5. *Nunc in fermento rota est: ita surget mihi.* Hoc autem fingit callida mulier; ut lites contra-

CL. NON MATRONARUM est officium, sed  
meretricium,

Viris alienis, mi vir, subblandirier.

I tu, atque arcesse illam: ego intus, quod factum est opus,

25 Volo accurare, mi vir. ST. propera ergo. CL. licet.

Jam pol ego huic aliquem in pectus injiciam metum:

Miserimum hodie ego hunc habebam amasium.

trahat inter vervecem vetulos, & coëm-  
ptionales ac Comicos senes. Taubman-  
nu.

27. Amasium.] Non dicit amatorem,  
sed amasium; quasi formosum puerum.  
Lamb.

## ACTUS TERTII SCENA QUARTA.

ALCESIMUS, STALINO.

V Ifo huc, amator si à foro rediit domum,

Quime atque uxorem ludificatus est larva.

Sed eccum ante aedes. ad te, hercle, ibam commodum.

ST. Atque ego, hercle, ad te. quid ais vir minimi precii?

5 Quid tibi mandavi? quid tecum oravi? AL. quid est?

ST. Ut bene vacivas aedis fecisti mihi!

Ut traduxisti huc ad nos uxorem tuam!

Satin' propter te pereo ego atque occasio?

AL. Quin tu suspendiste? nempe tute dixeras;

10 Tuam arcessituram esse uxorem meam.

ST. Ergo arcessivisse ait sese: & dixisse te,

Eam non misurum. AL. quin ea ipsa ultro mihi

Negavit ejus operam se morarier.

ST. Quin ea ipsa me allegavit, qui istam arcesserem.

15 AL. Quin nihili facio. ST. quin me perdis. AL. quin bene est.

Quin

2. Ludificatus est larva.] Appositione  
constituta sunt: ut, ille scelus lar-  
va, pro larvato & infano. Camer.

10. Arcessituram.] Dicunt Accersere est vocare: Arcessere, accusare. Nux-  
gx. Arcessere, duplicem habet signifi-  
cationem: fitque ab arceo, quod veteres  
pro accio vel adcio dixerunt: quibus  
Ar pro Ad in usu. Sallustius Catil. Pra-  
terea Gabinium arcessit, id est, vocat.

Idem in Jugurth. Quos pecunia capta ar-  
cessabant, id est, accusabant. Grute-  
rus.

15. Quin bene est.] Graphice exprimitur  
iratorum ferramque inter se in-  
vicem ducentium affectus. Quae sic ex-  
plicanda: Quin bene est, id est, gratu-  
lor & volupe est mihi; subaudi, te mea  
opera (ut prae dicas) disperite. Quin etiam  
dum morabor, id est, in dissi hujus quasi



- Quin etiam diu morabor, quin cupio tibi,  
 Quin aliquid ægre facere, quin faciam libens.  
 Nunquam tibi hodie. Quin erit plus quam mihi.  
 Quin, hercle, di te perdant postremo quidem.
- 20 St. Quid nunc? missurusne es ad me uxorem tuam?  
 Al. Ducas, easque in maximam malam crucem,  
 Cumque hac, cumque istac, cumque amica etiam tua,  
 Abi, & aliud cura, ego jam per hortum iussero  
 Meam istuc transire uxorem, ad uxorem tuam.
- 25 St. Nunc tu mihi amicus es in germanum modum.  
 Qua ego hunc amorem mihi else avi dicam datum?  
 Aut quid ego unquam erga Venerem inique fecerim,  
 Quoi sic tot amanti mihi obviam eveniant moræ? Rmh. cur & tot amanti.  
 Attat, quid illuc clamoris obsecro in nostra domo est?

concepti formula perseverabo: nempe ut malum exoptem tibi. *Quin cupio tibi*, ad sequentia pertinere cenſeo: ut dicat Alceſimus: *Quin cupio tibi ægre facere*, orationis suæ ſeſiem interpolito *quin* identidem repetito, contraſtolaſt faciens de industria. puto rem omnem ad eamſpe particulam illam *Quin*, toties ingeſſam, referri debere: ut ſignificet ſenex: Nunquam erit tibi hodie major huius verbi (*Quin*) diſcendi largitas, quam mihi: id eſt, nunquam me iſtius parti-

culæ iterationibus vinces; ne fruſtra ſies. *Douz.*

23. *Aliud cura.*] Jam mitior, his verbis jubet eum ſecurum eſſe: ſe negotium hoc curaturum. *Lamb.*

26. *Avi dicam.*] Miſſ. & vet. edd. aut dicam. Unde Rittershuſius aut tuum. Sed deerat cui applicaretur rō *Qua*. Reſtius ergo quod editum eſt. *Qua avi*, pro, quo omne, qua ſorte, quo auſpicio, quomodo Horat. *mala ducu avi domum*, Schoppius.

## ACTUS TERTII SCENA QUINTA.

PARDALISCA, STALINO.

**N**ulla ſum, nulla ſum! tota tota occidi! cor metu mortuum eſt!

Membra miſeræ tremunt! neſcio unde auxilii, præſidii,  
 Peſfugii mihi, aut opum copiam comparem aut expeſtam.  
 Tanta factis modo mira veris modis intus vidi,

Novam

1. **N**ulla ſum, &c.] Tres primi verſus ſunt Cretici, quibus in re trepidæ, aut alioqui celeritatem aliquam exprimentes, utimur. *Lambin.*

4. *Tanta factu modo mira.*] *Leg. factu:* loquendi modo proſtrito, *mira factu:* vel certe, *facta:* ut Amphit. 5. 1. Ita

*tanta mira in adibus ſunt facta.* *Tanta autem mira facta*, utrobique dixit, vel pro *tam mira*, vel pro *tot mira facta*. ſicut Bacchid. *Sexcenta tanta reddam* Schopp. *Vestigia* Miſſ. ſecutus legendum putem: *Tanta factu modo mira, verbi modo, intus vidi.* Boxhorn.

5. *Inte-*

5 Novam atque integram audaciam. cave tibi Cleostrata,  
abscede

Ab ista obsecro, ne quid in te mali faxit ira percita.

Eripite isti gladium, quæ sui est impos animi.

ST. Nam quid est, quod hæc huc timida atque exanimata exi-  
luit foras?

Pardalifca. PA. perii! unde meæ usurpant aures sonitum?

10 Respice modo ad me. PA. here mi. ST. quid tibi est?

Quid timida es? PA. perii!

ST. Quid, periisti? PA. perii, & tu periisti. ST. aperi, quid  
tibi? PA. vix tibi.

ST. Immo istuc tibi fit. PA. ne cadam, amabo, tene me.

ST. quicquid est,

Eloquere mihi cito. PA. contine pectus, face ventu- Diff. face  
ventum.  
lum amabo,

15 Pallio. ST. timeo hoc negotium, quid est, nisi hæc meraclo.

Se uspiam percussit flore Lybico. PA. obtine aures, amabo.

ST. I in malam crucem: pectus, auris, caput, teque di  
perduint:

Nam nisi ex tescio, quicquid hoc sit, cito; jam tibi istuc

Cerebrum dispercutiam, excetra tu: ludibrio, pes- Ass. Diff.  
dispercutiam.  
suma adhuc,

20 Quæ me habuisti. PA. here mi. ST. quid vis, mea ancilla?

PA. nimium sævis,

ST. Nume-

5. *Integram.*] Novam & à nullo alio susceptam Lambinus interpreta-  
tur: & fortasse rectius. Boethornius  
modo, quæ etiamnum flagrat, quæ  
nondum ulla parte fracta est nec de  
impetu suo quicquam remisit; mo-  
do eam ad cuius magnitudinem ni-  
hil deest.

8. *Timida.*] Timens. *Servius* ad illud  
Virgil. *Ecl. 6. timidus quo supervenit Agla,*  
notat: *timidus, pro, timentibus. Nam*  
*alioquin timidus est qui semper timet; ti-*  
*mens vero, qui ad tempus formidat, ex*  
*caussa.*

15. *Meraclo.*] Valet, *meraculo*, id est,  
aliquantulum meraco. *Flos autem Liby-*  
*cus* vinum est *Marcoticum*, litterarum

monumentis non incelebre. *Turnebus.*  
*Vid. N. Rud. act. 3. 5.*

16. *Flore Libyca.*] Vide notas *Cur-*  
*cul. 1. 2. Obtine aures.*] Aures mihi ex  
adversa parte tæne: cadam scil. *Lam-*  
*binus.*

19. *Excetra.*] Non dubito, quin  
Plautus scripserit, *excetra tu*, id est.  
tu vipera; *Maledictio* mehercle con-  
venienti in malas illas merces, *mulie-*  
*res.* Ita *Livius lib. 38. Illius excetra do-*  
*linimentum & venenu imbutum, nec pa-*  
*rentis, nec vitrici, nec deorum veracun-*  
*diam habere.* Ita filii *amasiæ* mater vo-  
cat. Ita *D. Hieronymus Hiberam excetra-*  
*tram* obtrectatorem virulentum voca-  
vit. *Lipsius.*

ST. Numero dicis. sed hoc quicquid est, loquere: in pauca refer.

Quid intus tumulti fuit? PA. scibis. audi malum pefsumum.

Quod hic modo intus apud nos tua ancilla hoc pacto exordiri

Cæpit, quod haud Atticam concedet disciplinam. ST. quid est id?

25 PA. Timor præpedit dicta linguæ. ST. quid est? possum scire ego istuc

Ex te, quid negotii est? PA. dicam: tua ancilla, quam tuo Villico vis dare uxorem, ea intus. ST. quid intus? quid est?

PA. Imitatur malarum malam disciplinam, viro suo quæ interminatur vitam. ST. quid ergo? PA. ah! ST. quid est!

PA. interimere ait velle

30 Vitam, gladium. ST. hem! PA. gladium. ST. quid eum gladium? PA. habet. ST. hei misero mihi!

Cureum habet? PA. infectatur omnes domi per ædis, nec quenquam

Prope ad se finit adire: ita omnis sub arcis, sub lectis

Latentes metu mussitant. ST. occidi atque interii! quid illi Objectum est mali tam repente? PA. insanit. ST. scelestissimum

35 Me esse credo. PA. immo si scias dicta, quæ dixit hodie. ST. istuc

Expeto scire. quid dixit? PA. audi: per omnes deos & deas

Dejuravit occisurum eum hac nocte, quî cum cubaret.

ST. Me

21. Numero.] Illud, numero dicis, non cenfeo mutandum. aiebat ancilla herum scivire, quia minabatur. ille ait, numero, eam hoc dicere, hoc est, nimum cito quæri de ejus scivitia, quam experrura sit majorem, nisi cloqui incipiat. sed statim redit ad blanditias, & id quicquid est, ut explanet, rogat. Mercer.

27. Ea intus.] Ἐπὶ τὸν οἶκον περὶ τὸν οἶκον & περὶ τὸν οἶκον elegantissi-

ma, in sermone interrupto. Taubmann.

37. Dejuravit.] id est, sancte juravit. L. Occisurum eum.] Agellius l. 1. 7. doct, occisurum, non esse hic participium, sed verbum indefinitum, Græcis ἀνυπερβίματος, neque liberis, neque genibus præserviens, sed undique liberum & impromiscuum. Sic Cis. V. V. C. hanc sibi rem sperant præsidio futurum; non futuram.

ST. Me occidet? PA. an quippiam ad te attinet? ST. vah!

PA. quid cum ea negotii

Tibi est? ST. peccavi: illuc dicere villicum volebam.

PA. sciens

40 De viam semitam degredere. ST. nunquid mihi minatur?

PA. Tibi infesta soli est plus, quam quouquam. ST. quamobrem? PA. quia se des

Uxorem Olympioni: neque se tuam, nec se Lambin. neque tuam, nec suam.

suam,

Neque viri vitam sinet in crastinum protolli. id huc missa sum

Tibi ut dicerem, ab ea ut caveastibi. ST. perii hercle miser!

45 Neque est, neque fuit me senex quisquam amator adæque miser.

PA. Ludo ego hunc facete. nam quæ facta dixi, omnia huic

Falsa dixi, hera, atque hæc dolum ex proximo hunc

protulerunt.

Atid. pro cuderunt.

Ego huc missa sum ludere. ST. heus Pardalisca. PA. quid est?

ST. est. PA. quid?

ST. Est quod volo exquirere à te. PA. moram offers mihi.

ST. At tu mihi

50 Offers mærorem. sed etiamne habet & nunc Casina

Gladium? PA. habet, sed duos. ST. quid duos?

Dissid. habet & duos.

PA. altero te occisurum ait,

Altero villicum hodie. ST. occisissimus sum omnium qui vivunt.

Loricam induam mihi, optimum esse opinor. quid uxor

Mea? non adiit atque ademit? PA. nemo audeat prope accedere.

ST. Exoret.

39. *Sciens de via in semitam.*] Id est, prudens de via rata & recta degredieris in viam angustam & impeditam, hoc est, sciens & prudens te impedis. Latior igitur via; angustior semita. Lambinus.

43. *Vitam sinet in crastinum.*] Lipsius finire. sed optimus Cameratianus vitam sin crastinum. Hinc pepererunt librarii vulgares, sinet in. Sed in ipso codice nota erat τὸ ὁ supervacuum esse. Scribe igitur:

tur: Neque viri vitam in crastinum protolli. Per ὑπεροπύμῳσιν lucii facit τὸ παρὰ τὴν. Quod mihi satis commodum videtur. Gronov.

47. *Hæc ex proximo.*] Notetur sermo Comicus, *Hæc ex proximo*, id est, Murrhina vicina. ita sine Fab. *Casina filia hujus è proximo*. Lambin.

52. *Occisissimus sum.*] Superlativum hunc finxit Plautus ad exprimendam senis formidinem. Lamb.

55 ST. Exoret. PA. orat. negat ponere alio modo ullo profecto;  
Nifciat villico non datum iri. ST. atque in- Poff. atque ingra-  
tius. quoi non vult.  
gratiis, quia

Non volt, nubet hodie, nam cur non ego id perpetrem  
quod cœpi,

Ut nubat mihi ? illud quidem volebam, non, sed nostro  
villico.

PA. Sæpicule peccas. ST. timor præpedit verba. Priſt. ſæ-  
picule,  
verum

60 Obfecro, dic me uxorem orare, ut exoret illam, gladium

Ut ponat, & redire me intro ut liceat. PA. nunciabo.

ST. Et tu orato. PA. & ego orabo. ST. at blandę orato, ut  
soles. sed audin

Si effexis, foleas tibi dabo, & anulum in digito

Aureum, & bona plurima, A. operam dabo. ST. facę ut  
impetres.

65 PA. Ea nunc jam, niſi quippiam remorare me. ST. abi, &  
cura.

PA. Redit, eccum, tandem obſonatu ejus adjutor. pompani  
ducit.

58. *Illud quidem volebam.*] Debuerat dicere: *nolebam*; sed præ immoderata libidine fortasse sciens peccat, & dicit, *volebam*. mox tamen se ipse reprehendens, *Non*, inquit, *mibi volebam dicere, sed villico*. Tale fere est illud Cicer. pro M. Cælio: *niſi intercederent mihi inimicitia cum iſtius mulieris viroſ, fratre volui dicere: ſemper hic æro. Lambin.*

63. *Soleas tibi dabo, & anulum, &c.*] Non temere hoc ancillæ pollicetur. nam ingenuorum duntaxat erant soleæ & a-

nuli iſti; ſervi ancillæque ſculponeas accipiebant, & pro ſarcis ferreos. De *ſculpone* clarum ex Catone de Re Ruſt. cap. 59. ubi, quæ & quoties familiæ veſtimenta procuranda ſunt, tradit. *Sculponeas bonas alternis annis dare oportet*. De anulis notiffimum eſt; & habere quidem aureos in peculio ſuo illis licebat. non vero geſtare. Inde ait, *ſe in digito daturum. Meuſ.*

66. *Pompam.*] *Pompa*, de coquis & iuſtrumento culinario. item de obſonatu, Bacchid. *Lambin.*

### ACTUS TERTII SCENA SEXTA.

OLYMPIO, COCUS, STALINO.

VIdę ſur, ut ſenteis ſub ſignis ducas. Co. qui vero ſunt  
ſentes?

OL. Quia

7. *Senteis ſub ſignis.*] *Metaphora* militarię: *Quaſi* dicat. *vide tu*; ut *miſtros tuos*, qui ſunt quaſi ſentes, quia quicquid tangunt, ſecum auferunt aut

ſcindunt, ſub ſignis ducas: ne huc atque illuc diſtracti vagentur. *Milites enim ſub ſignis non poterant evagari, ſurari, latrocinari. Gruter.*

8. *Dupli-*

OL. Quia quod tetigere, ilico rapiunt: si eas ereptum, ilico scindunt.

Ita quoquo adveniunt, ubi ubi sunt, duplici damno dominos mutant.

Co. Eja. OL. atat cello magnifice, patriceque, Η αρετ. πατριε. que, αμικεque, amiceque ita hero

5 Meo ire advorsum. ST. bone vir, salve. OL. fateor. ST. quid fit? OL. tu amas.

Ego esurio & sitio. ST. lepide excuratus incessisti. Επιτ. ερεπ. φιατος. νεου. νωδ.

OL. Aha hodie! ST. mane vero, quamquam fastidis.

OL. ei, ei: fatet

Tuus mihi sermo. ST. quæ res? OL. hæc res. ST. etiamne astas? OL. enim vero

Ποῦς ματά μοι παρέχῃς. ST. dabo μέγα κακόν, ut ego opinor,

10 Nisi resistis. OL. ὦ ζῆῦ! potin' à me abeas, nisi Πρὸβ. nisi resistis. id est, manet. vis vomere

Hodie? ST. mane. OL. quid est? quis hic homo est? ST. herusum. OL. qui herus?

ST. Quo justus servos es? OL. servos ego? ST. atque meus. OL. non sum ego liber?

Memento, memento! ST. mane, atque asta. OL. omitte. ST. servos sum tuus.

OL. Optume est. ST. obsecro Olympisce mi, mi patet, mi patrone.

OL. Hein

3. *Duplici damno.*] Rapiendo & lacezando.

4. *Patriceque.*] Idem quod *patricie*, id est, patriciorum & nobilium in morem. *Turneb.* Conjicio legendum *patr. amiciri*, atque. Ut significet fortunas suas supra votum fluentes superbiam decere, eoque sibi convenientius videri, ut gloriose ac basilice amictu composito, hero suo advorsus incedat. *Douz.*

6. *Excuratus.*] Non ad curiū curationem, uti Lambinus vult, qua prorsus expertus erat Olympio; ut patet ex præcedentibus, verum ad obsonium, cum quo ipsum nimis lepide excuratum incedere, gratulatur sibi nequam senex. *Douz.*

7. *Aha hodie!*] Lego; *Vah, odio et!* &

pertinere censeo ad impudicas illas atrectationes & immundissimas osculationes. Quo etiam referendus *fator* ille, quo senilem sermonem olere, mox palam Heto in os à Villico exprobratum: item: *ποῦς ματά μοι παρέχῃς*. item *ὦ ζῆῦ, potin' à me abeas, nisi me vi vomere hodie.* *Douz.* Sed causam nullam video cur mutari debeat omnium codicum scriptura; *vah hodie.* subintellige autem, lepi se scilicet excuratus sum, dum mihi tecum, sene fortido, res ac sermo est. *Bozhoru.*

9. *Ποῦς ματά μοι.*] Hoc passim in ore hominibus superbis, & reliquos fastidientibus fuit. *Is. Casaub.*

10. *Resistis.*] Resistas, manes. *Capt. a. 3. 2.*

15 OL. Hem sapiſ ſane. ST. tuus ſum equidem. OL. quid mihi ſervo opus eſt tam nequam?

ST. Quid nunc? quam mox recreas me? OL. cœna modo ſi ſit cocta.

ST. Intro ergo abeant. OL. propere, cito introite, & cito deproperate.

ST. Ego jam intus ero, facite cœnam mihi, ut ebria ſit. Cœnare lepide nitideque volo. nihil motor barbarico ritu

20 Sane eſſe jam. i, ſis: ego hîc habito nunc quidem *gladium*

Ancilla Caſinam intus habere ait, qui me atque te Diff. evitet. id eſt. vita privet. invitet.

OL. Scio. ſic ſine habere. nugas agunt. novi ego illas malas merces.

Quin tu i modo mecum domum. ST. at pol malum metuo. i tu modo,

Perſpicio prius, quid intus agatur. OL. tam mihi mea vita, quam tua

25 Tibi cara eſt. ST. verum modo. OL. ſi tu jubes, inibitur tecum.

18. *Ebria ſit.*] *Opipara, copioſa: tralatione ab ebrîis ducta, ut quidem Lambinus explicat, nec recte, nec ſatis Plautine, ſententia quidem Douza, qui, ebria ſit, interpretatur, madeat & percocta ſit probe.*

19. *Barbarico ritu.*] *Tranſcribunt ex Lambino: vel Perſico vel Romano, quaſi dicat: Satis eſt mihi eleganter potius ac munde quam ſuntuoſe cœnare. Quare rejicit & ſatidit eſſe barbarico ritu, hoc eſt, ut frugi patresfamilias in Italia ſolent: noto me nunc pultiſſimum eſſe barbarum, ut alibi loquitur. Gronov.*

20. *I ſis: ego hîc.*] *Mirum quod ſenex Olympioni monſtret, ubi habitet. Auſim quovis pignore contendere ſcriptam fuiſſe: i. ſis: ego hîc habito: aut ſi verſus requirit, ego hîc hîc hîc nunc quidem gladium, &c. Huc autem (ſiquidem retinendum) ea forma ponitur, qua Bacchid. act. 4. 3. ſine me iro Huc intro. & Menæch. neque hodie hîc intro tetulî pedem. & Mil. act. 3. 2. Mercat. act. 3. 2. Jubet ſenex, ut Olympio introeat: ſe enim nunc non ire, ob metum gladii. Atque ita convenit, quod mox ſubiicit Olympio: Quin tu i modo domum mecum. Dixerat igitur ſenex, jam ſe non iturum. Piſtorî.*

## ACTUS QUARTI SCENA PRIMA.

### PARDALISCA.

NEC pol ego Nemeæ credo, neque ego Olympiæ,  
Neque ulquam ludos tam feſtivos fieri,

Quam

- Quam hinc intus fiunt ludi ludificabiles  
 Seni nostro, & nostro Olympioni villico;  
 5 Omnes festinant intus totis ædibus:  
 Senex in culina clamat, hortatur cocos:  
 Quin agitis hodie? quin datis, si quid datis?  
 Properate: cœnam jam esse coctam oportuit.  
 Villicus hic autem cum corona, candide  
 10 Vestitus, laute exornatusque ambulat.  
 Illæ autem in cubiculo armigerum ornant,  
 Quem dent pro Casina nuptum nostra.  
 Sed nimium lepide dissimulant  
 Fore hujus quod futurum est, digne autem coqui  
 15 Nimis lepide ei rei dant operam, ne cœnet senex.  
 Aulas pervortunt, ignem restingunt aqua.  
 Illarum oratu faciunt. illæ autem senem  
 Cupiunt extrudere incœnem ex ædibus;  
 Ut ipsæ solæ ventres distendant suos. *Com. incœnarum*  
 20 Novi ego illas ambas estrices: corbitam cibi  
 Comelle possunt. sed aperitur ostium.

10. **L** *Ante.*] Ad lotionem pertinet.

*Donza.*

14. *Fore hujus quod.*] Hujus regitur à quod, hoc modo: quod hujus, id est, hoc quod hujus. *Lamb.*

16. *Aulas pervortunt.*] Ollas deji-  
 ciunt, percellunt. *Lamb.*

20. *Estrices.*] Talia sunt, *constrix, ad-  
 festrix, possessrix.* Nonius. *Corvitant ubi.*  
 Lego: corbitam cibi, id est, oneratiam

cibo refertam: ut Cicero navem auri  
 & paleæ dixit. *Turnebus.* Omnino scri-  
 bendum, *corvitant* cibi *Comesse* possunt.  
 Nihili est illud *corvitant*. *Corvita* vel  
*corbita*, ut jam alii viderunt, navis erat  
 oneraria sive frumentaria, quam Græci  
*σικεργον* appellant. Tantas estrices eas esse  
*καθ' ἑσπερον* dicit, ut corbitam  
 cibis oneratam possent comedere. *Sal-  
 maf.*

## ACTUS QUARTI SCENA SECUNDA.

STALINO, PARDALISCA.

- S**I sapitis, uxor, vos tamen cœnabitis,  
 Cœna ubi erit cocta. ego ruri cœnavero.  
 Nam novom maritum & novam nuptam volo  
 Rus prosequi. novi hominum mores maleficos,  
 5 Ne quis eam abripiat. facite vestro animo volupe. *Lami. volup.*  
 Sed properate istum atque istam actutum emittere.

Tandem



Tandem ut veniamus luci: ego cras hic ero.

Cras habuero, uxor, ego tamen convivium.

PA. Fit, quod futurum dixi: incœnatum senem

10 Foras extrudunt mulieres. ST. quid tu hic agis?

PA. Ego eo quo me ipsa misit. ST. veron' ? PA. serio.

ST. Quid hic speculari? PA. nihil equidem speculor. ST. abi.

Tu hic cunctas? intus alii festinant. PA. eo.

ST. Abi hinc, sis ergo pessumarum pessuma,

15 Jamne abiit illæc? dicere hic quidvis licet.

QUI AMAT, tamen hercle si esurit, nul- Non, millos esuri-  
t, id est, non.

Sed ecum progreditur cum corona & lampade

Meus socerus, compar, commaritus, villicus. Gent. mens coheres.

7. **L** Uti.] Sic dictum ut tempori, id est, antequam polo nox incubet atra.

8. Habnero.] Quæri potest, quid sit, Habuero convivium. An præbuero aliis convivium? An, mihi paratum habuero? Illud malim. Lamb.

11. Ipsa misit.] Αὐτὸς & ἐκείνη sunt voces Servorum, quas honoris causa priorum nominum loco usurpabant. Sic apud Latinos, Pl. Caf. eo, quo mo ipsa misit. Ipsa, id est, hera mea. Ter. Hec. sed Pamphilum ipsum video stare ante ades: ubi Donatus, Ipsum, à quo missus sum; vel Dominum: ut Græci αὐτὸν. Erat & discipulorum vox, cum de præceptore loquerentur, unde illud, Αὐτὸς βρα. Casaub.

16. Nullum esurit.] Douza legit; nullum. Sed, nullum, constanter habent veteres libri, quæ vox corrupta est per scripturæ compendium ex, no bilum. Sic enim rescribendum puto. Sententia est; Qui amat, quamlibet esuriat, non tamen esurit. Amans enim videre quod amat, amplecti, osculari, alloqui, pro cibo habet. Boxhorn.

18. Socerus.] Apage illud, socerus. nam Olympio seni, illi servus profecto: non socer. Nisi animi fallor, scriptum fuit meus socienus, ἀγαθὸς. Socienus valet socius. Amphitr. 1. 1. Aul. 4. 4. Juvat vehementer conjecturam meam Roverii liber, qui socius refert, glossema quasi illius. Lipsius.

## ACTUS QUARTI SCENA TERTIA.

### OLYMPIO, STALINO.

**A**GE tibicen. dum illam educunt huc novam nuptam foras, Suavi cantu concelebra omnem hanc plateam hymenæo.

Io hymen hymenæe! io hymen! ST. quid agis, mea salus?

OL. Esurio hercle, atque adeo haud sitio. ST. at Alid. atque adeo nunc haud parum sitio.

ego amo. OL. at ego hercle,

Nihil

2. **H** Iymeno.] Nupriarum deo.  
4. Atque adeo haud sitio.] Ego ex vestigiis receptæ lectionis scribendum putem; Esurio, herculo, atque adeo avido

sitio. Boxhorn. Nihil puto mutandum: Qui valde esuriunt, non sitiunt. Dicit ergo Olympio se adeo esurire, ut non sitiat. Sæpe contra evenit, ut saturi sitiant,

5 Nihil facio tibi, amor, pericli: mihi inanitate

Jam dudum intestina murmurant. ST. nam quid illæc nunc

Tandiu intus remoratur, quasi ob industriam?

*Lamb. remoran-  
tur remoraginis.*

quanto ego

Plus propero, tanto illa minus. OL. quid si etiam occentem  
hymenæum?

ST. Censeo. & ego te adjutabo in nuptiis communibus.

10 OL. Hymen hymenæe! io hymen! ST. perii, hercle, ego  
miser, dirupi

Cantando Hymenæum: licet illo morbo, quo dirumpi  
cupio,

Non est copia. OL. edepol nætu, si esses equus, esses in-  
domabilis.

ST. Quo argumento? OL. nimis tenax es.

ST. Num me expertus uspiam? OL. dii melius faciant.

15 Sed crepuit ostium, exitur foras.

ST. Di hercle me cupiunt servatum. jam oboluit Casina  
procul.

tiant, ut illi qui nimium comederunt, & non biberunt. Hoc certe hic vult Olympio, se tantum esurire, ut ipsi non vacet sitire. Alioquin contrarium terum naturalium perii, nempe jejunos citius sitire quam esurire. De quo est quæstio in Symposiacis Plutarchi l. vi. c. 1. Τίς ἔσθια δὲ λιὸν οἱ νεσθούτος δι-ψῶσι μᾶλλον ἢ πεινῶσι. *Salmas. Atque adeo haud sitio.*] Unde est, ut qui esuriunt non sitiant? contrarium enim testatur Plutarchus. Lege: *atque adeo an sitio.* Perinde est, ac si dicat: atque adeo, quod liceat dicere, sitio. Nam *an* particula interponitur, quum aliquid dicitur, quod dici nolumus. Terentius Phormione 5. r. 27. *Quid? duasne uxoribus habet? So. an, obsecro, unam iſte quidem hanc ſolam.* Ludit autem Olympio sic, tanquam dicturus rem parum convenientem temporis. nam qui amat, quod amat, habet pro cibo. *Gronov.*

5. *Nihil facio tibi amor.* Id est, At ego hercle, ô amor, vim tuam non experior. Ratio est, quia jejunus sum: & sine Cerere & Baccho frigent Venus & Cupido. *Lamb.*

8. *Occentem hymenæum.*] Omnes feri-

pti, & quidam olim editi, *offendam.* quod frustra conantur explicare. legendum enim cum *Salmasio ad Pallium Tertulliani offundam.* Hoc enim verbo de cantu plurimi utuntur. *Ovidius ep. Medez: Tibique effundit socialia carmina verbu.* *Cic. 1. Tulc. Non intelligo, quid intuat, qui tam bonos septenarios fundat ad tibiam.* lib. 2. *Latera, fauces, linguam,* è quibus elici vocem & fundi videmus. *Lactetius 4. dulcesque querulas Tibia quas fundit, digito pulsata canentis.* *Seneca Agamemn. Sacrifica dulces tibia offundat modos.* *Gronovius.*

11. *Quo dirumpi cupio.*] *Martialis: Me juvat admissa rumpere luce latas.* *Gronovius.*

15. *Tenax es.*] *Lambino. Tendax et videtur legendum: ut eum intelligamus equum, qui nimia, & nimis crebra tentigine concitatus frenum mordet, & calcari non patet: à Tendendo sic appellatum, ut & Tentigo. Cui apte senem hinnitusandum eomparat villicus. Donza contra Tenax retinendum censet, eodem significatu. Tenere enim & Tendere eodem sensu prisca illis accepta.*

## ACTUS QUARTI SCENA QUARTA.

ANCILLÆ duæ, OLYMPIO, STALINO.

S Ensim super attolle limen pedes, nova nupta: sospes  
 Iter incipe hoc, ut viro tuo semper sis superstes, atque  
 Ut potior pollentia sis, vincasque virum, victrixque fies.  
 Superetque tuum imperium: vir te vestiat, tu virum despolies.  
 5 *Nocturne* & diu ut viro subdola fies, obsecro, memento.

OL. *Malo* maxumo suo hercle ilico, ubi tantulum peccassit.

ST. *Tace.* OL. non taceo. ST. quæ res? OL. mala malè malè monstrant.

ST. *Perii!* *ista* facient hanc rem mihi ex parata imparatam. Id quærent: volunt, hæc ut infecta faciant. AN. age Olympio,

10 Quando vis, uxorem accipe hanc à nobis. OL. date ergo, daturæ

Si unquam estis hodie uxorem. ST. abite intro. AN. amabo, integræ atque

Imperitæ huic impercito. OL. futurum est. valete. ST. ite.

AN. Jam valete. ST. jamne abcessit? OL. uxor domi est, ne time. ST. evax!

Nunc pol demum ego sum liber. meum corculum, *Pris. melliculum.*  
 melliculum,

Ver-

1. *Ensim.* Nova nupta olim non solum non contingebat pedibus limen domus, in quam deducebatur, sed nec ejus qua exibat. Atque illud à multis observatur, hoc non item. Catullus:

*Transfer omnia cum bono*

*Limen aureolos pedes.*

Ominosam autem putabatur vel ingrediendo vel egrediendo limen tangere. Præcipue autem id in novis nuptiis religioni habebant. Ovid.

— *limen transire memento*

*Cautius, atque alte sobria ferre pedem.* Turneb.

5. *Ut viro subdola.* Venustas omnis latet in pronuntiatione, qua dubium esse poterat, an dicerent ancillæ, ut vero subdola fies; an vtro; ut viro sedula fies. Vix

enim inter pronuntiandum *subdola* & *sedula* discernuntur. Et ita jocos captasse Plautum alibi quoque observare est.

7. *Quares.* Quamobrem non taceas. *Lambin.*

12. *Impercito.* Percito Veneti conflictus imperitæ. Nam hoc primum & ultimum est, quod virginem accipientibus dici solet etiam hodie; clementer ut habeatur integra & imperita. *Gruterus.*

13. ST. *Jamne abcessit?* OL. *uxor.* *Abcessit?* scil. illa ancilla, quam postremam ingredi domum viderat. Injicit autem Olympio facete mentionem uxoris, sed ita, ut moneat, non esse quod eam amplius vereatur. *Taubman.*

14. *Sumo liber.* Postquam scil. uxor abcessit.

15 Verculum. OL. heus tu; malo, si sapiis, cavebis: mea est hæc.

ST. scio.

Sed meus fructus est prior. OL. tene hanc lampadem.

ST. imo ego illam tenebo.

Venus multipotens, bonam vitam mihi

Dedisti, hujus cum copiam mihi fecisti.

Corpusculum melliculum. OL. mea uxorcula.

20 ST. Quid est? OL. institit plantam. ST. quasi jocabo.

Nebula haud est mollis, atque hujus est.

OL. Edepol papillam bellulam! hei misero mihi!

ST. Quid est? OL. pectus mihi agit nunc cubito.

ST. Quid tu ergo hanc quæso tractas tam?

25 At mihi, qui belle hanc tracto, non. OL. vaha.

ST. Quid negotii est? OL. obsecro, ut valentula est?

Pæne exposivit cubito. ST. cubitum ergo ire volt.

OL. Quin imus ergo? ST. bella bellatula.

Scal. bella  
mea bellatula.

abscellit. *Melliculum.*] *I. Gulielm.* facit, *molliculum*, qui à *Miss. Lang.* habent, *malliculum*. At ego puto scriptum fuisse *moiliculum*, pro *molliculum*, *διαλύσις* veteribus frequenti, ut *ολοῖ*, pro illi. Sunt autem *mollis* & *molliculus* verba lasciviz plena. *Dissal-dane.*

15. *Verculum.*] Diminutivum à *vere*.

16. *Fructus.*] *Ufusfructus. Illam.*] *Casnam.*

20. *Institit plantam.*] *Pedem mihi pede pressit. Lambinus. Jocabo.*] *Pro jocabor.* Jocantis speciem præbebo, cum rem sciam sgam tamen. *Lambinus.*

21. *Atque hujus est.*] *Hæc oratio gestu expletur. Intellige autem, mamilla, aut quid tale, quod manu tractat petulans senex. Boxhorn. Atque hujus est.*] *Suppleverunt interposito τῆς cutῆς. Sed intelligendum, hoc quod teneo. Gronovius.*

23. *Mihi agit.*] *Agere non solum*

*tangere simpliciter, verum etiam trudere seu tundere potius, & quasi vi quadam propellere, significat. Douza.*

24. *Tractas tam.*] *Rusticè vel nequiter. Vide Notas Milit. 4. 2. de voce tam.*

27. *Exposivit.*] *Cubito exponere, pro, cubito dejicere & prosternere, eleganter dicitur, quod sumptum est ab his, quæ è navi exponuntur, vel mercibus quæ expositz sunt. Turneb.*

28. *Bella bellatula.*] *Lego, belle bella tu mea. Postquam enim Olympio dixisset, Quin imus ergo? subjicit senex; Casinz, ut putabat, auriculam vellens blandeque commonefaciens; Belle, hoc est, placide, pedetentim, & (quod supra dixerat) sensim intro progredere porre: ne videlicet incurras uspiam, neve ad infetum limen offenso pede impingas. Illud vero, bella tu mea, in re parissima usurpatum est Rud. act. 2. scen. 5. Hem tibi agnam, mea tu bella. Douza.*

## ACTUS QUINTI SCENA PRIMA.

PARDALIS CA, MURRHINA.

**A** Cceptæ bene & commode eximus intus

Ludos visere huc in via nuptialeis.

MV. Nunquam ecastor ullo die risi adæque,

Neque hoc quod reliquom est plus risuram opinor.

5 Lubet, Chalinum, quid agat scire, novom

Nuptum cum novo marito, nec fallaciam

Astutiorum ullus fecit Poëta, atque

Ut hæc est fabre facta à nobis. obtunso

Ore nunc pervelim progredi senem :

10 Quo senex nequior nullus vivit. ne illum

Quidem nequiorum arbitror esse, qui locum

Præbet illi \* nunc præsidem \*\* hîc, Pardalisca

Esto : qui hinc exeat, cum ut ludibrio habeas.

PA. Lubens fecero, & solens. MV. spectato hinc

omnia.

15 Intus quid intus agant. PA. \*\* pone me, amabo.

MV. Et illi audacius licet quæ vis libere

Proloqui. PA. tace : voltra foris crepuit.

4 **R** *Eliguum.* ] Scil. vitæ.

5. *Novom nuptum.* ] Ita citat etiam Prisc. non, *nuptam* : & interpretatur Maritum. Chalinus enim sub specie foemina ductus erat.

8. *Obtunso ore.* ] Pugiles sunt obtunso ore, propter pugnos quos in ore recipiunt. Unde illud, — *est nullum, vel potius pugili.* Proverb. est, *Obtunso ore,*

vel, *obtunso* ; cum quis spe vel instigato dejectus, pudore suffunditur. ab iis qui nihil præterquam in os *mei pugnorum*, ut loquitur Plautus, reportarunt. *Scalig.*

12. *Præsidem.* ] Eleganter autem dixit, *Locum præbet illi præsidem*, pro eo, quod est, *Nemo illi nequitia concedit.* Meurs.

## ACTUS QUINTI SCENA SECUNDA.

OLYMPIO, CLEOSTRATA, MURRHINA.

**N** Equè quo fugiam, neque ubi lateam, neque hoc dedecus quomodo celem,

Scio.

2. **S** *Uperavimus.* ] Miror interpretes dicere, *superavimus*, nempe, *omnes mortales* : nullo lepore, qui tamen hic maximus est. Maro 2. *Æn.*

— *satia una superque*  
*Vidimus excidia, & capta superavimus*  
*urbi.*

Quocirca nec restabo, si quis malit, tan-

3 Scio: tantum heris atque ego flagitio superavimus nuptiis nostris.

Ita nunc pudeo, atque ita nunc paveo, atque ita inridiculum sumus ambo.

Sed ego inspiens nova nunc facio, pudet, quod prius non pudatum umquam est.

5 Operam date, dum mea facta itero: est operæ auribus percipere.

Ita ridicula auditu, iteratu ea sunt, quæ ego intus turbavi\*

Ubi intus hanc novam nuptam deduxi via recta, clavem

Abdixi: sed tamen tenebræ ibi erant tanquam nox\*\*

Senex abs te decumbem\*\*\* Colloco; fulcio, Ilyf. sine  
abs te de-  
cumbam.  
mollio,

10 Ut prior quam senex nup.\*\*\*

Tardus esse ilico cœpi, quoniam\*\*\*

Respecto identidem, ne lenex\*\*\*\*

Illecebram stupri principio eam savium posco.

Reppulit mihi manum; nec quietum dare sibi savium me finit.

15 Enim jam magis jam appropero: magis jam lubet in Cassinam irruere.

Cupio

te heris atque ego, &c. If. Pontanus. Frustra miratur. nam sic solet Plautus, ut intelligat vel omnes mortales, vel quosvis alios. *Asinaria* 1. 3. *Semper tibi promissam habeto hac lege, si superes daiu.* Poito scilicet quidem alii *superavimus*; sed *Camerarianus superavimus*. Gronov.

3. *Irridiculum.* Negat Lambinus dici pro valde ridiculo, cum *Cæsar irridicula* pro non ridicule. Nil pote melius quam quod est in *Langianis*: atque ita in *ridiculum sumus ambo*. In *ridiculum sumus* ita dictum, ut in exemplum proponere. *Dissal.*

4. *Pudet quod prius non p.* Quasi dicat, *Novæ sunt quæ facio*: nunquam enim antea turpium factorum me puduit: nunc demum pudet. *Lambinus.*

5. *Est opera.* Pro *est opera pretium*. Vel dic, *est opera*, sic dictum esse, *est tempus*; *est officii*, quasi dicat, dignum est

operâ, audire. *Lambinus.*

7. *Ubi intus hanc, &c.* Lego.

*Ubi intro hanc novam deduxi, via recta clavem*

*Obdixi.*

*Clavem* hic pro *seta*. *Salmaf.* Vide notas *Moffell. act. 2. 1.*

11. *Tardus.* Palmerius legendum censet *taurus*. Notum enim ubi plures in grege tauri sint, de usu juvenearum inter se dimicare; qui impar sit, non nisi ex insidiis conati, & identidem respectate, cum operam aliquam valentiori surripit. Adjuvat quod in ea palæstra, *Taurus*; pro valido frequentatur. *Horat. 2. Od. 5. Tardus esse.* Malim; *Argens esse ilico capi*. Videntur id velle sequentia; *Respecto identidem*. Sed videntur tantum. Quis igitur vel sententiam, vel lectionem veram eruet ex rotacunis? Abstinendæ potius sunt *manus*. *Boxhorn.*

Cupio illam operam seni furripere: forem obdo, ne senex me opprimat.

MU. Agedum tu ad hunc. CL. Obsecro, ubi tua nova nupta est?

OL. Perii hercle ego! manifesta res est. CL. omnem Palm. omnem ordinem Fat. ordine rem

Fateri ergo æquom est, quid intus agitur? quid agit

20 Casina? fatin' morigera est? OL. pudet dicere me\*

CL. Memora ordine, ut occyperas. OL. pudet hercle. CL. age audacter.

Postquam decubivisti, hinc te volo memorare, quid est factum.

OL. At flagitium est. CL. CAVEBUNT QUI AUDIERINT, faciam.

OL. \* Hoc majus est. CL. perdis? quin tu pergis? OL. Ubi

25 \* us subtus porro \* \* \*

\* \* quid. OL. babæ. CL. quid? OL. papæ.

\* \* est. OL. oh, erat maxumum.

\* \* haberet metui: id quærere occæpi.

\* \* \* \* \*

30 Dum, gladiumne habeat, quæro, arripio capulum.

Sed quom cogito, non habuit gladium: nam esset frigidus. CL. eloquere.

OL. At pudet. CL. num radix fuit? OL. non fuit. Elph. memin. ra dix fuit.

CL. num cucumis?

OL. Profecto, hercle, non fuit quidquam olerum:

Nisi, quicquid erat, calamitas profecto attingerat nunquam.

35 Ita quicquid erat, grande erat.

MU. Quid sit denique, edissera. OL. ubi appello, Casina, inquam,

Amabo mea uxorcula, cur virum tuum sic me spernis?

Nimis

28. Id occæsi quærere. ] Gladium neutro genere positum antiquis, notat Nonius.

36. Ubi appello Casinam, Casina, in-

quam. ] In nullis scriptis reperitur rō Casina. Ergo in reliquo delenda est litera, & mutanda distinctio, ut sit: Ubi appello, Casina, inquam. Gronovius.

Nimis tu quidem hercle immerito

Meo mihi hæc facis: quia mihi te expetivi.

40 Illa haud verbum facit, & sepit veste id, qui estis.

Ubi illum saltum video obseptum, rogo ut altero finat ire.

Volo, ut obvertam cubitissim: \*\*

Ullum muttite \* \* \*

Surgo, ut ineam, in \* \*

45 Atque illam in \* \* \*

Mv. Perlepide narrat. \* \*

OL. Savium \* \* \* \*

Ita quasi fetis labra mihi compungit barba:

*can. sentit*

Continuo in genua astituto pectus mihi pedibus percutit.

50 Decido de lecto præceps, subsilit. obtundit os mihi.

Inde foras tacitus, præficisni, exeo hoc ornatu, quo vides;

Ut senex hoc eodem poculo, quo ego bibi; biberet;

CL. optime est.

Sed ubi est palliolum tuum? OL. hic intus reliqui.

CL. Quid nunc? satim' lepide adita est vobis manus?

OL. merito.

55 CL. St! concreperunt fores. OL. num illa me nam sequitur?

40. *Sepit veste id.*] Id est, obducit veste naturam muliebrem.

41. *Saltum.*] Id est, naturam muliebrem. Vid. notas Amph. 2. 2. & Curcul. act. 1. 1.

42. *Quasi sentit.*] Venuiste: sed magis probo librorum veterum scripturam. Itaque fetis labra mihi compungit barba: tametsi non repugno, si quis ex Ediris avorum memoria malit: Ita quasi fetis labra mihi compungit barba.

*Serda* quidem densum capillorum horrorem vocat, admodum scite & eleganter: atque à causa eadem, nescio qui Poëta vetus; *barbam fetosam.* J. Gul.

51. *Præficisni.*] Vide notas Aün. 2. 4. 84.

52. *Quo ego bibi.*] Vide notas Rud. act. 3. 6.

54. *Adita est vobis manus.*] Vide notas Poenul. act. 2.

## ACTUS QUINTI SCENA TERTIA.

STALINO, OLYMPIO.

*Nov. Lenz. St.  
CLEOSTRAT.*

**M**Axumo ego ardeo flagitio, nec quid agam meis rebus scio.

Nec

1. **A***rdeo flagitio.*] Quemadmodum *flagrare invidia*; dicitur is, in

quem magna invidia concitata est; ita *ardere se flagitio* dicit Stalino, propterea quod



Nec meam ut uxorem aspiciam contra oculos : ita disperii.  
Omnia palam sunt probra, omnibus modis occidi miser.

Ita manifesto faucibus teneor :

5 Nec quibus modis purgem scio me meæ uxori, :

Qui expalliatum sum miser. \* \*

\* \* \* clandestinæ nuptiæ \* \*

\* \* \* censeo

\* \* \* mihi optimum est.

10 \* \* Ea dux uxorem meam :

\* \* \* \* \* riam

Sedecquis est qui homo munus velit fungier pro me ?

Quid nunc agam nescio, nisi ut improbos famulos imiter, ac  
domo fugiam.

Nam salus nulla est scapulis, si domum redeo.

15 Nugas istuc dicere licet. vapulo hercle ego invitus tamen,

Et si malum merui, hac dabo protinam ; & fugiam. Deor protinam me in fugam.

OL. heus, Stalino,

Amator. St. occidi ! revoçor : quasi non audiam, abibo.

quod summum dedecus, & flagitium | 10. Uxorem meam. ] Scil. impulit ad  
admisit. Lamb. | has fallacias.

### ACTUS QUINTI SCENA QUARTA.

CHALINUS, STALINO, CLEOSTRATA,  
MURRHINA. OLYMPIO. †

‡ Dissid. ad-  
dendæ etiam  
ANCILLÆ.

U Bi tu es, qui colere mores Massilienses postulas ?  
Nunc tu, si vis subicitare me, proba est oc- Inf. sine os  
sublektare.  
casio.

Peristi hercle. age, accede huc, \* \*

Hic

1. **C**H. *Ubi tu es.* ] Recte quidem hos versus Chalino tribuit *Lambinus* : sed quod idem hæc ad spectatores dici autumat, verisimile non est. Credere potius, Chalinum habitu muliebri ex ædibus Alcesimi prodeuntem, his verbis Senem alloqui, cumque per ridiculum ad concubitum vocare. *Pistor. Moras Massilienses* ] Auctores non discrepant, qui Massiliensium mores & *mores*

vocant & *severas*, sed diversis seculis. Ergo vult, ubi tu es, qui severitatem, gravitatem & castimoniam singularem vultu præfers ; cum interea sis nequam. *Bredam Miscell. lib. 3. cap. 27.*

2. *Si vis subigitare.* ] Lego è Vatic. *sine os sublektare me : proba est occasio.* Peristi hercle. Quippe, *Sublektare os*, est ludos aliquem & jocum facere, germanissima Plauti Phrasi. *Lipsius.*

.. 4. Cavi-

*Hic desunt octo versus.*

ST. Hac ibo. caninam scævam spero meliorem fore.

CL. Quid agis tu matite, mi vit? unde ornatu  
hoc advenis. ... sic cum or  
natu hoc advenit.

Quid fecisti scipione, aut quod habuisti pallium?

AN. In adukerio dum mæchisat Casinam, credo perdidit.

ST. Occidi! CH. etiamne imus cubitum? Casinam tum. ST. in  
malarii crucem.

CH. Non amas me? CL. quin responde, tuo quid factum est  
pallio?

10 ST. Bacchæ ergo, hercle, uxor. Bacchæ; Bacchæ hercle  
uxor.

AN. Nugatur sciens. nam ecastor nunc Bacchæ nullæ ludunt.

ST. Obitus fuit. sed tamen Bacchæ; CL. quid Bacchæ? in id  
fieri non potest.

OL. Times ecastor. ST. egone? OL. haud mentire hercle.  
nam pa \*

*Hic in Mss. lacuna est versuum novem.*

ST. Non taces? OL. non hercle vero taceo. nam tu ma-  
xumo

15 Me obsecravisti opere, Casinam ut poscerem uxorem mihi.

ST. Tui amoris causa ego istuc feci. CL. in nio Lamb. imo eca-  
stor illius; ...  
e ad. av. be. quæ.  
hercle illius.

Te quidem oppressisset. ST. feci ego istac dicta quæ Can.  
oppressi.  
vos dicitis?

CL. Rogi-

4. *Caninam scævam.*] Canis occursum minus inauspicatum mihi fore spero, quam uxoris. *Canina scæva est:* cum canis latrat, aut tingitur. At enim minus gravem fore canis latratum, quam probra & contumelias & jurgia, quibus ab uxore, rixosa onerabitur. *Turnebus* lib. 8. 11. & lib. 16. 3. Male. Fingendum enim, dum deliberat, qua se vortat Stalino, in hanc partem nescio quod aliud animal ei auspiciam viz dare, in aliam partem præcurrere canem. Id auspiciam melius putat. Et in eo eventum habituro fallitur. Incidit enim in uxorem convitiis ad morsuram. *Gronovius.*

6. *Fecisti scipione.*] Ita enim re amissa

interrogari solet. Paulo post: *Tuo quid factum est pallio?* V. N. *Milt.* 4. 1.

13. *Nam palam ist.*] Ajunt hic deesse versus novem, idque patere ex *Mss. Camerariis.* At *Vet. Codex Paris.* addit,

*Nam paro eloqui quacunque cetera vidi.* Hinc si sic legamus, aut parum, aut nihil deesse videbitur ad sensum.

— OL. haud mentire, hercle, nam palam est

*Iam. & paro eloqui quacunque vidi cetera.*

ST. Non taci. OL. non hercle vero taceo. *Dissald.*

16. *Illius.*] Casinz.

17. *Istac dicta.*] Douza F. *Dicta* hic accipit, ut *Homerus* i. 70, hoc est,

CL. Rogitas etiam? ST. siquidem hercle feci, feci nequiter.

CL. Redi modo huc intro; monebo, siquidem meministi minus.

20 ST. Hercle, opinor, potius vobis credam, quod vos dicitis.

Sed, uxor, da viro hanc veniam. Murchina, ora Cleostratam:

Si unquam posthac aut amasso Casinam, aut occerpsomodo,

Ne ut eam amasso: si ego unquam adeo posthac, tale admittero:

Nulla causa est, quin pendentem me, uxor, virgis verberes.

25 MU. Censeo, ecastor, veniam hanc dandam. CL. faciam ut jubes.

Propter eam rem hanc tibi nunc veniam minus grayate <sup>l. Gall. prospera.</sup> prospero;

Hanc ex longa longiorem ne faciamus fabulam.

ST. Non irata es? CL. non sum irata. ST. tuae fidei credo: CL. mea.

ST. Lepidiorem uxorem nemo quisquam, quam ego habeo, CH. hanc habet.

30 CL. Age tu, redde huic scipionem & pallium. CH. tene. ST. libet.

CH. Mihi quidem, edepol, insignite facta est magna injuria.

Duobus nupsi. neuter fecit, quod novae nuptae solet.

res. quomodo illud in Ciri Virgiliana:

Quaritur ex omni verborum injuria dicto. Sic Hebraei dicunt *verbum* pro facto. sic Latini *res*. nam à *juore* & veteres dicebant *Reses*; quod decuratum in *Res*; ut alia. Scalig.

23. *Nedum ut eam amasso.*] Particula *Dum* sane vacat: quia in nulla nec Gruteri nec nostrorum membrorum reper-

ritur: sed quæ totum verbum spiritum facere voluit, inepti fuit hominis manus, cui non debuere aures præbere Gruterus. Non ille tam primus, qui capere non quivit. Ne interdum pro *Nedum* eleganter dici. Vide nostra ad Livii l. 3. c. 52. Grenov.

26. *Prospero*] Ex animi tui sententia largior. Lambin.

31. *Insigniter*.] Cum indicio notæ.

## G R E X.

SPECTATORES, quod futurum est intus, hic memorabimus.

Hæc Casina hujus reperietur filia esse è proximo,

Eaque nubet Euthynico nostro herili filio.

Nunc vos æquom est, manibus meritis meritam mercedem dare.

5 Qui faxit, clam uxorem ducat scortum semper, quod volet.

Verum qui non manibus clare, quantum poterit, plauserit,

Ei pro scorto supponetur hircus unctus nautea.

2. **H** *vjus.* ] Alcesimi.

4. *Meritu.* ] Scil. histrionibus: quibus ita meritis manuum plausus debetur. Inepre Lambinus manus meritis conjungit, *Taubm.*

7. *Supponetur.* ] *Proprie supponetur: Nam ut subduci dicuntur qua nolumus amittere, ita supponi qua non desideramus.* Donatus. *Nautea.* ] Vide notas *Alin. act. 5. scen. 2.*

FINIS CASINÆ.



# M. ACCI PLAUTI CISTELLARIA.

## DRAMATIS PERSONÆ.

SILENIUM, }  
GYMNASIUM, } *meretricem*  
LENA.  
AUXILIUM, *prologus.*  
MELÆNIS, *lena.*  
ALCESIMARCHUS, *adolescens.*

LAMPADIO, *servus.*  
PHANOSTRATA, *uxor.*  
HALISCA, *ancilla.*  
DEMIPHO, *senex.*  
CATERVA.

ARGUMENTUM, ut quibusdam videtur,

PRISCIANI.

**C**omprimis adolescens Lemnius Sicyoniam,  
Is redit in patriam, & gnatam generat nuptiis.  
Sicyonia aequè parit puellam. hinc servulus  
Tollit, atque exponit, & ex insidiis aucupat.  
Eam sublatam meretrix alii detulit.  
Lemno post rediens ducit, quam compresserat,  
Lemnique natam despondit adolescentulo  
Amore capto illius projecticia.  
Requirens servos reperit, quam projecerat.  
Itaque lege, & rite civem cognitam  
Alcesimarchus, ut erat nactus, possidet.

1. Lemnius Sicyon.] Demipho Phanostratam.  
2. Patriam.] Lemnum.  
3. Puellam.] Silenium. Servulus.] Lampadio.  
4. Tollit.] Vide notas Amphit. 2. r. 3.

5. Alii.] Melænid.  
6. Ducit.] Uxore priori mortua.  
7. Adolescentulo.] Alcesimarcho.  
11. Ut erat n.] Quia solus cum ea consueverat.

## ALIUD ARGUMENTUM

CAMERARIJ.

**N**omen habet Fabula à *cistella*, quam amittit in hac ancilla, & reperit mulier, mater ejus puellæ, cujus in illa crepundia inerant. Ita agnoscitur amica adolescentis, & illi nubir. *Argumentum* est simplex & admodum tenue. Insuper est motus insani amoris.

ACTUS

## ACTUS PRIMI SCENA PRIMA

SILENIUM, GYMNASIUM, LENA.

**C**UM ego antihac te amavi, & mihiamicam esse crevi,  
Mea Gymnasium, & matrem tuam: tum id mihi hodie

Aperuistis, tu atque hæc. soror si mea eses,  
Qui magis potueris mihi honorem ire habitum,  
Nescio; nisi, ut meus est animus, fieri  
Non posse arbitror: ita omnibus relictis rebus  
Mihi frequentem operam dedistis. eo ego vos  
Amo, & eo à me magnam inistis gratiam.  
Gy. Pol istoc quidem nos pretio facile est  
10 Frequentare tibi; utileque habere;  
Ita in prandio nos lepide atque nitide  
Accepisti apud te ut semper meminerimus.  
St. Lubentique edepol animo factum, & fiet à me,  
Quæ vos arbitror velle, ea ut expetam.

ut leu. p. 119  
aus facile est.

## LE. QUOD

1. **C**revi.] Priscianus interpretatur, vidi. Sed est potius, *judicavi*: vel, ut Varro explicat, *constitui*. sic etiam interpretatur, *cernere hereditatem*: cum hæres constituitur se adire illam velle, dicit cum *cernere*: & cum id fecerit, *crevisse*. Camer.

4. *Ira habitum.*] Pro, habere. Vide Notas Persa, act. 1. 2.

6. *Relictis rebus.*] Vide notas Epid. 4. 2. & Stich. 3. 2.

9. *Pol istoc quidem, &c.*] Prandio tantiduo nobis facile est, frequentem tibi & assiduam operam dare, ut ad usum tuum paratos habeas. Douz.

10. *Frequentare.*] Id est, frequentem operam dare. L. D. *Frequentare tibi.*] Ex Lambino & Douza interpretantur frequentem operam dare. Sed sic te non tibi fuerat scribendum. Immo *frequentare* hic est frequentes & sæpe præsententes reddere. Facile est, inquit, tibi istoc pretio frequentare nos. Cicero pro domo: *quem tu tamen populum, nisi tabernis clausis, frequentare non poteris*. Sulpicia,

*Musa quibus numeris heras & arma frequentat*, id est, ad partes vocas, frequentes memoriarum temporum ac celebres reddis. Vide nostra in Senecæ consol. ad Marciam cap. 3. Grenov.

12. *Accepisti.*] *Accepere*, est invitare facillimo atque ampliter: *istam gratiam*. Donatus.

14. *Ea ut expetam.*] Sic Camerarius, quum codex ejus & Pall. scripti cum editis, *expetas*, nisi quod Pal. quartus *expetam*, sed supra scriptum *expelles*. Itaque Gruterus rogat, an fuerit *expelles*, pro *expettes*. Pius *expetem*. Paterus *expediam*, quia in Lang. *expetiam*. Alii verant quicquam mutari, quum sententia sit, quæ vulgaris, idem velle & nolle eam demum amicitiam esse. Sed cur tantum abeunt scripti? Nimirum scripsit Plautus: *ea ut expetessam*. Quæ inelinatione verbi utitur & in Afin. 3. 1. & Epidio 2. 2. Notabile quod in scriptis notis habet Pareus: Si licet dicere quod sentio, V. C. noster videtur & post *expetes* desiderare aliquas adhuc voces, &c.

Y 5 Videtur,

- 15 LE. Quod ille dixit, qui secundo vento vectus est ;  
 Tranquillo mari, ventum gaudeo ecastor ad te :  
 Ita hodie hinc acceptæ sumus suavibus modis ;  
 Nec, nisi disciplina, apud te fuit quicquam  
 Ibi, quin mihi placeret. Si. quid ita, amabo ?
- 20 LE. Raro nimium dabat quod biberem : atque id merum  
 Infuscabat. Gy. amabo, hiccine istud decet ?  
 LE. Jusque fasque est : nemo alienus hinc est. Si. merito  
 Vestro amo vos, quia me colitis & magnificatis.  
 LE. Decet pol, mea Sileniū, hunc esse ordinem
- 25 Benevolentes inter se, beneque amicitia utier :  
 Ubi istas videas summo genere natas,  
 Summates matronas, ut amicitiam colunt,  
 Atque ut eam junctam bene habent inter se.  
 Si idem istud nos faciamus, si idem imitemur,
- 30 Ita tamen vix vivimus cum invidia summa.  
 Suarum opum nos volunt esse indigentes.  
 Nostra copia nihilo volunt nos potesse,

Seal. nec nisi di-  
 sciplina pudeat  
 fuit quicquam.

Deoz. infuscabat;

Lamb.  
 vinciam.

Suique

Videtur, inquam, locus vacuus scribendis aliquot verbis, si conjectura capienda est ex ordinatione versuum. Sic ille. Sed pro vocibus & verbis literas dicere debet. Gronovius.

18. *Nisi disciplina.*] Disciplina, hic est, agendi modus in familia præscriptus & observandus. Ut militiæ, ita est disciplina familiaris. Plautus Mercator. *Hæc hic disciplina pessima est.* Boxhorn.

21. *Infuscabat.*] *Atque id merum infuscabat,* quam *infuscabat,* malunt apud Plautum: cum ego *infuscato* vetius putem: quod, cum geozosi vini nigrior sit color, dilutior mixta aqua, fusciorque reddatur. Turnebus. *Hiccine istud decet.*] Hoc locone decet de vino & disciplina domestica queri. Lamb.

24. *Ordinem.*] Meretricium.

32. *Nostra copia.*] Minifice interpretantur: *nostra copia nos uti volunt.* hoc est, ut corpore quæstum faciamus. Adolescentes enim, quum horum libidini à meretricibus esset satisfactum, sumptos illas matronas minus coluisse.

Nihil hic de quæstu corporis: nihil de adolescentum cultu desiderato à matronis. Ordinum hæc sunt invidiæ, non morum. Libertina mulier, loquitur: ex quo genere pleraque erant Romæ quæstum corpore facientes. Itaque patronos & patronas habebant. Harum erga clientulas superbiam narrat. *Summo opum,* &c. non est: suis opibus nos illæ non juvant; sed volunt nos ex ipsis pendere, ipsas respicere, sine illarum gratia vivere non posse: *Nostra copia,* &c. Id est: per nos & nostris viribus stare, rem & statum obtinere posse nolunt: sed depauperant nos: quantum in ipsis est, humiles & obnoxias habent, & prohibent crescere eo, ut absque illarum patrocinio & tutela salvæ simus. Sic hic mulieres: sed plerumque hæc & virorum & societatum atque adeo etiam civitatum, qui quæve auctores habent, & in clientela sunt, iusta querela est. Quod nosse decebat eos, qui soli audiunt Politici. Gronovius.

33. *Suique*

- Suique omnium rerum nos indigere,  
 Ut sibi simus supplices, eas si adeas,  
 35 Abitum quam aditum malis. ita nostro ordini  
 Palam blandiuntur: clam, si occasio usquam est,  
 Aquam frigidam subdole suffundunt.  
 Viris cum suis prædicant nos solere:  
 Suas pellices esse ajunt; eunt depressum:  
 40 Quia nos libertinæ sumus: & ego & tua mater ambæ  
 Meretrices fuimus: illa te, ego hanc mihi educavi  
 Ex patribus conventitiis. neque ego hanc superbiæ causa  
 Repuli ad meretricium quæstum, nisi ut ne esurirem.  
 Si. At satius fuerat eam viro dare nuptum potius. LE. heja!  
 45 Hæc quidem ecastor cotidie viro nubit, nupsitque hodie,

*Atens. de  
 lu. aquam?*

Nubet

33. *Suique omnium rerum.* ] Volunt accipi, quali sit, sui & omnium: & sui enim & omnium regi à verbo indigere. Quæ si explicatio displiceat, illis haud dubie satisfactorum quod in scripto invenerint, Simulque omnium. De quo quis dubitet, inquirunt, & quid apertius? Homines boni non intellexerunt antiquum genus loquendi. Omnium rerum est in omnibus rebus. Ut apud Ciceronem pro Quinctio: *Sanctæ caritatis rerum patet familias & pondus & attritus, una in re panis: minus consideratur.* Terent. Adolph. *Nolim caterrurum rerum esse fœdum eodem modo.* Symmachus: *Restratus viri, qui aliorum rerum saepe dissentiant.* Vide Scïopplum f. Veris. 19. Gronov.

37. *Aquam frigidam.* ] Nihil hic est aliud, quam amantibus, eas acculando, quæ amantur, injicere frigus & sustamen. Boxhorn.

38. *Viris cum, &c.* ] Veteres in iis, in quibus volebant reticere verbum, contenti fuisse solo verbo Solere. Catull. Cam. 107.

*Consule Pampejo primum duo Citius, solabant.*

*Maechi.* Subaudiendum *moribus.* ita heic in Plauto non est obscurum, quid subaudiatur. Scalig.

39. *Pellices.* ] Vide notas Afis. act. 1. 2. *Eunt depressum,* deprimunt, vituperant.

40. *Libertina.* ] In libertinis non vindicabantur furtiva Veneris, atque ex eo ordine multæ meretrices erant: Turnebus.

42. *Ex patribus conventitiis.* ] Monstra conjecturarum: *ex patribus contiguitis: ex patribus conventis: ex patribus conventio: ex patribus conventus: ex patribus contiguitis: ex patribus confidusis: ex patribus conventis.* Codex optimus, *ex patribus conventus.* Cui nihil literis proprius, ut sensu nihil aptius, video, quam *ex patribus conventis.* Hoc est, ex patribus, quibus hos partus suppositimus: quibus vos esse filias sinximus. Quid enim hoc magis convenit istis se. sequente. *illico eandem puellam peperit, quam à me accepit, sine obstetricis opera & doloribus.* Quid quod in Truculento Phroneso est de Strarophiam? *Deprendit hunc sensum quoque Camerarius, cujus omnibus istis sanior est conjectura, conventitiis.* Sed illud sufficit. Ovidius tertis metamorphosi: *Assumptumque patrem commentaque sacra feteri.* lib. 1. art. cadere ante aras commentaque sacra. Illud ex patribus. ut Justino lib. 13. *Roxane matura jam ex Alexandro erat.* Intellige igitur, illa te & ego hanc mihi educavi (quasi quas peperissemus) ex patribus commentis, quibus libuit hoc munusculum deferre. Gronovius. *Superbia.* Contumeliaz causa. L. D.

46. *Nubet*



- 15 LE. Quod ille dixit, qui secundo vento vectus est ;  
 Tranquillo mari, ventum gaudeo ecastor ad te :  
 Ita hodie hîc acceptæ sumus suavibus modis ;  
 Nec, nisi disciplina, apud te fuit quicquam  
 Ibi, quin mihi placeret. Si. quid ita, amabo ?
- 20 LE. Raro nimium dabat quod biberem : atque id merum  
 Infuscabat. Gy. amabo, hiccine istud decet ?
- LE. Jusque fasque est : nemo alienus hîc est. Si. merito  
 Vestro amô vos, quia me colitis & magnificatis.  
 LE. Decet pol, meâ Silenium, hunc esse ordinem
- 25 Benevolentes inter se, beneque amicitia utier :  
 Ubi istas videas summo genete natas,  
 Summates matronas, ut amicitiam colunt,  
 Atque ut eam junctam bene habent inter se.  
 Si idem istud nos faciamus, si idem imitemur,
- 30 Ita tamen vix vivimus cum invidia summa.  
 Suarum opum nos volunt esse indigentes.  
 Nostra copia nihilo volunt nos potesse,

Stal. nec nisi di-  
 sciplina potest  
 fuit quicquam.

Deer. infuscabat,

Lamb.  
 vinciam.

Suique

Videtur, inquam, locus vacuus scriben-  
 dis aliquor verbis, si conjectura capienda  
 est ex ordinatione versuum. Sic ille. Sed  
 pro vocibus & verbis literas dicere debe-  
 bat. Gronovius.

18. *Nisi disciplina.*] Disciplina, hic  
 est, agendi modus in familia præ-  
 scriptus & observandus. Ut militiæ,  
 ita est disciplina familiæ. Plautus Mer-  
 cat. *Hac hic disciplina pessima est.* Box-  
 horn.

21. *Infuscabat.*] *Atque id merum in-  
 fuscabat,* quam *infuscabat,* malun rapad  
 Plautum: cum ego *infuscate* vetius pu-  
 tem: quod, cum generosi vini nigrior  
 sit color, dilutior mixta aqua, fusciorque  
 reddatur. Turnebus. *Hiccine istud decet.*  
 Hoc locone decet de vino & disciplina  
 domestica queri. Lamb.

24. *Ordinem.*] Meretricium.

32. *Nostracopia.*] Minifice interpre-  
 tantur: *nostra copia nos uti nolunt.* hoc  
 est, ut corpore quæstum faciamus. ado-  
 lescentes enim, quum horum libidini  
 à meretricibus esset satisfactum, sum-  
 mates illas matronas minus coluisse.

Nihil hic de quæstu corporis: nihil  
 de adolescentum cultu desiderato à  
 matronis. Ordinum hæc sunt invidi-  
 diz, non morum. Libertina mulier,  
 loquitur: ex quo genere pleræque e-  
 rant Romæ quæstum corpore facien-  
 tes. Itaque patronos & patronas ha-  
 bebant. Harum erga clientulas super-  
 biam narrat. *Suarum opum,* &c.  
 non est; suis opibus nos illæ non  
 juvant; sed volunt nos ex ipsis pen-  
 dere, ipsas respicere, sine illatum  
 gratia vivere non posse: *Nostra co-  
 pia,* &c. Id est: per nos & nostris vi-  
 ribus stare, tem & statum obtinere  
 posse nolunt: sed deprimunt nos:  
 quantum in ipsis est, humiles & ob-  
 noxias habent, & prohibent crescere  
 eo, ut absque illarum patrocinio & tu-  
 tela salvi simus. Sic hic mulieres: sed  
 plerumque hæc & virorum & societatum:  
 atque adeo etiam civitatum, qui quæve  
 auctores habent, & in clientela iunt,  
 justa querela est. Quod nosse decebat  
 eos, qui soli audiunt Politici. Grono-  
 vius.

33. Suique

Suique omnium rerum nos indigere,

Ut sibi simus supplices. eas si adeas,

35 Abitum quam aditum malis. ita nostro ordini  
Palam blandiuntur: clam, si occasio usquam est,  
Aquam frigidam subdole suffundunt,

Vinis cum suis prædicant nos solere:

Suas pellices esse ajunt: eunt depressum:

40 Quia nos libertinæ lumus: & ego & tua mater ambæ  
Meretrices fuimus: illa te, ego hanc mihi educavi

Ex patribus conventiciis. neque ego hanc superbiæ causa

Repuli ad meretricium quæstum, nisi ut ne esurirem.

Si. At satius fuerat eam viro dare nuptum potius. LE. heja!

45 Hæc quidem ecastor cotidie viro nubit, nupsitque hodie,

Nubet

33. *Suique omnium rerum.* ] Volunt accipi, quasi sit, *sui & omnium: & sui enim & omnium* regi à verbo *indigere*. Quæ si explicatio displicat, illis haud dubie satisfactorum quod in scripto inveniunt, *Simulque omnium*. De quo quis dubitet, inquirunt, & quid apertius? Homines boni non intellexerunt antiquum genus loquendi. *Omnium rerum* est in omnibus rebus. Ut apud Ciceronem pro Quinctio: *sanctataram rerum patres famulas & prudentes & attentos, una in re paulo minus consideratur*. Terent. Adolph. *Nolim caterarum rerum te recordem eodem modo*. Symmachus: *Nosstras viros, qui aliarum rerum sepe dissentiant*. Vide Sciopplum 1. Veris. 19. Gronov.

37. *Aquam frigidam.* ] Nihil hic est aliud, quam amantibus, evaporando, quæ amantur, injicere frigus & sufflamin. Boxhorn.

38. *Viris cum, &c.* ] Veteres in iis, in quibus volebant reticere verbum, contenti fuere solo verbo *Solere*. Catull. Cam. 107.

*Consule Pompejo primum duo Cimæ, sequebantur*

Subaudiendum *nos, &c.* ita heic in Plauto non est obscurum, quid subaudiatur. Scalig.

39. *Pellices.* ] Vide notas Afri. act. 1. 2. *Eunt depressum*, deprimunt, vituperant.

40. *Libertina.* ] In libertinis non vindicabantur furivæ Veneris, atque ex eo ordine multæ meretrices erant: *Turnebus*.

42. *Ex patribus conventiciis.* ] Monstra conjecturarum: *ex patribus contiguis: ex patribus conventu: ex paribus conventu: ex partibus conventu: ex patribus contiguis: ex patribus confidisti: ex patribus conventu*. Codex optimus, *ex patribus conventu*. Cui nihil literis propius, ut sensu nihil aptius, video, quam *ex patribus conventu*. Hoc est, ex patribus, quibus hos partus supposuimus: quibus vose esse filias sinximus. Quid enim hoc magis convenit istis se. sequente. *illuc eandem puelam peperit, quam à me accepit, sine obsteritii opera & doloribus*. Quid quod in Truculento Phroncio est & Stratophani? Deprendit hunc sensum quoque Camerarius, cujus omnibus istis sanior est conjectura, *conventiciis*. Sed illud sufficit. Ovidius tertia metamorphosi: *Assumptumque patrem commentaque sacrafateri*. lib. 1. artis. *cadere ante aras commentaque sacra*. Illud *ex patribus*. ut Justino lib. 13. *Roxane matrem jam ex Alexandro erat*. Intellige igitur, illa te & ego hanc mihi educavi (quas quæ peperissemus) ex patribus commentis, quibus libuit hoc munusculum deferre. Gronovius. *Superbia*. Contumeliaz causa. L. D.

Nubet mox noctu. nunquam ego hanc viduam cubare sivi.  
Nam si hæc non nubat, lugubre fame familia pereat.

Gr. Necesse est quo tu me modo voles esse, ita esse, mater.

Le. Ecastor haud me pœnitet, si, ut dicis, ita futura es.

- 50 Nam si quidem ita eris, ut volo, nunquam Hecata fies:  
Semperque istam, quam nunc habes, ætatulam obtinebis,  
Multisque damno, & mihi lucro sine meo saepe eris sumptu.  
Gr. Dii faxint. Le. sine opera tua nihil Di horunc facerent  
possunt.

Gr. Equidem, hercle, addam operam sedulo. sed quid tu inter  
istæc verba,

- 55 Meus oculus, mea Silenium (nunquam ego te tristiozem  
Vidi esse) quid, cedo, te obsecro tam abhorret hilaritudo?  
Neque munda adæque es, ut soles. hoc sis vide: ut petivit  
Susprium alte! & pallida es. eloquere utrumque nobis,  
Et quid tibi est, & quid velis nostram operam, ut nos sciamus.

- 60 Noli obsecro lacrimis tuis mihi exercitum imperare,  
Mea.

46. *Nubet mox noctu.* ] Lege: *Nubet mox. nunquam ego*: nam *noctu* glossa est. *Sextus*.

49. *Haud me pœnitet.* ] Scil. non pœnitet ne meæ fortunæ. *L.*

50. *Nunquam Hecata, &c.* ] Lego: *Hecale*. q. d. Nunquam per malam ætatem, id est, senectutem pauper æque, inops, seu mendica evasura es, si rei querendæ, dum hæc ætatula est, dabis operam. Ita, *Nunquam Hecale fies*, inquit Cælius, scitus adagio est, quo significamus, nonnunquam à paupertate ejusmodi oppressum isi quempiam, qua olim circumventa est Hecale. Ovidii ille versiculus huc facit?

*Cui nemo est Hecalen, nulla est qua ceperit lram?*

*Nempe quod alter egeat, altera pauper erit.*

Douza. Omnino scribendum Hecale. Nota Hecale in comœdia palliata paupertate insignis anus. Hecalam vocavit Plautus, ut Circe, Niobe, apud Latinos auctores pro Circe, Niobe. *Salmas.*

51. *Ætatulam obtinebis.* ] Vult bene

ipsum semper fore opiparis obsoniis, exquisiro vino, vestibus pretiosis, &c. quod arguit versus sequens, qui vult ætatulam talem non obtineri sine amantum pertinacitæ. *Ætatula* hic igitur pro vita: Et quia cui forma exquisita, illa mollis agit, quam quæ turpis; ætatula aliquando forma est, & quæ circa pæm. Suetonius. Claudio, cap. 16. *Monuit ut aut parcius ætatula indulgeret, aut certe cautius.* Gruter. Pseud. act. 1. 2.

54. *Sed quid tu inter, &c.* ] Mihi trajecta pluscula verba, & integra verbum confusorum membra videntur; quæ dimensionis observata lege, & lententia concinnitate sic ausim restituere;

— Sed quid tu inter istæc verba,

Meus oculus, mea Silenium? quid cedo, te obsecro, tam abhorret

Hilaritudo? nunquam ego vidi te esse tristiozem:

Neque munda adæque es, ut soles.

Acid, 60. *Exercitum imperare.* ] Quid sit imperare exercitum diximus ad Captivos: ubi

Mea. Si excrucior, mea Gymnasium, male mihi  
est, male maceror,

*Dext. male excrucior, mea.*

Doleo ab animo, doleo ab oculis, doleo ab ægritudine.

Quid dicam? nisi stultitia mea me in mœrorem rapi.

Gy. Indidem, unde oritur, facito ut facias stultitiam sepelibilem.

65 Si. Quid faciam? Gy. in latebras abscondas pectore penitissimo.

Tuam stultitiam sola facito ut scias sine aliis arbitris.  
Si. at mihi

Cordolium est. Gy. quid id? unde est tibi cordolium, commemora obsecro?

Quod neque ego habeo, neque quisquam alia mulier ut perhibent viri.

Si. Si quid est quod doceat, dolet: si autem non est, tamen hoc hinc dolet.

*Lamb. tamen hoc multi dolet.*

70 Gy. Amat hæc mulier. Si. cho! an amare occipere, amarum est, obsecro?

Gy. Namque ecastor AMOR & melle & felle est sæcundissimus:

Gustu dat dulce, amarum ad satietatem usque oggerit.

Si. Ad istam faciem est morbus, qui me mea Gymnasium, macerat.

Gy. Perfidiosus est amor. Si. ergo in me peculatum facit.

*Sib. periculum facit.*

Gy. Bono

ubi tamen sic adhibet, ut sit aliqua similitudo inter rem, cui proprium erat hoc genus loquendi, & ad quam noster per jocum transtulit. Hic prorsus abutitur ob ambiguitatem vocabuli *exercitus*, quod accipit pro dolore, qui animum habet exercitum. Noli tuis lacrimis injungere cruciatum mihi: nam si pergis, tuæ provocabunt meas. Et viderunt interpretes. *Gronovius.*

63. *Nisi stultitia mea.* ] Ex opinione Stoicorum, qui omnem animi morbum ex stultitia nasci existimant. *Taubm.*

64. *Indidem, unde.* ] Operam dato, ut *indidem*, id est, eodem loco, unde *stultitia*, id est, amor tuus oritur, nem-

pe ex animo, eundem sepelire & occultare possis. Quasi dicat, Facito, ut animum salutaribus monitis ita informatum habens, ut stultitiam tuam occultare possis. *Lambin.*

68. *Quod neque ego.* ] Sc. Cor, id est, sapientiam. Anne tibi ullus dolor cordis est, quod neque ego, neque ulla mulier habet, utajunt viri, qui mulieres sine corde, id est, sapientia esse volunt. *Lambin.*

69. *Si quid est, &c.* ] Sive aliquid sit quod doceat, sive nihil sit, utrovis modo dolet mihi. *Lambin.*

74. *Ergo.* ] Id est, certe. *In me peculatum.* ] Sentit, sed tanquam pecuniam publi-

75 Gy. Bono animo es, erit isti morbo melius. Si. confidam fore,

Si medicus veniat, qui huic morbo facere medicinam potest.

Gy. Veniet. Si. SPISSUM istud amanti est verbum, Veniet, nisi venit.

Sed ego mea culpa & stultitia pejus misera maceror:

Quia ego illum unum mihi exoptavi quicum ætatem degerem,

80 Gy. Matronæ magis conducibile est istuc, mea Silenium, *Diff. hac tribuit Lena.*

Unum amare, & cum eo ætatem exigere quoi nupta est femel,

Verum enim meretrix fortunati est oppidi simillima,

Non potest suam rem obtinere sola sine multis viris.

Si. Hoc volo agatis: qua accessitæ causâ ad me estis, eloquar.

85 Nam mea mater, quia ego nolo me meretricem diceri,

Obsecuta est, de ea re gessit morem morigeræ mihi,

Ut me, quem ego amarem graviter, sineret cum eo vivere.

LE. Stulte ecastor fecit: sed tu en unquam cum quiquam viro

Consuevisti? Si. nisi quidem cum Alcesimarcho, nemine:

90 Neque pudicitiam meam mihi alius quisquam imminuit. LE. obsecro

Quo is homo insinuavit pacto se ad te? Si. per Dionysia

Mater pompam me spectatum duxit. dum redeo domum,

Con-

publicam amori commissam, jam ab eo diripi. Quasi dicat: amor in me perfidiosos magistratus imitatur, qui pecuniam sibi commissam depeculantur. *Lambin.* Re. Quam est, in me peculatum facis, id est, me depeculatur, me despoliat. Hinc depeculassere, apud Lucillum: Depeculassere aliqua sperans me ac decargentassere. Sed perperam in Nonio legitur, depeculassere. Ipse Nonius à speculo videtur deducere. Quod est ineptum, Depeculasso pro depeculior, vel peculatum facio. *Salmas.*

77. *Spissum.*] Longum, tardum.

85. *Nolo me meretricem.*] Puellæ be-

ne pudiceque docentur atque educantur, quæ in quaestu non sedent, neque in eam spem producuntur. Sed tales habentur etiam, si quæ uni soli sedant: ut est in Heautont. Antiphila: Andria Glycerium: hic Silenium: quæ se meretricibus dici nolunt, quamvis muliebris patientiæ legem acceperint: dum ne corpus vulgarent. *Palmet.*

88. *En unquam.*] Ita Vett. edd. pro unquamno. *Glossæ H. Stephani:* En unquam, *εὐρησι ἔστι πρὸς τὸ.* Gruterus laudat insuper illud Trinum. act. 2. 4. *O patet, en unquam aspiciam te?* *Taubm.*

93. *Conspi-*

Conspicillo consecutus est clanculum me usque ad fores.

Inde in amicitiam insinuavit cum matre & mecum simul,  
95 Blanditiis, muneribus, donis. Gy. mihi istum hominem  
vellem dari,

Ut ego illum vorfarem! Si. quid opus est verbis? consue-  
tudine

Cœpi amare contra ego illum, & ille me. LE. ô mea Si-  
lenium. Si. quid est?

LE. ASSIMULARE amare oportet. nam si ames  
extempulo,

Melius illi multo, quem ames, consulas, quam rei tuæ.

100 Si. At ille conceptis juravit verbis apud matrem meam,  
Me uxorem ducturum esse: ei nunc alia ducenda est do-  
mum.

Sua

93. *Conspicillo.*] Scio Nonium Conspicillum, aut, si ita legendum est, Conspicillum, exponere, locum unde *conspicere* possit, quod videtur diminutivum à *conspicere*, & illud verbum augurum est, quod interpretatur Varro, *qua oculorum conspectum finiant*. Sed haud scio an sit hujus loci vera lectio *conspicillo*, sive *conspicilio*: nam *Mss. Lang.* habent:

— dum redeo domum,

*Conspicit: illo secutus est, &c.*

Fortasse recte, ut *illo*, contra usum vulgarem, adverbium sit de loco, pro illinc, ex eo loco, ubi pompam spectatum ieram.  
*Dissald.*

96. *Ut ego illum vorfarem.*] Quo pacto illum tractarem. Vide notas *Alin.* a. 1. 3.

97. *Cœpi amare contra ego illum & ille me.*] Sic libri. Fortetamen: *ut illo me.* Gronovius.

98. *Assimulare amare.*] Hic alleverant se in suo quondam scripto disertim invenisse *Assimulare*: si cui tamen placeat plurimum eodum consensum sequi, qui habeant *dissimulare*, non repugnetem. Sed fallunt utroque: omnes enim alii libri *assimulare*, non *dissimulare*; neque aliter ille, quo sunt usi, quem cum maxime sub oculis habeo, nisi forte & ibidem *amate*, & *contra*, &c. nam idem in his omnibus *εθαίχεται*, & satis distinguitur ab altera

litera sequenti versu in istis, *reitua*. Maluissent hæc tacete: sed jam vidi quos asseveratio ista fefellit. Sed & memineris distinguere: *nam si ames, extempulo Melius illi.* ne incidas in eorundem ridiculum errorem, qui *amare extempulo* explicuerunt amorem statim aperite & ei contactatum posuerunt *assimulare amare*. At auctor, Amare, inquit, *assimulandum est*; non vere amandum: nam si vere ames, statim melius consuleris illi, quem amas, quam tibi ipse. Quamquam & mutata distinctione bene habet, si morem Plauti noveris. Solet enim ille particulam *extemplo* sic ponere, ut Græci *το μελιτω*, nimirum ut exprimat in proximi, sensu pertineat ad apodosis. Sic *Mostell.* 1. 1. *Edes quom extemplo sunt parata, expolita, salta probe, ex-amusim, laudant fabrum.* *Pseudolo* 3. 2. *Quia enim cum extemplo veniunt conductum coquum, Neme illum querit, quod optamus.* Gronov.

101. *Nunc alia ducenda.*] Ex lege, quæ jubet orbases eis nubere, qui sint genere proximi: & illos ducere, eadem lex jubet. *Terent.* *Phorm.* & *Adelph.*

— *hac virgo orba est patre:*

*Hic meus amicus illi genere est proximus.*

*Hinc leges cogunt nubere hanc.*

Lambin.

Sua cognata Lemniensis, quæ habitat hic in proximo.  
Nam cum pater ejus subegit, nunc mea mater irata est mihi.  
Quia non redierim domum ad se, postquam eam rem resciverim,

105 Eum uxorem ducturum esse aliam. LE. nihil amori injurium est.

SI. Nunc te amabo, ut hanc hoc triduum solum finas  
Esse hic, & servare apud me. nam ad matrem accessita sum.

LE. Quanquam mihi istud erit molestum triduum, & damnatum dabis,

Faciam. SI. facis benigne & amice: sed tu Gymnasium mea

110 Si me absente Alcesimarchus veniet, nolito acriter  
Eum inclamare. ut ut erga me est meritis, mihi cordi est tamen.

Sed, amabo tranquille: ne quid, quod illi doleat, dixeris.  
Accipias claves, si quid tibi opus erit promptu, promito.

Ego volo ire. GR. ut mihi excivisti lacrimas? SI. Gymnasium mea,

115 Bene vale. GR. cura te amabo. siccinie immunda, obsecro,  
Ibis? SI. IMMUNDAS fortunas æquom est squalorem sequi.

GR. Amiculum hoc sustolle saltem. SI. sine trahi, cum ego met trahor.

GR. Quando ita tibi lubet, valeatque salve: SI. si possim, velim.

GR. Nun-

105. Nihil amori injurium. ] Ludus est amantibus, fallere & inescare. Quod profecto Lenæ dignum effatum est. *Is. Pontanus.* Amori injurium, id est, perjurium (Festus) pro nihilo est. *Acidal.*

107. Servare. ] Custodis partes agere. Vide notas Mostell. act. 2. 2.

111. Inclamare. ] Increpare, conviciis onerare. Vide notas Asin. 3. 2. Cordi est.]

Ter. Andr. Aut tibi si nuptia hæ sunt cordi. ubi Donatus: Cordi esse, idem est, quod placere, vel gratum esse.

115. Immunda. ] Illota, & impeza capillo. ἀνορμη. supra Larvæ.

117. Sine trahi. ] Trahi, ἀπομαχαι: Item desuere dicebatur vestis, cum negligentius haberetur. Horat. Rusticus tonso toga defluit: contrarium est. *αὐτομαχαι.* Casaub. Vide nostra ad Senecam de ira lib. 3. c. 35. Gronov.

117. Trahor. ] Dicuntur trahi amantes, qui amore coacti atque impulsivi, id quod amant, inviti sequuntur. *Lambin.*

118. Quando ita, &c. ] In Lang. ut & in excusis legitur: tibi juvat. ubi notandum est ἀεζαίστος, pro te juvat. Antiqui enim non solum juvare aliquem sed alicui juvare dicebant. *Salmas.* Sic qui-

Gr. Nunquid me vis: mater, intro quin eam? ecastor mihi

120 Visa amare: LE. isto ergo aures graviter obturdo tuas;  
Ne quem ames. abi intro. Gr. nunquid me vis? LE. ut valeas. Gr. vale.

quidem Galielmus quoque & Meursius. | dit Junianus. Et notum est nihil frequen-  
Dubito tamen cum Gruteto, quia liber | tius in scriptis libris reperiri, quam lite-  
optimus & tres Pall. Invet. quibus acce- | ras I & V pro L & B expressas. Gronov.

## ACTUS PRIMĪ SCENA SECUNDA:

L E N A.

**I**dem mihi, magnæ quod parti est vitium mulierium;  
Quæ hunc quæstum facimus: quæ ubi saburrata sumus,  
Largiloquæ extemplo sumus: plus loquimur, quam lat est  
Nam illanc ego olim, quæ hinc flens abiit, parvulam  
5 Puellam projectam ex angiportu sustuli.  
Adolescens quidam hic est apprime nobilis,  
Quin ego nunc quia sum onusta mea ex sententia,  
Quiaque adeo me complevi flore Liberi,  
Magis libera uti lingua conlibitum est mihi:  
10 Tacere nequeo milera, quod tacito usus est  
Sicyone summo genere ei vivit pater:  
Is amore misere hanc deperit mulierculam,  
Quæ hinc modo flens abiit. contra amore hæc perdita est:  
Eam meæ ego anticæ dono huic meretrici dedi;  
15 Quod sæpe mecum mentionem fecerit,  
Puerum aut puellam alicunde ut reperirem sibi,  
Recens natum easse quod sibi supponeret.  
Ubi mihi potestas primum evenit, ilico  
Feci ejus ei, quod me oravit, copiam.  
20 Postquam puellam eam à me accepit, ilico

Eandem

2. **S**aburrata Græcum,  $\gamma\delta\mu\theta$ . quod  
significat  $\pi\lambda\eta\sigma\theta\epsilon\mu\alpha$  &  $\gamma\epsilon\omega\epsilon$ ,  $\delta\epsilon\mu\alpha$ .  
Saburram Latini vocant. Itaque qui nimis  
se ingurgitant cibo, ita dicti ab eo. qua-  
re & hoc loco saturæ mulieres dicun-  
tur saburrata. Scalig.

8. Flora Liberi.] V. N. Casin. act. 3. sc. 5.

17. Recens natum, easse. ] Distin-  
guendum: ut reperirem sibi, Recens na-  
tum easse quod. Intellige: utrumcun-  
que forset, quod recens natum ea si-  
bi supponeret. Et alludit ad formu-  
lam: quod natum est. Vide Observ. 3. 2.  
Gronov.

Z

21. Pepe-



Eandem puellam peperit, quam à me accepit,  
Sine obstetricis opera, & sine doloribus,  
Item ut aliæ pariant, quæ malum quærunt sibi.  
Nam amatorem aiebat esse peregrinum sibi.

- 25 Suppositionem ejus rei facere gratia.  
Id duæ nos solæ scimus: ego quæ illi dedi,  
Et illa, quæ à me accepit: præter vos quidem  
Hæc sic res gesta est. si quis usus venerit,  
Meminisse ego hanc rem vos volo. ego ab eo domum.

21. Peperit. ] Peperisse simulavit.

Lamb.

23. Quæ malum quærunt sibi ] Dux  
videtur mihi & parenthesis & explicatio  
Græci. Valde autem vellem in Mss.  
reperiri quorundam olim editorum scri-

pturam: quæ malo. Neque enim id cor-  
rigerem, ut Schegkius: sed planissimum  
putarem, hoc sensu: quæ malo modo  
quærunt sibi rem; dum prætextu partus  
compellunt amatores largius dare. Gre-  
novius.

## ACTUS PRIMI SCENA TERTIA.

## AUXILIUM, Prologus.

UTunque hæc, & multiloqua & multibiba est anus.  
Satine vix reliquit Deo, quod loqueretur, loci?

Ita properavit de puellæ proloqui  
Suppositione. quod si tacuisset, tamen

- 5 Ego eram dicturus Deus, qui poteram planius.

Nam mihi est Auxilio nomen. nunc operam date,

Ut ego argumentum hoc vobis plane perputem.

Fuere Sicyoni jamdiu Dionysia.

Mercator venit huc ad ludos Lemnius,

- 10 Isque hic compressit virginem adolescentulus,

Vinulentus, multa nocte, in via.

Is ubi malam rem scit se meruisse, ilico

Pedi-

1. ET multiloqua. ] Πολυλόγος καὶ  
πελυπόσις. Lamb.

6. Auxilium. ] Persona adhibita ex-  
tra argumentum ποσταντικὴ, ad indi-  
cationem quorundam, quorum Fa-  
bulæ actio cognitionem requireret.  
Camer.

7. Perputem. ] Amputatis & omissis

supervacaneis plane exponam. Lam-  
binus.

11. Vinulentus. ] Sic Mss. Cameratus  
addidit, in tenebris. Gruterus, violentus.  
Videtur legendum: Vi vinulentus multa  
nocte in via. Pareus.

12. Malam rem. ] Pœnam ex Legē.  
L. D.

13. Pedi-

- Pedibus perfugium peperit, in Lemnum aufugit:  
 Ubi habitabat tum. illa, quam compreserat,  
 15 Decimo post mense exacto hic peperit filiam,  
 Quoniam reum ejus facti nescit qui fiet,  
 Paternum servom sui participat consilii,  
 Dat eam puellam ei servo exponendam ad necem,  
 Is eam projecit. hæc puellam sustulit.  
 20 Ille clam observavit servos,  
 Quo aut quas in ædes hæc puellam deferat:  
 Ut eam ple vos audistis confiteriet,  
 Dat eam puellam meretrici Melænidî,  
 Eaque educavit eam sibi pro filia  
 25 Bene ac pudicę. tum illic autem Lemnius  
 Propinquam uxorem duxit, cognatam suam:  
 Ea diem suum obiit, facta morigera est viro:  
 Postquam ille uxori justa fecit, ilico  
 Huc commigravit: duxit uxorem hic sibi  
 30 Eandem, quam olim virginem hic compreserat:  
 Et eam cognoscit esse, quam compreserat:  
 Illa illi, dicit, ejus se ex injuria  
 Peperisse gnatam, atque eam se servo illico  
 Dedisse exponendam. ille extemplo servolumi  
 35 Juberet illum eundem persequi, si qua queat  
 Reperire, quę sustulerit. ei rei nunc suam  
 Operam usque assiduo servos dat, si possit  
 Meretricem illam invenire, quam olim tollere  
 Cum ipse exponerat, ex insidiis viderat.  
 40 Nunc quod reliquom testat, volo persolvere:  
 Ut expungatur nomen, ne quid debeam.

Ado-

13. *Pedibus perfugium, &c.* ] Pedum viam invenit. *Perfugium* idem est, quod *effugium*; *parere*, quod *facere*. Nihil ergo hic mutandum. Ita *moram parere* Plautus *Trucul. diffidium, salutem, pacem parere*, alii dixerunt. *Boxboro*.

16. *Reum.* ] Auctorem.

17. *Falsa morigera.* ] Scilicet ideo, quod mortua est, quoniam hoc vitæ optabat. id enim commune maritorum votum

in Comædiis. Vide notas *Asin. act. 5. 2. Lamb.*

32. *Injuria.* ] Ex violenta compressione. Fit enim injuria virgini ab eo, qui ei stuprum infert. Græcis *ὄλεος*, quæ injuria gravior est. *Lambin.*

41. *Ut expungatur.* ] *Expungere*, rationum verbum est. Expungitur enim & delatur nomen debitoris, cum omnîs pecunia persoluta est.

- Adolescens hic est Sicyoni: ei vivit pater.  
 Is amore projecticiam illam deperit,  
 Quæ dudum flens hinc abiit ad matrem suam;  
 45 Et illa hunc contra, qui est amor suavissimus.  
 UT SUNT HUMANA, nihil est perpetuom da-  
 tum.  
 Pater adolescenti dare volt uxorem. hoc ubi  
 Mater rescivit, iussit arcessi eam domum.  
 Hæres sic gesta est. bene valet, & vincite  
 50 Virtute vera, quod fecistis antidhac.  
 Servate vestros socios, veteres & novos:  
 Augete auxilia vestris iustis legibus,  
 Perdite perduelles, parte laudem & lauream,  
 Ut vobis victi Pœni pœnas sufferant.

41. *Iussit arcessi eam domum.*] Silen-  
 tium & hic Palatinorum. Sex nostri ad  
 eam. Scribendum: hoc ubi mater rescivit,  
 iussit arcessi ad se eam domum: vel, mater  
 rescivit, arcessit ad se eam domum. Sic Ci-  
 cero 4. ad Atticum ep. 14. *Velim domum*  
*ad te scribai.* Et 12. ep. 1. *Postumiam Sul-*  
*picii domum ad se venisse.* Cæsar. 1. de  
 Bello Civili, cap. 53. *Quibus literis nun-*  
*cisq; Romam perlatis magni domum con-*  
*cursus ad Afranium, magna gratulationes*  
*sebant. Ubi male Faernus, demum; ma-*  
*le Hotomannus, magni ad domum Afra-*  
*nii.* Gronov.

52. *Vestri iustis legibus.*] Verissima illa

lectio. Quod enim vit doctus negat se  
 exputare quomodo legibus auxilia auge-  
 rentur, fugit eum ratio. Non ad auxilia  
 tantum ea referuntur, quæ de iustis legi-  
 bus dicuntur; sed etiam ad socios;

*Servate vestros socios, veteres ac novos,*  
*Augete auxilia vestri iustis legibus.*

Iuste imperando dicit Romanos non so-  
 lum socios suos sibi conservaturos, sed  
 etiam auxilia aucturos, id est, gentes ex-  
 teras & alienigenas, plures iucitatos  
 ad auxilia sibi submittenda. *Augete auxi-*  
*lia,* id est, numerum auxiliorum, vel  
 auxiliarium populorum. Res planissima.  
*Salmaf.*

## ACTUS SECUNDI SCENA PRIMA.

ALCESIMARCHUS, MELÆNIS.

**C**Redo ego amorem primum apud homines carnificinam  
 commentum:

Hanc ego de me conjecturam domi facio, ne foris quæram,  
 Qui omnes homines supero atque antideo cruciabilitatibus  
 animi:

Jactor, crucior, agitor, stimulor, vorfor in amoris rota miser.

Exani-

2. *Domu facio.*] Id est, meopte exemplo comperior. Sic Caf. 2. 3. & vide notas  
 Milit. 2. 2. & Mæc. 2. 3.

5. *Diffe-*

5 Exanimor, feror, differor, distrahor, diripior: ita nubilam mentem

Animi habeo: ubi sum, ibi non sum: ubi non sum, ibi est animus.

Ita mihi omnia ingenia sunt: quod lubet, non lubet jam id continuo.

Ita me amor lassum animi ludificat, fugat, agit, appetit, Raptat, retinet, lætat, largitur: quod dat, non dat: deludit:

10 Modo quod suavit, dissuadet: quod dissuasit, id ostentat.

Maritimis moribus mecum experitur: ita meum frangit amentem

Animum: neque, nisi quia miser non eo pessum, mihi ulla abest Perdito pernicies. ita pater apud villam detinuit me hos dies sex Ruri continuos: neque licitum interea est meam amicam visere.

15 Estne hoc miserum memoratu!

ME. Eo facetu's, quia tibi alia est sponsa locuples Lemnia?

Habeas. neque nos factione tanta, quanta tu, sumus?

Neque opes nostræ tam sunt validæ quam tuæ: veruntamen

Haud metuo, ne jusjurandum nostrum quisquam culpitet:

20 Tu jam, si quid tibi dolebit, scies qua doleat gratia.

AL. Di me perdant! ME. quodcunque optes, velim tibi contingere.

AL. Si illam uxorem duxero mihi unquam, quam despondit pater.

ME. Et me, si unquam tibi uxorem filiam dedero meam.

AL. Per-

9. Differor. ] *Disturbar & in diversum feror.* Donat. *Mentem animi.* ] Mens enim in animo est, ut oculus in corpore. Lucret. 4. *Mens animi vigilat.* Lambinus.

7. *Omnia ingenia sunt.* ] Voluerat dicere multa, sed augendi causa dixit omnia. Alibi: *Quot illic homo animos habet?* Douza.

8. *Agit.* ] *Εκταυή,* insectatur, impellit. *L. Appetit.* ] Afficit, invadit: ut gladiator adversarium. Nam petere gladiatorium verbum est. Taubm.

11. *Maritimis moribus.* ] Vel incertis, vel dolosis vel fetis mecum agit moribus. Lucretius lib. 5. *Nec poterat quem-*

*quam placidi pellacia ponti Subdola pellice-re in fraudem ridentibus undæ.* Propertius lib. 2. cl. 12. *Scilicet alterna quoniam jactatur in unda.* Passerat.

16. *Eo facetu's, &c.* ] Cur autem Lemnia? quia gens illa pessime id temporis audiebat, rusticitatis & infacetæ vicio. Sic Truc act. 2. sc. 4. *Qui tu infacetus Lemno, &c.* Douza.

19. *Ne jusjurandum nostrum.* ] Neque enim perjuræ reperimus, ut tu erga filiam meam. D.

21. *Quodcunque optes.* ] Interrumpit Lena orationem Alceſumarchi. *Boxhornius.*

AL. Perjurare me patiere? ME. atque aliquanto facilius.

25 Quam me meamque rem perire & ludificari filiam,

Abi quætere, ubi jurando tuo satis sit subsidii:

Hic apud nos jam, Alcesimarche, confregisti tesseram.

AL. Face semel periculum. ME. sæpe feci, quod factum queror.

AL. Redde mihi illam. ME. inter novam rem verbum usurpabo vetus.

30 Quod dedi, datum non vellem: quod reliquom part. quod relicuum est.  
est, non dabo.

AL. Non remissura es mihi illam? ME. pro me responsa tibi.

AL. Non remittes? ME. scis jamdudum omnem meam sententiam.

AL. Satin' tibi istic in corde certum est? ME. quum ego commentor quidem:

Non edepol istæc tua dicta nunc in aures recipio.

35 AL. Non? hein, quid agis? ME. Igitur animum advorte, ut quid agas, scias.

AL. At ita me di deæque, superi atque inferi, & medioxumi,

Iraque

27. *Hic apud nos, &c.*] Salivam mihi movet quod est in Vet. Cod.

*Alcesimarche fidei confregisti tesseram.*  
Nam certe de violato hospitii jure hic non agitur, quod volunt, sed de fide non servata. Et quemadmodum proverbialiter, tesseram hospitem fregisse dicebatur, qui hospitii jus violarat. Sic & fidei tesseram, qui promissam alicui fidelitatem non servarat. *Desaldans.*

29. *Inter novam, &c.*] *Vetus verbum,* Latinis est idem, quod, tritum proverbium. Et verosimile est in ore vulgi receptam olim & tunc temporis dicendi formulam fuisse; *Quod dedi, datum non vellem: quod reliquum est, non dabo.* Cum nempe amicitiam renunciarent, & perditet beneficii hadenus collati. Nisi à creditoribus, plura credere nolentibus, sit desumptam. *Baxboon.*

31. *Responsa.*] Festivior erit lectio: *pro me responsa tibi.* Quid opus est me

dicere non remissuram, cum tu ipse dixeris; Sic versu sequenti. *Geminum plane illi, quod in sacris literis: Tu dicis. Scitoppius. Pro me responsa.* Quicquid repugnet, recte Scitoppius, *responsa.* Sic infra 4. 2. *Hicne tu ergo habitas? Pu. ariolare. A sinat. 3. 2. Argenti viginti minas habesne? Lz. Ariolare. Talia sunt, Calina, 5. 4. Timor ecoster. St. ego ne? Oz. haud mentire hercle. Pseud. 2. 2. Quasi tu dicas me te velle argento circumducere? Ha. Imo vero quasi tu dicas, quasi qua ego autem id suspicer. & act. 4. 7. te ad me misit Polymacharoplagides? Ha. vera memoras, Rudente 2. 3. Non venit? Am. Vera predicas, Et ibidem: *Non rem divinam facit hic vos, neque herus. Am. ariolare. Gronov.**

33. *Commentor.*] Aliud ago, aliud animo voluto; neque quæ dicis ausculto. *Taanmannus.*

36. *Medioxumi.*] Sunt ii, quos Græci *δαιμονας* appellant. de quibus *Plato* in *Sympo-*

Itaque me Juno regina & Jovis supremi filia,

Itaque me Saturnus patruus ejus. ME. ecastor pater.

AL. Itaque me Ops opulenta illius avia. ME. immo mater quidem.

40 AL. Juno filia & Saturnus patruus, & summus Juppiter:

Tu me delenis: propter te hæc pecco. ME. perge dicere.

AL. Anne ut etiam quid consultura sis sciam? ME. perge eloqui,

Non remittam: definitum est. AL. enimvero, ita me Juppiter,

Itaque me Juno & Saturnus; ita, quid dicam, nescio.

45 Jam scio: imo, mulier, audi, meam ut scias sententiam:

Dii me omnes magni minutique & patellarii

Faxint, ne ego dem vivos saviu Silenio,

Nisi ego teque tuamque filiam, meque hodie obruncavero:

Postea autem cum primo luci cras nisi ambo occidero:

50 Et equidem, hercle, nisi pedatu tertio omnis efflixero,

Nisi tu illam remittis ad me. dixi quæ volui. vale.

ME. Abiit intro iratus. quid ego nunc agam? si redierit

Illa ad hunc, ibidem loci res erit, ubi odium occæperit,

Illam extrudet, cum hanc uxorem Lenniam Dit. illam extrudet, hanc, &c. ducet domum:

Scd

Symposio, & Apul. de deo Socratis. Nominis: *Medioximum*, id est, *medicinalium modo*. Festus: *Medioximum*, id est, *medicare*. Dii autem quos jurat Alces, à Græcis appellantur dii *ἰατρῶν*, *χθόνιοι*, & *ἰατρῶν*.

37. *Filia*.] Hic perspicue etrans inducitur adolescens. Juno enim soror & conjux Jovis est, non filia. Sic Saturnus est pater Jovis & Junonis, non patruus. Ita Ops (quæ & *Rhea* & *Terra*) Saturni uxor est. *Lamb.*

41. *Me delenu*.] Mentem adimis. Alludit ad *Melanid* nomen. Quasi dicat: tu Melanis me delenis. *Delenire*, & *delenire* idem verbum est. *Camer.*

46. *Patellarii*.] Dii, quibus in patellis epulæ apponebantur, & qui patellis colebantur: non pateris ut Lares & Penates. Varro: *Quocirca oportet bonum civem legibus parere & Deos colere, inpa-*

*telam dare μωροῦ πλάσ*. Vel ita dicti à piscibus minutis, qui in patellis apponebantur, non in pateris: quemadmodum cibi tenuiores & viliores, ut oluscula & terra nata & similia. *Lambin.*

47. *Nô ego dem*.] Alius dixisset; *Dit* me faxint, ut male peream; vel tale quid: nisi ego te, &c. Verum amanti æque dirum & horribile est, non osculari amicam, æque alii sano inierire. Et vox, *vivus*, desolationem facit magis diram. In summa, oratio amatoris insani perturbata est. *Lambin.*

50. *Pedatu tertio*.] Id est, *repetitu, accessu, vice: quasi per pedem*. Nonius: Cato: *Igitur tertio pedatu nobis bellum fecere, &c.* Explicari tamen etiam potest impetu, ingressu, incurfu. A veteri Critico explicatur *regim* *melid*. *Turneb.* *Efflixero*.] Vid. not. Amph. 2. 1. 3. *Actin.* 4. 2.

55 Sed tamen ibo & persequar. amens ne quid faciat: cāuto  
opu' st.

Postremo, quando æqua lege pauperi cum divite

Non licet, perdam operam potius, quam carebo filia.

Sed quis hic est, qui recta platea cursum hic contendit  
suum?

Et illud payeo, & hoc formido: ita tota sum misera in  
metu.

56. *Æqua lege.*] Aulular. act. 2.  
scen. 2.

57. *Perdam operam.*] Ad Alcesimar-  
chum remittam potius filiam (quo sa-

cto, operam perdam: nam continuo  
eam extrudet foras) quam committam,  
ut filiam meam interimat: & ita ca-  
ream. filia. *Lambin.*

## ACTUS SECUNDI SCENA SECUNDA.

### LAMPADISCUS.

**A** Num sectatus sum clamore per vias:  
Misertumam habui. ut illæc hodie quot modis

Sibi moderatrix fuit, atque immemorabilis!

Quot illi blanditias! quid illi promisi boni!

5 Quot admœnivi fabricas! quot fallacias!

In quaestione vix exsculpi ut diceret,

Quia ei promisi dolium vini dare.

*Scal. atque in-  
spe innotabilis.*

2. **M**iseriam habui.] Molestissimus  
fui Lenæ clamore meo. *Lamb.*

3. *Immemorabilis.*] Lexicon Græco-  
latinum vetus: *μνημονεύω*, *memoresus*,  
*memorabilis*. Ergo *immemorabilis*, quæ si-  
mulabat nihil meminisse, neque adeo  
scire ejus rei, de qua sciscitabatur. plane

ex disciplina mulierum, *de se si creditur*  
*ipso*. Milit. act. 3. 3. *Gruter.*

5. *Admœnivi.*] Id est, ad mœnia ad-  
movi. Ut tanquam de molumento op-  
pugnandæ urbis loquatur, cui fabricæ  
admœniuntur. Sic *Pleud* act. 2. 1. *Oppi-*  
*dum admœnire*, dixit, pro obsidete. *Grut.*

## ACTUS SECUNDI SCENA TERTIA.

### PHANOSTRATA, LAMPADISCUS, MELÆNIS.

**A** Udire vocem visa sum ante ædis modo

Mei Lampadisci servi. LA. non surda es, hera:

Recte audivisti. PH. quid agis hic? LA. quod gaudeas.

PH. Quid id est? LA. hinc ex hisce ædibus paulo prius

5 Vidi exeuntem mulierem. PH. illam, quæ meam

Gnatam sustulerat? LA. rem tenes. PH. quid postea?

LA. Dico

LA. Dico ei, quo pacto eam ab hippodromo viderim  
Herilem filiam nostram sustollere.

PH. Extimuit tumilla? ME. horret corpus, cor  
salit. PH. LA. extimuit tum illa.

10 Nam mihi ab hippodromo memini affertipatvolam  
Puellam, eamque me mihi supponere.

PH. Age perge quæso, animus audire expetit,  
Ut res gesta sit. ME. utinam audite non queas!

LA. Pergo illa \* \* dictis: illæc te anus

15 Fortu \* \* \* seras vocat,  
Nam illæc tibi nutrix est, ne matrem censeas,

Ego te reduco & voço ad divitias, ubi

Tu locere in luculentam familiam:

Unde tibi talenta magna viginti pater

20 Det dotis. non enim hic, ubi ex Tusco modo

Tute tibi indigne dotem quæras corpore.

PH. An amabo meretrix illa est, quæ illam sustulit?

LA. Immo meretrix fuit; sed ut sit, de ea re eloquat.

Jam perducebam illam ad me suadelà meà:

25 Anus ei amplexa est genua, plorans, obsecrans,

Ne deserat te: eam suam esse filiam,

Seque eam pepetisse, sancte adjurabat mihi.

Istanc quam quæris, inquit, ego amicæ meæ

Dedi, quæ educaret eam pro filiola sua.

30 Et vivit, inquit. ubi ea est? inquam extempulo.

PH. Ser-

7. *Hippodroma.*] *Hippodromus.* Cur-  
ticulum equotum, ubi de perni-  
citate cursus certatur, citra pugna simu-  
lacrum. *Lamb.*

14. *Pergo illam, &c.*] Duo isti versus  
in veteri Cam. cod. sunt desinituti non  
capite aut cauda, sed corde. Variè sup-  
pleverunt varii. Nobis placet exemplum  
priscorum, qui Apelleam Venerem im-  
perfectam maluerunt, quam integrati  
manu extranea. *Gruterus. Pergo illam.*  
Vel sic legi posset:

— *Pergo puellam hù alloqui distis, illac  
anus*

*Furtive matrem se, ne deserat, vocat.*  
Sensu manifesto. Anus illa furtive se

matrem tuam vocat: ea tantum de caus-  
sa, ne se deserat. sed fursum facit, cum  
id facit. *Pistoris.*

16. *Talentum magna.*] *Talentum magnum*  
ipsum est talentum Atticum sexaginta  
minarum. Quod sic appellarunt Roma-  
ni, qui erat aliud talentum Neapolita-  
num, Rheginum; Siculum parvè sum-  
mæ. Vid. de pec. vet. 3. 3. *Grævæ. Talen-  
ta dicit.*] Vide Notas Persæ 3. 1.

20. *Non enim hic.*] Scil. habitabit. *Ex  
Tusca modo.*] Lydorum enim, qui pars  
Hæturiz, filias ex meretricio quæritu  
dotem sibi comparare solitas, tradit He-  
rodotus. *Palmer.*

28. *Amicæ meæ.*] Melænidî.

Z 5

37. *Obspat*



PH. Servate me Dei obsecro. ME. at me perditis.

PH. Quoi illam dedisset exquisisse oportuit.

LA. Quæsi: & dixit, meretrici Melænid.

ME. Meum elocutus est nomen. interii.

35 LA. Ubi elocuta est, ego continuo animum interrogo:

Ubi habitat, inquam, ducac demonstra mihi.

Avecta est, inquit, peregre hinc habitatum. ME. obsipat

Aquulam. LA. quo avecta est, eo sequemur. sicine

Agis nugas? peristi, ne hercle hoc longe. destiti

40 Instare usque adeo, donec se adjurat anus

Jam mihi monstrare. PH. at non misam oportuit.

LA. Servatur: sed illæ se quandam ajebat mulierem

Suam benevolentem convenire etiam prius,

Commune qua cum id esset sibi negotium.

45 Et scio venturam. ME. me indicabit, & suas

Ad meas miseras addet. PH. fac me con-

sciam.

MS. miseras alias  
faciem consciam.  
PH. Quid nunc, &c.

Quid nunc vis facere me? LA. intro abi, atque aniino bo-

no es.

Vir tuus si veniet, jube domi oppeterier,

Ne

37. *Obsipat aquulam.* ] Id est, recreat me: ut sit iis, qui animo defecit aqua adspersa recreantur. Illo enim mendacio se elabi posse sperat. *Fossum* interpretatur, *spas*, *jacit*: & inde esse ait *disipat*, *disjicit*: *obsipat*, *objicit*: *insipat*, *injicit*. Ita hic *obsipat*, est adpergit. *Lamb.*

39. *Ne hercle hoc longe. destiti.* ] Sic edidit Gruterus ex scriptis, nisi quod ipse, ut visum est, interpunxit. Sed scrupulus est in eo, *destiti instare*. Non enim destitit, sed perseveravit in urgendo, donec extorsit anui, quod volebat. Postea est inventus, qui retineret in contextu vulgatum (*ni hercle hoc difforsis*) explicaret tamen oportere veterem scripturam, ita ut nullum putaret relinqui hæsitatio- ni interpretum locum. Videbimus. Tandem, inquit, vertit sermonem ad Phænostratum, dicens, se tum denuo desisse instare, cum adjuraret se eam, quæ quæ- rebatur, monstratum. At ò bone, quis sibi concedet, *destiti instare donec*, Latine

diei pro hoc, *tum domum destiti, cum?* Ne hoc longe accipio δὲ ἔκτανε, ut intelligat, abieris vel excesseris vestigio. *Mottellaræ*. 2. sc. 1. *Abcamus hinc nos*. *Tr.* Non hoc longe. *Dolphium*. *Trinummo* 2. 4. quod ad ventrem attinet, Non hoc longo. Quod sequitur, leviter mutandum: *per- stiti*, *Instare usque adeo*. *Gronov.*

41. *Monstrare.* ] Pro, monstraturam esse: ut mox, *convenire*, pro conven- turam. *Camer.*

46. *Ad meas miseras, &c.* ] Nihil puto corruptum in hoc versu. Scribendum tantum sine interpunctione. *fac me consciam quid nunc vni facere me. Conscius est*, qui cum aliquo etiam aliquid scit. Petit igitur à Lampadisco Phanostrata, ut se consciam faciat, quid se facere velit. Sciebat nempe Lampadiscus quid facere deberet Phanostrata, sed ipsa nesciebat. Petit ergo ut pariter conscia fiat ejus quod facere deberet. Nihil aliud latere puto. *Salmasius.*

Ne in quæstione mihi sit, si quid enim velim.

- 50 Ego ad anum recorro rursus. PH. Lampadio, obsecro  
Cura. LA. perfectum ego hoc dabo negotium.  
PH. Deos teque spero. LA. eosdem ego, uti habeas domum.  
ME. Adolescens asta, atque audi. LA. mei' mulier, vocas?  
ME. Te. LA. quid negotii est? nam occupatus sum ampliter.
- 55 ME. Quis istuc habitat? LA. Demipho dominus meus.  
ME. Neimpe istuc est, qui Alcesimarcho filiam  
Suam despondit in divitias maxumas?  
LA. Is ipsus est. ME. eho tu, quam vos igitur filiam  
Nunc quæritatis alteram? LA. ego dicam tibi,  
60 Non ex uxore gnatam uxoris filiam.  
ME. Quid istuc est verbi? LA. ex priore muliere  
Nata, inquam, meo hero filia est. ME. certe modo  
Hujus, quæ locuta est, quætere ajebas filiam.  
LA. Hujus ego quæro. ME. quo modo igitur, obsecro,  
65 Hæc est prior, quæ nupta nunc est? LA. conteris  
Tu tua me oratione, mulier, quisquis es.  
Medioxumam quam duxit uxorem, ex ea  
Nata est hæc virgo, Alcesimarcho quæ datur.  
Ea uxor diem obiit. jam scis? ME. teneo istuc satis.
- 70 Sed ego illud quæro confragosum, quo modo  
Prior posterior sit, & posterior sit prior?  
LA. Prius hanc compressit, quam uxorem duxit domum:  
Prius gravida facta est, priusque peperit filiam.  
Eam postquam peperit, jussit parvam projici,

Ego

52. *Eosdem ego.*] Sermo est Lampadisci à Phanostrata jam abeuntis, interruptus à Melanide, præter expectationem interpellante: ut subintelligatur *reductam, reducem*. Eosdem Deos spero rogoque, ut domum *reductam* filiam aliquando *habeat*. Boxhorn.

60. *Uxoris filiam.*] Ænigma: quod sic declaratur. Demipho duas duxit uxores, unam Lemniam eamque priorem, quæ hic non nominatur: alteram Syeioniam, Phanostratam, posteriorem: ex qua tamen ante compressa filiam Silenium susceperat, quæ projecta

nunc quæritatur. *Lambinus.*

67. *Medioxumam.*] *Medioxuma*, id est, media appellatur Lemnis illa mulier, quam priore loco uxorem duxit. Et Phanostrata quodammodo bis nupsisse intelligenda est: semel, cum à Demiphone compressa est: iterum, cum iustis nuptiis cum eo copulata est. *Lamb.*

70. *Confragosum.*] Asperum & impeditum.

72. *Quam uxorem.*] Scilicet Lemniam illam.

74. *Projici.*] Exponi, unde est illa *projustitia*. *Cam.*

- 75 Ego eam projecì, alia mulier sustulit :  
 Ego inspectavi. herus hanc duxit post ibi.  
 Eam nunc puellam filiam ejus quærimus.  
 Quid nunc supina sursum in cælum conspicias?  
 ME. I nunc jam istuc quo properabas, nihil moror.  
 80 Nunc intellexi. LA. diis hercle habeo gratiam :  
 Nam ni intellexes, nunquam credo amitteres.  
 ME. Nunc mihi bonæ necessum' st esse ingratis,  
 Quanquam esse nolo. rem palam esse intellego.  
 Nunc egomet potius hanc inibo gratiam  
 85 Ab illis, quam illæq; indicet me. ibo domum,  
 Atque ad parentes reduco Silenium.

76. *Hanc.*] Phanostratam.

77. *Eam nunc puellam.*] *Puella* appellatur etiam ea, quæ matrimonio junctæ, vel uterum ferunt, vel etiam pepererunt. Horat. 3. Carm. 22. *laborantes uteropuella*. Penelope apud Ovid. se puellam vocat, cum Ulyssi jam olim Telemachum peperisset. Fast. 2. *jubet viduas*

*cessare puellas*, id est, à maritorum complexibus abstinere. Sic & Scævola J C. *puellam* vocat, quæ erat vidua, & post alteri nupta. *Agellius* lib. 12. cap. 1. *puellam* bis vocat puerperam. *Rittersb.*

82. *Ingratis.*] Ἰνφλί, id est, velim, nolim. seu contra sententiam animi meli. V. N. Epid. act. 3. 4. *Cam.*

## ACTUS TERTIUS.

MELENIS, ALCESIMARCHUS, SILENIUM,

REM elocuta sum tibi omnem: sequere me, mea Silenium,

Ut eorum, quo jam esse oportet te, sis potius quam mea.

Quanquam invita te carebo, animum ego inducam tamen,

Ut illud quod tuam in rem bene conducat, consulam.

5 Nam hic crepundia insunt, quibus cum te illa olim ad me detulit,

Quæ mihi dedit: parentes te ut cognoscant facilius.

Accipe hanc cistellam, Halisca, atque agedum pulta illas fores.

Dic me orare, ut aliquis intus prodeat prope ocus.

AL. Reci-

2. *Ujam.*] Vide Notas Rudent.

3. *Crepundia.*] *Crepustacula* vocat Lucret. Solebant autem veteres liberos amissos cum ex aliis notis, tum etiam ex crepundiis agnoscere: quod

Comici & Tragicæ poetæ, veritatis imitatores in Fabulis adumbrare solent. Ex quo illud Cic. in Bruto: *Nunc quoniam totum me non nava aliquo, aut crepundiis, sed corpore omni videri velle cognoscere, &c.* Lambin.

9. *Recipe*

AL. Recipe me ad te, Mors, amicum & benevolum. SL. Mater mea,  
10 Perimus miseræ! AL. utrum hac me feriam, an ab læva latus?

ME. Quid tibi est? SL. Alcesinarchum non vides ferrum tenentem?

AL. Ecquid agis? remorare. lumen linque. SL. amabo accurrite,

Ne se interimat. AL. ô Salute mea salus salubrior,  
Tu nunc, si ego volo seu nolo, sola me ut vivam facis.

15 ME. Hau! voluisti istuc severum facere? AL. nihil mecum tibi,  
Mortuus tibi sum: hanc ut habeo, certum est non amittere.  
Nam hercle jam ad me agglutinandam totam decietum est dare.

Ubi estis servi? occludite ædes pessulis, repagulis,  
Ubi hanc ego tetulero intra limen. ME. abiit, abstulit

20 Mulierem, ibo persequar jam illum intro, ut hæc ex me sciat  
Eadem, si possum tranquillum facere ex irato mihi.

9. *Recipe me.*] Sic liber optimus & antiquissimus: à quo legem mihi dixi non recedere, quoties sequi possum. Alii *Accipe*: in quo verbo qui ludunt, tanquam hospitibus & invitationibus aptiore, satis confutantur ab ipso Plauto Pseud. 3. 2. *Orcum hunc recipere ad se noluit.* Gron.

12. *Remorare.*] Ita se increpat cessantem adolescens. Sic Europa apud Horat. 3. od. 27. *Impudens orcum moror.* Taubmannus.

15. *Hau! voluisti istuc severum.*] Pro, te interimere: καὶ ἐφρημισμένον. Nonius docet, *Severum* significare aliquando severum, implacitum, vitabile; ad-

ducens Virgilii locum, 3. Georg.

*Invidia infelix furias, amnemque severum*

*Cocyti metuet.*

Nihil mutari placet. Et pessime notæ codex ille Frisingensis fuit. *Severum istud facere*, τὸ πικρὸν τῦτο, αὐστηρὸν, σκληροπῶρον, de morte quam sibi cogitaverat inferre. *Annus severum Cocyti* Virgilio, pro tristi & sævo, accipitur hoc nomen veteribus. *Salmas.*

17. *Agglutinandam.*] Nam deliberatum est mihi eam dare totam ad me agglutinandam, hoc est, eam totam ad me agglutinare. *Lambin.*

## ACTUS QUARTI SCENA PRIMA.

LAMPADISCUS, PHANOSTRATA.

**N**Ullam ego me vidisse credo magis animum excruciablem  
Quam illæc est, quæ dudum falsa est mihi, quæ ne inficias eat!

Sed eccam heram video. sed quid hoc est, hæc quod cistella hæc  
jacet

Cum

1. *Excruciabilem.*] Cruciatu digniorum, παυνηκίαις.

2. *Quæne inficias eat.*] Nonne est

quovis cruciati dignissima, quæ inficitur, quod mihi falsa est? *Taubmannus.*

5. *Conqui-*

Cum crepundiis? nec quenquam conspicio alium in via?

9 Faciendum est puerile officium: conquifcam ad cistulam.

PH. Quid agis, Lampadio? LA. hæc cistella  
nummiam hinc ab nobis domo est?

M. T. Lang.  
hinc ab nobis  
est domi.

Nam hiuc ab ostio jacentem sustulij. PH. quid nuncias

Super anu? LA. scelestiorem in terra nullam esse alteram.

Omnia inficias ire ea, quæ dudum confessa est mihi.

10 Nam, hercle, ego illam anum irridere me ut suam? fatius  
est mihi

Quovis exitio interire. PH. di obsecro vosram fidem!

LA. Quid deos obsecras? PH. servate nos. LA. quid est?

PH. crepundia

Hæc sunt, quibuscum tu extulisti nostram filiolam ad necem.

LA. Sanane es? PH. hæc sunt profecto. LA. pergin?

PH. hæc sunt. LA. si mihi

15 Alia mulier istoc pacto dicat, dicam esse ebriam.

PH. Non ecastor causa memoro. nam obsecro, unde hæc  
gentium?

Aut

5. *Conquifcam.*] Hoc solenne est Plauto, ut allusiones ad turpia & obscena ubique aucupetur & omni occasione eas usurpet. Servus cum in via offendisset cistulam jacentem cum crepundiis, & inclinatus se vellet ad eam tollendam, obscena significatione eam rem expressit. Dicit ergo se puerile officium sustulisse, inclinando nimirum se, & conquifcans ad cistulam; ut eam ex humo tolleret. Puerile autem officium in re turpi dicitur, quia pueri qui morigeri amantibus suis erant, & postea illis partes præbebant, sit venis dicto, in faciem se inclinabant, quod & *cevere* dicebant, hoc est, *κύντες*. Unde illud *an Remus ceves?* Interpres Jovenalis *erissare mulierum, cevera virarum*. dum in feminam sexum mutant, & præbent viris. Glossæ: *ceve panda*. Nam pandi incurvi ut pandus a bellus, & in tertiam pronus. Hinc *ceveres* molles & effeminati, id est, viri præbentes viris: Apud eundem Plautum in Pseudolo: *si conquifcat istic, cevero simul*. Id est, simul conquifcavit. Et recte Nonius inter-

pretatur *conquifcare* inclinatus, idem ergo & *cevere*. At officium in re turpi sæpe vocatur tam patientis, si ex officio patitur, quam agentis. Unde officium apud Propertium & Ovidium, de eo qui se probat vitium amicæ suæ. Puerile autem officium conquifcare, & *cevere*, quia in eo tempore solebant pueri præbere. Pudet plura verba perdere in re adeo impudica. *Salmast.*

9. *Omnia inficias ire.*] Vera lectio, non aut referendus hic infinitivus ad id, quod Phan. interrogat, *Quid nuncias super anu?* ut dicat servus, & illam scelestissimam esse, & omnia ire inficias, quæ dudum confessa fuerit. Aut est hæc in indignatione locutio imperfecta: ut, *Adeone hominem esse invenustum!* ut sit sensus: indignum esse facinus, omnia iam illam negare, quæ prius fuerit confessa. Tale est & illud, quod sequitur: *Nam hercle, &c.* Camer.

16. *Cassa memoro.*] *Cassa* memorare, est frustra & nequicquam verbis sibi spem facere; cum in rem nihil sit: à *nucæ* *cassa*, quæ putuæca habet, nucæ deficit.

Aut quis Deus objecit hanc ante ostium nostrum? quasi  
Dedita opera in tempore ipso Spes mihi sancta subvenit.

citur. Ita *causam speculam* Apul. dixit: *Quin igitur masculum animum sumis, & causa specula renuncias fortiter?* Et Afranius, *causam terriculam*, pro minis inanibus. *I. Gul.*

17. *Aut qui, Dem, &c.]* Inexpectata,

*ὄπισθεν* existimabantur. vide Herald. ad Arnob. lib. 3.

18. *Spes.]* *Spem* à Colatino Romæ fuisse consecratam, testatur *Cicer.* 2. de Legib.

## ACTUS QUARTI SCENA SECUNDA.

HALISCA, LAMPADISCUS, PHANOSTRATA.

**N**isi quid mihi opis  
Di dant, desperii: neque unde auxilium expetam  
habeo.

Itaque petulantia mea me animi miseram habet:

Quæ in tergum meum ne veniat, male formido:

*Acid. no  
evanuit.*

5 Si heræ me sciat, tam socordem esse quam sum.

Quamne in manibus tenui atque accepi hinc ante ædis

Cistellam? ubi ea sit, nescio: nisi ut opinor,

Loca hæc circiter excidit mihi. mi homines,

Mi spectatores, facite indicium, si quis

10 Vidit, si quis eam abstulerit, quisve

Sustulerit, & utrum hac an illac iter institerit.

Non sum scitior, quæ hos rogem, aut quæ fatigem,

Qui semper malo muliebris sunt lubentes.

Nunc vestigia hic si qua sunt, noscitur.

15 Nam si nemo hæc præterit, postquam intro abii,

Cistella hinc jaceret. quid, hic? periit opinor.

Actum est: ilicet me infelicem & scelestam.

Nulla est, neque ego sum usquam. perdita perdidit me.

Sed pergam, ut cæpi, tamen: quæritabo.

Nam

4. **Q**UÆ intergum meum, &c.] Valde metuo ne mea petulantia causa sit, cur virgæ in tergo meo sint petulantes. *Taubmannus.*

8. *Mi homines.]* Sic Petron. *O mi hospites, &c.* *Mi* singulari pro plurali posito antiquæ. quomodo sarpicule Plautus. *T.*

12. *Non sum, &c.]* *Lambinus* accipit

*εἰς τὴν αἰτίαν* aut rescribit *in scitior*; ut scitior sumatur pro scita, in scitior pro in scita. Ego simplicissimo sensu accipio, *scitior*, pro certior, à *scio*, sed tollo interrogationem. quasi dicat Halisca: nunquam ego ab his certior sum, quis cistellam abstulerit, quia semper sexus virilis lætatur muliebri incommodo. *Disjunct.*

20. *Intus*

- 20 Nam & intus paveo , & foris formido : ita nunc  
 Utrobique me metus agitat : illo sunt homines misere  
 Miseri. ille, nunc lætus est, quisquis est, qui illam habet :  
 Quæ neque illa illi quicquam ului' st : mihi esse potest.  
 Sed memet mbtor ; quom hoc ago fecius.
- 25 Halisca, hoc age, ad terram aspice , & dispice :  
 Oculis investigans astute augura. LA. hera.  
 PH. Hem, quid est ? LA. hæc est. PH. quis ? LA. quoi hæc  
 excidit cistella :
- Certe æcum locum signat, ubi ea excidit. PH. apparet.  
 HA. Sed is hanc iit : hac focci video vestigium
- 30 In pulvere : persequar hæc. in hoc jam loco cum altero  
 Constitit. hic meis turbo oculis modo se objecit :  
 Neque profuturi iit hac : hic stetit : hinc illuc exiit ; hic  
 Concilium fuit. ad duos attinet : hi qui sunt !  
 Attat, singulum video vestigium. sed is hac abiit.
- 35 Contemplabor. hinc huc iit : hinc nusquam abiit :

Actam

20. *Intus paveo.* ] Intus in pectore  
 pavore consumor : foris verbera metuo.  
*Taubmannus.*

21. *Illo sunt homines misere.* ] Elegan-  
 tem gnomen Iestitob' minutissima mu-  
 tatione : *hilo sunt homines misere Miseri.*  
 Ancillulæ amissione cistellæ periclitanti  
 in mentem venit, quantilli homines  
 simus, & quam nihilam ob rem sæpe  
 summe miserè *Hilum*, res nihili. *I. Gul.*  
 Non sic legendum est, nec ancilla hoc  
 vult. *Illo*, hie idem est ; quod *illuc*. Ita  
 sæpe Plautus. Hic ergo haud dubie leg-  
 end. *Illo sunt homines misere Miseri ; illo*  
*nunc, &c.* Hoc vult ; ea est humanarum  
 rerum conditio, uti ibi sit ; qui ex alte-  
 rius incommodo gaudium capit ; hic  
 qui ob acceptum incommodum dolet.  
 Hic ego mærore conficior ob cistellam  
 amissam : alibi lætus agit, qui eam in-  
 venit. Hæc planissima. *Boxborn.*

24. *Agofecius.* ] Varro apud Nonium :  
 Non modo absens quicquam sequitur de te  
 cogitabit, sed etiam ruminabitur humani-  
 tatem. Sequitur pro deterior dici non  
 est perinde infrequens ; quod à sequen-  
 do reor deduci : deteriora enim sequi,

meliora præcedere solent. *Turnebus.*

26. *Augura.* ] *Servius* Æncid. 3. *Ani-  
 guro* dicimus ( secundum Plinium in li-  
 bris *Dubii sermonu* ) quem præfatio men-  
 tis futura colligimus : *Auguror* veto tunc,  
 quum futura veris captamus auguriis ut  
 ex alitis volatu cantuque.

29. *Socci.* ] Soccis enim utebantur  
 Comici actores. *Lambin.*

31. *Turbo.* ] Turbo in arena inde est,  
 quod neque profutur hac iit ; & mox stet-  
 it, mox exiit. Hæc autem omnia sunt  
 gestus atque actionis. *Pistor.*

33. *Concilium fuit.* ] Congressus plu-  
 rium. *Ad duos attinet.* ] Lego : *Ad duos*  
*hoc attinet : hic quinque.* quippe vide-  
 tur signa quinquecentium in pulvere no-  
 tasse : & spectasse illum locum præceden-  
 te scena : *conquiniscam ad cistellam.* Pal-  
 mer. At hoc non potest mihi persuaderi.  
 Malim referre, *Ad duos attinet hoc :*  
*quique sunt.* quomodo olim etiam ex-  
 Palmerius. *Pistor.*

34. *Singulum.* ] An pro *singulorum*.  
 Nam negat Lamb. cum *Prisc.* *singulum*  
 numero singulari usurpatum antiqui-  
 tus.

36. Actam

- Actam rem ago. quod perit, perit: meum coram  
 Cum cistella: redeo intro. PH. mulier, mane: sunt  
 Qui volunt te conventam. HA. quis me revocat?  
 LA. Bona scemina, & malus masculus volunt te:  
 40 HA. *Malum aufer, bonum mihi opus est.* postre- Bull. & Dura  
ex Nocio.  
 mo, ille  
 Plus, qui vocat, scit quod velit, quam ego quæ vocor. re-  
 vortor.  
 Ecquem vidisti quætere hîc, amabo, in hac regione  
 Cistellam cum crepundiis, quam ego hîc amici misera?  
 Nam dudum ut accurrimus ad Alcesimarchunt, ne suam  
 vitam  
 45 Interimeret, *tum mihi puto præ timore hîc excidisse*  
 Cistellam. LA. hæc mulier *nostra est; quam operam* damus,  
 hera, parumper.  
 HA. Disperii misera! quid ego meæ heræ dicam: quæ me  
 opere tanto  
 Servare iussit: qui suos Silenium parentes  
 Facilius posset noscere, quæ heræ meæ supposita est parva:  
 50 Quam quædam meretrix ei dedit. LA. nostram hæc rem fabu-  
 latur.  
 Hanc scire oportet filia tua ubi sit, signa ut dicit.  
 HA. Nunc eam volt sua matri & patri, quibus nata est, redde-  
 re ultro.  
 Mi homo, obsecro, alias res getis, ego tibi meas res mando.  
 LA. Istuc ago: atque istuc mihi cibus est, quod fabulare:  
 55 Sed inter rem agendam istam heræ huic respondi, quod  
 rogabat.

Nunc

36. *Actam rem ago.* Id est, incassum laboro. V. N. Epid. act. 5. sc. 2. Terent. Adolph. act. 3. 2. *Actum est.* ad quod Donatus: *Verba sunt desperationis. Nam Actum est, dicitur in ea re, de qua jam lata sit sententia.*

42. *Quætere hîc.* ] Perperam hoc Læmbin. mutavit in *auferre*: oblitus *Quætere*, idem plerumque significasse antiquis, quod nos composito verbo *acquirere*, id est, *luctifacere* atque *adipisci* diceremus. Ennius:

— *nautique in mari quærentibus vitam.*  
 Id est, victum comparantibus sibi, &c: *Donza.*

30. *Nostram heræ, &c.* ] Loquitur quod in rem nostram valde est. Læmbin.

31. *Scire oportet.* ] Videtur oportet positum pro *neccesso* esse: cum oportere sit officii. *neccesso* esse, ut vox ipsa sonat, necessitatis. Læmbinui.

55. *Sed inter rem istam.* ] Palmi. *id est, huic resp.* id est, in istam rem respondi, quam agimus.



Nunc ad te redeo, si quis est opus, dic, impera & tu.  
 Quid quæritabas? HA. mi homo, & mea mulier, vos saluto,  
 PH. Et nocte. sed quid quæritas? HA. vestigium hic requiro,  
 Qua au fugit quædam nescio quomihî. PH. quid id? quid id  
 nam est?

60 HA. Alienum quod damnatum afferat, & mærorem familiarem.

LA. Mala merx, hera, hæc & callida est. PH. ceastor ita videtur.

LA. Imitatur nequam bestiam & dampnicam. PH. quamnam, amabo?

LA. Involutum, quæ in pampini folio intorta implicat se: Itidem hæc exorditur sibi intortam orationem.

65 Quid quæritas? HA. cistella mihi hic, mi adolescens, evolavit.

LA. In caveam latam oportuit. HA. non edepol præda magna.

LA. Mirum, quin grex venalium in cistella infuerit una.

PH. Sine

56. Si quid est opus, dic, impera & tu. Quid quæritabas. Ancillula alias res agere dixerat. respondet ille, nihil esse minus. nam se illi operam vel maximam dare, tantum heræ lux interpellanti obiter respondisse: nunc ad illam reverti diceret quid vellet, & imperaret ipsa quoque, tanquam altera hera si esset. Hæc sententia est. Et elegans genus dicendi observa, quo jubent imperari sibi, qui prompti & paratos se ad beneficium dandum ostendunt. Aul. dic si quid opus est, impera. Et superius: da mihi operam. Mn. tua est. utere, atque impera, si quid vis. Illa autem, SI QUID EST OPUS, solemnis formula eorum est, qui se paratos promptosque ad omnia alterius causa faciendâ significant. Cic. ad Attic. 13. 49. l. Gul.

57. Mi homo & mea mulier. ] Diferre distinguit inter Hominem & Mulierem Quin ne ] Ctos quidem vocabulum Homini aliter quam de viro, in expressis quibusdam locibus accipere didici. Arnobius: Beneficia patri munerandâ & famini hominibusque portabant, id

est, utrique sexui, & foeminis & viris. Nam Homo, καὶ ἄνθρωπος, pro viro ponitur. Meurs.

59. Qua au fugit. ] De prædatrice cistellæ, non autem de cistella furium Halicæ subtracta intelligit. Doux.

60. Mærorem familiarem. ] Id est, familiaribus, nempe parentibus Silenii. T.

64. Intortam orationem. ] Ejusmodi homines ( alterpticos veteribus dictos, Græcis εὐρηματικὸς ) involuti similes ait Poëta betrix damnificæ, quæ in pampini folio implicat se. Theophrastus vocat πλοῦξ: Cicero, involucri & integumentâ dissimulationis. Has Poëta vet. apud Cic. versutiosaque malitias dixit. Casaub.

66. In caveam latam. ] Jocatur autem servus: si volucris erat cistella, illam in caveam oportuit conclusam, ne evolaret.

67. Mirum quin. ] Vide notas Mostell. 2. 2. Grex venalium. ] Scil. servorum. Horat. 1. Sat. 1. Venaleū inter. Cic. post red. in Senat. Cappadocem aliquem modo abreptum de grege venalium diceret.

75. PH. Com-

PH. Sine dicat. LA. si dicat quidem. PH. age, loquere tu, tibi infuerit.

HA. Crepundia una. LA. est quidam homo, qui illam ait se scire ubi sit.

70 HA. At polille à quadam muliere, si eam monstret, gratiam inçat.

LA. At sibi, ille quidam, volt dari mercedem. HA. at polilla quædam,

Quæ illam cistellam perdidit quoidam negat esse, quod det.

LA. At enim, ille quidam, *argentum expetit*. HA. *at nequam argentum expetit.*

LA. At pol ille quidam, mulier, in nulla opera gratuita est.

75 PH. Commodo loquelam tuam: tibi nunc proderit per prodi-  
mus & confitemur

Cistellam habere. HA. at vos Salus servassit. ubi ea nunc est?

PH. Salvam eccam. sed ego rem meam magnam confabulari

Tecum volo. sociam te mihi adopto ad meam salutem.

HA. Quid istuc negotii est? aut quis es? PH. ego sum illius mater,

80 Quæ hæc gestitavit. HA. hincine tu ergo habitas? PH. ariolare. Sed quæso ambages, mulier, mitte, atque hoc age,

Eloquere, unde hæc sunt tibi, cito, crepundia.

HA. Mea hæc herilis gestitavit filia.

LA. Mentiris. nam meæ gestitavit, non tua.

85 PH. Ne obloquere. LA. tacco. PH. mulier, perge dicere,

Ubi ea est, quæ gestitavit? HA. hic in proxumo.

PH. Istic quidem edepol mei viri habitat gener,

LA. Næ,

75. PH. Commodo loquelam.] Ita Camer. & Lambin. & Acidal. personas collocant: ut nimirum mulier sermonem non dirigat ad servum, sed ad ancillam; dicatque: Tuæ jam erant vices respondendi servo meo: sed eas tu mihi comoda tuo bono. Taubman.

87. Habitat viri gener.] Hic tres istos versic. è Prisl. lib. 4. adjuuxit Lambin.

LA. Adhinnire equulam possum ego hanc, Si detur sola sola.

Nam ita misulentus astus narem attigit. Quibus hæc addo ex eodem:

HA. Me respondere postulas? injurium est, stipulari semper

Me ultro oportet à viris, cum quaestum facio.

Ait Haliuca injuriam sibi fieri à Lampadisco, quod prior eam sollicitaverat, quæ ultro soleat rogare viros, atque inde gustum facere. Decet hæc oratio meretriciam ancillam. Dissald.

- LA. Nz. PH. obloquere tursum, perge porro dicere.  
 Quot annos nata dicitur? HA. septem & decem.
- 90 PH. Mea est. LA. ea est, ut *numerus* annorum attulit.  
 HA. Quod *querebas*, *repperisti*: jam quæto meam.  
 LA. At pol *hæ suas nacta* sunt, quæto tertiam.  
 PH. Quod quæritabam, filiam inveni meam.  
 HA. Æquom est tenere, per fidem quod creditum est,
- 95 Ne bene merenti sit malo benignitas.  
 Nostra hæc alumna est tua profecto filia:  
 Et redditura *hera* est tibi tuam: & ea gratia  
 Domo profecta est. cæterum ex ipsa obsecro  
 Exquiretote: ego serva sum. PH. æquom postulas.
- 100 HA. Illius ego istanc esse malo gratiam.  
 Sed istanc cistellam te obsecro ut reddas mihi.  
 PH. Quid sit Lampadio? LA. quod tuum est, teneas  
 tuum.  
 PH. At me hujus miseret. LA. sic faciendum censeo.  
 Da isti cistellam, & intro abi cum istac simul.
- 105 PH. Tibi auscultabo. tene tu cistellam tibi.  
 Abeamus intro. sed quod nomen est tuæ  
 Domine? HA. Melænis. PH. i, i præ, jam ego te se-  
 quar.

88. *Obloquere.* ] Pro *obloqueri*, ut  
 alibi indignantis est.

90. *Attulit.* ] Ut *numerus* anno-  
 rum convenit: & quia convenit, vi-  
 detur tuam quodammodo filiam at-

tulisse. *Lambinus.*

91. *Repperisti.* ] Scilicet filiam tuam.  
*Meam.* ] Scil. cistellam.

92. *Tertiam.* ] Sc. puellam aliquam  
 mihi.

## ACTUS QUINTUS.

DEMIPHO, LAMPADIO.

Quid hoc negotii est, quod omnes homines fabulantur per  
 vias,

Mihi esse filiam inventam? & Lampadionem me in foro  
 Quæsisisse ajunt. LA. here, unde is? DE. ex senatu.

LA. gaudeo

Tibi mea opera liberorum esse amplius. DE. & enim non  
 placet.

Nihil

§ Nihil moror alienâ mihi operâ fieri plures liberos.

Sed quid istuc est? LA. prope ire intro huc ad affinem tuum:

Filiam tuam jam cognosces. intus ibidem uxor tua est.

Abi cito. DE. prævorti hoc certum' strebus aliis omnibus.

8. P. *Reverti hoc.* ] *Cæsar: Cæsar huic* | est, ante alias res omnes agendum hoc  
*res prævertendum existimavit.* id | censuit.

## CATERVA.

Alii, GREC.

NE expectetis, spectatores, dum illi huc ad vos exeant,  
Nemo exibat: omnes intus conficiunt negotium.

Ubi id erit factum, ornamenta ponent. postea loci,

Qui deliquit, vapulabit; qui non deliquit, bibet.

5 Nunc quod ad vos spectatores, reliquum relinquitur,  
More majorum date plausum postremâ in Comœdiâ.

4. Q. *VI deliquit.* ] *Histriones si quid* | do ] *Ctus primum, secundum Edictum,*  
*deliquerant in actione, vapula-* | hoc est, primam, secundam partem edi-  
*bant. Vide notas Trin. act. 4. scen. 2.* | *cti. Sic Terent. Adelph. Ptol. primam*  
*act. 3. sc. 2.* | *Fabulam, pro principio Fabulæ dixit:*

6. *Postrema.* ] *An extremo Comœdiæ,* | *Catullus primum digitum, & Propert.*  
*ita Manil. l. 4. Ultimus ex solido tetras,* | *l. 2. 18. primas palmae, pro primoribus*  
*id est, ultima pars tetras, &c. quomo-* | *digitis. Scelig. Vid. & not. Curc. act. 4. 1.*

## FINIS CISTELLARIÆ

# M. ACCI PLAUTI EPIDICUS.

## DRAMATIS PERSONÆ.

EPIDICUS,	} <i>servi.</i>	MILES.
THESPRIO,		PHILIPPA, <i>mulier.</i>
STRATIPPOCLES,	} <i>adulescentes.</i>	VIRGO.
CHÆRIBULUS,		FIDICINA.
APOECIDES,	} <i>senes.</i>	DANISTA.
PERIPHANES,		GREG.

ARGUMENTUM, ut quibusdam videtur,  
PRISCIANI,

**E**Mit fidicinam, filiam credens, senex  
Persuasis servi, aliam qui conductitiam  
Iterum pro amica ei subjecit. filio  
Dat heruli argentum. eo sororem destinat  
Imprudens juvenis. mox compressa, ac militia  
Cognoscit opera sibi senex os sublitum,  
Ut ille amicam, hac quaritabat filiam.  
Sed inventa gnata servorum emittit manu.

ALIUD ARGUMENTUM  
CAMERARIJ.

**P**Eriphanis Senis filius Stratippocles, cum amaret quandam, proficiscitur in militiam. Cumque crebras litteras mitteret ad servum Epidicum, de redimenda amica. id tandem effectum servus dedit: cum senex filiam quam susceperat ex quadam Epidauria, captam redimi jussisset, nam pro illa fidicinam, quam filius amabat, seni adduxit. Postea adolescens aliam amare cepit abiens inter captivas, & quadraginta illam minis mercatus fuit Thebis. Ea erat amissa filia; & jussa requiri soror adolescentis. Sed hoc ille ignorabat. Oportebat autem argentum, quod fœnore acceptum solverat, statim numerari Danistæ, qui mox adventurus erat cum adolescente. Id negotii datur Epidico, qui arte circumvenit senem, & persuadet ei, ut præmeretur fidicinam; quam filius perditæ amaret. Ita illas minas XL. elicit & conductam fidicinam, quasi ad rem divinam, adducit ad senem. Cum omnia facta palam & Epidicus in summo periculo esset, agnoscitur filia amissi senis; quæ quasi opera ac diligentia reperta sit sua, ita servus libertatem obtinet. FABULA est eleganter composita, in magna varietate, cujus laus apud ipsum Auctorem exstat in Bacchidibus, act. 2. 2. ubi ille, *illam tanquam seipsum amare*, ait.

ACTUS

## ACTUS PRIMI SCENA PRIMA

EPIDICUS, THESPRIUS.



Eus adolescens. TH. quis properantem me prehendit pallio?

EP. Familiaris. TH. fateor. nam odio es nimium familiariter.

EP. Respice vero, Thesprio. TH. oh! Epidicumne ego conspicio?

EP. Certe oculis uteris. TH. salve. EP. Dii dent, scil. recte oculis, etc. quæ velis.

EP. Venire salvom gaudeo. TH. quid cæterum? EP. quod eo assolet,

Cæna tibi dabitur. TH. spondeo. EP. quid? TH. me accepturum, si dabis.

EP. quid tu? agis ut velis? TH. exemplum adest. EP. intellego. eugepæ!

Corpulentior videre atque habitior. TH. huic gratia.

EP. Quam quidem jamdiu te perdidisse oportuit.

TH. Minus jam furtificus sum, quam antehac. EP. quid ita? TH. rapio propalam.

EP. Dî

1. **H** *Eus adolescens, &c.* ] Prologo cæter hæc Fabula: atque Argumentum in prima hac Scena recitatur. quod ut fieret commodius & magis ad mores Plautinos, hoc est, cum festivitate & lepore (ut Cic. loquitur) vernaculis, adhibita est persona protactica sive prostarica. Est autem *ἡρωικὸν ἄνδρα* (ut hoc semel dicatur) in Fabula persona, quæ tantum in *ἄρχαι*, id est, in initio Dramatis loquitur. neque amplius usquam comparet: qualis hic Thesprio, qui cum Stratiopocle de militia rediit: & Sofia in Andr. Terentiana. Scalig.

2. *Familiaris.* ] Homines servæ conditionis titulo *Familia* censi sunt antiquitus: nimirum à *samulanda*: auctoribus J.C. & Ulpiano in L. 1. ff. de vi armat. Unde & *Gladiatorum familia* apud Cicéronem. Cujus rei causam reddit Seneca, Epist. 47. *Donna.*

4. *Oculis uteris.* ] Non falleris cernendo.

Vel. leg. *recte oculis uteris. Salve.* ] Vide notas Pæz. act. 5. 2.

6. *Cana tibi, &c.* ] Vide notas Amphitr. act. 1. scen. 1. v. 8.

7. *Exemplum adest.* ] Quod quæris, quomodo agam, exemplum habes me ipsum: nec est, ut verbis respondeam. hic enim nitor & habitudo mea restituantur fuisse mihi, ut vellem. *Exemplum adest*, videretur formula vulgaris, qua uti, quoties innuerent abstinendum responso, quod res pro se loqueretur. Cui ad hinc illud: *Sic sum, ut vides*, de quo V.N. Amphitr. act. 2. 1. 59. *Grator.*

8. *Huic gratia.* ] Scil. *furtifica lava*, ut nominat in Persa, act. 2. 2. & quam hic *ἡρωικὸς* norat. Huic, inquit, gratia debetur. Sinistra enim manu furta porissimum faciunt isti Lavernæ & crucis candidati, dum dextra aliud ab ipsis simulatur. *Ovidius* 13. *Metam Convenias timida nataque ad furta sinistra.* Alciat.

- EP. Dī immortales infelicent; ut tu es gradibus grandibus!  
 Nam ut apud portum te conspexi, curticulo occæpi sequi:  
 Vix adipiscendi potestas modo fuit. TH. scurrā es. EP. scio  
 Te esse quidem hominem militarem. TH. audacter quamvis  
 dicit,  
 15 EP. Quid ais? perpetuon' valuisti? TH. varie. EP. qui varie  
 valent,  
 Caprigenum hominum non placet mihi, neque pantherinum  
 genus.  
 TH. Quid tibi vis dicam, nisi quod est? EP. ut illa respon-  
 deas probe.  
 Quid herilis noster filius? valet? TH. pugilice atque athleticæ.  
 EP. Voluptabilem mihi nuncium tuo adventu attulisti, sed  
 ubi  
 20 Est is? TH. adveni simul. EP. ubi is ergo est? nisi si in  
 vidulo,

Aut

11. *Infelicit.*] Vide notas Casin. Act. 2. 3. posteriores, *infelicent.*

13. *Scurra es.*] *Scurra* & *Urbani* idem sunt; quare & dicitur sibi victum aucupabantur. Quia autem Scenatici homines, quos *βιολόγος* vocant Græci, dicitur funditabant ad risum spectatoribus tollendum, propterea factum, ut Mimi *scurra* & *urbani* vocarentur. Juvenal.

— *mimum agit ille,*

*Urbani* qualem facundus *scurra* Catulli. Et *Mimum scurram* vocat, & *urbanum mimographum* ipsum Catullum. *Scurram* deduco *σcurrῶ* ἢ *συσκρῶ*: quasi *Scurrā* aut *Scurrā*. *Scurra* etiam *κωμῶν* dicitur. Isidori Glossæ: *Scurrula* qui *scurrat*. Scalig. *Scurra es.*] Non tantum *Urbanus* & *Scurra* eodem sensu dicuntur, ut *Scurra* significat hominem ducem, quod notant hic ex Scaligero, sed etiam ut *Urbanus* significat hominem umbraticum, in urbe assiduum, nec rursi unquam est militis agentem. Trin. 1. 2. *Nihil est profello stultius, quam urbani assiduciores quos Scurras vocant.* Et ita hic accipe. Quasi diceret: Non est mirum, te conspexi me vix potuisse, qui sis umbraticus; urbanus, non rursi aut militis ad

gradum exercitatus. *Grenewius.*

15. *Variæ.*] Nunc bene, nunc male: ut quidem *Thesprio* vult intelligi. Sed *Epidicus* aliovorsum trahit, & illud, *varie*, interpretatur, atque *Thesprio* dixisset, tergum suum virgis & loris sæpius fuisse cruentatum, & ita ob livorem & vibices dispersam colorem induisse ac varium esse factum. Dicit igitur, se abominari omne genus, quod varium ac maculosum sit, quale capratum, ac imprimis pantheratum, quod & nomen sibi à macularum varietate invenit, ut *varia* appellentur, atque adeo homines etiam abhorere, qui tergum flagris excitatum ac maculosum gestirent. *Lambin.*

18. *Pugilice atque athleticæ.*] Firmiter & robuste. *Bacchid.* act. 2. 3. *pancratica* atque *athleticæ valere*, dixit. Hujusmodi enim luctatores validis lacertis & firma valitudine sint oportet. unde & *athleticæ habitudo*, pro corpulenta & robusta dicitur, quam *Aristotel.* *ἀθλητικὴ ἕξις* appellat. Et *athleticum vitium* pro valido, & ad vires firmandas accommodato, *Celsus* dixit. *Lipsius.*

20. *Vidulo.*] *Vidulus*, bulga est, vel marsupium potius è corio, in quod peregrinantes res suas condebant.

21. *Melina.*]

Aut si in melina attulisti. TH. Dii te perdant. EP. te volo  
Percontari; operam da, opera reddibitur tibi.

TH. Jus dicis, EP. me decet. TH. jam tu autem nobis præ-  
turam geris?

EP. Quem dices digniorem esse hominem hodie Athenis al-  
terum?

25 TH. At unum à prætura tua, Epidice abest. EP. quidnam?  
TH. Scies.

Lictores duo, duo viminei fasces virgarum, EP. væ tibi!

Sed quid ais? TH. quid rogas? EP. ubi arma sunt Stratip-  
pocli?

TH. Pol illa ad hostes transfugerunt. EP. armare? TH. at-  
que quidem cito.

EP. Serione dicis tu? TH. serio, inquam; hostes habent.

30 EP. Edepol facinus improbum. TH. at jam ante alii fecerunt  
idem.

Epit illi illa res honori. EP. quî? TH. quia antea aliis fuit.

EP. Mulci-

21. *Melina.*] *Μελισση* pellis ovilla est. hinc *melium*: & ab illo omne scorceum vocabant *melinum*: unde apud Plaut. *melina* est cortea mantica, vel coactilis è corio. Turnebo hic adfentiendum. *Scalig.* EP. *Te volo percontari.*] Jocus in distinctione. nempe ut Epidicus post, *te volo*, vocem paulisper sustinuerit, (vel screatu, vel alio hæsitantiz prætextu) & ex breviculo intervallo *te volo percontari* subjecerit, ut Epidicus & spectatores, *te volo*, ad præcedentia, *Dii perdant*, retulerint; Theleprio ad consequens, verbum *percontari*. Taub.

22. *Operam mihi da.*] Scil. auriam, ut loquitur in Bacchid, id est, me audi, & vicissim te audiam. Taubm.

26. *Fasces.*] *Fasces* erant bacilli aliquot teretes ex ulmo præcipue aut betulla, loro colligati in modum fascis. Hujusmodi fasces sex Prætori (ut & Magistris equitum: sed Consuli XII. Dictatori XXIV.) præferbantur à totidem Lictoribus, qui non gregatim, nec item bini ternive, sed singuli & in lineam ibant, ut submoverent occurrentes. De duobus lictoribus audi *Plebsicium* à M. Plectorio Tribunopl. latum:

*Prætor urbanus qui nunc est, quique post-hac fuit, duo lictores apud se habet: usque usque ad supremam jus inter cives dicit, Liptius.*

27. *Ubi arma, &c.*] Clypeus, galea, cassis, fascinx, quas constrictas gestare, scuto ad dorsum accommodato, acularum erat provincia. Unde iidem *armigeri* siue etiam *scutigeruli* in Casina & alibi nominantur à Plauto. Dowz.

30. *At jam ante alii.*] Vide Muret. Var. lect. lib. 10. cap. 10. ubi de his copiose disserit.

31. *Quia antea aliis fuit.*] Tametsi Plautus ex Diphilo. Menandro, Epicharmo, Philemone, Apollodoro accipiebat: tamen & ipse à censura & animadversione vitiorum non abstinuit, sed præfixæ Comædiz acerbiteratem sæpe miscuit: neque in transitu solum, uti hic; sed multis interdum versibus. ut vel Curculione, act. 2. sc. 3. *Tum isti Graci palliati, &c.* item multis aliis locis notat sua tempora & nationes. Neque solum communes motes, sed etiam nominatim *Pelionis* histrionis ineptias, in Bacchid, act. 2. 2. quin etiam interposuit



EP. Mulciber credo arma fecit, quæ habuit Stratippocles;  
 Travolaverunt ad hostes. tum ille prognatus Theti,  
 Sine, perdat: alia apportabunt ei Nerei filia.

35 Id modo videndum est, ut materies suppetat scutariis,  
 Si in singulis stipendiis is ad hostes exuvias dabit.

TH. Superfede istis rebus jam. EP. tu ipse, ubi lubet, finem  
 face.

TH. Desiste percunctariet. EP. eloquere, ipse ubi est Stratip-  
 pocles?

TH. Est caussa, qua caussa simul mecum ire veritu' st. EP. quid-  
 nam id est?

40 TH. Patrem videre se non volt etiam nunc. EP. quapropter?  
 TH. scies.

Quia forma lepida & liberali captivam adolescentulam.

De præda mercatu' st. EP. quid ego ex te audio? TH. hoc  
 quod fabulor.

EP. Cur eam emit? TH. animi caussa. EP. quot illic homo  
 animos habet?

Nam certo, priusquam hinc ad legionem abiit domo,

45 Ipse mandavit mihi, ab lenone ut fidicina,

Quam amabat, emeretur sibi. id ei impetratum reddidi.

TH. UT-

*maledicam magi Casii, in eadem.*  
*Scaliger.*

32. *Mulciber credo.* ] Camerarius & Lambinus Plautum hoc loco per iucogitantiam dormitasse, aut memoriz lapsu hallucinatum esse crediderunt: quoniam Vulcanum faciat fabricatorem armorum Achillis, quibus Patroclo caso potitus est Hector; cum capta ab illis diversa fuerint, à Vulcano non fabricata. Sed cogitare debent doctiss. illi viri, Poetam nostrum in hoc etiam Comicum suum artificium consulto prodidisse; meliusque hæc deliberata erratione τὸ μυστικόν personæ conservasse, quam si & hominem servum & caculam, hoc est, calonem seu bajulum militarem dicta sua historica fide obligantem, & cum cura rerum earum, quas veluti per nebulam inaudierat tantum, veritatem per-

sequentem in theatrum produxisset, *Donza.*

33. *Travolaverunt.* ] Hoc eo pertinet, quod τὴ ἀφαιστικῆτα plerumque animata erant, ut illi tripodēs; de quibus Aristoteles lib. 1. Polit. cap. 4. quod ait Hom. αὐτομαίτης θῆλον θύσασθαι ἀγῶνα. *Muret.* Tum ille prognatus. ] Præterea ille Stratippocles è Thetide prognatus est, ut Achilles, Itaque, quemadmodum Achilli, armis ejus ad Hectorē transfatis, Thetis Nerei filia alia à Vulcano cusa atulit: ita noli admodum laborare, si Stratippocles sua perdat, nam alia ei apportabunt quædam Thetides Nerei filiz. *Lambin.*

36. *Stipendiū.* ] Singulis stipendiū dixit, pro singulis militibus. nam singulæ militiz suæ habebant stipendia. *Donza.*

47. *Ucun-*

TH. UTCUNQUE in alto ventus est, Epidice, exit  
velum vortitur.

EP. Væ misero mihi! male perdidit me. TH. quid istuc?  
quidnam est?

EP. Quid? istanc quam emit, quanti eam emit? TH. vili.  
EP. haud istuc te rogo.

50 TH. Quid igitur? EP. quot minis? TH. tot. EP. quadra-  
ginta minis!

TH. Id adeo argentum ab Danistâ apud Thebas sumpsit scœ-  
nore;

In dies minasque argenti singulas, nummis. EP. paxæ!

TH. Et is Danista advenit una cum eo, qui argentum petit.

EP. Di immortales, ut ego interii basilice! TH. quid jam?  
aut quid est

55 Epidice? EP. perdidit me. TH. quis? EP. ille qui perdidit ar-  
ma. TH. nam

Quid ita? EP. quia cotidie ipse ad me ab legione epistolas  
Mittebat. sed taceam optimum est. PLUS SCIRE sa-  
tius est, quam loqui

Servom hominem. ea sapientia est. TH. nescio edepol, quid  
tu timidu' es.

Trepidus, Epidice: ita voltum tuum video. videre comme-  
ruisse

Hic

47. *Utcunque in alto ventus est.*] Quo-  
modocunque in mari ventus est, exinde  
(sive ita; aut pro eavatione,) velum vor-  
titur. *Pocn. l. 5. Utcunque est ventus,  
quin velum vortitur.* Acidalius: *Exin ve-  
lum vortitur.*] In antiquis codd. diser-  
tim legi ajunt, uno, non exin, & inde  
conjectant numero. Somniantur hos co-  
dices, non viderunt. Nam omnes Pall. ex  
imo: ille, quo ipsi sunt usi, ex uno: sed  
unicus & optimus Camerarii exin, quem  
merito docti viri secuti sunt. *Gronovius.*

50. *Quid igitur.*] Lepidus census. Ex-  
tulit finitram manum, ejusque digitis  
indicavit quadragenarium numerum. At  
alter servus impensum pretium miratur  
& indignatur. Arithmetici manum ad-  
hibebant supputationibus; quod fiebat  
aut apertis & porrectis, aut contractis

& complicatis digitis. *Colvius.*

51. *Ab Danista.*] A scœneratore. V.  
N. Afri. act. 1. 1.

52. *In dies minasque argenti.*] Nota  
pætionem de nsura in singulos dies.  
Hanc qui exercebant, Græci *ἡμεροδρα-  
νιστῆς* appellabant. *Casaubonus.* Cavè  
nummos de drachmis interpretaris, ut  
ecerunt quidam. Nummi apud Plautum, &  
alios illius temporis Comicos didrachma  
sunt, non drachmæ. Ergo binæ drach-  
mæ in centum eo scœnore diaio expeti-  
tæ. Quod respondet aliquo modo scœ-  
noti menstruo *ἡν δὲν δραχμῆς* ap-  
pellato. Nam ut illud, quod erat in men-  
sem, quinquaginta mensibus sortem  
æquat, ita hoc diarium quinquaginta  
diebus. *Salmas.*

54. *Interii basilicæ.*] V. N. Capt. act. 4. 2.  
63. *Plusque*

60 Hic me absente, in te aliquid mali. EP. potin' uti molestus ne-  
sies?

TH. Abeo. EP. asta, abire hinc non sinam. TH. quid <sup>Deor,</sup>  
nunc me retines? <sub>at. R.</sub>

EP. Amatne istam, quam emit de præda? TH. rogas? de-  
perit.

EP. Detegetur corium de tergo meo. TH. plusque <sup>Non. Degitur,</sup>  
amat, quam te unquam amavit.

EP. Juppiter te perdit. TH. mitte nunc jam: nam ille me  
vetuit domum

65 Venire: ad Charibulum jussit huc in proximum: ibi ma-  
nere jussit:

Eo venturus est ipse. EP. quid ita? TH. dicam. quia pa-  
trem

Prius se convenire non volt, neque conspiciari, quam id ar-  
gentum,

Quod debetur pro illa, dinumeraverit. EP. heu edepol res tur-  
bulentas!

TH. Mitte me. ut eam nunc jam. EP. hæccine ubi scibit se-  
nex? puppis

70 Percunda est probe. TH. quid istuc ad me attinet, quo tu in-  
terreas modo.

EP. Quia perire solus nolo, te cupio perire mecum.

Benevolens cum benevolente. TH. abi in malam rem maxi-  
mam à me

Cum istac conditione. EP. i sane, si quid festinas magis.

TH. Numquam hominem quenquam conveni, unde abie-  
rim lubentius.

EP. Illic

63. Plusque amat quam te unquam a-  
mavit. ] Sex nostri: plus te amat. Scribe:  
plus deamat, quam te unquam amavit. In-  
fra 2. 2. Quam tuum gnatum annos multos  
deamat, deperit. Gronovius.

66. Eo venturus est ipse. ] Tres Vossia-  
ni & Academicus, ipsum, quod etiam  
video ex Camerariano notasse Pareum.  
Gronov.

69. Puppis, &c. ] Mendosa omnino  
sunt, puppi percunda est probe. Scriptum  
videretur fuisse in antiquo codice, puppis

percunda est. Unde fecerunt librarii, percun-  
da, cum debuissent, perdunda. Nisi quis  
velit ita Plautum esse locutum pro puppi  
percundum est. Sic placenda tibi uxor alibi  
dixit. Salmas. Per puppim hic tergum  
significatur. Ita inferioris ævi scriptori-  
bus sæpe occiput & sinciput, prora & pup-  
pi caput dicuntur. Boxhorn. Quando-  
quidem inquit, puppim, id est, tergum  
meum perire necesse est, danda mihi o-  
pera, ut probe pereat, præclaro scilicet  
aliquo facinore perpetrato. Lambin.

75 Ep. Illic hinc abiit: solus es nunc. quo in loco hæc res sit, vides,

Epidice: nisi quid tibi in tete auxilii est, absumptus es. Tantæ in te impendent ruinæ, nisi suffulcis firmiter, Non potes subsistere, itaque in te irruunt montes mali. Neque ego nunc quomodo me expeditum ex impedito faciam,

80 Consilium placet. ego miser perpuli meis dolis senem, Ut censeret suam sese emere filiam, is suo filio Fidicinam emit, quam ipse amat, quam abiens mandavit mihi.

Is sibi nunc alteram ab legione adduxit animi Cautlâ. corium perdidit: nam ubi senex senserit

85 Sibi data esse verba, virgis dorsum depoliet meum. At enim tu præcave. nihil est istuc. plane hoc corruptum' est caput.

Nequam homo es, Epidice, qui tibi libido' est male loqui?

Quia tute te deseris. quid faciam? men' tu rogas?

Tu quidem antehac aliis solebas dare consilia mutua.

90 Quid? aliquid reperiendum est; sed ego cesso ire obviam Adolescenti, ut quid negotii sit, sciam? atque ipse illic est. Tristis est. cum Chæribulo incedit æquali suo.

Huc concedam, orationem unde horum placide persequar.

75. *Montes mali.* ] Mostell. act. 2. 1. *Mali marorum montem maximum conspiciuntur sum.* Cicero dixit, *motos molestiarum.*

80. *Consilium placet.* ] Frustra liquet, *lapis, tacet, jacet.* Neque consilium placet, est, neque quicquam succurrere consilium, in quo accuicquam, sistere possim, quod sedeat vel placeat. Sed plenior est oratio, quam erat necesse: sufficiebat enim *quomo.* Itaque offensi altero fecerunt etiam, *Nequeo nunc,* velut oratione per *δοξωμ* *in* abrupta: vel *Nequeo scio nunc.* Sed errarunt: nam *consilium, quomodo faciam,* dictum est, ut apud Tacitum: *Statueretur immo documentum, quomodo uxorem imperator acciperet: de*

quo vide 4. *Observ.* 11. Et apud Livium, lib. 2. 20. *cohorti sua, quam delectam manum.* Ubi plura similia attulimus. *Grænovius.*

85. *Depoliet meum.* ] Omnes *Miss.* habent, *despoliet.* Sententia est; Ubi senex resciverit sibi à me verba data esse, despoliet dorsum meum virgis, laceret, corium ei detrahat. In sequentibus Epidicus venustissime & apposite secum ipse *διαλογιστή,* assumpta triplice & monentis, & desperantis, & vicissim sese animantis personâ. *Boxhorn.*

86. *Hoc corruptum' est caput.* ] id est, ego. *Caput,* pro homine, usitatum.

89. *Consilia mutua.* ] Tractum à pecunia, quæ mutuo datur. *Lambin.*

## ACTUS PRIMI SCENA SECUNDA.

STRATIPPOCLES, CHÆRIBULUS, EPIDICUS.

**R**EM tibi sum elocutus omnem, Chæribule, atque admodum

Meorum mærorum atque amorum summam edixi tibi.

CH. Præter ætatem & virtutem stultus es, Stratippocles.

Idne pudet te, quia capteivam, genere prognatam bono,

5 In præda es mercatus? quis erit, vitio qui id vortat tibi?

ST. Qui invident, omnes inimicos mihi istoc facto

*Schæff. quia vide. ut omnes, &c.*

repperi:

At pudicitia ejus nunquam nec vim, nec vitium attuli.

CH. Jam istoc probior es, meo quidem animo, cum in amore temperes.

ST. NIHIL AGIT, qui diffidentem verbis solatur suis.

10 IS EST AMICUS, qui in re dubia, re juvat, ubi re est opus.

CH. Quid tibi me vis facere? ST. argenti dare quadraginta minas,

Quod Danistæ datur, unde ego illud sumpsi sænore.

CH. Si

3. **P**ater ætatem, &c. ] De ætate platum: adolescens enim Stratippocles. Virtutem vero Ætati ideo subicit Chæribulus: quia miles ac bellator erat: quorum propria laus virtus, id est, strenuitas ac fortitudo. *Deuzæ.*

6. **Qui invident.** ] Lambinus vel ad superiora pertinere hoc ait. quasi dicat: qui invident, id mihi vitio vertent: vel ad ea, quæ sequuntur; omnes eos mihi inimicos reddidi, qui invident. Quod cum parum satisfaceret, itum est in conjecturas: *Quin vide, omnes: Quia vide, ut omnes: Quis videt omnes:* sed nihil mutandum, & male Lambinus repperi interpretatur, reddidi. Aliud est enim facere vel reddere inimicum, is enim antea non erat: aliud repperire, qui scilicet jam erat, sed adhuc se dissimularat. Cicero ad Atticum lib. 1. ep. 16. *Nihil est damni factum novi: sed, quod erat, in-*

*ventum est. in unius hominû periti judicio plures similes reperi sunt.* Hoc ergo ait: Omnes qui invident, similitatem suam dudum testam, hanc occasione nacti patefecerunt. Quomodo? vitio vertendo, palam culpando, pro unguibus in ulcere se gerendo. *Grenovius.*

7. **At pudicitia.** ] In hoc vides, quam decori ubique observans Plautus, qui ne incestis amationibus Comici argumenti verecundiam contaminate, ac fororem à fratre germano suo per imprudentiam corruptam inducere cogatur; amatorem modestum ac continentem facit. In illa vero sententia etiam Latinæ dictionis elegantiam admirare: *CH. Jam istoc probior es, &c.* Sic Sallust. in oratione Martianâ: *Illu difficile est in possessatibus temperare, qui sese probos simula vere.* *Douza.*

10. **Re juvat.** ] Studio videtur repositum xò re. Scaliger.

13. **Quid**

CH. Si hercle haberem, non negarem. ST. nam QUID te igitur retulit,

BENEFICIUM esse oratione, si ad rem auxilium emortuum est?

15 CH. Quin edepol egomet clamore defatigor, differor.

ST. Malim istiusmodi mihi amicos furno mersos, quam foro.

Sed operam Epidici nunc me emere pretio pretioso velim, Quem quidem ego hominem irrigatum plagis pistori dabo; Nisi hodie prius comparassit mihi quadraginta minas,

20 Quam argenti fuero elocutus ei postremam syllabam.

EP. Salva res est: bene promittit: spero servabit fidem.

Sine meo sumptu paratae jam sunt scapulis symbolae.

Aggrediar hominem advenientem peregre herum suum Stratippoclem,

Salva impertit salute servos Epidicus. ST. ubi is est?

EP. adest.

25 Salvom te gaudeo huc advenisse. ST. tam tibi istuc credo, quam mihi.

EP. Bene usque valuisti? ST. à morbo valui, ab animo aeger fui.

EP. Quod

13. *Quid te igitur retulit.*] Quid profuit? quid invertitur? *Donat.*

15. *Clamore defatigor.*] Immo ego ipse magnum æs alienum contraxi, & mei creditores nummos sibi debitos exigentes, me clamore suo obrundunt atque enecant. *Cam. Differor.*] *Διαφίεσμα.* Differre, etiam est diffamare. Non.

16. *Furno mersos, quam foro.*] Sententia est; Malo mihi amicos nullos, quam mersos foro, & alieno ære obrutos. *Mergi* dicimur Latine omnibus iis rebus, quibus obruimur, *malu*, *negativu*, *furno*, *foro*. *Furno ergo mersi*, sunt amici in furno extincti; nulli. In furnum immitti cum rubidis panibus se supra optat ille, qui vult perire. *Boxhorn.*

18. *Irrigatum plagu.*] Bene observat *Acidalius*, *pistorem* hic propistino poni. *Irrigatum hominem* autem intellige, mulgo suo verberonis perfusum sanguine.

Fortè etiam allusum ad flagella macedonæa, quibus in verberonum tergum grafari veteres solebant. In *Historia Mss.* passionis Eulæi; *Infit eam cedi suisibus macedonæis.* Stratippocles porro imperiosus, hic flagitat obsequium, quod prius sit imperio. *Boxhorn.*

22. *Symbola.*] Jocus. *Symbola* erant collectæ, seu pecuniæ, quæ ab iis, qui communi sumptu erant una cœnaruri, *conjectabantur*, ut verbo Agellii utar, quo ille quasi nativam vim τὸ συμβόλαιον, unde *συμβολῆ*, ob oculos posuit. *Symbola* vel *Symbola* in hac te dicuntur Latinis; non, *Symbolum*: Ad hanc igitur significationem Poëta alludens, jocosa metaphora utitur; & *συμβολῆς* vocat τὰς συμβολαίνας πληγὰς, tanquam videlicet verbero iste non unius, sed plurium manibus verbera esset accepturus. Lepide etiam addit ad discrimen, *sine meo sumptu*. *Hen. Stephan.*

EP. Quod ad me attinuit, ego curavi: quod mandasti mihi, Impetratum est: empta ancilla est, quod tute ad me literas Missiculabas. ST. perdidisti omnem operam. EP. nam qui perdidit?

30 ST. Quia meo neque cara est cordi, neque placet. EP. quid retulit

Mihi tantopere te mandare, & mittere ad me epistolas?

ST. Illam amabam olim, nunc jam alia cura impendet pectori.

EP. Hercle MISERUM EST, ingratum esse hominem, id quod facias bene. Schopp. In-  
teritum esse  
hominem.

Ego quod benefeci, malefeci: quia amor mutavit locum.

35 ST. Desipiebam mentis, cum illas scriptas mittebam tibi.

EP. Men' piacularem oportet fieri ob stultitiam tuam?

Ut meum tergum stultitiæ tuæ subdas succidaneum?

ST. Quid illiæ verba facimus? huic homini opus est quadraginta minis

Celeriter calidis, Danistæ quas resolvat, & cito. Hoff. resolvat;

40 Dic modo, unde auferre me vis? à quo trapezita peto?

CH. Unde libet. nam ni ante Solem occasum elo,

Meati

29. *Missiculabas.* Recte scribitur *missiculabas*. A *missum* *missiculo*, ut à *missum* *missulo*: à *missu* extotum. Unde *missiculare* exta Apulejo & Marciano Capella. *Fissum* extorum Cicroni. Salmas.

33. *Mistrum est, &c.* Locus est corruptus, sed non ea parte, qua vulgo existimant. Non enim de ingrato animo heri sui queritur hic servus, quod ad rem non faceret, sed parum illi gratum accidisse & acceptum quod fecit. Scribendum igitur, *Miserum est ingratum esse omne id, quod facias bene. Ego quod benefeci, malefeci.* Salmas.

36. *Piacularem.* *Piaculares* *villima* aliena mala excipiebant, & in pœnam succedebant. Plinius lib. 3. ep. 9. *Ne potentissimi, vilissimo quoque quasi piaculari dato, elaberentur.* Lipsius.

37. *Succidaneum.* *Succidaneus* alieni periculi dicitur, in quem incommodum periculi alieni, hoc est, cuius culpam

alter suscipit, redundat. Plautus *stultitia tua* dixit, pro tergo tuo, cui periculum à stultitia imminet. *Hottmannus.*

38. *Minis calidis.* *Calidum minus*, id est, celeritatis, *supplicis*. Translatione sumpta à calore, qui citissimus est & rapidissimus. *Taubmannus.*

39. *Danista.* Tametsi ipsi etiam trapezitæ *danista* essent, & quidem publici; tamen, qui ex privatis hunc quaestum faciebant, ita postus appellati, cum, qui publice hoc agerent, trapezita Græcis. Latinis vero *argentarii* magis dicebantur. Ubique fit mentio apud hunc Comicum *danistarum* & generis *danistici*, de his privatis foeneratoribus intelligendi sunt, qui erant alii à publicis, id est, *trapezitu*, quos saepe etiam vocat voce Latina, *argentarii*. Salmas.

41. *Hoc argentum elocet.* Supplementum nescio cuius apud Lambinum. ut ille ait, ex antiquissimo codice: sed suspectum

Meam domum ne imbitas: tu te in pistrinum.

EP. Facile tu istuc sine periculo & cura, corde libero

Fabulâre, novi ego nostros: mihi dolet, quom ego vapulo.

45 ST. Quid tu nunc? patierin' ut ego me interimam? EP. ne feceris.

Ego istuc accedam periculum potius atque attdaciam.

ST. Nunc places; nunc ego te laudo. EP. patiar ego istuc quod lubet.

ST. Quid de illa fiet fidicina igitur? EP. aliquâ reperibitur:

Aliqua ope exolvam, extricabor aliqua. ST. plenus consilii es.

50 Novi ego te. EP. est Euboicus miles locuples, multo auro potens,

Qui ubi tibi istam emptam esse scibit, atque hanc adductam alteram,

Continuo te orabit ultro, ut illam transmittas sibi.

Sed ubi illa est, quam tu adduxisti tecum? ST. jam faxo hîc erit.

CH. Quid hîc nunc agimus? ST. eamus intro hîc ad te; ut hunc hodie diem

55 Luculente habeamus. EP. ite intro. ego de te argentaria Jam senatum convocabo in corde consiliarium.

Quoi

suspectum omnino, quia omnes alii certis auctoribus visi: occasum elo meam: sed & tu te in pistrinum: nusquam rella inferna. Tum quid hic significet argentum elocare? Quin & unus è Pal. adscriptum habet: *helo est verbum Græcum, hoc est, accepto. quali velle iam.* Quod si cui placeat, habeat. Et si quæ illi suppleat, tam facilia sunt intellectu, ut facile succurrerit illa credam Plautum & brevitate verborum præcipitem necessitatem significasse. Scripserim igitur: *nam ni ante solem occasum, eloco (Meam domum ne imbites) tu te in pistrinum. Eloco pro illico. Gronovius.*

42. *Pistrinum.* ] *Piso* veteres dicebant, non *pinso*: unde *pisare*, calcare. Hinc *pisiflores* nominati, qui in pistrino, ante inventum molarum usum, farinam in *pila*, id est, vase concavo pinserent &

contunderent. At temporibus ultimis Reipub. & deinceps, *Pisiflores*, ut vulgo notum; *oi dæmonioi* vocabantur. Et Plautus fuit *pisitor*, cum trufariles molas versando operam locasset. Quia vero pistura illa & labor grana conterendi omnium gravissimus erat, factum, ut *Pistrinum* locus plenus fatigationis & negotii operosi viretque concientis; diceretur. *Scalig.*

44. *Novi ego nostros.* ] Scil. *virgatores*; non *familiatæ* ac *domesticos*, ut *petperam Lamb.* interpretatur. *Donz.*

55. *Senatum convocabo.* ] Quanto acutior *Politicus* esse voluit, tanto pejor *meuir* de Senatu Romano, qui cum hic *trideri* notat, tanquam *plerumque bella decernentem alienarum modo opum consequendarum causa.* Et quasi hoc sanciret *Tacitus*, addit ejus verba in *vira*



Quoi potissimum indicatur bellum, unde argentum auferam  
Epidice, vide quid agas, ita res subito hæc objecta Deur. ror  
subita.  
est tibi.

Non enim nunc tibi dormitandum, neque cunctandi copia est.  
60 At eundem senem oppugnare certum est consilium. Acid. at tan-  
dem senem, &c.

i, i, abi

Intro, atque adolescenti dic jam nostro herili filio,  
Ne hic foras ambulet, neve usquam veniat obviam seni.

*Agricolæ: Fert Britannia aurum & ar-  
gentum, pretium victoria. Sed ille dicit  
pretium victoria, non causam bellandi.  
Cur non criminationes apponit ex ora-  
tione Galgaci, aut Mithridatis apud Tro-  
gum? Distinguenda sunt tempora. Cor-  
rupti olim & luxus Romanos: sed &*  
fuerunt aliquando sancti, & adeo non  
bellarunt alieni invadendi causa, ut &  
victis relinquerent opulentiam, paupe-  
resque divitibus imperarent. Qui mores  
bello Punico secundo nondum erant  
mutati. Nihil igitur hic, quod flagellet  
illum regum senarum. *Grenev.*

## ACTUS SECUNDI SCENA PRIMA.

APOECIDES, PERIPHANES.

**P**LERIQUE HOMINES, quos cum nihil refert,  
pudet: ubi pudendum est,

Ibi eos deserit pudor, cum usus est ut pudeat. is adeo Deur. ut  
pudeant.  
tu es. quid

Est, quod pudendum fiet, genere natam bono, pauperem  
domum

Ducere uxorem? præsertim eam, qua ex tibi commemoros

5 Hanc, quæ domi est, filiam prognatam. PE. revercor filium.

AP. At pol ego te credidi uxorem, quam tu extulisti, pudore  
exsequi.

Quojus quoties sepulcrum vides, sacrificas ilico otco hostiis:

Neque adeo injuria, quia licitum est eam tibi vivendo vincere.

PE. Oh,

x. **P**lerique, &c.] Est de priore collo-  
quio quasi abruptum initium, ut  
intelligi tale aliquid possit: *Es sunt inge-  
nia: vel ita sacro solent.* Camer. *Lego:  
Plerique omnes, figura per emendationem  
augens: Plerique, immo omnes.* Eadem  
puritas sermonis & modus est, cum di-  
xit Terent. *Illum liquet mihi dejerare, men-  
sibus sex septem. prorsus non vidisse praxi-  
mam. Sex, immo septem.* Scalig.

8. *Vivendo vincere.*] Nimirum cui  
erat uxor, non ex animi sententia,  
is putabatur non invitus ea caritu-  
rus. Hinc per ludum ac jocum ob-  
jiciebatur talibus uxore mortua factum  
esse, quod optassent; profus verni-  
litez, sed tamen quod minime trans-  
ferri possit in omnes maritatos; ne-  
dum ut instituat inde character.  
*Taubm.*

9. *Hercules*

PE. Oh, hercules ego fui, dum illa mecum fuit! neque sexta  
arumna

10 Acerbior Herculi, quam illa mihi est objecta. AP. PUL-  
CHRA

Edepol dos pecunia est. PE. quæ quidem pol non maritata est:

9. *Hercules ego.*] Sexta arumna Her-  
culis fuit, quod Hippolyten Amazonum  
reginam baltheo spoliavit: id quod ipse  
Pl. Menæch. act. 1. 3. indicat; & vertus  
de XII. Laborib. Herc.

*Threicam sexto spoliavit Amazona bal-  
theo.*

Sarracenus sextum laborem Herculis de

Stymphalidibus accipit. De Labb. autem  
Herculis consule, præter alios, Diod. Sicu-  
lum l. 4. & Cointhum Smyrnæum l. 6.

11. *Non maritata est.*] Si penes vi-  
rum dos est, uxore mortua, quæ illam  
attulit:

*Dotata mactant & male & damno viros.*  
Lambin.

## ACTUS SECUNDI SCENA SECUNDA.

EPIDICUS, APOECIDES, PERIPHANES.

ST, st! tacete. habete animum bonum. liquido ex eo fo-  
ras

Auspicio, avi sinistra: acutum cultrum habeo, senis qui  
exenterem

Marsupium. sed eecum ipsum ante ædis conspicio *Ait. conspicor  
& Apociden.*

Apœcidæ,

Qualis volo, vetulos duo. jam ego me convortam in hiru-  
dinem,

5 Atque eorum exfugebo sanguinem, senati qui columen cluent.

AP. Continuo ut maritus fiat. PE. laudo consilium tuum.

AP. Nam ego illum audiivi in amorem hætere, apud nescio  
quam fidicinam.

PE. Id ego exerucior. AP. Di, hercle, omnes me adjuvant,  
augent, amant.

Ipsi

2. *A Vi sinistra.*] Causa vanitatis inde  
fuit: Crediderunt augures, quod  
hominem in meridiem (quæ deorum se-  
des æstimabatur) spectante, ad sinistram  
ejus partes mundi exorientes sint; ad  
dextram occidentes. inde *sinistra auspi-  
cia* fausta dici: quod ea, quæ oriuntur,  
quæque ortus causam tribuunt, meliora  
sint iis, quæ occidunt, quæve interitum  
rei demonstrant. *Cal. Rhodig. Qui exen-  
terem.*] Loquitur de senis marsupio, ut

de pisce, cui *styxæ* eruuntur: quasi  
nammi sint intestina marsupij, quos  
minatur omnes se exempturum.

5. *Exfugebo.*] Pro *exfugam*. Secunda  
& tertia conjugatio eadem apud veteres:  
ut etiam monet Scalig. ad Festum. *Se-  
nati columen.*] Glossæ: *Columen. ἰσχυρί-  
στιον.* Tale illud Virg. 12. Æneid. de Tur-  
no: *in queis domus inclinata recumbit.*  
Photm. a. 2. 1. *columen familia.* V. N.  
Petf. 1. 1. *Tanbm.*

Ipsi hi quidem mihi dant viam , quo pacto ab se argentum auferam.

10 Age nunc jam orna te , Epidice , & palliolum in collum conjice ;

Itaque assimulato , quasi per urbem totam hominem quaesiveris.

Age, si quid agis. Dii immortales, utinam conveniam domi Periphane! per omnem urbem quem sum defessus quaerere: Per medicinas, per rostrinas, in gymnasio, atque in foro,

15 Per mytopolia, & lanienas, circumque argentarias.

Rogitando sum raucus factus, pæne in cursu concidi.

PE. Epidice. EP. Epidicum quis est qui revocat? PE. ego sum Periphanes.

AR. Et ego Apæcides sum. EP. & ego quidem sum Epidicus. sed, here, optuma

Vos video ambo advenire opportunitate. PE. quid rei est?

20 ER. Mæne, sine respirem quaeso. PE. immo acquiesce. EP. animo male est.

Recipiam anhelitum. AR. clementer requiesce. ER. animum advortite:

A legione omnes remissi sunt domum Thebis. AR. quis hoc Scit factum? EP. ego ita esse factum dico. PE. scin' tu istuc? EP. scio.

PE. Quî tuscis? EP. quia ego ire vidi milites plenis viis.

25 ARMA referunt, & jumenta ducunt. PE. nimis factum bene.

EP. Tum captivorum quid ducunt secum! pueros, virgines, Binos,

10. *Conjice.*] In Comædiis & Mimis servuli fugitivi conjecto in humeros pallio & capite velato exprimebantur. Item & delicati, quos tangit Cutcul. *altu* 2. 3 Id faciebant, credo, vitandi Solis: cum pilei usus iis non esset. Seneca Epist. 115. de mollitie Mæcenatis: *Hunc esse, qui in tribunali, in rostru, in omni publico catu sic apparuerit, ut pallio velaretur caput, exclusis utrimque auribus, non aliter quam in Mimo divitiu fugitivi solent.* Liplius.

14. *Per medicinas, &c.*] In medicinis, id est, *ιατρειοις*: & in rostrinis, *ωπεροις*: ac mytopoliis, argentariis-

que, id est, *παραστῆται ἐργασητοίς*, ut plurimum solebant versari homines honestiores & otiosi: ut de rebus variis ibi sermocinando tempus fallerent. *Salmasius. Gymnasio.*] Gymnasia Romæ nulla fuisse ante Neronem, docet P. Fabet JC. in Agonist.

22. *Quis hoc scit factum.*] Sic ediderunt ex Camerariano, in quo tamen restantur, *quis hoc*, adscriptum recentissima manu, & in aliis codd. desiderari. Itaque multo malim, quod est in ptificis codd. & in scripto vidimus. *Pa. Sic factum?* per interrogationem. Cui belle respondet, *EP. ego ita esse factum dico.* Gron.

Binos, ternos: alius quinque: fit concursus per vias.

Filios suos quisque visunt. PE. hercle rem gestam bene.

EP. Tum meretricum numerus tantus, quantum in urbe omni fuit,

30 Obviam ornatæ occurrebant suis quæque amatoribus:

Eos captabant, id adeo, qui maxime animum advorterim,  
Pleræque hæ sub vestimentis secum habebant retia.

Quom ad portum venio, atque ego illam illic video præstolarier:

Et cum ea tibicinæ ibant quatuor. PE. quicum, Epidice?

35 EP. Cum illâ, quam tuus gnatus annos multos deamat, deperit.

Ubi fidemque, remque, seque, teque properat perdere:

Ea præstolabatur illum apud portam. PE. viden veneticam!

EP. Sed vestita, aurata, ornata ut lepide! ut concinne! ut nove!

PE. Quid erat induta? an regillam induculam, an Nov. regillam tuniculam.  
mendiculam,

40 Impluviatam? ut istæ faciunt vestimentis nomina.

EP. Utin' impluvium induta eat? PE. quid istuc est mirabile?

Quasi non fundis exornatæ multæ incedant per vias.

At tributus cum imperatus est, negant pendi potesse:

Illis, quibus tributus major penditur, pendi potest.

Quid

31. *Id adeo qui.*] *Qui* hic capitur pro *quam obrem*; vultque eo potissimum animadvertisse, quia insolens aliquid videbat, retia sub vestibus. - *Gruter.*

39. *Mendiculam.*] *Regillæ* vesti opponit *mendiculam*, quasi mendicis convenientem. Quidam à voce *Meddix* derivant, quæ magistratum significat apud Oscos, teste Felto. *Douza.*

40. *An impluviatam?*] Videtur significare, à similitudine impluvii vesti nomen esse factum, ut enim *vites impluviata*; sic & *vestis impluviata*, de similitudine impluviorum dicitur, quæ ea figura est: ut *quaternata*, quatuor quadrata lateribus undique corpus ambiat. quæ forma est impluviorum in cavzdiis. *Gruterus.*

42. *Quasi non fundis.*] *Impluvio* Epidici, lepide opponit *fundos* Periphanes. proinde ac si servus dixisset, captivam illam, quam Stratippocles demoriebatur, *impluvio*, hoc est, impluvii pretio indutam fuisse. quod nemini mirum, sæculo præsertim suo videri debere ostendit: cum pleraque pars meretricum totis etiam *fundis*, hoc est, *fundorum*, quibus ab amatoribus damnosissimis munerata, pretio cultæ atque exornatæ per vias incedant. *Douza.*

44. *Illis, quibus, &c.*] Id est, *meretricibus*. Sententia horum ista est; Tributum à magistratibus imperatum dicunt se pendere non posse amatores; pendunt tamen majus meretricibus, totos, nempe, *fundos*. *Boxhorn.*

- 45 Quid ista, quæ vesti quotannis nomina inveniunt nova:  
 Tunicam rillam, tunicam spissam, linteolum cæsiuum,  
 Indusiata, patagiata, caltulam, aut crocotulam.  
 Supparum, aut subminiam, ricam, basilicum, aut exotium,  
 Cumatile aut plumatile, cerinum aut melinum. *geræ* Scol. carinatum.  
 maxima.
- 50 Cani quoque etiam ademptum est nomen. *Er. qui?* Hæc canis quodque ademptum est nomen.  
 Pe. vocant Laconicum.

Hæc

46. *Rillam.*] A raritate textura sic dicitur: cui opponitur hic *spissa*. Nonius. *Linteolum cæsiuum.*] Parum & candidum sic dicitur, vel quod candendo ad candorem pervenerit, vel quod oras circumcissas habeat. Nonius.

47. *Indusiata.*] Varro lib. 4 de L. L. *Alterius generis item duo; unum, quod fori ac palam, Palla; alterum, quod intus, à quo Intusium: id quod Plautus dicit Intusiatam.* Atque ita, per t scribendum esset. *Taubm. Patagiata.*] *Patagium, autem clavus, qui prociosis vestibus immitti solet.* Nonius. *Clavus* erat plagula, quæ ab humeris in pectus demittebatur, ut erat *ἰππομῆς* Græcorum; in clavus quibusdam consista erat, ea Senatoribus quidem, latioribus; in Equitibus, angustioribus: propterea tota plagula ipsa vocabatur *clavus*. Et *patagium* erat honestis matronis, quod *clavus* viris. Quod ipsum *ἰππομῆς* est. Nam *patagium* dicitur, quod quibusdam quasi mæulis & navis inspersum erat. *πάταγος* enim, nisi fallor, est morbus pestilens, quo correpti qui moriuntur, nullum indicium morbi relinquunt aliud, quam naves in parte corporis. *Scalig. Crocotulam.*] *Crocotula*, vestis erat mulierum, non virorum: & absque dubio ea est, quam Græci *κεκρότωνος* appellant. Et Maro, eum lib. 9. *Æn.* dicit:

*Vestis pilla croco & splendenti murice vestis.*

Crocotium intelligit: ut effeminatos & semiviros incessat Troianos. *Turneb.*

48. *Supparum.*] *Supparum, lineum puellarum vestimentum, quod & subula appellatur.* Festus. Satis penes se habent ve-

stium nomina à servo hic commemorata: nisi quod pro *subminium* scribendum est *subminium*. Non est nomen vestis, sed allusio ad *subparum*, de quo præcessit; quasi diceret; *subminium* potius esse vocandum, quam *subparum*. Ita scribitur pro *supparum*, quod erat vestimentum puellarum lineum, ut interpretatur Festus. *Salmas.*

48. *Ricam.*] Proprie virgineum flammæum. *Turpillius: Interea aspecti virginem in capite gestantem ricalam indutam ostrinam.* Græci Poëtæ vocant *κεκρότωνος*, *Scalig.*

49. *Cumatile.*] *Coloris marini aut carulei, quasi fluctuum stipulis, fluctus enim Græci κίμαρα.* Nonius. Hic color Vegetio *Venetus* dicitur, Lucretio *Thalassinus*. Ego arbitror non ita vocatam esse ob colorem, sed texturam representantem fluctus, quæ & *undulata* dicitur Varro apud Nonium. *Gruter. Plumatile.*] *Vest. plumatilis est clavata aut ex clavus facta.* Nonius. *Cerinum.*] Pro cerinum veteres libri habent, *garinum* pro *carinum*, à Siculo *καριός*, pro *καριός*, quod est cerini coloris. Nam *carinarios* alibi idem Plautus appellavit, qui eo colore vestes inficerent. *Salmas. Melinum.*] *Melinus*, qui mali Cydonii pallorem imitatur, alioqui *Melinus color* Plinio est candidus, à *Melo* insula, cui peculiaris est, & ubi optimus habetur. *Melinus* vero color (ut quidam hie legunt) à *melile*, ad fuscum accedens.

50. *Canis quoque.*] *Canis etiam nomen, quo antea appellabatur, quoque appellari debet, ademptum est. nonnulli enim canes Lacones & Laconici appellantur.*

Hæc vocabula auctiones subigunt ut faciant viri.

Quin tu, ut occepisti, loquere. EP. occepere aliæ mulieres

Dux post me sic fabulari inter sese: ego abscessi solens

Paulum ab illis: diffimulabam me harum sermoni operata dare.

55 Nec satis exaudiebam, nec sermonis fallebar tamen,

Quæ loquerentur. PE. id lubido est scire. EP. ibi illarum altera

Dixit illi, quæ cum ipsa ibat. PE. quid? EP. tace ergo, ut audias.

Postquam illam sunt conspiciatæ, quam tuus gnatus deperit.

Quam facile & quam fortunate evenit illi, obsecro mulieri,

60 Liberare quam volt amator! quisnam is est? inquit altera

Illi. ibi nominat Stratippoclem Periphaneæ filium. PE. perii

Hercle! quid ego ex te audio? EP. hoc quod actum. egomet post, ubi illas audivi loqui,

Cæpi rursus versus ad illas pauillatim accedere,

Quasi retruderet hominum me vis invitum. PE. intellego.

65 EP. Ibi illa interrogavit illam: Quis scis? quis id dixit tibi?

Quin hodie allatæ sunt tabellæ ad eam à Stratippocle, cum

Argentum sumpsisse apud Thebas ab Danista fœnore:

Id paratum, & sese ob eam rem id ferre. PE. cedo, ego occidi!

EP. Hæc sic aiebat: sic audivisse ab se, atque ab epistola.

70 PE. Quid ego faciam nunc? consilium à te expetefso, Apæcides.

AP. Reperiamus aliquid calidi conducibilis consilii.

Nam

tur. Horatius Odâ 6. Epod.

*Nam quasi aut Molestus aut fulvus Lacon.* &c.

Sed nunc vestes suas appellant *Laconicas*.

Quin & Horat. *Laconicas purpuras* commemorat 2. Od. 18. L. In velti nomine imponendo ademptum esse cani nomen jocatur setvulus, quia *λακωνικόν* genus fuit vestis pellucidæ, & *Laconici* etiam canes notæ Helych. *λακωνικὸς ἄγων λεπίδιδός. Λάκαινα κωίς* etiam celebres apud Græcos. *Salmaf.*

51. *Hæc vocabula.* ] Ordo est: Hæc vocabula, id est, vestes ipsa, subigunt vitos, ut ipsi auctionem faciant. *Auctio* pro venditione, quæ fit per augmentum

pretii: cum publica rerum, vel sine hasta, vel cum hasta in foro posita, fit venditio: & traduntur plus offerenti. *Budaus.*

55. *Nec satù exaudiebam, nec sermonis fallebar.* ] Quanquam integram sermonis sententiam non plene percipiebam: ex quibusdam verbis tamen, quæ atripiebam, facile quid loquerentur conjectura porro adsequi poteram. *Falli sermonis*, dictum ut Apul. 5. Met. curata corporis, & curata interfecta virginis atque. *Colvius.*

63. *Rursus versus.* ] Vide notas Amphitr. 5. r. 60.

71. *Aliquid calidi.* ] Livius lib. 35. *Consilia calida & audacia, prima specie lata*

Nam ille quidem aut jam hinc aderit credo hercle, aut jam adest,  
 EP. si æquom fiet

Me plus sapere quam vos, dederim vobis consilium catum,  
 Quod laudetis, ut ego opinor, uterque. PE. ergo ubi est Epidice?  
 75 EP. Atque ad eam rem conducibile. AP. quid istuc dubitas  
 dicere?

EP. Vos priores esse oportet, nos posterius dicere,  
 Qui plus sapitis. AP. eja vero, age dic. EP. at deridebitis.  
 AP. Non edepol faciemus. EP. immo, si placebit, utitor  
 Consilium: si non placebit, reperitote rectius.

80 MIHI ISTIC nec feritur, nec meritur: nisi ea, quæ  
 tu vis, volo.

PE. Gratiam habeo: fac participes nos tuæ sapientiæ.

EP. Continuo arbitretur uxor tuo gnato, atque ut scilicet arbitratore ux.  
 fidicinam

Illam, quam is volt liberare, quæ illum corrumpit tibi,  
 Ulciscare: atque ita curetur, utque ad mortem ut serviat.

85 AP. Fieri oportet. PE. facere cupio quidvis, dum id fiat modo.  
 EP. hem!

Nunc occasio est faciendi, priusquam in urbem advenerit,  
 Sicut cras hic aderit: hodie non venerit. PE. quæ scis?  
 EP. scio.

Quia mihi alius dixit, qui illinc venit, mane hic affore.

PE. Quin tu eloquere: quid faciemus? EP. sic faciendum  
 censeo.

90 Quasi tu cupias liberare fidicinam animi gratia,  
 Quasique ames vehementer tu illam. PE. quam ad rem istuc  
 refert? EP. rogas?

Ut

*lata sunt, tractatu dura, eventu tristia.*  
*Aliquid calida conducibile.]* Forse, cati.  
 Scriverius.

73. *Catum.]* Verbum hoc Sabinum esse Varro ait: & *cati dicitur*, apud Ennium, interpretatur *acuta*. eoque *Felium Sextum* esse nominatum: non, ut Sapientem, sed ut acutum. Apud Cic. 1. Tulcul. *Egregie corjatuo homo catu* *Ælii Sextum*. Servius a *catio*, calore ingenii, derivat. Et hinc *Catones* dicti, auctore Plinio.

78. *Utitor.]* Restat *utitor*; non uti-

minor, nam *utitor* respicit Periphanem, cujus res agebatur: alterum vero, *reperitote*, in commune duobus dicitur, *Taqum*.

82. *Continuo arbitretur uxor.]* Mihi displicent *Lambiniana*: putoque dicere; continuo circumspiciatur uxor filio. Quod idem sic extulerit *Plinius* 1. epist. 14. *Petu, ut fratris tui filia prospiciam maritum. Arbitrari, ad oculos refertur.* Aul. act. 4. 1. *Hinc ego huc & illuc potera, quid egant, arbitrarier.* Gruter.

92. *Prossi-*

Ut enim præstines argento, priusquam veniat fillus,  
Atque ut eam te in libertatem dicas emere. PE. intellego.

EP. Ubi erit empta, ut aliquo ex urbe amoveas: nisi quid tua  
95 Secus sententia est. PE. imo docte. EP. quid tu autem,  
Apæcides?

AR. Quid ego jam? nisi te commentum nimis astute intellego.

EP. Jam igitur amota ei erit omnis consultatio  
Nuptiarum, ne gravetur, quod velis. AP. vive sapi! &  
placet,

EP. Tum tute igitur calide, quicquid acturus, age.

100 PE. Rem, hercle, loquere. EP. & repperi, hæc te qui abscedat suspicio,

PE. Sine me scire. EP. scibis: audi. AP. sapit hic pleno pectore.

EP. Opus est homine, qui illo argentum deferat pro fidicina. Nam te illo non æque opus factus est. PE. quid jam? EP. ne te censeat

Filii causâ facere. PE. docte. EP. quo illum ab illa prohibeas,

105 Ne qua ob eam suspicionem difficultas eveniat.

PE. Quem hominem inveniemus ad eam rem utilem?

EP. hic erit optumus.

Hic

92. *Præstines.*] Festus: *Præstinare* apud Pl. est emere, & emenda tenere. ita, *destinare*, Mosi. act. 3. 1. de quo quidem verbo curiosissime hic *Acid.* Tamen expedire se non potest, quin eogatur tandem fateri utrumque & *destinare* & *præstinare* esse quod Festus & Nonius censuerunt. Sic & Fulgent. 2. Myth. *omnia pretio destinata, fame moritur.* Sidon Carm. 23. *Post piratica damna destinaret Plenus mercibus institer carinas.* Savaro.

100. *Suspicio.*] Libidinis: vel te fidicinam emere, ut filium ab ea prohibeas. *Lambin.*

103. *Nam te illo non æque opus factus est.*] Non est necesse, inquit Epidicus, te illo ire: sed alius allegandus est. Cui mox senex: *quid jam?* q. d. Curego non eo eam? Cui respondet servus; ne

te censeat filii odio aut æmulatione facere. Non coherant, nisi hæc lectio adferatur. Et animadvertendum est, hic se quasi corrigere Epidicum, dum antea dixerat, Senem liberare fidicinam, eo prætextu, quasi eam amet. Mox ut exiit ment Senes, hæc bona fide geti, & quasi sub manum nasci consilia ait: *Et repperi, hæc te qui abscedat suspicio.* nempe si ipse non iuveris, sed alium miseris. ideo ait, *Te co* (scil. ire) *non æquo opus factus est:* etsi antea dixerim te liberare debere fidicinam animi causa. Et ideo Senex subjicit: *Quid jam?* Quasi dicat: cur mutas consilium? Sic profecto omnia erunt clarissima, quæ antea mera caligo. *Tistor. Ne te censeat.*] Non Leno, sed ipsa fidicina. *Taubmannus.*

106. *Hic erit optumus.*] *Hic* (Apæcides: *B b 5*



Hic POTERIT cavere recte, Jura qui & Leges tenet.  
 AP. Epidice, habeas gratiam. EP. sed ego istuc faciam se-  
 dulo.

Ego illum conveniam, atque adducam huc ad te, quonia' sit  
 fidicina,

110 Atque argentum ego cum hoc feram. PE. quanti emi potest  
 minimo? EP. illane?

Ad quadraginta fortasse eam posse emi minimo minas.

Verum, si plus dederis, referam: nihil in ea te captio est.

Atque id non decem occupatum tibi erit argentum dies.

PE. Qui dum? EP. quia enim mulierem illam alius ado-  
 lescens deperit,

115 Atro opulentus, magnus miles, Rhodius, raptor hostium,  
 Gloriosus, hic emet illam de te, & dabit aurum lubens.

Face modo: est lucrum hic tibi amplum. PE. Deos quidem  
 oro. EP. impetras!

AP. Quin tuis intro, atque huc argentum promis. ego visam  
 ad forum:

Epidice, eo veni. EP. ne abeas, priusquam ego ad Mss. Cam. &  
 Lang. abitat.  
 te venero.

120 AP. Usque opperiar. PE. sequere tu intro. EP. i, numera,  
 nihil ego te moror.

des: qui & Act. 3. 4. Legum & Jurum  
 conditor sicutque cluit) poteris cave-  
 re, &c. AP. Epidice, habeas gratiam: scilicet  
 quod me huic muneri adhiberi vis: sed  
 operæ non est. Atque ita, ad te, erit ad  
 Apœcidem. Pistor.

111. *Posse emi minima minas.*] Sic qui-  
 dem libri. Sed vel in vitis illis sermo La-  
 tinus dicitur scribendum: *Ad quadragin-  
 ta fortasse eam posse emi minime minis.* Sic  
 Sueronius Julio cap. 20. *Campum Stella-  
 tem agrumque Campanum divisit extra ser-  
 tem ad viginti milibus civium.* Ita enim  
 recte Casaubonus pio vulgata ac viginti.  
 Sic idem Octav. 38. *Super triginta duci-  
 bus justis triumpho: & aliquanto pluribus  
 circumposita ornamenta, decernenda curavit.*

Nam eodem modo dicuntur: *curavit  
 ducibus decernendis super viginti, & divisit  
 milibus civium ad viginti, & emi potest  
 minis ad quadraginta.* Gronov.

113. *Atque id non decem, &c.*] Ita  
 Columella lib. 11. c. 1. *Pecuniam domi-  
 ni neque in pecore neque in aliis rebus pro-  
 mercalibus occupet.* Scilicet in re emptâ  
 pretium ita occupatur & hæret, quo mi-  
 nus ad alium usum transferri queat. Er-  
 go *Occupare pecuniam*, est foenori locare,  
 ne otio & inertia languescat. Cic. pro  
 Flacco, & 3. Verrina. *Et hæc pecunia occu-  
 pata dicitur.* Contra, *Otiosa pecunia*, quæ  
 domi latet, nec ullum domino fructum  
 affert. *Taqum.*

## ACTUS SECUNDI SCENA TERTIA.

## EPIDICUS.

- N**Ullum esse opinor ego agrum in agro Attico  
 Æque feracem, quam hic est noster Periphanes:  
 Quin ex occluso atque obfignato armario  
 Decutio argentitantum quantum mihi lubet.  
 5 Quod pol ego metuo, si senex resciverit,  
 Ne ulmos parasitos faciat, quæ usque attondeant.  
 Sed me una turbat res ratioque: Apocidi  
 Quam ostendam fidicinam aliqua conductitiam. M. Per. ali.  
quam cund.  
 Atque id quoque habeo. mane me jussit senex  
 10 Conducere aliquam fidicinam sibi huc domum,  
 Dum rem divinam faceret, cantaret sibi.  
 Ea conductor, atque ei præmonstrabitur,  
 Quo pacto fiat subdola adversus senem.  
 Ibo intro, argentum accipiam ab damnofo sene.

3. **O** *Obfignato.* ] V. N. Cæl. act. 2. 1. *μζονίπυς, mansarum tenfores,* indigitat. Hoc igitur dicit Epid. Metuo, ne ubi senex resciverit me sibi verba dedisse, faciat ut ulmæ virgæ in meo tergo sint veluti Parasiti, meumque corium omni ex parte attondeant. *Lamb.*  
*Armario.* ] Ubi pecunia adservatur. Cic. pro Cæl. *Tunc aurum ex armario tuo promere ausa es?* Plaut. Capt. act. 4. 4. *Taubm.*  
 6. *Ne ulmos parasitos faciat.* ] Parasitorum est mensas divitum attondere, & à divitibus semper aliquid abradere. Unde & Phocyllides *Assentatores*, qui à Parasitis non multum differunt, *ἡρα- Taub.*  
 14. *Ab damnofo sene.* ] *Παθηπυίδε* pro infelici & multis damnis confecto. *Taub.*

## ACTUS TERTII SCENA PRIMA.

## STRATIPPOCLES, CHÆRIBULUS.

**E**Xpectando exedor miser, atque exenteror, quomodo mihi Epidici blanda dicta eveniant. nimis diu maceror.

Sitne quid: nec ne sit, scire cupio. CH. per illam tibi copiam,

Copiam parare aliam licet: scivi equidem in principio

Ilico

3. **P** *Er illam tibi copiam.* ] *Εἴτινα ἐκού- esse, ut aliam propterea negligere velis.*  
*νε εὐπορίας.* Quasi dicat: non *Lambin.*  
 debet tibi in Epidico tanta copiz spes

3. *Quid*

5 Illico nullam tibi esse in illo copiam. ST. interii hercle ego!

CH. Absurde facis, qui angas te animi. ST. si hercle ego illum  
semel prehendero,

Nunquam irridere nos illum inultum finam servom hominem.

Quid illum ferre vis? qui, tibi quoi divitiæ domi Doct. amicitia, tibi, C. ver. seq. leg. nullus habet.  
maximæ

Sunt, is nummum nullum habes, nec sodali tuo in te copia' st.

10 CH. Si, hercle, habeam, polliceat lubens: verum aliquid,  
aliqua, aliquo modo,

Alicunde, ab aliqui, aliqua tibi spes est fore mecum fortunam.

ST. Væ tibi muricide homo. CH. qui tibi lubet mihi male  
loqui?

ST. Quippe tu mihi aliquid, aliquo modo, alicunde, ab aliqui-  
bus blatis,

Quod nusquam' st: neque ego id immitto in aures meas. nec  
mihi

15 Plus adjumenti ades, quam ille qui nunquam etiam natu' st.

## ACTUS

3. *Quid illum ferre vis?* ] Videntur hæc repugnare superioribus: nam Chzribulus semper ita locutus erat, quasi desperaret de nummaria ope per Epidicum accipienda. Itaque ordinant aliter personas, & hæc verba dant Chzribulo, sequentia leviter mutata Stratippoeli. Ego vero ista, ut existant in vet. libris, satis mihi espere videor. Nam quæ prius minabatur Epidico, pro sua spe ac necessitate dixerat. Nunc conversus ad Chzribulum: Tu vero recte pro tuo ingenio proque copia, qui etiam de illo nihil nobis promittis. Quid enim potes expectare, ut ille ferat, quem tu ipse tantis in opibus amico egenus es? Tibi eleganter περιλάλη. Ut in Aulul. 3. 6. *Ego te hodie reddam madidum, sed vino, probe. Tibi cui decretum est bibere aquam.* Sic enim scripsi, ubi subjecerunt Te. Et vidit hoc Acidalius. Intelligitur, dico. Gronovius.

10. *Verum aliquid, &c.* ] Ridicula hominis nihil habentis quod promittat oratio. Lambin.

12. *Muricide.* ] Male in editis *murici- de*, quod Scaliger pejus exponebat, quasi *muriciorum*. Hoc est & *muricida*, nec e-

nim *muricidus* magis dicitur quam *par- ricidus*. Legendum est, *muricide*. *Murcus* veteribus idem quod ignavus. Hinc extremis Latinitatis temporibus *Murcus* appellabant joculariter, qui sibi pollices pracerant, ne militiæ nomen darent: Ammianus: *Nec eorum aliquando quisquam ut in Italia munus martium pertimescens pollicem sibi pracidit, quæ joculariter, Murcos appellant.* Inde igitur *Murcia* murcorum & murcidorum, id est, ignavorum Dea. Servius: *Alii Murciam à Murco quod est murcidum dictum volunt: pars à Dea Murcia, quæ cum ibi Bacchanalia essent, furoræ sacri ipsius Murcidum facerent.* *Murcia* unum ex Veneris cognomentis. non ipsa amoris Dea, ut *viscata*, *verticordia*, *calva*, & similia. Salm.

13. *Blatis.* ] *Blatire* & *blaterare*, suærotore Nonio, est *confingere*, aut *incondite & inaniter*, vel ut Festus. *stulto & parcupido loqui.* à Græco βλάξ. Iuvius.

15. *Nec mihi plus adjumenti ades.* ] *Gaudent in omnibus Mf.* esse: *nec mihi plus adjumenta des:* & dicendi rationem ajunt sententiamque apertam esse. Et scribit

scribit quidem Gruterus ita esse in omnibus Pall. sed quod tacet, in optimo Camerariano alterum esse (quem plerumque solet seorsum V. C. titulo ponere) intelligimus ex eo, quod istud secutus est. Id quod diserte affirmat in suis excerptis Pareus. Est in eo & sententia aperta & dicendi ratio multo doctior. Nam *adesse* est positum, ut *adesse* dicuntur advocati, qui praesentiam com-

modant. *Adjumentum* autem vel *plus adjumenti* dicitur per appositionem, quam vocant Grammatici, ipse, qui debebat esse adjumento, ut *auxilium* pro auxiliante. Tu quidem ades mihi, sed tua persona non plus est adjumenti mihi, quam ille, qui nunquam natus est. Alioqui non absurde conjeceres, *adjumentus es*. Gronovius.

## ACTUS TERTII SCENA SECUNDA.

EPIDICUS, STRATIPPOCLES, CHÆRIBULUS.

**F**ecisti jam officium tu tuum: me meum nunc facere oportet.

Per hanc curam quieto tibi licet esse. Hoc quidem jam perii: Ni quid tibi hinc in spem referas. hoc oppido  
Aria. ne quid . Ac.  
hoc hostium peritum est.  
 politum est.

Crede modo tu mihi. sic ego ago, sic egere nostri.

5 Pro di immortales, mihi hunc diem dedistis luculentum!

Ut facilem, atque impetrabilem! sed ego hinc migrare cesso,

Ut in portem in coloniam hunc auspicio commeatum!

Mihi cesso, cum sto. sed quid hoc? ante aedes duos sodales,

Herum & Chæribulum conspicor, quid hic agitis? accipe hoc sis.

10 **St.** Quantum hic inest? **Ep.** quantum sat est, & plus satis: superfit.

Decem minis plus attuli, quam tu Danistæ debes.

Dum tibi ego placeam, atque obsequar, meum tergum floccifacio.

**St.** Nam quid ita? **Ep.** quia ego tuum patrem faciam perentidam.

**St.** Quid

1. **F**ecisti jam officium. ] Dum mihi pecuniam emendæ fidicinæ dediisti. Ego etiam meum servi officium faciam, & te pecunia intervortam, senex. Nam ita sentit. *Lambinus.*

2. *Hec quidem.* ] Δεικτικῶς argentum in marsupio. Et hæc jam secum solus loquitur.

3. *Hoc oppido, &c.* ] Hæc spectio alibi asperitque nummi, valde Scenam juvenit.

6. *Ut facilem.* ] Ἐπιδοτικῶς. quam

facilem præbuit senex se nosse & impetrabilem. *Camer.*

7. *Ut in portem.* ] Allegoria, ducta à more veterum Rom. qui solebant commeatum ad exercitum, in colonia aliqua positum prædii caussa, impositum auspicio portare; idque auspicio faciebant, ne interciperetur. *Lambinus.*

13. *Perentidam.* ] Analogia suadet scribendum esse *pericida*. Sicut enim à pater dicitur *paricida*, à patens *parenticida*, à Deus *Deicida* (quomodo) Judzum haud

ST. Quid istuc est verbi? EP. nihil moror vetera & vulgata verba,

15 Peratim ductare: at ego follitim ductitabo.

Nam leno omne argentum abstulit pro fidicina: ego resolvi: Manibus his dinumeravi; pater suam natam quam esse credit.

Nunc iterum ut fallatur pater, tibi que auxilium apparetur,

Inveni viam. ita ego suasi leni, atque hanc habui orationem,

20 Uti, quom rediises, ne tibi ejus copia esset.

ST. Euge, euge! EP. ea jam domi est pro illa. ST. tenco.

EP. nunc auctorem

Dedit mihi ad hanc rem Apœcidem, is apud forum manet me:

Quasi quoi emeret, caveat. ST. haud male. EP. jam <sup>scil. quasi</sup> ipse cautor captus est.

Ipse in meo collo tuus pater cruminam collocavit.

25 Is adornat, adveniens domi extemplo ut maritus fias.

ST. Uno persuadebit modo, si illam, quæ adducta est mecum,

Mihi ademsit Orcus. EP. nunc ego hanc astutiam institui.

Deveniam ad lenonem domum egomet solus. eum ego docebo,

Si

haud rato vocant veteres Chiffilani) ita a peris, pericida, qui peram exenterat, evacuatur, & sic quasi occidit. Neque sic peribit Plauto, quem captat, jocus. qui est & manet in ambiguo vocum, *paricida & pericida*. Bozhoim. *Perenticidam* recte se habet, & melius versui convenit quam *pericidam*. Præterea omnes libri ita legunt. Cogitandum est Plautum multa talia fingere sine ulla analogia & ratione. Satis illi fuit quod vulgus intelligere possit nomen illud à *pera* factum esse, & iussisse auctorem in ambiguo vocum *parenticida & perenticida*. Salmast.

15. *Peratim ductare*.] Mallet ego *peratim ductitare*: ut significaverit Epidicus, nihil curare se vulgo usitata *Dicendi genera aut propterea vocabula rerum*, in quibus est illud, quod servi non nauci protinus Triumphum se commoverisse, vel saltem *Ovatione* dignos deputant, si forte herum *peratim*, id est, *perpauillimè* argenti modo, & quantilli *pera*

unius laxitas sit capax, defraudaverint. Etenim sic, *Dullitare*, expono: quasi dicas, argento circumducere. Suspicioque omnem sententiæ istiusce argutiolam in duobus adverbis illis, *Peratim & Follitim*, hoc est, in modi sive mensuræ ejus differentia, quanta inter *peram & solem* est, consistere. Douz.

21. *Ea jam domi est pro illa*.] Miratur Dissaldzus, quomodo puella dicatur domi esse, quam primum in ædes ait intro-mitti scena sequente: & multa molitur corrigendo. Sed hæc verba sunt accipienda de altera fidicina, quam prius amaverat Stratippocles, quæ introducta erat pro filia. Et forte sic Plautus scripsit: *pro filia*, inquam; Nam testatur Gruterus istud esse quidem in Cam. sed non secunda. Alii codices *pelia vel pelia*. Gron.

23. *Quasi quoi emeret, caveat*.] Quasi caveat ei, cui emeret, nempe Periphani. *Caveat*, id est, satis accipiat à lenone prædibus & prædiis. Lamb.

Si qui ad eum adveniant, ut sibi datum esse argentum dicat

30 Pro fidicinâ. argenti minas se habere quinquaginta.

Quippe ego qui nudiuſtertius meis manibus dinumetavi

Pro illâ tuâ amicâ, quam pater ſuam filiam eſſe retur.

Ibi leno ſcleratum caput ſuum imprudens alligabit,

Quaſi pro illa argentum acceperit, quæ tecum adducta nunc eſt.

35 CH. VORSUTIOR es, quam rota figularis. EP. jam ego parabo

Aliquam doſoſam fidicinam, nummo conducta quæ ſit:

Quæ ſe emptam ſimulet, quæ ſenes duo docta ludificetur.

Eam ducet ſimul Apœcides ad tuum patrem. ST. ut Act. ut perita.

EP. Eam permeditatam meis dolis, aſtutiſſque Pœt. præmedita: am. onuſtam

40 Mittam. ſed nimis longum loquor: diu me eſtis demorati.

Hæc ſcitis jam, ut futura ſint. abed. ST. bene ambulato.

CH. Nimis doctus ille eſt ad malefaciendum. ST. me quidem certo

Servavit conſiliis ſuis. CH. abeamus intro hinc ad me.

ST. Atque aliquanto lubentius quam abs te ſum egreſſus intus.

45 Virtute atque auspicio Epidici cum prædâ in caſtra redeo.

30. *Minas ſe habere quinquaginta.*] Atqui de *triginta* tantum conſtat ex ult. *Scena*, Quærit *Acidaliu* colorem & velum, quo tegat *œconomix* hunc errorem: ſed utrum invenerit neſcio. Dicamus interea, *Epidicum* vernili ingenio & jaſtantia ſummam apud alios verbis

exaggetaſſe: quod ſolet fieri.

36. *Doloſam.*] Falfaſam, & aliam ab ea, quæ jam domi eſt: non illam, quam ſe empturum putat ſenex. *Lambinus.*

37. *Doſta.*] A me fallaciis inſtructa. Terent. Eun. *perdoſta eſt probe.*

## ACTUS TERTII SCENA TERTIA.

PERIPHANES, APOECIDES, SERVUS.

NON ORIS CAUſſA modo homines æquom fuit

Sibi

1. *NON oris cauſſa.*] Seneca nat. Q. 1. 17. *Inventa ſunt ſpecula, ut homo ipſe ſe noſceret. Multa ex hoc conſecuta: primo ſui notiſſia: & deinde & ad quædam con-*

*ſilium. Formoſus, ut vitaret infamiam; deſormu, ut ſciveret redimendum eſſe virtutibus, quicquid corpori deeſſet; juveni, ut flore atatu admoneretur, illud tempus eſſe diſcendi; &*

- Sibi habere speculum, ubi os contemplarent suum:  
 Sed qui perspicere possent cor sapientiae,  
 Igitur perspicere ut possint cordis copiam.  
 5 Ubi id inspexissent, cogitarent postea,  
 Vitam ut vixissent olim in adolescentia,  
 Vel quasi egomet, qui dum filii causâ cœperam  
 Ego me excruciare animi, quasi quid filius  
 Meus deliquisset me erga: aut quasi non plurimum  
 10 Malefacta mea essent solida, in adolescentiâ.  
 Profecto DELIRAMUS interdum senes.  
 Fuit conducibile hoc quidem meâ sententiâ.  
 Sed meus sodalis it cum prædâ Apæcidæ,  
 Venire salvom mercatorem gaudeo.  
 15 Quid fit? Ar. dii deæque te adjuvant. PE. omen placet.  
 Ar. Quoi omni omnes suppetunt res prosperæ.  
 Sed tu hanc intro jubeas abduci. PE. heus foras  
 Exite huc aliquis. duce istam intro mulierem,  
 Atque audiri? SER. quid vis? PE. cave sis cum filiâ  
 20 Mea copulari hanc; neque conspiciere: jam tenes?  
 In ædiculam istanc seortum concludi volo.  
 DIVORTUNT mores virgini longe ac lupæ.  
 Ar. Docte & sapienter dicis. NON NIMIS potest  
 Pudicitiam quisquam suæ servare filiæ.  
 25 Edepol næ istam tempore gnato tuo

Sumus

di, & sortia audendi; senex, ut indecora  
 canis doperet, & de morte aliquid cogita-  
 ret. Ad hoc verum natura facultatem nobis  
 dedit, nosmetipsos videndi.

3. Perspicere possent cor sapientia. ] Le-  
 ge: sed qui perspicere possint cordis copiam,  
 Igitur perspicere ut possint cor sapientia.  
 Scriv. Cor sapientia. ] Ab interpunctione  
 laborat locus. Scribendum: sed qui per-  
 spicere possent cor sapientia, Igitur perspi-  
 cere. Et intelligendum ex superioribus:  
 sapientia habendum speculum fuit; igitur,  
 id est, ea causa vel gratia, ut perspicere  
 possent cordis copiam, sive quid sapientia  
 habuerat in corde. Vid. 3. Observ. 29.  
 Grenov.

7. Vel quasi. ] Id est, dicitur: exem-

pli causa; Ut ego ipse, qui, &c.  
 Quasi pro quemadmodum. Taubman-  
 nus.

10. Solida. ] Istud solida, converti de-  
 bet ad malefacta. Sic Seneca alibi, soli-  
 dam vocat nequitiam, quæ radices egit.  
 Gruter.

12. Fuit conducibile. ] Scilicet tale specu-  
 lum habere.

13. Cum prædâ. ] Venit cum fidiçina  
 filio crepta. Ita quidem senes arbitran-  
 tur; sed falso. Lambin.

19. Siru. ] Pro sivern à sino. Taub-  
 man.

25. Tempore. ] Tempore ante filium  
 sumus mercati. J. Gulielm. verisim.  
 lib. 2. 19. Tempore, idem quod oportunc,  
 tempore.

Sumus præmercati. PE. quid jam? AP. quia dixit mihi  
Jam dudum se alius tuum vidisse hinc filium.

PE. Hanc edepol rem apparabat. AP. plane hercle hoc qui-  
dem est.

Næ tu habes servom graphicum, & quantivis precii!

30 Non caru' st auro contra. ut ille fidicinam

Fecit nescire profus, se esse emtram tibi!

Ita ridibundam atque hilarem huc adduxit simul.

PE. Mirum, hoc, qui potuit fieri? AP. te pro filio

Facturum dixit rem esse divinam domi,

35 Quia Thebis salvos redierit. PE. recte institit.

AP. Immo ipse illi dixit, conductam esse eam,

Quæ hinc administraret ad rem divinam tibi,

Facturum hoc dixit, rem esse divinam tibi domi.

Ego illic me autem sic assimilabam quasi

40 Stolidum, cum bardum me faciebam. PE. immo ita decet.

AP. Res magna amici apud forum agitur. ei volo

Ire advocatus. PE. at quæso, ubi erit otium,

Revortere ad me extemplo. AP. continuo hinc ero.

PE. NIHIL HOMINI amico est opportuno amicus:

45 Sine tuo labore, quod velis, actum est tamen.

Ego si allegassent aliquem ad hoc negotium

Minus hominem doctum, minusque ad hanc rem callidum,

Os sublitum esset. itaque me albis dentibus

Meus

tempestive: idemque efferebant *tempore*,  
ut *heri*, *heri*, *luci*, *luce*. Vide notas  
Perf. act. 5. 1.

29. *Graphicum*.] *Graphicus*, ad un-  
guem factus, ut, *Horat.* venustus scitoque  
ingenio, & quasi pictoris manu expoli-  
tus. *γχαφειρ*, pingere: *γχαφισ*, stilus,  
penicillus. *Scalig.*

30. *Non caru' st auro contra.*] *Vanire*  
*contra aurum*, est magno *vznire*. ita enim  
veteres semper fere dicebant, metapho-  
ra à lance momentanea, in qua appende-  
batur *xs*, nam quod præponderat, id  
*contra esse*, hoc est, *ἀντιπρῆκτος* dicebant.  
Inde *as contrarium* vocabant *as grave*.  
auctore *Felto*: *σῆλις* et *ἀντιπρῆκτος*. *Scal-*  
*iger.*

36. *Ipsus illi.*] *Epidicus* fidicinæ.

40. *Stolidum.*] *Stolidi* vocantur non  
tam stulti & excordes, quam tetti & mo-  
lesti, illepidi, quos Gr. *μολοποι* *αυτιζοδη-*  
*μων* dicunt: Ter. *Scautus*. *Bardus* à *tar-*  
*ditate ingenii*: à *Graco*, quod *isti tardos*  
*βραδεις* appellant, auct. *Felto*. Videtur  
translatum verbum à *re rustica*. *Stolones*  
enim vocant agricolæ in arboribus fruti-  
cationem inutilem, inquit *Plin.* 1. c. 1.

42. *Advocatus.*] *Qui defendit alterum*  
*in judicio*, aut *Patronus* dicitur, si *orator*  
*est*: aut *Advocatus*, si *aut jus suggerit*,  
aut *presentiam suam commodat amico*: aut  
*Cognitor*, si *presenti causam novit*, & sic  
tuetur, ut suam. *Alconius*.

48. *Albis dentibus.*] Significatur ca-  
chin-



Meus derideret filius meritissimo.

50 Atque hæc STULTITIA' st me illi vitio vortere ;  
Egomet quod factitavi in adolescentiâ :

Quom militabam, pugnis memorandis meis

Eradicabam hominum aureis, quando occæperam.

Sed hic quis est, quem huc advenientem conspicio ,

55 Suam qui undantem chlamydem quassando facit ?

chinnatio, & risus effusior; in quo dentes denudantur. *Camer.*

52. *Pugnis memorandis meis.* ] Sic omnes scripti. Scioppius memorandus, quia apud Apulejum invenit, *dolo memorandi.* Sed aliter Appulejus, aliter Plautus eo verbo utuntur. Nam pugnis memorandis meis est pugnas meas commemorando. *Peisâ 1. 1. ita se miser quarendo argento milito.* Sic Cicero & Livius passim. *Gronovius.*

53. *Eradicabam.* ] Ita *Horat.* in *Arte*, de odioso recitatore: *tenet occiditque legendo.*

55. *Undantem chlamydem* ] Habitum incessumque gloriosi, nimis poetice graphicè expressit: ab Afranio item adumbratam,

in *Pompa*. *Tene tu: in medio nemo est? magnifice volo fluctuatim ire ad illum.* ubi fluctuatim pro jactanter & solute sumptum exponitur à Nonio. *Vestis undans* hic est, quæ in incessu erispatur, præsertim dum succussatur corpus, qua ratione undantes habentur dixit *Virgil.* 12. *Æn.* §l. 471. quasi undatim crispantes, dum ab auriga commoventur. *H. lun.* Contra de incessu modesto ac minime superfluo perelegantia sunt illa *Petronii*: *Quo oculorum motu illa petulantia? quo incessus tute compositus, & no vestigia quidem pedum extra mensuram aberrantia, &c.* *Seneca Nat. Q. 1. 7. 31.* *Tenore & molli incessu suspendimus gradum.* *Wowerzius.*

## ACTUS TERTII SCENA QUARTA.

MILES, PERIPHANES, FIDICINA.

Cave præterbitas ulla ædes, quin roges,  
Senex ubi habitat Periphanes Platenius.

Incertus tuum cave ad me retuleris pedem.

PE. Adolescens, sustine hominem, quem tu quæritas,

5 Tibi commonstrasso, ecquam abs te inibo gratiam?

MI. Virtute belli armatus promerui, ut mihi

Omnes mortales deceat agere gratias.

PE. Non reperisti, adolescens, tranquillum locum,

Ubi

1. *Cave.* ] Servum suam antea ambulationem alloquitur miles. *Boxhorn.*

2. *Platenius.* ] Non dubitamus nomen illud populi corruptum esse, itaque rescribendum:

*Senex ubi habitat Periphanes Plothenius. Plothenius est Πλωθεύς ex Egeide tri-*

bu. *Stephanus*: Πλωθεία, δῆμοῦ Λιγυθίου φουλῆ. ὁ δημόσιος, Πλωθείος, καὶ Πλωθείς. *Potitus.*

3. *Tranquillum locum.* ] Captant vocabulum tranquillum & tanquam rem alicam proficiunt Periphane manu vel de gloria cessare malle. *Sanc τὸ τρα-*  
*quillum*

Ubi tuas virtutes explices, ut postulas.

10 Nam STRENUIORI deterior si prædicat  
Suas pugnas, de illius ore fiunt sordidæ.

Sed istum quem quæris Periphanem Platenium,  
Ego sum, si quid vis. MI. nempe quem in adolescentiâ  
Memorant apud reges, armis, arte duellicâ

15 Divitias magnas indeptum? PE. immo si audias  
Meas pugnas, fugias manibus demissis domum.

MI. Pol ego magis unum quæro, meas quoi prædicem,  
Quam illum qui memoret suas mihi. PE. hic non est  
locus.

Quin tu alium quæras, quoi centones farcias.

20 MI. Animum advorte, ut, quod ego ad te venio, intel-  
legas.

Meam amicam audivi te esse mercatum. PE. attate!

Nunc demum scio ego hunc, qui sit; quem dudum Epi-  
dicus

Mihi prædicavit militem. adolescens, ita' st

Ut dicis. emi. MI. volo te verbis pauculis,

25 Si tibi molestum non est. PE. non edepol scio.  
Molestum non est, nisi dicis quid velis.

MI. Mihi

quillum eleganter & non trito more pro-  
commodo, vacuo, nihil ubi sit impedi-  
menti, ubi non obloquutor. Sed certam-  
men, quod minatur juxta ignavus &  
gloriarum plenus ad ignavum & gloria-  
rum plenum, omne est verborum non  
manus, ideo de illius ore fiunt sordida; ni-  
mirum dum alter contra majores expli-  
cat. Hæc est tempestas, quæ ostentatori  
tranquillum non sinat: nihil majus aut  
gtavius. Gronov.

16. Manibus demissis. ] Fugere demissis  
manibus, est contentissimo cursu fugere:  
nam tales solent manus dimittere & ja-  
ctare: quod Græci dicunt *παρρησιον τὴν  
χεῖρα*. Aristotelis est *παύσι τὴν παρρησιον*.  
τ. 2. Contentius enim curtimus, manus  
demissas habentes, & circum latera ja-  
ctantes. Casaub.

19. Cui centones farcias. ] Assentior  
iis, qui voluerunt farcias, vel ob Lucilii  
locum, *sarcinatorum esse summum, suere*

*centonem optime*. Suuntur & sarciantur  
centones, non sarciantur. Isidor. 1. O-  
rig. 38. Centones apud Grammaticos vocari  
solent, qui de carminibus Homeri vel Vir-  
gilii ad propria opera, more centonatio, ex  
multis hinc inde compositi in unum sarcun-  
tur corpus ad facultatem cujusque materia.  
Quæ ille descripsit ex Teutulliano de  
præscriptionibus cap. 39. *Homocentones*  
etiam vocari solent, qui de carminibus  
Homeri propria opera more centonario ex  
multis hinc inde compositi in unum sar-  
ciunt corpus. Et utique sacundior, divina  
literatura ad facultatem cujusque materia.  
Gronov.

26. Molestum non est nisi dicere. ] Sic  
Codex unicus, & explicat Gruterus: mo-  
lesta non erit oratio, si dixeris quæ ego  
velim; sin quæ tu velis, erit molesta,  
Camerarius, mihi si dicere. Nouza, nisi dicere  
quid velim Gulielmius, Ne. 1. edepol scio,  
Molestum non est mihi, si c. iem. Disjunctus;

Mi. Mihi illam ut tramittas : argentum accipias.

PE. Habeas. Mi. nam quid ego apud te parcam proloqui ?

Ego illam hodie volo facere libertam meam,

30 Mihi concubina quæ sit. PE. te absolvam brevi :

Argenti quinquaginta mihi illa empta est minis.

Si sexaginta mihi denumerantur minæ,

Tuas possidebit mulier faxo ferias :

Atque ita profecto, ut eam ex hoc exoneres agro.

35 Mi. Estne empta mihi hæc ? PE. istis legibus habeas licet.

Mi. Conciliavisti pulchre. PE. heus, foras educite,

Quam

*scio molestum non esse. Post omnes velim : Non adeo scio, Molestumne sit, nisi idcirco quid velu. Haud possum tibi dicere, molestumne sit futuram an non, nisi prius loquentem audiero. Præ se fert enim, se nec scire nec divinare, quid miles esset dicturus, etsi satis suspicabatur. Gronovius.*

28. *Habeat.* ] Nulla hic opus mutatione, quam vult Dissaldus. Nondum quidem Periphani de pretio cum milite convenerat; nihilominus subintelligitur. Habeas, inquit, illam, ubi mihi pro illâ, quæ empta mihi est quinquaginta minis, argentum solveris. *Baxhorn.*

33. *Possidebit mulier faxo ferias.* ] Miles dixerat, se fidicinam facere velle libertam suam. Periphanes responder; mulierem possessuram militis ferias, si pro eâ, ut oportet, farsificerit. *Feria* hic sunt, quas herus servæ facit, eâ libertate donatâ. Sed & addit Periphanes futurum id ea lege, si miles ex agro Attico fidicinam *exoneret*, id est, alio evehat. Metuebat enim Periphanes, ne fidicinæ in Attica manentis amoribus filius perderetur. *Feria* dicuntur, remissio laboris. Ita inducitur, *bolli feria. Possidebit ferias tuas*, quas tu illi facies, libertate donata, à servili opere & labore immuni. *Baxhorn.* Legendum, *Tuas residebit mulier faxo ferias*, id est, tibi mulier feriabitur, tibi cessabit, tuas ferias celebrabit. *Residero ferias* dicebant pro feriari, quia residues manebant per feriarum tempus, nec quicquam operis faciebant. Idem Plautus in *Captiv.* act. 3. scen. 1. *Venter gurgurque residant esuriales ferias.* Citant ad-

eum locum interpretes, locum ex Cicerone lib. 2. De Legibus, qui vulgo corruptissimus est. Sic enim legitur, *Denicales feria, quia residunt mortuo.* Immo scribendum, *Nec vero tam denicales qua à neca appellata sunt, quia residunt mortuo.* In sequenti versu apud Plautum scribi quoque debet, *atque ita profecto, ut eam ex hoc exoneres sacro, pro agro.* Sacra semper cum feriis, & feriæ cum re sacra quæ in his fiebat. Cum igitur dixisset, si sibi sexaginta à milite denumerarentur minæ, futurum ut ea mulier quam petebat, ejus ferias resideret: addit, atque ita quidem ut exoneraret eam ex hoc sacro, id est, ex sacro ferias; cum non amplius ejus residere deberet ferias, sed militis cui dabatur, ut eum coleret. Dabis, inquit, mihi pro ea sexaginta minas, ut tuas residere possit ferias, & meo sacro liberetur. *Tuas residebit ferias*, id est, tua erit; & de feriis intelligit privatis, quæ à solis domesticis celebrabantur, ut erant dies natales, denicales, & aliarum. *Festus: Privata feria vocantur, sacrorum propriarum, velus dies natales, operationes, denicales.* Quæ igitur alienius resideret privatas ferias, ejus est propria & domestica, vel ancilla. Inde explicandus ille versus. *Salmas.*

34. *Ut eam ex hoc exoneres.* ] Q. d. meam domum edaci & inutili muliere, tanquam onere leves. Vel *agrum* accipe, pro tota terra Attica; & est hypallage, pro hunc agrum ea exoneres. *Lamb.*

36. *Conciliavisti pulchre.* ] Bene, ac pulchre conciliatio, est vili emere: contra *Maest-*

Quam introduxistis fidicinam. atque etiam fides,  
 Ei quæ accessere, tibi addam dono gratiis.

Age, accipe hanc sis. *Mi.* quæ intemperiæ te tenent?

40 Quas tu mihi tenebras cudis? quin tu fidicinam Scilicet, verobras tradis.

Produci intus jubes. *PE.* hæc ergo est fidicina.

Hic alia nulla est. *Mi.* non mihi nugari potes.

Quin tu huic producis fidicinam Acropolistidem?

*PE.* Hæc, inquam est. *Mi.* non hæc, inquam, est: non novisse me

45 Meam vere amicam posse? *PE.* hanc, inquam, filius

Meus deperibat fidicinam. *Mi.* hæc non est ea.

*PE.* Quid? non est? *Mi.* non est. *PE.* unde hæc igitur gentium est?

Equidem hercle argentum pro hac dedi. *Mi.* stulte datum

Reor, atque peccatum largiter. *PE.* immo hæc ea est,

50 Nam servom misi, qui sectari solet meum

Gnatum. ipse hanc emit fidicinam. *Mi.* hem! istic homo

Articulatim te concidit; senex, tuus

Servos. *PE.* quid? concidit. *Mi.* nihil: sic suspicio est. Hic mihi sic suspicio est.

Nam pro fidicinâ hæc supposita est tibi.

55 Senex, tibi os est sublitum plane & probe.

*PE.* Ego illam requiram jam, ubi ubi est. bellator, vale,

Euge: frugi Epidice, frugi es: pugnasti. homo es,

Qui me emunxisti mucidum, minimi preti.

Mercatus te hodie est de lenone Apæcides?

60 Ehodum. *FL.* ego istunc hominem nunquam audivi ante hunc diem,

Neque me quidem emere quisquam ullâ pecuniâ

Potuit: plus jam sum libera quinquennium.

*PE.* Quid

conciliare, care & magno pretio. Omnis enim conventio est conciliatio. *Donatus.*

37. *Fides.*] Citharam.

53. *Nihil: sic suspicio est.*] Sic quidem Langianus. Sed *Cam.* & *Pall.* rō nihil ignorant: ignorat & ille, qui *Boxhornii* fuit. *Nec* ullus huic voci hic usus est. *Quin* & videtur ex personæ voca-

bulo *Mil.* nata. *Taubmanno* suum os & hypocrisin remittimus. *Grævo.*

58. *Qui me emunxisti.*] Metaphora servilis & jocosa. *Græcis* ὑπομαύω λέω. *Me.* tanquam puerulum, ejus nasus mucoris plenus, omnisque consilii expertus est, delusum argento spoliasti. *Phorm.* act. 4. sc. 4. *Emunxi argento senes.* *Lamb.*

- PE. Quid tibi negotii est meæ domi igitur? FL. audies.  
 Conducta veni, ut fidibus cantarem leni,  
 65 Dum rem divinam faceret. PE. fateor me omnium  
 Hominum esse Athenis Atticis minimi preti.  
 Sed tu novistin' fidicinam Acropolistidem?  
 FL. Tam facile, quam me. PE. ubi habitat? FL. postquam  
 libera' st, ubi  
 Habitat dum, incerto scio. PE. cho! ain'? quis eam libe-  
 ravcrit,  
 70 Volo scire, si scis. FL. id quod audivi audies.  
 Stratippoclem audivi Periphani filium  
 Absentem curavisse ut fieret libera.  
 PE. Perii hercle! si isthæc vera sunt planissime,  
 Meum exenteravit Epidicus marsupium.  
 75 FL. Hæc sic audivi: nunquid me vis cæterum?  
 PE. Malo cruciatus ut pereas, atque abeas cito.  
 FL. Fides non reddis? PE. neque fides, neque tibus.  
 Propera igitur fugere hinc, si te dii amant. FL. abiero.  
 Flagitio cum majore post reddes tamen.  
 80 PE. Quid nunc? qui in tantis positus sum sententiis,  
 Eumne ego sinam impune? immo etiam si alterum  
 Tantum perdendum est, perdam potius, quam sinam  
 Me impune irrisum esse habitum, depeculatum eis.  
 Sic data esse verba præsentis palam,

Atque

66. *Athenis Atticis.*] Ut distinguat ab aliis Athenis, quarum quinque aut sex recenset. *Stephanus.*

79. *Flagitio.*] Id est, efflagitatione, convitio seu pipulo potius, & quidem muliebri: non, dedecore; ut vult *Monstroliensis. Douza.* Vide notas *Merc. act. 2. 3.* & in primis *Curc. act. 3.*

80. *In tantis positus sum sententiis.*] In sex septem interpretationibus, quas afferunt, nulla vera. *Poni in sententia est præscribi sententiæ auctorem.* Solebant autem psephismatibus & decretis liberarum civitatum præponi nomina illorum, qui eorum auctores fuerant. Inde

apud *Demosthenem:* *Ἐπὶ ἀρχῶν ἡ Μνησιφίλη, Ἐκαστομβλαίων ἐστὶ καὶ νία, φυλῆς πρυτανεύσης Παιδιονίδου, Δημοδίου Παισιεύς ἔστιν.* Et iustus: *Πρυτανεία φυλῆς Ἰωνοδόου ἐστὶν, Ἀρεσφῶν Κολυτίδης ἀφῆρπῶς ἔστιν.* Hinc illud apud *Gellium 18. 3.* *Quod si proba ista hac & honesta sententia est, quæ vos, non sinam eandem debonestari turpissimi auctoris contagio. Vide reliqua & nostrum quartum Observationum.* Est ergo, qui in tantis positus sum sententiis, cuius in sententiam toties populi psephisma factum & nomen meum præscriptum habuit. *Græv.*

85. Atque me minoris facio præ illo, qui omnium  
Legum atque jurium fictor, conditor cluet.  
Is etiam sese sapere memorat; MALLEUM  
Sapientiore \* \* manubrio.

85. *Atque me minoris.]* Susplicari possumus, hæc ex alieius priorum Poëtarum fabula quapiam, jocose inserta à Plauto. *Camer.*

86. *Fictor, conditor.]* Turis conditores, dici Jurisconsultos, quibus auctoritas à Principe data erat jura condendi, obviam satis est. Credo tamen ita ambigæ id prolatum à Periphane, ut conditor penult. longa intelligi posset, respectu ad *jurinum* notionem vulgarem. In eadem ambiguitate videtur iussisse & Arnob. l. 7. *Cupientes addiscere, quid cum pultibus Deo sit, quid cum libu, quid diversis cum sarribus conjectationi jure multiplici atque impensarum varietate conditiu. Douz.*

88. *Sapientiore \* \* manubrio.]* Lacuna potest variis modis repleti, sed sensus idem erit, qui ex lectione Lambini efficitur, quem satis probò. Posset enim legi, *Malleum, Sapientiore quasi dicas manubrio.* Scribitur in antiquis editionibus; *Malleum sapientior ut est malo hærens* ..... *manubrium.* Si hæc vetus lectio, ex ea optima & elegantissima posset elici sententia, scribendo:

*Is etiam sese sapere memorat, malleo Sapientius ut sit malo hærens manubrium.*

Ille vero, inquit, cum adeo sit fungus ac stupidus, etiam sese sapere prædicat, ut si manubrium, male hærens, diceret se malleo sapientius. Manubrium quidem sapientius malleo, quia sine manubrio inutilis malleus. Et potest jactare manubrium se magis sapere quam malleum. Sed male hærens manubrium incommodum est atque inutile, ac falso id jactat quod sit sapientius malleo. Talis erat ille senex, qui se sapere memorabat, eum à se vivo delusus esset. *Salmast. Malleum sapientiore manubrio.]* Vix est, ut hic aliquid supplendum existimem; nisi ab ingenio prudentis lectoris. Abique menda aut vitio ullo accipio proverbium in duos æque stolidos & stultos, quorum alter nimio plus sibi sapere videtur. Nam & malleus & manubrium, sapiunt tantundem, id est, ambo nihil. Et, ut alia sunt ruri, alia in foro nata, sic hoc videtur ab officina exiisse, & inter operas fabriles initium habuisse. Nihil facilius & propius, quam ut verba Plauti, in nunc sunt, accipiamus prorsus quasi essent: *Is etiam sese sapere memorat, quod est perindo, quasi dicas Malleum sapientiore manubrio. Gronov.*

## ACTUS QUARTI SCENA PRIMA.

PHILIPPA, PERIPHANES.

SI quid est homini miseriarum, quod miserescat, <sup>*Dix. mis. sa ex animo 14, &c.*</sup>  
miser ex animo est.

Id

1. *Miser ex animo.]* Miser subintelligitur homo, quod *δοῦν ἢ κοῖνῃ* repetendum. Sic ergo legendum; *Si quid est homini miseriarum, quod miserescat miser ex animo. Id ego experior.* Si quid miseriarum homini eveniat, quare ex animo doleat, id ego experior. Hæc scripseram, cum in Codice Ms. Salmastia-

no nostroque *τὸ ἐστ*, quod in vulgatis repetitum hoc verticulo legitur, abesse deprehendi. Et abesse debet, à scio lo repetitum. *Boxhorn. Si quid est homini miseriarum.]* Alterum *Est* sane ignorant scripti, non tamen posterius, sed prius. Sic enim omnes: *Si quid homini miseriarum.* etiam ille, in quo se id abesse scribunt depre-

- Id ego experior, quoi multa in unum locum confluunt, quæ  
meum  
Pectus pulsant simul: multiplex ærumna me exercitam ha-  
bet: paupertas,  
Pavor territat mentem animi, neque ubi meas collocem spes,  
5 Habeo usquam munitum locum. ita gnata mea hostium est  
potita:  
Neque ea nunc ubi sit nescio. PE. quis illæc est mulier, ti-  
mido  
Pectore peregre adveniens, quæ ipsa se miseratur? PH. in his  
dictus est  
Locis habere mihi Periphanes. PE. nominat hæc: credo  
ego  
Illi hospitio usus invenit. PH. pervelim mercedem Scal. usus  
venit.  
dare  
10 Qui monstret eum mihi hominem, aut ubi habitat. Lamb. ubi il-  
le habet.  
PE. nescito ego hanc.  
Nam videor, nescio ubi, me vidisse prius. estne ea an non  
Est, quam animus retur meus? PH. Di boni! visitavi  
antidhac.

PE. Certe

hendisse: sic & Palatini. Sed quomodo interpretantur *miserescat*, doleat? Immo *miserescit* est miseror: *miserescit tui* & *miserescit me tui* est miseror tui & miseret me tui. Sic Terent. & Virgil. loquuntur. Ergo scribendum: *Si quid homini miseriarum, quod miserescat miseri ex animo, est. Id ego experior.* Sensus ob quod miserescat vel miseret homines istius miseri ex animo: quo is miser mereatur misericordiam. Postremum, ut in Sticho: *Credo ego miseram fuisse Penelopam Soror ex animo.* Trucul. 2. 2. *Ut misera matres sollicitaque ex animo sunt.* Gronov.

4. *Mentem animi.*] Præstantissimam & iustam animi partem. *ὡς ἐν οὐρανῷ ἔστι, καὶ οὕτως ἐν ἀρχῇ*, inquit *Aristot.* Hæc autem sæpissime ira conjuncta à bonis scriptoribus leguntur:

— *animi vix mente videtur.*

Catullus:

*Ment animi tantum fluctuat ipsa malis.*

Pasceat.

5. *Hostium est potita.*] Capta est ab hostibus, ita vers. abhinc 30. item Capt. act. 1. 1. ubi notas vide. ita, *potiri herorum*, est in herorum potestatem venire. *Potiri mali*, pro opprimi à malo, & in ejus tanquam potestatem venire, dixisse Terent. Phorm. act. 3. 1. J. Guilielm. docet.

7. *Ipsa se miseratur.*] Miseram se miseræ ac dolenter prædicat sive lamentatur. Vide notas Rud. act. 1. 3.

9. *Illi hospitio usus.*] Nihil mutandum in hoc versu, sed sola interpunctione adhibita sanandus, hoc modo: *Credo ego, illi hospitio usus. invenit.* Nominaverat Periphane mulier peregrina priusquam eum videret. Dicit Periphanes, huic mulieri ut opinor, hospitio usus, id est, opus est. Et per ironiam addit, *invenit.* Videtur, inquit, hospitium hæc querere, & meo velle uti cum me nominet. Invenit hospitium quo opus habet. Sed ironice hæc dicit, *invenit*, scil. id quo usus illi est hospitium. *Salmast.*

14. *Pedi-*

- PE. Certè ea est, quam in Epidauro pauperculam memini comprimere.
- PH. Plane licille est, qui mihi in Epidauro primus pudicitiam
- 15 Pepulit. PE. quæ meo compressu peperit filiam, quam domi Nunc habeo. PH. quid si adeam? PE. haud scio an congregiar, si hæc ea est.
- PH. Sin est is homo, sicut anni multi me dubiam dant. PE. longa
- Dies meum incertat animum. sin ea est, quam incerto autumo, hanc Congrediar astu. PH. muliebris adhibenda mihi malitia nunc est.
- 20 PE. Compellabo. PH. orationis aciem contra conferam.
- PE. Salva sis. PH. salutem accipio mihi & meis. PE. quid cæterum?
- PH. Salvos sis: quod credidisti, reddo. PE. haud accuso fidem. Novin' ego te? PH. si ego te novi, animum inducam uti noveris.
- PE. Ubi te visitavi? PH. inique injurios. PE. quid jam? PH. quia
- 25 Tuæ memoriæ interpretari me æquom censes. PE. commode Fabulata es. PH. mira memoras. PE. hem, istuc rectius. Meministin'? PH. memini id. PE. in Epidauro. PH. ah, guttulâ
- Pectus ardens mihi aspersisti. PE. virgini pauperculæ, Tuæque matri me levare paupertatem. PH. tun' is es,
- 30 Qui per voluptatem tuam in me arumnam observisti gravem? PE. Ego sum. salve. PH. salva sum, quia te esse salvom sentio.
- PE. Cedo

14. *Pudicitiam pepulit.* ] Id est, virginitatem mihi eripuit. Livius: *Expugnavit decus muliebra.* quod Apul. *interficere virginitatem,* dixit. *Taubmannus.*

22. *Quod credidisti, reddo.* ] Nempe salutem: quam abs te quasi creditam accipi. Bacchid. *Quin tu primum reddidisti salutem, quam dedi?*

25. *Interpretari.* ] Interpretem fieri. D.

26. *Mira memoras.* ] Scilicet cum dicis, me scitè loqui: cum id à natura foeminarum abest. *Lamb.*

27. *Ab, guttula.* ] Vide Adag. *Aspersisti aquam,* & not. *Milit. act. 4. 8.*

30. *Observisti gravem.* ] V. N. Trucul. 2. 6. *Qui vim magnidolorum per voluptatem tuam condidisti in corpore,* &c. Eleganter & honeste solent veteres agriculturæ



PE. Cedo manum. PH. accipe. ætumnosam & miseriarum  
compotem

Mulierem retines. PE. quid est, quod voltus te turbat tuus?

PH. Filiam, quam ex te suscepi. PE. quid eam? PH. educam  
perdidi.

35 Hostium est potita. PE. habe animum lenem, & tranquil-  
lum face:

Domi meæ eccam salvam & sanam: nam postquam audi-  
vili

Ex meo servo illam esse captivam, continuo argentum dedi

Ut emeretur. ille eam rem adeo sobrie & frugaliter

. Accuravit, ut alias res est impense improbus.

40 PH. Fac videam, si me vis. PE. eho Canthara statim jube  
Acropolistidem prodire filiam ante ædes meam,

Ut

culturæ vocabula transferre ad rem vo-  
luptatam. de quo dicit Asin. act. 5. 2.  
Amph. act. 2. 2. & alibi.

32. *Compotem.*] Id est, plenam.

33. *Quid est quod voltus te turbat.*] Princeps codicum, quod duostrus: unde plerique posteriores librarii fecerunt, quod digitus, frustra atreptum & explicatum viris doctis: quum non aliud id significet quam quod voltus, ut vidit Gruterus. Sed præterea scribendum suspicor: quod voltus se turbat tuus. Gronovius.

38. *Illo eam rem, &c.*] In omnibus libris, nisi quos Lambin. & Douz. depravarunt, est:

— *Meus servus eam rem sobrie & frugaliter*

*Accuravit, ut alias res ille est impense improbus.*

*Alias res tu æκκᾶ, cæterum, sive quod ad cæterum attinet, cætera, ad cætera: pro quo simpliciter dici poterat, alias, quod vulgo perperam pro adverbio habetur. Schopp.*

41. *Acropolistidem prodire.*] Camera-rius censet hoc non oportere esse nomen filix Periphanis, quum sit fidicinæ alterius, amicæ Stratippoelis: & suspicatur legendum *Telestidem* vel *Acrotelestidem*. Cui multis verbis, nulla ratione, repugnat Lambinus. Acropolistis vocabatur

fidicina, quam prius amaverat Stratippo-  
cles, & nunc ab eo fastiditam paullo  
ante petebat miles ab sene, qui eam fi-  
liam putabat: quod non nesciebat Cam-  
erarius. Eodem nomine apud mango-  
nem vel venditorem erat appellata,  
quam nunc amabat Stratippo-  
cles, & mox esse cognoscit sororem suam. Eo-  
demque nomine putabat esse Peripha-  
nes fidicinam ab Epidico conductam,  
quam jussit emi senex pro amici filia.  
Unde tot Acropolistides? Quid afferet  
momenti ad rem idem tribus personis  
attributum nomen? Deinde ubi agnoscitur  
ab Epidico Periphanis filia, act. 5.  
scen. 1. vs. 30. constanter omnes omni-  
no scripti codices: *Telestidem*. Ergo non  
dubito, quin hic vera sit altera Came-  
rarii suspicio, & *Telestidem* legendum,  
non *Acropolistidem*. Sed & liber opti-  
mus: *Eho istinc Canthara jube: sine τῶ  
statim. Scribe eho, istinc, Canthara, ju-  
bo Foræ Telestidem prodire filiam ante  
ædes meam.* Præcedenti quoque versu  
delevimus τὸ ζῆν, quod in nullo  
est scriptorum. sufficit: *Fac videam  
si me vis.* nempe videre salvam. Vel  
etiam: *Eho, i statim Canthara.* Nam  
illud distant & alii codices. Vossianus  
secundus: *cantari statim.* Vossianus  
tertius & Junianus: *Canthara i statim.*  
Gronov.

3. Orna-

Ut suam videat matrem. PH. remigrat animus nunc demum mihi.

## ACTUS QUARTI SCENA SECUNDA.

FIDICINA, PERIPHANES, PHILIPPA.

Quid est, pater, quod me excivisti ante ædis? PE. ut matrem tuam

Videas, adeas, venienti des salutem atque osculum.

FI. Quam meam matrem? PE. quæ exanimata exequitur aspectum tuum.

PH. Quis istæc est, quam tu osculum mihi ferre jubes? PE. tua filia.

5 Hæccine? PE. hæc. PH. egone osculum huic dem? PE. cur non, quæ ex te nata sit?

PH. Tu homo infans. PE. egone? PH. tute. PE. cur? PH. quia ego hanc quæ fiet,

Neque scio, neque novi, neque ego hanc oculis vidi ante hunc diem.

PE. Scio quid erres, quia vestitum atque ornatum immutabilem

Habet hæc. PH. ALITER CATULI longe olent, aliter sues. nego

10 Eam novisse, quæ sit. PE. pro Deum atque hominum fidem!

Quid? ego lenocinium facio? qui habeam alienos domi,

*Mit. Lang. alienas domi.*

Atque

8. *O* *Rnatum immutabilem.*] Sicut hæ-  
rere hic non debebant interpre-  
tes, ita feriari potuissent correctorum  
manus. *Immutabilis* derivatur ab *im-*  
*mutato*. ubi *in vim* augendi habet. *Immu-*  
*tabilem* vero potius dixit, quam, *immu-*  
*tatum*; quia non tantum filix habitus &  
ornatus mutatus, sed & indies murandus  
erat: cum olim, sicut & nostræ ætatis  
petulantia, vestitus ornatusque, præfer-  
tim foeminarum, certam formam, vel  
modum, ut nunc loquantur, non habe-

ret in quo consisteret. Sic venuste à Cal-  
purnio Ecl. 11. dicitur, *mutabilis arbor.*  
*Mutabilis induet arbor ignotas frondes, &*  
*non genitalia poma.* Mutabilis arbor, quæ  
alienis frondibus & ramusculis subinde  
in ferris aliter atque aliter comitur. *Box-*  
*horn.*

9. *Aliter catuli, &c.*] Vult mater:  
quemadmodum nemo ambigit hasitat-  
que in hisce distinguendis bestiis; ita  
neque se dubitare hanc mulierem aliam  
esse à filia sua. *Taubmannus.*

Atque argentum egurgitem domo prorsum. quid tu, quæ  
patrem

Tuum vocas me, atque osculare? quid stas stupida? quid taces?

Fi. Quid loquar vis? PE. hæc negat se tuam esse matrem.

Fi. ne fuat,

15 Si non volt. equidem hâc invitâ tamen ero matris filia.

Non me istanc cogere æquom est meam esse matrem, si ne volt.

PE. Cur me igitur patrem vocabas? Fi. tua istæc culpa est,  
non mea.

Non patrem ego te nominem, ubi tu tuam me appelles fi-  
liam?

Hanc quoque etiam, si me appellet filiam, matrem vocem..

20 Negat hæc, filiam me suam esse, non ergo hæc mater mea est.

Postremo hæc mea culpa non est: quæ didici, dixi omnia.

Epidicus mihi magister fuit. PE. perii! PLA USTRUM  
perculi.

Fi. Nunquid ego ibi peccavi? PE. Si hercle te unquam *audi-*  
*vero* patrem

Me vocare, vitam tuam ego interimam, *peffuma*. Fi. non  
voco.

25 Ubi voles pater esse, ibi esto: ubi noles, ne fueris pater.

PH. Quid? ob eam rem hanc emisisti, quia tuam gnatam ra-  
tus? quibus

De signis agnoscebas? PE. nullis. PH. quare filiam

Credidisti nostram? PE. servos Epidicus dixit mihi.

PH. Quid si servo aliter visum est? non poteris novisse, ob-  
secto?

PE. Quid

22. *Plaustrum perculi.*] Id est, everti  
ac perturbavi rem, falsa emptione. Do-  
natus rusticum ait Proverb. *Pane plan-*  
*strum perculis*: ubi ait Eunucho servus,  
*Perculeris tu jam me*, id est, impellendo  
perturbaveris. Festus: *Plaustrum perculi*  
*dicebant antiqui ab eo, qui pede onusta plu-*  
*stra, perculit, id est, evertit. quod postea*  
*abiit in proverbium.* Camer. Accipien-  
dum enim semper de eo, qui evertit ac  
perturbat rem. Verbum *Perculeris*, est,  
ut Grammatici loquuntur, potentiale:  
hoc est, *pane perculisti. ἴδῃ τετραλί-*

*σφας, ἴδῃ πλωστρείας ἀν μὲ.* Scalig.  
*Plaustrum perculi.*] Proverbium rusti-  
cum, cui originem dedit aliquis male se-  
dulus & opera vehemente, qui plu-  
strum inæquale & altera rotarum in al-  
tiores orbitam depressa inclinatum, ve-  
ritus, ne in eam partem procumberet,  
subeundo tam immodice levavit, ut idem  
plaustrum in alterum latus everteret. Sic  
Periphanes queritur, se dum sustentare  
ac sustulcire rem, domumque cupit, tam  
prompte obnixæ egisse, ut eandem  
affligerit. Gronov.

30 PE. Quid ego? qui illam, ut primum vidi, nunquam vidi postea.

PH. Perii misera! PE. ne fle, mulier: intro abi, habeto animum bonum.

Ego illam reperiam. PH. hinc Athenis civis eam erit Atticus:

Adolescentem equidem dicebant emisse. PE. inveniam, tace: Abi modo intro, atque hanc asserva Circam, Solis filiam.

35 Ego relictis rebus Epidicum operam quærendo dabo: Si invenio, exitiabilem ego illi faciam hunc, ut fiat diem.

34. *Circam.*] *Circam* interpretantur *veneficam*: nec vere, nec apte. Nemo scilicet homo patrem suum, nisi matris testimonio fidem habeat, agnoscere potest. Fatetur Telemachus O. *Siv. a.* Quos autem Venus volgiva & *παιδισμῶ* varie procreavit, iis nec mater ipsa certum patrem assignare potest. Sed evenit etiam, ut quis aliquando nec patrem no-  
scat. Solem unicum certo sibi sciat pa-

rentem. Hominem enim à Sole & homi-  
ne generari, Physici affirmant. Sic eleganter & acute lusit Comicus in nomine Circes, quæ Solis filia. itaque fidicinam Solis filiam nuncupavit: quia, ut Circe fingitur Sole prognata; ita hæc fidicina, quam & pater & mater nosse negabant, Solem sibi tantummodo parentem poterat nominare.  
*Rigalt.*

## ACTUS QUINTI SCENA PRIMA.

STRATIPPOCLÈS, EPIDICUS, DANISTA, VIRGO.

**M**ale morigerus mihi est Danista, qui de me argentum non petit,

Neque illam adducit quæ empta ex præda est. sed ecum incedit Epidicus.

Quid illuc est, quod illi caperat frons severitudine?

EP. Si undecim Deos præter sese secum adducat Juppiter,

Ita

3. **I**lli caperat frons severitudine? ] *Caperat* pro *caperatur*, id est, rugis contrahitur, & asperatur. Tractum à caprorum frontibus crispis, auctore Nonio. Vel à cornuum caprinorum similitudine, ut *Festo* placet. Hinc *frons caperata*, pro, tristi & severa.

4. *Si undecim Deos.*] Duodecim dii magni sunt, quos Cicero tralate *Deos majorum gentium* vocat: & quorum nomina hoc disticho inclusit Ennius:

*Iuno, Vesta, Minerva, Ceres, Diana, Venus, Mars,*

*Mercurius, Iovi, Neptunus, Vulcanus, Apollo.*

Duodecim illi dii, Enniano hoc disticho inclusi, *τοῦτοι* sunt secundum Gentium credulitatem, *αιδωτοὶ* vero magnam partem sunt ac visibiles juxta Platonicos. Hos *ἄνωγε* veteres Philosophi appellatunt, quod sola mente eorum nomen comprehenderetur; potentia vero intelligeretur ex iis rebus, quas humanis visibus necessarias invenissent ac prodidissent. Septem quidem ex his qui *πλανῆτε* *ἄνωγε* sunt, in sphaera proptis lingua-

5 Ita non omnes ex cruciatu poterunt eximere Epidicum.  
Periphanem emere lora vidi : aderat ibi una Apœcides.  
Nunc homines me quaritare credo. senferunt : sciunt  
Sibi data esse verba. ST. quid agis , mea commoditas ?

EP. quod miser.

ST. Quid est tibi ? EP. quin tu mihi adornas ad fugam viaticum ,

10 Priusquam pereo. nam per urbem duo defloccati senes  
Quaritant me , in manibus gestant copulas secun- Lamb. secum  
duas.  
cias.

ST. Habe bonum animum. EP. quippe ego , quoi libertas in  
mundo sita' st ?

ST. Ego te servabo. EP. edepol me illi melius , si nacti  
fuant.

Sed quis est hæc muliercula , & illic gravastellus qui venit ?

ST. Hic

singuli fixi inerrabant. Reliqui tamen  
haud minus suas sphæras habere erediti,  
per quas & noscitantur. *Salustius*  
sphæram duodecim illorum Deorum in  
superiores & inferiores dividit. Sex su-  
periores ponit Jovis, Martis, Apollinis,  
Mercurii, Venereis, Dianæ, quibus adnu-  
meranda Saturni, quæ communis est &  
Cereis : item Æther, qui Minervæ ad-  
signatur. Reliquæ quatuor inferiores ab eo  
cessentur ; Terra Veltæ, Aqua Neptuni,  
Ignis Vulcani, Aër Junonis. Hæ decem  
sphære sunt, restant duæ Saturni & Æ-  
theris : hæc occupabat Minerva, illam  
Ceres. *Salmas.*

10. *Defloccati senes.* ] Id est, calvi:  
sumpta metaphora à vestibus, quæ fra-  
tillos suos, id est, villos amiserunt : quæ  
& *decotes* sive *decutes*, id est, detritæ dico-  
bantur. *Scalig.*

11. *Copulas secuncias.* ] Vetus Codex  
Camerarii habet *copulas secuncias* ; place-  
ret legi eum *Scaligero* *sefencias*, qui re-  
cte interpretatur sequispollicem crassi-  
tudinem. Lestiones aliæ omnes nuga-  
torix. Melius tamen putem scribi, *copu-  
las semuncias* pro *semunciarias*, id est co-  
pulas quibus clitellex religantur in mulis  
clitellariis. Nam *semuncia* exponitur in  
Glossis *κλιτὴλῆξ*, id est, clitellex, & ca-

rum mentio apud Catonem de R. R.  
*Salmas.*

12. *Quippe ego, cui libertas in mundo.* ]  
Quasi dicat quidni ego bonum animum  
habeam, cui libertas parata est domi ?  
Ironia servilis. *In mundo esse dicebant an-  
tiqui, cum aliquid in promptu esse vole-  
bant intelligi. Festus. Lambinus. Libertas  
in mundo.* ] Homo bonus, qui allevit, E-  
pidicum non aliter se liberum fore pu-  
tare, quam si fugiat, & fiat *κορμπολι-  
τικῆς*, adeo infrequens lector Plauti fuit,  
ut nesciret, quid esset toties ei frequen-  
tatum esse in mundo. Gronov.

14. *Gravastellus.* ] *Gravastellus* rectum  
est, & idem plane est, qui & *ravastel-  
lus*. *Gravus* idem quod *ravus*, qui ra-  
vi est coloris. Sic *gravus* & *navus* idem,  
*Gnavus* & *navus* ; *gnosco* & *nosco* ; *gnatus*  
& *natus*. Quod dicitur *gravado*, à qua  
gravedinosi, quæ est *κρίμξ*, id verbi  
non est à gravitate, sed dicitur pro *rave-  
do*, vel *ravido*, quod idem est ac *ravis*.  
nempe *κρίμξ*. *Gravus* igitur & *ravus*.  
idem. Unde *gravaster* & *ravaster*, ut  
calvaster. Unde *ῥαπποεστίν*, *ravastel-  
lus* & *gravastellus*. *Salmas.* Video ut  
defendat hæc vocem ὁ *πῆλυ* & interci-  
piat conjecturam *Meursii*. *Ravastellus*.  
Scio etiam exstare apud Festum, licet  
aliter

15 ST. Hic est Danista: hæc illa est autem, quam emi ex præda.

EP. hæccine est?

ST. Hæc, estne ut tibi dixi? aspecta. EP. hæc? ST. contempla, Epidice.

Usque ab unguiculo ad capillum summum est festivissima.

Estne? considera: signum pictum pulchre videris.

EP. Ex tuis verbis meum futurum corium pulchrum prædicas:

20 Quem Apelles atque Zeuxis duo pingent pigmentis ulmeis.

ST. Dii immortales, otiose isse admiror. pedibus pulmonis

Qui perhibetur, prius venisset, quam tu advenisti mihi.

DA. Hæc edepol remorata med est. ST. siquidem istius gratia

Es remoratus, quod ista voluit, nimium advenisti cito.

25 DA. Age, age, absolve me atque argentum numera, ne comites inorer.

ST. Pernumeratum est. DA. tene cruminam: huc

inde. ST. sapienter venis.

*Acid. Sapienter mones.*

Oppetire dum effero ad te argentum. DA. matura. ST. domi est.

EP. Satin' ego oculis utilitatem obtineo sincere, an parum?

E Phi-

aliter interpretetur Barthius *Gravissal-*  
*lus*, et si in Festo scripto fuisse notet *Grav-*  
*vascellus*. Vossianus *granascellus*. Propo-  
modum suspicior antiquissimum esse  
mendum, & voluisse Plaurum vel *br-*  
*adyseles* *βραδυσελης* tardigradus, aut  
*rhabasceles* *ῥαβασκελης* loripes. Et u-  
trumvis convenit tardo incessui, quem  
accusat in homine versu 21. *Gron-*  
*vius*.

19. *Extin verbu.*] Si picta sunt pul-  
cra; meum tergum pulchrum futurum  
est: namque pigmentis ulmeis, id est,  
virgiseo ulmo, à Senibus quasi pictori-  
bus pulchre pingetur. Per *Apellem* &  
*Zeuxim*, Periphanem & Apocidem si-  
gnificat. *Lamb*.

21. *Pedibus pulmonu.*] *Pedes pulmo-*  
*nos* intelligit, qui panticibus ulcero-  
si sunt. Nisi referatur ad Proverbiu

*πνεύμων*, de stupido. Vel potius dixerit  
*pedes pulmones*, tumidos: sicuti Plinius  
l. 15. c. 14. *pulmonea* quædam *poma* vo-  
cata ait, id est, ut ipse interpretatur, *foli-*  
*de tumentia*. In Vet. Glossario, *Pantices*,  
*ἰλακοὶ τῆ τερχήλου ἴκτινῶν* exponuntur.  
*Scalig*.

26. *Sapienter veni.*] Cum crumena  
scilicet, cui indam pecuniam.

28. *Satin' ego, &c.*] Alibi dicit, *Satin*  
*velte oculi utor?* id est, satisne clare ocu-  
lis prospicio, an secus? Eleganter: Utili-  
tas hic non aliud quam Usus: non *χρη-*  
*σιμότης*, sed *χρησις*. Et hæc est propria  
æptifera notio. Auctor ad Heren. lib. 4.  
*si idoneus esse potest ad eas utilitates &*  
*aptus, qua desiderantur ab equo.* Postea,  
quia quicquid usum sui præstat, commo-  
dum adfert, factum ut pro his *Utilitas* ac-  
ciperetur. *Mentf*.

E Philippa matre natam, ac Thebis, Epidauri satam,  
30 Videon' ego Telestidem te Periphani filiam?

VL. Quis tu homo es, qui meum parentum nomen memoras,  
& meum?

EP. Non me novisti? VL. quod quidem nunc veniat in men-  
tem mihi.

EP. Non meministi me auream ad te afferre natali die?  
Lunulam atque anellum aureolum in digitum? VL. memini,  
mi homo.

35 VL. Tunc is es? EP. ego sum, & istic frater tuus est, alia ma-  
tre, uno patre.

VL. Quid, pater meus? vivu' st? EP. animo liquido & tran-  
quillo es, race.

VL. Dii me ex perdita servatam cupiunt, si vera autumas.

EP. Non habeo ullam occasionem, ut apud te fallā fabuler.

ST. Accipe argentum hoc, Danista, hic sunt quadraginta-  
minæ.

40 Si quid erit dubium, immutabo: DA. benefecisti? bene  
vale.

ST. Nunc enim tu mea es. VL. soror quidem edepol, ut tu  
æque scias.

Salve

29. *Ac Thebis Epidauri.*] *Απόστρα*  
hæc arguit Petitus ad leges Atticas:  
nam si Thebis sata atque nata est,  
non igitur Epidauri: & conjicit, *ac*  
*te, Boas Epidauri:* fuisse enim Boas vel  
Boas urbem in confinio Laconices &  
Epidaurensium. Sed fallitur. Nam erat  
quidem sata Epidauri Telestis, sed  
matre Thebana Philippa, quæ com-  
pressa à Periphane Epidauri dein re-  
dux in patriam peperit, ibique edu-  
cavit filiam. Fuerat autem bellum ge-  
stum ad Thebas, atque in eo capta  
Telestis aet. 2. 2. 22. Igitur mutanda  
distinctio: *E Philippa matre natam ac*  
*Thebu, Epidauri satam.* Vel si mavis:  
*E Philippa matre natam à Thebu, Epi-*  
*dauri satam.* Nam *matre à Thebu* est  
matre Thebana. Ut Livio Turnus *Her-*  
*dentius ab Aricia, Florus ab Etruria Vejen-*  
*tes.* Gronov.

33. *Non meministi.*] Si bene distin-

guas, sanus est locus. *Non meministi me*  
*auream ad te afferre natali Lunulam, at-*  
*que anellum aureolum in digitum?* *Ut au-*  
*rea cum lunula construatur.* *Boxhorn.*  
Lunata fibula reliquis frequentior o-  
lim fuit. Et talis forsitan hæc Plautilu-  
nula, quam Lambinus & Doussa ro-  
tundam lunæ more gemmam puta-  
bant. *Ioh. Rhodius. Me auream.*] In-  
ter me, & auream est lacunula in V.  
C. unde *Camerar.* suspicatur legi: *mi-*  
*nam auream.* quæ fuisset instar aurei  
Lusitani, cujus pretium aurorum decem.  
Observandum etiam, veteres die  
natali munera ab amicis clientibusque  
accepisse. *Meurf.*

36. *Animo liquido, &c.*] Esto animo  
curis soluto & minime sollicito. Turn.  
l. 10. Pseud. aet. 3. 3. quem Anl. aet. 1.  
2. *animum defecatum* dixit. *Taubman-*  
*nus.*

41. *Æque scias.*] Juxta *mocum. D.*

Salve frater. ST. sanan' hæc est? EP. sana, si appellat suum.

ST. Quid? ego modo huic frater factus; dum intro eo atque exeo?

EP. QUOD BONI EST, id tacitus taceas tute tecum, & gaudeas.

45 ST. Perdidisti, & reperisti me, soror. EP. stultus tace.

Tibi quidem, quod ames, domi præsto' st fidicina operâ meâ: Et sororem in libertatem idem operâ concilio meâ.

ST. Epidice, fateor. EP. abi intro, ac jube huic aquam calefieri.

Cætera hæc posterius faxo scibus, ubi erit orium.

50 ST. Sequere hac me, mea soror. EP. ego ad vos Thesprionem iussero

Huc transite. sed memento, si quid sæviunt senes, *Deus  
sæviant.*  
Suppetias mihi cum sorore ferre. ST. facile istuc erit.

EP. Thesprio, exi istac per hortum, affer domum auxili-  
um mihi.

Magna res est: minoris multo facio, quam dudum, senes.

55 Remeabo intro, ut accurrentur advenientes hospites.

Eâdem hæc intus edocebo, quæ ego scio, Stratippoclem.

Non fugio. domi ad esse certum' st. neque ille haud objiciet  
mihi

Pedibus sese provocatum, ab eo intro. nimis longum loquor.

44. *Id tacitus taceas.* ] Vtrum teneas  
an habeas? Gronovius.

45. *Perdidisti.* ] Scil. me amantem  
quia fruire non potero, cum sis soror. *Re-  
peristi.* ] Scil. fratrem: quem perdideras,  
& quem fratrem esse nesciebas. *Lambini-  
nus.*

48. *Aquam calefieri.* ] Ut laver petegre  
adveniens. Vide notas Truc. act. 2. 3.

57. *Neque istud haud.* ] Dux negatio-

nes, ut & supra, & alias sæpe, negativè  
Græcismo. Bacchid. *Neque ego haud com-  
mittam:* cum & Auf. Popma lib. 2. e. 9.  
De usu antiq. loci.

58. *Pedibus sese provocatum.* ] Scil. ad  
cursuram, seu currendi certamen. Nimis  
festivum. Qui enim in decussione prior  
est, is modo non lacescere & quasi provo-  
care, ne dicam tarditatem concursurâ  
suo exprobrare videtur. *Donza.*

## ACTUS QUINTI SCENA SECUNDA.

PERIPHANES, APOECIDES, EPIDICUS.

S Atin' ille hic homo ludibrio nos vetulos decrepitos duos

Habet?

1. **D** *Decrepitos.* ] A lucerna vel candela, edere solet. hoc enim est *decrepare*: ut  
quæ ultimum expirans crepitarum | apud Pers. *desertors.* A veteribus Græ-  
D d cio



Habet? AP. immo edepol tu quidem miserum me habes miseris modis.

PE. Tace sis modo. sine me hominem apisci. AP. dico ego tibi jam, ut scias.

Alium tibi te comitem melius quærere: ita, dum te sequor, lassitudine inuaserunt misero in genua flemina.

PE. Quot illuc hodie me exemplis ludificatur? atque te? Ur illuc autem exenteravit mihi opes argentarias.

AP. Apage illum à me, nam ille quidem Vulcani irati est filius:

Quaqua tangit, omne amburit; si prope astes, astu calefacit.

10 EP. Duodecim Deis plus quam in cælo est Deorum immortalium!

Mihi nunc auxilio adjuutores sunt, & mecum militant.

Quicquid ego malefeci, auxilia mihi & suppetiæ sunt domi.

Apolactizo inimicos omnes. PE. ubi illum quæram gentium?

AP. Dum sine me quæras, quæras mea causa vel medio in mari.

15 EP. Quid me quæris? quid laboras? quid hunc sollicitas? ecce me.

Num te fugi? num ab domo absum? num oculis concessi tuis? Nec tibi supplico. vincere vis? hem, ostendo manus.

Tu habes lora: ego te emetere vidi. quid nunc celsas? colliga.

PE. Ilicet. vadimonium ultro mihi hic facit.

EP. quin colligas?

PE. Edepol

ciz magistris derrepitum exponitur. *καὶ τὸν, τὸν μὲν ἀποδίδωμι, ἰσθός, γὰρ τὰ παροδία.* Scalig.

5. *Flemina.*] Dicuntur *Flemina*, auctore Festo, quum labore via sanguis defluit circa talis. & tumorem facit. idem fere cum *boa* & *tama*. Glossarium: ὀπίς πόνος φλεμίνων. Et hæc nimirum erunt *κίματα* Hippocratis. In *Abstriti* etiam libro de equis, leguntur φλεμίνια. Sicut enim fluxus in pedes à Romanis vocari ait. hæc erunt igitur *flemina*: *Cames*.

9. *Si prope astes.*] Malim, si prope ab-

stes, calefacit, quia certe, si prope quis ad ignem adstet, amburetur & tangeretur ab igni: sed si abster prope, calefiet tantum. Trucul. act. 2. sc. antep. *Qua me hic relinquit, atque absitit.* Vox autem, *astu*, inducta est è libris Lang. & Schopp.

10. *Duodecim.*] Gloriosa servuli exultantis oratio. Est autem constructio paulo impeditior hac sententia: Sunt mihi jam adjuutores duodecim dii, plures quam sunt dii in cælo. *Cames*.

19. *Ilicet.*] Sempet, illicet *finem* rei significat: ut, *Adiuta est dicitur per oculum* nortus. Sic *judices de concilio dimittantur*.

20 PE. Edepol mancipium scelestum. EP. te profecto, Apæ-  
cides,

Nihil moror mihi *precatorem*. AP. facile exoras, Mff. nihil de præfati.  
Epidice.

EP. Eho quid agis? PE. tuon' arbitrato? EP. meo hercle ve-  
ro, atque haud tuo,

Colligandæ hæ sunt tibi hodie. PE. at non lubet. Pff. non? colliga.  
EP. non colligo.

PE. At mihi magis lubet solum te rogare. EP. at nihil  
scies.

25 AP. Tragulam in te injicere adornat. nescio, quam fabricam  
facit.

EP. Tibi moram facis, cum ego solutus asto, alliga, inquam,  
colliga.

PE. At mihi magis lubet solum te rogare. EP. at nihil  
scies.

PE. Quid ago? AP. quid agas? mos geratur. EP. frugi es tu  
homo, Apæcides.

PE. Cedo manus igitur. EP. morantur nihil, atque arcte  
colliga.

30 Nihil vero obnoxiose. PE. facto opere arbitra- Mff. Lego. Nihil obnoxio. hæ est innocenti.  
minor.

EP. Bene hoc habet: age nunc jam ex me exquire: rogata  
quod libet.

PE. Qua fiducia ausus primum, quæ empta est nudius tertius,  
Filiam meam dicere else? EP. libuit: ea fiducia.

PE. Ain' tu? libuit? EP. ajo: vel da pignus, ni ea sit filia.

PE. Quam

tur, *suprema dicta quum præco prænun-  
ciasset*, illicet: quod significat, Itellicet.  
Donatus.

25. *Tragulam in te injicere adornat.* ]  
Id est, dolum aliquem in te struit. Alle-  
goria à te militari. *Tragula*, genus te-  
li hantz non multum absimile, quæ vel  
manu vel tormento mittitur, & atroci-  
ter sauciat, ac plerumque è corpore non  
tam retrahenda est, metu magni doloris  
& profusionis sanguinis, quam hinc vel  
inde decidenda, ut è vulnere sic cum mi-

nore noxa recipiatur. *Tragula* etiam pi-  
scatorum verticula sive retia vocantur:  
à trahendo. *Turneb.*

34. *Vel da pignus, &c.* ] *Lego; Vel da  
pignus ni emsim filiam.* *Emsim* pro emul-  
sim, quod est emèrim. Non air servus  
eam fidicinam esse Periphanis filiam,  
alioquin mentiretur atque hærere in lu-  
to: sed se emisse filiam Periphanis: quod  
certe verum erat; nempe eam quam se-  
cùm advexerat Stratippocles. Sic senem  
captat. *Dissald.*

- 35 PE. Quam negat novisse mater? EP. ni ergo matris filia est,  
In meum nummum, in tuum talentum pignus da. PE. enim  
istæ captio est,  
Sed quis ea est mulier? EP. tui gnati amica, ut omnem rem  
scias.  
PE. Dedin' tibi minas triginta ob filiam? EP. fateor datas:  
Et ego argento illam me emisisse amicam filii fidicinam,  
40 Pro tuâ filia. istis adeo te tetigi triginta minis. Diff. iste abo-  
re tetigi.  
PE. Quomodo me ludificasti de illa conductitia,  
Fidicina? EP. factum hercle vero, & recte factum ju-  
dico. Ab. Indoo  
scabli.  
PE. Quid postremo argento factum est, quod dedi? EP. di-  
cam tibi.  
Neque malo homini, neque benigno, tuo dedi Stra- Cam. neque  
indigno.  
tippodli.  
45 PE. cur dare ausus? EP. quia mihi libitum est. PE. quæ hæc,  
malum, ferocia est?  
EP. Etiam inclamitor quasi servos? PE. cum tu es liber,  
gaudeo.  
EP. Merui, ut fierem. PE. tu meruisti? EP. vise intro. ego  
faxo scies  
Hoc ita esse. PE. quid est negotii? EP. jam ipsa res dicet tibi:  
Abi modo intro. PE. hci, non illuc temere est! aserva istunc,  
Apocides.  
50 AP. Quid illuc, Epidice, est negotii? EP. maximâ hercle in-  
juriâ  
Vinctus alto, quojus hæc hodie operâ inventa est filia.  
AP. Ain' tu te illius invenisse filiam? EP. inveni, & domi est.  
Sed

36. In meum nummum. ] Nummus  
servorum est, talentum dominorum.  
Dauca. Enim ista captio est. ] Enim, ini-  
tio orationis pro etenim positum, ho-  
die insolens: sed veterum etiam classi-  
corum auctoritate non caret. Te-  
teat. Phœm. act. 5. 7. CH. Enim so-  
lus nequos. Hecyra: Enim lassam tum  
ajebant. Cicero ad Attic. 4. Macroni vix  
videat prae se esse. cum auctorem, &c.  
Popma.

40. Te tetigi, &c. ] Est genus figuræ,  
quod vocant Greci *πεσοειν*, Latini.  
Imminutionem aut Extenuationem. Eo qui  
oci volent, ubi quis alium percussit,  
pupugetitque, aut insigniter etiam læse-  
rit, tetigisse dicunt. Ea causa est, cur  
nonnunquam ipsum tangendi verbum  
idem valeat, quod percutere, punge-  
re, lacerare. Muret.

44. Neque benigno, tuo. ] Benignus op-  
ponitur homini fugi. Taubm.

Sed UT ACERBUM EST, pro benefactis cum mali messem metas!

AP. Quemne hodie per urbem uterque sumus defessi quærete?

55 EP. Ego sum defessus reperire, vos defessi quærete.

PE. Quid istic oratis opere tanto? meruisse intellego,  
Ut liceat merito hujus facere. cedo tu, ut exolvam manus.

EP. Ne atigas. PE. ostende vero. EP. nolo. PE. non æquom facis.

EP. Nunquam, hercle, hodie nisi supplicium mihi das, me solvi sinam.

60 PE. Optimum atque æquissumum oras. foccos, tunicam, pallium

Tibi dabo. EP. quid deinde potro? PE. libertatem. EP. at postea?

Novo liberto opus est quod pappet. PE. dabitur. præbebo cibum.

EP. Nunquam, hercle, hodie nisi me orassis, solves. PE. oro te, Epidice,

Mihi ut ignoscas, si quid imprudens culpâ peccavi meâ.

65 At ob eam rem liber esto. EP. invitus do hanc veniam tibi,  
Nisi necessitate cogar. solve sane, si lubet.

55. *Ego sum defessus.* ] Quæ de discrimine, quod est inter *invenire* & *reperire*, hic differunt interpretes, vana sunt, neque huc faciunt. Sententia est: Ego fessus sum quærendo, quod tepperi, vos fessi quærendo, quod non repperistis. *Buxhorn.*

59. *Supplicium mihi das.* ] Nisi mihi das pœnas, id est, nisi mihi satisfacis. Unde & Ter. Adelp. 3. 2. v. 15. *Satis mihi habeam supplicii.* Lambin.

62. *Quod pappet.* ] Scribendum *pappet* unico p. Transtulit autem à potu ad cibum: nam proprie est *papare*, lugere. *Papa* enim & *Παπαριστικός* *Papilla*, antiquitus dicebantur capitula mammarum, teste Festo. Igitur à *Papa* est *papare*; ut à *Ruma*, *rumare*. Quod autem Varro apud Non. *Papae* dicit à pueris appellari cibos; nihil id sententiae nostrae adversatur: nam lac tam cibum quam potum præstabat illis initio: & ut paulatim so-

lidioribus cibis adfuerent, crustula & talia panificia infriabantur, & sic potrigebantur: ut etiam hodie fit. Hoc lac, ut & mammam, anxie flagitantes, *Pa Pa* syllabas geminatas efferebant sono naturaliter omnibus infantibus insito: atque inde factum est, ut ab isto eorum clamore *Papa* vocaretur & mammae caput, & lac illud, quod & nos hodie littera una minus *Pap* indigitamus. Hinc est quod Comicus *Papare* etiam pro edere usurpaverit. *Meurs.*

64. *Imprudens culpa peccavi meâ.* ] Recte, *imprudens*. nam *Culpa* finitio est *Imprudencia*, qua homines circa res alienas, vel negligunt quidd fieri oportet; vel faciunt, quod omitti debet. Donatus ad illud Hecytx. *Non mea opera neque pot culpa evenit*: Culpam ab Opera ita differre dicit: ut *Opera* sit, si scientes læserimus; *Culpa*, si nescientes: quorum alterum sceleris est, alterum lituititix. *Coras.*

## G R E X.

**H**IC is homo est, qui libertatem malitiâ invenit suâ.

Plaudite, valete: lumbos surgite atque extollite.

*Dicit, Plaudite & valete, lumbos surgite atque, &c.*

3. **P**laudite. ] *Plaudere*, verbum est textricum, Gr. *αυθαύρι* vel *νεστέρι* cum illz licium densius inculcant, & cum plausu collidunt. Apul. lib. 1. *Metamorph. Dextra faviente frontem replaudens*, id est, percutiens. Hoc verbum in theatrum etiam migravit postea: eoque, peractis Fabulis, Spectatores dimittebantur. *Valere* enim & *Plaudere* jubebantur in hunc modum, *Valete & Plaudite*. quæ vel à *Grego*, vel ab ea persona, quæ postrema in Scenam introducebatur, pronunciabantur. Quod in Tentii Comædiis perpetuum est, qui non tam late se effundens in hac formula,

quam *Plautus*, vel solo verbo *Plaudite* nonnunquam contentus est. *Plautus* quippe uno & item altero versu, quandoque plausum dari variis verborum figuris jubet, Alluserunt *Ovidius* 2. *Trist.*

*Plauditur, & magno palma favore datur.*

*Tertull.* lib. 1. advers. *Valent.* *Quod superest, inquam, vos Valete & Plaudite.* *Apulejus* lib. 3. *Florid.* *Renunciavere, Poëtam dixisse rebus humanis VALERE & PLAUDERE; sui vero familiaribus DOLERE & PLANGERE.* *Briffon.*

FINIS EPIDICI.

M. ACCI

# M. ACCI PLAUTI BACCHIDES.

## DRAMATIS PERSONÆ.

PISTOCLERUS, *adolescens.*  
LYDUS, *padagogus.*  
BACCHIDES, *meretrices.*  
CHRYSALUS, *servus.*  
NICOBULUS, *senex.*  
MNESILOCHUS, *adolescens.*

PARASITUS.  
MILITIS puer.  
PHILOXENUS, *senex.*  
CLEOMACHUS, *miles.*  
GREX.

## ARGUMENTUM SUPPOSITUM.

**B**acchidis amore furit Mnesilochus.  
Aurum ut redimat, Prasumia fertur Ephesum.  
Cretam Bacchis navigat; atque alteram  
Convenit Bacchidem; inde Athenas redit:  
Hinc dat Mnesilochus ad Pistoclerum litteras,  
Illam conquirat. redit: turbas movet,  
Dum putat amari suam. ut mutant geminas,  
Ei dat aurum: pariter amant.  
Senes dum gnatis student, scortantur, potitant.

## ALIUD ARGUMENTUM

### CAMERARIUM.

**E**X Bacchidibus Plauti adducuntur à Charisio & Nónio, quæ in hac fabula non leguntur: ut esse mutilam illam facite existimare possimus. Quæ vero addita leguntur in editis libris, ut licet per me de iis sentiat quisque quod voluerit; ita vel mediocriter litteris Latinis erudito dubium esse non potest, Plautina illa non esse. Fulgentius quidam interpret veterum nominum, Nasiternam adducit de Plauti Bacchide. nescio an alia illa Fabula fuerit: nam hujus nomen est, Bacchides. FABULA hæc elegans est: sed flagitia & turpitudinem nefariam proponit: ad cujus cognitionem terretur debeat animi piorum, consideratione horribilis iræ divinæ, qui contemptum & neglectiorem veritatis tam atrociter ultus fuit, ut in tantos errores, & ralia peccata homines delabi sineret: in quorum mores hæc tanta, & tam sæda vitia invaderent, quibus quidem civitates & imperia tandem interierunt. *Argumentum Fabula tale est.* Absens in Epheso, quæ missus fuerat à patre Mnesilochus, petit à sodali Pistoclero, ut Bacchidem amicam suam reperiat. Eam apud sororem illo & ipsam nomine Bacchidem forte invenit, & hujus sororis amore implicatur. Redit innox ex Epheso Mnesilochus, & certans de sermonibus Lydi Padagogi. in ira consilium de auro retinendo, quod servus Chrysalus commentus fuerat, omne perturbat. Postea re obgnita orat servum, ut aurum per fallacias retrahat. Id ille audacissime perficit. sed tandem fraude patefacta, sævi & minaces senes blanditijs meretricum pelluntur eodem, ubi filios peccare ægerime paullo ante tulerant.

**A**rgumentum præcedens, Prologus & Scenæ principis initium est, ex editione Colonienſi *Gisberti Longoli*, Ultrajeſtini. Fabulatur *Liſcaris* Grammaticus ille Græcus, in epiftola ad Bembum, ſe Mellanæ in Sicilia iſta inveniffiſſe. Sunt etiam, qui à *Franciſco Petrarcha* conficta opinentur, Etiam in *Baſilienſi* Edit. leguntur.

S I L E N I U S , Prologus,

- M**irum hodie' ſt, ni ſpectatores in ſubſelliis  
 Ridiculos ſtrepunt, ruſſiunt, ronchos cient,  
 Confulcant frontem & ore concrepario  
 Frequenter fremunt, atque male muſſitant,  
 5 Vix in juvena locum obtineant  
 Aut glabri hiſtriones, aut perverſi ludii.  
 Quid veternoſos prodit iuterniuncius  
 Senex qui dorſo ferrur aſinario?  
 Attendite quaſo atque animum advortite,  
 10 Dum nomen hujus eloquor ſtatatiz.  
 Æquom eſt vos deo facere ſilentium.  
 Officio oris non decet illos utier,  
 Qui non ut clement, ſed ut ſpectent, veniunt.  
 Aureis date otioſas; at non in manum,  
 15 Haſ volo volans vox vacuas feriat.  
 Quid veremini, ictus an ſint minus noxii,  
 Qui repetunt laxa, aut hiulca obſtruunt?  
 Eſtis benigni, merito vos amant caſlites.  
 Factu' ſt ſilentium, raçent pueri.  
 20 Novam ad rem jam novom ſpectate nuncium.  
 Qui ſim, cur ad vos veniam, paucis eloquat,  
 Simul hujus nomen proferam Comœdiæ.  
 Ecce labor jam vobis quod expetitis,  
 Proinde vos mihi facite audientiam.  
 25 **N**A T U R E Deus ſum, Bromil altor maxumi,  
 Famineo qui peperit rem exerciru,  
 Quicquid hujusce gentes ferunt inclytæ,  
 Nonnihil noſtro geſta ſunt conſilio.  
 Nunquam quod mihi placet, illi diſplicet.  
 30 Æquom' ſt, ſi pater obſequitur patri.  
 Aſibidam Ionii me vocitant greges;

Quod

25. **N**atura Deus.] Eſt enim Natura  
 deus, non qui univerſa natu-  
 ra præcit, ſed qui naturam cujuſque ho-

minis curat, & quidam hominis Genius  
 eſt. Turneb.

31. Aſibidam.] Greges Ionii, ſunt hi-  
 ſtrio-

- Quod vecturio senex vehar asinario.  
 Qui sim tenetis, si tenetis, siuite,  
 Ut nomen hujus eloquar statariæ,  
 35 Simul sciatis ad vos cur venerim.  
 PHILEMON Græcam olim dedit fabulam,  
 Hanc qui Græcissant, EVANTIDES nuncupant.  
 Plotus, qui Latinissat, vocat BACCHIDES.  
 Quare non est mirum, si huc advenerim.  
 40 Bacchus bacchanteis Bacchas mittit Bacchides:  
 Ego ad vos porto. quid, dixi mendacium?  
 Non decet mentiri deum. at vera fabulor:  
 Non ego eas porto, verum falsus asinus  
 Via detestus, tres, si rite memorem,  
 45 Fert: unum videtis. ore quid feram, specite,  
 Duas sorores debacchanteis Samias,  
 Meretrices lepidas, uno prognatas tempore,  
 Iisdem parentibus foetu gemellirico,  
 Non minus simileis, quam lacti lac, si conferas,  
 50 Aut aquam aquæ, dimidiatas imputes,  
 Has si videres, ita confundas oculos,  
 Ultra ut sit, non queas internoscere.  
 Quod restat expetitis, jam date silentium;  
 Hujus argumentum eloquar Comœdiæ.  
 55 SAMOS quæ terra sit, nota est omnibus.  
 Nam maria, terras, monteis, atque insulas  
 Vostre legiones reddidere pervias.  
 Hac Pyrgoteli SOSTRATA Pyrocle virgo  
 Uno edidit gnatas nisu geminas.  
 60 Placuitque initiatis Trieteride  
 Quas ederent, Bacchi vocitare nomine.  
 Parentes, ut sit crebro, fata occupant.  
 Alteram miles secum in Cretam vexerat,  
 Altera geminis adnatat Cecropias.  
 65 Hanc, ut Nicoboli inspicit MNESTILOCHUS,

Amare

striones. Utrum sit legendum, *Asbidam*, an *Albidam*, plane ignoraremus, nisi subjunxisset; *Quod Asino vehar vecturio*. Legendum enim *Asvida*. Prius enim dictus *Asvehida*; forma Patronymica: qualia multa componit Plautus jocans, ut *Rapacida*, *Plagiparida*. Hoc ex imitatione Æolum, qui fere epitheta patronymicâs formant, ut *Σπυδαρχίδης*. *Asnivehida* autem, ratio etymii postulabat, sed consultum est Euphoniæ: ut

Σολύργος πρὸ ἀμφιβολολόγῳ, Scaliger.

62. *Fata occupant.*] Veteres eo die, quo imponenda essent infantibus nomina, advocabant Mathematicos, qui inspecto themate genethliaco faulta infaultaque eventura prædicebant. idque vocabant, *Fata advocare*; & *Scribere*. Artipuerunt etiam quæcunque omina in bonam scævam ad impositionem nominum; idque dixere, *Fata occupare*. *Méuis*.



- Amare occipit, itat ad eam frequentius,  
 Interea juvenem pater mittit Ephesum,  
 Ut inde referat aurum quod posuerat  
 Ipse jampridem apud Archidemidem,  
 70 Veterem amicum, senem Phœnicarium.  
 Is quom biennio desideret Ephesi,  
 Bacchidem abiisse, durum accepit nuncium:  
 Nam nautæ noti navigasse nunciant:  
 Ut fugitivam cura & corde quæreret,  
 75 Ad Philoxenis PISTOCLERUM filium  
 Sodalem unicum sulcat epistolium.  
 Dum Pistoclerus amico impartit operam,  
 Athenas dudum quæ redierant geminæ,  
 Conquisitorem in amorem conciant.  
 80 Altera Pistoclerum ad sese allicit:  
 Altera venienti desidet Mnesilocho.  
 Geminæ Bacchæ duos Bacchanteis pullulos  
 Quid mirum si ad sese traxerint blandulæ,  
 Facetæ, pulchræ incurvos libitinarios,  
 85 Veterrum sene illorum traherent patres.  
 Sed eccum Pistoclerum, qui ad Bacchides  
 Nuper inventus redit, & secum insolens  
 Novos amoris dispuit igniculos.  
 Nunc prodeò, audite.

## ACTUS PRIMUS.

## PISTOCLERUS, LYDUS.

- D**I immortales, ut sentio quod sentio, quid? nescio.  
 Stans fugio. nullus est ignis, & totus ardeo.  
 Quid id, nisi navim? novum profecto malum  
 Video & sentio, potissime est terra ut terat hominem  
 5 Atque prosternat? hodie nil præter terram & Baccham tetigi,  
 Si Baccha est hæc, non nutrit Baccha, verum jugulat.  
 90 E terra quoque obrepere olim dixerunt homines.  
 Qui dum norant, quom esse cuperent, erant nihil. Inf. ed. non norant.  
 Quid mali hoc? an terra, an Baccha fecimus naufragium?  
 10 LY. Amat hic quem video, nimirum si id est: quod emissicis  
 Fora, templa, theatra, porticus, omneis fornices,  
 Lustra, & Lustraleis cellulas quæsiertit sedulo.  
 15 PR. Naufragus sum, fateor. Bacchus, haud Neptunus celocem  
 Hanc impellit, agit, quassat, immo frangit, distrahit.  
 18 LY. Bacchis hinc procellam concitat. actu' st. perdidimus remigium.  
 PR. Referam me ad scopulum, ut istie cum ætate rem perduam.  
 Instabilis est fors rerum. pro lubidine fatâ agunt homines.

Ego

Ego dum amico Mnesiocho operam impertio,

Illi amicam repperi, ubi pererat cum re assiduo.

20 Et mihi, mæque ætati: reique mæe pepeti infortunium.

Si volt Cupido, adolescens sum. ætati licet plusculum

Jaçturæ facere: melius, ut id nunc fiat, quam senio.

Sapientum profecto 'st illud dictum, quod Lydus increpat:

Si Altarran \* on Bromium, deosque voluptarios

25 Contempsit juvenis, is aut insanibit, aut amabit senex.

Referam me ad scopulum ex naufragio. pater leget fragimipa.

Sequere me, Lyde. video sorores geminas. Bacchanal meum.

## ACTUS PRIMI SCENA PRIMA.

BACCHIDES, PISTOCLERUS.

QUID si hoc potis est, ut taceas, ego loquar? Danz. hoc potui il.

BA. lepide: licet.

BA. Ubi me fugiet memoria, ibi tu facito, ut subvenias, foror.

BA. Pol magis metuo, mihi in monendo defuerit oratio.

BA. Pol ego quoque metuo, lusciniolæ ne defuerit cantio.

5 Sequere hac. PI. quid agunt dux germanæ meretrices cognomines?

Quid in concilio consuluistis? BA. bene. PI. pol haud meretricium est.

BA. MISERIUS nihil est quam mulier. PI. quid esse dicis dignius?

BA. Hæc ita me orat, sibi qui caveat, aliquem ut hominem reperiam,

Ab istoc milite: ut, ubi emeritum sibi sit, se ut revelat domum.

Id.

6. **P**OL haud meretricium est. ] Non respondent meretrices, bene se consuluisse; quanquam sic interpretatur adolescens: sed ejus interrogationem rejiciunt, honesta illa formula reticendi aliquid sine injuria querentis. de qua Donatus ad illud Terentii Hecyra: *Quid tu igitur lacrymas? P. velle, mater.* Nam p o eodem in tali re *Leno & Rele.* locus est igitur in ambiguitate responſionis. Illa nihil ad eum pertinere videri vole-

bant, quod consuluisse: hic bene eas consuluisse interpretatus, quicquid esset, cavillatur ac moies earum conditionem que suggillat. *Acidalius.*

7. *Quid esse dicu dignius?* ] Sensus est: Quid ergo vis dignius esse muliere, quam ut misera sit? Dignis sit, quod inſerz sunt. Loquitur enim adolescens ferocior, necdum blanditiis earum delinſtus. *Pistorius.*

9. *Ubi emeritum sibi sit.* ] Hoc est, post-

10 Id, amabo te, huic caveas. *Pl.* quid isti caveam? *Ba.* ut revehatur domum,

Ubi ei dederit operas: ne hanc ille habeat pro ancillâ sibi. Nam hæc si habeat aurum, quod illi renumeret, faciat lubens.

*Pl.* Ubi nunc is homo est? *Ba.* jam hic credo aderit. sed hoc idem apud nos rectius

Poteris agere: atque is dum veniat, sedens ibi operibere.

15 Eâdem biberis, eâdem dedero tibi, ubi biberis, saviium.

*Pl.* Viscus metus vestra est blanditia. *Ba.* quid jam? *Pl.* quia enim intellego,

Dux unum expetitis palumbem. perii, arundo alas verberat. Non ego istuc facinus mihi, mulier, conducibile esse arbitror.

*Ba.* Qui, amabo? *Pl.* quia, Bacchis, Bacchas metuo & Bacchanal tuum.

20 *Ba.* Quid est, quod metuis? ne tibi lectus malitiam apud me suadeat?

*Pl.* Magis illectum tuum quam lectum metuo. mala tu es bestia.

Nam HUIC ÆTATI NON conducit, mulier, labrefosus locus.

*Ba.* Ego-

postquam tempus operatum, quam Militi locavit, exactum sit. Emerita stipendia, dicuntur, cum militi tempus omne, quod militiæ juraverat transactum est.

12. *Faciat lubens.*] Ut domum redeat. *Lambin.* Sed male. nondum enim domo abierat Bacchis. Hoc igitur ait: si mea soror tantum auri haberet, ut militi id quod ab eo accepit, reddere possit, (singitur autem id absumptum, more metetricio) lubentissime faceret: ne cum eo abire cogatur. Patet ex seqq. *Pistor.*

15. *Eadem biberis.*] Alleverunt nuper: scilicet, sede, quæ ostenditur: & hæc verba plus aut proprius quid ostendere in scens, quam significant legenti. Sed non intelligebant linguam Plauti; cui *Eadem* non est eadem sede, sed eadem opera, ut recte *Lambinus.* Sic hæc fabula 3. 4. 57. *Eadem exorabo.* Ca-

ptiv. 2. 2. 43. *Eadem ego ex hoc, qua volo exquasivero.* Et sic passim. *Gronov.*

17. *Arundo alas verberat.*] Cui vana videntur, quæ hie interpretes de arundine visco illita, vellem legisset, quæ de hoc aucupii genere *Gruterus* ad *Martialis* lib. 9. ep. 54. in posterioribus notis, *Salmasius* ad *Solinum*, nos denique l. 3. *Observ.* c. 18. diximus. Nunquam ei opinor, venisset in mentem, ut illa pro vanis argueret. Calami aucupatorii sensim paulatimque ab latente aucupe sic promoventur, & crescunt usque, donec alitis, quæ lassatur detineturque cantu, alas verberent vel visco tangant. *Propertius:* sed arundine sumpta *Favonius plumsa sum deus aucupio.* infra 5. 2. *Tallus sum vehementer visco.* Sed quid assertipse? *Arundo*, inquit, quod vis telum, ut *Virgilio*, *haras lateri letala arundo.* *Præclare.* Sagitta igitur verberat: deinde verberat alas. *Gron.*

31. Mala-

BA. Egomet, apud me si quid stulte facere cupias, prohibeam. Sed ego apud me te esse ob eam rem, Miles cum veniat, volo :  
25 Quia, cum tu aderis, huic mihi que haud faciet quisquam injuriam.

Tu prohibebis, & eandem operâ tuò sodali operam dabis. Et ille adveniens tuam med esse amicam suspicabitur.

Quid; amabo, obticuiſti? PL. quia istæ lepida Acid. quæ enim istæc membra lepida sunt. sunt memoratui.

Eadem in usu, atque ubi periculum faciās, aculeata sunt,  
30 Animum fodicant, bona destimulant, facta & famam faciunt.

Apage à me, apage. BA. ah, nimium ferus es. PL. mihi sum.

BA. malacissandus es.

Et quid ab hac metuis? PL. quid ego metuam, rogitas? homo adolescentulus.

Penetrare hujusmodi in palæstram, ubi damnis desudascitur, Ubi pro disco damnium capiam, pro cursura dedecus?

35 BA. Lepide memoras. PL. ubi ego capiam pro machæra turturem,

Ubique imponat in manum alius mihi pro cæſtri cantharum; Pro galea scaphium, pro insigni sit corolla plectilis,

31. *Malacissandus es.* ] Ut qui nimis durus sit: Seneca Epist. 66. malacissandos articulos dixit: ubi tamen Pintianus malit, malaxandos. utrumvis tamen rectum. nam & μαλακίζω & μαλακάζω. Græcis est lenire, mollires. Gruter.

34. *Ubi pro disco.* ] Discum ludigenus apud Veteres. Jactabant in altum lapidem rotundum, quem discum appellabant, qui ad stadium cadens vicinitate victorem proclamabat. Longol.

35. *Turturam.* ] Nescio an non debeam accedere Lambino, ad pueros delicatos, quibus dabantur aves quibuscum luserent, referenti: hoc scio, non in epte molliorem sensum tueri *Donz.* nisi tam pudenti videretur iste Pistoclerus verecundiz, ut tale quid usurpare metuerit. Certe tota narratione nihil promit spurci, nihil ambigui. Interim tamen *Turtur* veteribus inter ea vocabu-

la, quæ sine præfatione honoris vig. nominata suprà *Turturæ*, molles, impudicique. Certe Seneca Epist. 96. *Isti quos publica quies, alii laborantibus, mollior habet, turturilla sunt, tuis contumelia causa.* Gruter.

36. *Pro cæſtri.* ] *Cæſtri* lora erant, quibus pugilum brachia & manus innectebantur: ut nostris moribus chirothecia sit. *Cæſtri* etiam quasi sit *uogt* *uogt*, id est, futile lorum. Ferrum etiam & plumbum insuebant, sævissimo spectaculo.

37. *Scaphium.* ] Poculum oblongioris figuræ, laterumque in scaphæ similitudinem flexorum. *Turneb.* *Scaphium* interpretor vas illud, cui solent immiscere mulieres, auctoritate Juvenalis & Martialis. *Donz.* Gloss. Mss. *Scaphium* vas ad turpos usus aptum, id est, ad requisitâ naturâ. *Boxhorn.* *Pro insigni sit corolla plectilis.* ] *Insigne*, crista est, quæ in galea figitur.

Pro hasta talus? pro lorica malacum capiam pallium:

Ubi mihi pro equo lectus detur, scortum pro scuto accubet.

40 Apage à me, apage. BA. ah, nimium ferus es. PI. mihi sum.

BA. malacissandus es.

Equidem tibi do hanc operam. PI. at nimium pretiosa es operaria.

BA. Simulato me amare. PI. utrum ego istoc jocosum assimulem, an serio?

BA. Heja! hoc agere melius est: Miles quom huc adventat, te volo

Me amplexari. PI. quid eo mihi opus est? BA. ut ille te videat volo.

45 Scio, quid ago. PI. & pol ego scio, quid metuo: sed quid ais?

BA. quid est?

PI. Quid? si apud te veniat de subito prandium, aut potatio

Fortè, aut cœna, ut solet in istis fieri conciliabulis.

Ubi ego tam accubem? BA. apud me, mi anime: ut lepidus cum lepidâ accubet.

Locus hic apud nos, quamvis subito venias, semper liber est.

50 Ubi tu lepide volēs esse tibi, mea rosa, mihi dicito:

Dato, qui bene sit: ego, ubi bene sit, tibi locum lepidum dabo.

PI. Rapidus fluvius est hic, non hac temere transiri potest.

BA. Atque ecastor apud hunc fluvium aliquid perdendum est tibi.

Manum da, & sequere. PI. alia, minime! BA. quid ita?

PI. Quia ISTOC ILLECEBROSIUS

Fieri

figurat. Corona plethica, quæ ex herbis odoratis plethitur, non consentur, neque sinitur, itaque à lectis floribus & sutilibus differt. Turneb.

32. Pallium malacum. Pallium hoc loco nominat vestem cœnatoriam sive synthesin. Describit enim omnia, quæ solita convivio. Etiam Martia. lib. 11. epist. 24. pallia appellat: ad eamque formam credibile est fuisse, illas cœnatorias. Recte etiam malacum Plautus: revera enim mollior pretiosiorque ea vestis, & sæpe purpurea coccineave. Et tale vestimentum accubitorium. 1. ips.

39. Scortum pro scuto accubet. Lepide & acute. Scortum enim nomen habet à materia illa quæ tegumentum scutis.

Genet.

41. At nimium pretiosa es operaria. Operæ tuæ nimis magna mercede conducuntur. Lambin.

46. Veniat de subito. Optimus sensus in lectione vulgata, si de subito eveniat prandium, id est, si ulu veniat, si contingat de subito, ut apud te prandendum sit, &c. Salmaf.

51. Dato, qui bene sit. V. N. Mostell. act. 3. 2.

55 Fieri nihil potest, Nox, Mulier, Vinum, homini adolescentulo.

BA. Age igitur, equidem pol nihili facio, nisi causa tua. Ad  
Ille quidem hanc abducet, tu nullus affueris, si non lubet.

PL. Summe autem nihili, qui nequeam ingenio moderari meo!

BA. Quid est quod metuas? PL. nihil est. nunc ego, mulier, tibi me emancipo:

60 Tuus sum, tibi dedo operam. BA. lepidus. nunc ego te facere hoc volo.

Ego sorori meæ cœnam hodie dare volo viaticam: Ego tibi argentum jubeo jam intus efferi foras;

Tu facito obsonatum nobis sit opulentum obsonium.

PL. Ego obsonabo, nam id flagitium lit meum, meâ te gratiâ,

65 Et operam dare mihi, & ad eam operam facere sumptum de tuo.

BA. At ego nolo dare te quicquam, PL. sine. BA. sino equidem, si lubet.

Propera, amabo. PL. prius hic adero, quam te amare desinam.

BA. Bene me accipis advenientem, mea soror. BA. quid ita, obsecro?

BA. Quia

57. Age igitur, equidem. ] Nunc metrix ubi videt, se Pistoclero persuadere non posse, ut introeat & agat, quæ rogatus est, et assentitur; ostendens se nihil quicquam facere, nisi quod ei lubet: vel le omnia ipsius causa; nihil præterea. *Lambinus.*

58. Summe autem nihili. ] Hic succumbit adolescens viduus callida mœtetricis oratione: quod intelligens ipse se reprehendit & accusat. *Lamb.*

59. Tibi me emancipo. ] Id est, quantum in me fumere me potestatis vel invito patre animus jubet, id totum alieno & tibi trado. Qui emancipat, non modo liberat filium, sed & jus quod in eo habuit, cedit & transmittit in ipsum. Inde emancipare interdum ponitur, quali idem sit quod mancipare. Vide nostra ad Senecam epist. 45. *Grenov.*

60. Lepidus. ] Nunc certe lepidus es. Accipio te emancipatum & sponte in servitutem traditam mihi. Ego jure meo utar, & imperabo tibi quod volam. Hoc ergo nunc age. Nihil igitur hic mutandum: *Buxtorf.*

61. Cœnam viaticam. ] *Athen.* lib. 14. testis est, Athenienses & Læones quaticam eandem, quam ille appellat *ἀδελφῶν*, *ἀδελφῶν*, inter lautissimas cœnas habuisse: comparat autem hanc amatoriis, sive *ἐρασιπαισίαι*, quam amantissimi in discessu dare solebat. *Vid. N. Epid. 5. 1. Longol.*

67. Prius hic adero, quam te amare desinam. ] Donatus ad illud Terent. *Burdeh. act. 4. 2.* Certe extrema linea amare, hæc nihil est, notat: Amare, modo frui amorem dicit. *Plautus Bacchid. Prius hic adero, quam te amare desinam. Et, Sane te amam.*

- BA. Quia piscatus, meo quidem animo, hic tibi hodie evenit bonus.
- 70 BA. Meus ille quidem est. tibi nunc operam dabo de Mnesilocho, foror.
- Ut hic accipias potius aurum, quam hinc eas cum Milite.
- BA. Cupio. BA. dabitur opera, aqua calet. eamus hinc intro, ut laves.
- Nam ut in navi vecta es, credo timida es. BA. aliquantum foror.
- Simul hinc nescio qui turbat, qui huc it. decedamus.
- 75 BA. Sequere hac igitur me intro in lectum, ut sedes lassitudinem.

73. *Aqua calet.* ] Ut frigida eis qui deliquim animi patiuntur, prodest: ita calida illis qui timuerunt, vel laborarunt vehementius. V. N. Trucul. act. 2. 3. *Delirus.*

74. *Timida es.* ] Trepida, sudore perfusa. Causa enim hic ponitur pro effectu. Timor saepe causa sudoris est. *Bozhotimus.* Vide notas Amphitr. act. 1. 3.

## ACTUS PRIMI SCENA SECUNDA.

LYDUS, PISTOCLERUS.

- J Amdudum Pistoclere, tacitus te sequor,  
Spectans, quas tu res hoc ornatu geras.  
Nam, ita me dii ament, ut Lycurgus mihi quidem  
Videtur posse hic ad nequitiam adducier.
- 5 Quo nunc capeffiste te hinc advorsa via,  
Cum tanta pompa? Pi. huc. LY. quid huc? quis istic habet?
- Pi. Amor, Voluptas, Venus, Venustas, Gaudium,  
Jocus, Ludus, Sermo, suavis Suaviatio.
- LY. Quid tibi commercii est cum diis damnosissimis?
- 10 Pi. MALI SUNT homines, qui bonis dicunt male.  
Tu dis nec recte dicis: non æquom facis.
- LY. An deus est ullus suavis Suaviatio?
- Pi. An non putasti esse? nimium quam, ô Lyde, es barbatus!  
Quem ego sapere nimio censui plus quam Thalem,

I, stult-

9. *CUM dii damnosissimi.* ] Vocem *diu* invito Plauto inculcatam esse exitimo. Non enim convenit *deos* appellare Lydum, qui versu tertio post eos *deos* esse negat. Præterea trimetros est

versus integer sine hac voce. Ille veto dixerat: *Quid tibi commercii est cum damnosissimis?* vel intelligens *rebus*, vel dicturus etiam, nisi ab interfecto Pistoclero obturbaretur. *Græv.*

15 I, stultior es barbaro Poticio,

Qui tantus natu deorum nescis nomina.

LY. Non hic placet mihi ornatus. PI. nemo ergo tibi  
Hoc apparavit? mihi paratum est, quod placet.

LY. Etiam me advorsus exordire argutias?

20 Qui si decem habeas linguas, mutum esse addeceret.

PI. NON OMNIS ætas, Lyde, ludo convenit.  
Magis unum in mente est mihi nunc, satis ut commode  
Pro dignitate obsonii hæc concuret cocus.

LY. Jam perdidisti te, atque me, atque operam meam,

25 Qui tibi nequicquam sæpe monstravi bene.

PI. Ibidem ego meam operam perdididi, ubi tu tuam:  
Tua disciplina nec mihi prodest, nec tibi.

LY. O præligatum pectus! PI. odiosus mihi es.  
Tace, atque sequere, Lyde, me. LY. illuc sis vide,

30 Non pædagogum jam me, sed Lydum vocat.

PI. Non par videtur, neque sit consentaneum,  
Cum *herms* hic intus sit, & cum amicâ accubet,  
Cumque osculetur & convivæ alii accubent,  
Præsentibus illis pædagogus una ut fiet.

35 LY. An hoc ad eas res obsonatum est obsecro?

PI. Sperat quidem animus: quo eveniat, diis in manu est.

LY. Tu

15. *Is stultior es barbaro Poticio.*] Om-  
nino imperitum & rusticum sacerdotem  
priscum notat. Simplicitas autem est an-  
tiquitatis: unde Græci ἀγχιος vocant  
stolidos. Jam *Potitos* & *Pinaris* fuisse  
Herculis sacerdotes constat. *Camer.*

21. *Non omnis ætas, Lyde, ludo*  
sc. discendi. Et patonomasia est non il-  
lepidâ, in *Lydo* & *ludo*. *Lambin.*

25. *O præligatum pectus.*] O infanum  
pectus. ab his, qui veneficiis ceu vin-  
culis ligati videntur; & illecebris qui-  
busdam veluti defixi tenentur. *Turne-*  
*lus.*

30. *Non pædagogum.*] Nolunt itasci  
Lydum, quod nomine propriis esset à  
Pistoclero compellatus. Quare? quia jam  
ante eodem modo fuerat locutus ado-  
lescens: *Non omnis ætas, Lyde, ludo conve-*  
*nit*: nec tamen id ægre tulerat Lydus.  
Quasi veto psumum hoc peccatum, tan-

quam fortuitum, transmittere non pos-  
suerit sine animadversione, ut vulgo so-  
lemus; iterum deinde, cum certius jam  
esset non forte, sed ob industriam com-  
mitti, castigare. Denique quid ipsi  
Plauti verbis clarius? At illi, aliud later,  
inquiunt, & vult Lydus: dixerat adole-  
scens, *sequere me*: atqui Lydus erat pæda-  
gogus: pædagogi autem est adolescenti  
præire. Novum hoc mihi plane atque in-  
auditum. Memini Fabium vocatum esse  
*Annibalæ pædagogum*; non quia præcede-  
bat aut fugiebat sequentem, sed quia ἰππῶ  
καλῶς διατρεφῆσαι καὶ ὁρεῖται ἀπὸ  
παρρησίας, ut est apud Plutarch. Memini  
Manilii: *Et dominum dominus prætexa læ-*  
*ge sequatur.* Memini Petronii: *Ego pæda-*  
*gogus & custos, etiam quo non jussere, se-*  
*quar.* At pædagogum puero hæto pscu-  
rem, puerum secundum, ivisse in via  
nulquam observavi. *Grænov.*

κ c

35. *Iturus.*



LY. Tu amicam habebis? PL. cum videbis, tum scies.

LY. Immo neque habebis, nec finam: iturus sum domum.

PL. Omitte, Lyde, ac cave malo. LY. quid? cave malo?

40 PL. Jam excessit mihi ætas ex magisterio tuo.

LY. O barathrum ubi nunc es? ut ego te usurpem lubens.

Video nimio jam multo plus quam volueram.

Vixisse nimio satius est jam, quam vivere.

Magistron' quenquam discipulum minitariet?

45 Nihil moror discipulos mihi esse jam plenos sanguinis:

Valens afflicter me vacivom virium.

PL. Fiam, ut ego opinor, Hercules, tu autem Linus.

LY. Pol metuo magis, ne Phœnix tuis factis fuam,

Teque ad patrem esse mortuum renunciem.

50 PL. Satis historiarum est. LY. hinc vereri perdidit.

Compendium edepol haud ætati optabile

Fecisti, cum istanc nactus impudentiam.

Occisus hic homo est. ecquid in mentem est tibi,

Patrem tibi esse? PL. tibi ego, aut tu mihi servos es?

55 LY. Pejor magister te istæ docuit, non ego.

Nimio es tu ad istas res discipulus docilior,

Quam ad illa, quæ te docui, ubi operam perdidisti.

PL. Istactenus tibi, Lyde, libertas data est.

Orationis satis est. sequere me, actace.

60 LY. Edepol fecisti furtum in ætatem malum,

Quom

38. *Iturus sum domum.* ] Forte: *itum rursus domum.* Scriv.

39. *Cave malo.* ] Hæc gestu juvanda sunt. Est enim oratio verbera jam exerta manu minitantis. *Boxborn.*

40. *Ex magisterio.* ] Recte sic optimi libri. Nec admittendum aut probandum editionum vetustiorum *magistratu*: quod Meursio placet, Gruterus corruptis Livii & Senecæ locis tuctur; alii sic rejiciunt, ut duas istas voces promiscue apud Latinos auctores poni tamen fateantur. Non utique apud attentius locutus. Vide nostra ad Livii lib. 24. *Gronov.*

41. *O barathrum.* ] Tale illud Virgil. *mibi tellus ima dehiscat.*

45. *Plenos sanguinis.* ] *Plenos sanguinis,*

exponunt ad illud Virgil. 2. *Æn.*

— *quibus integer avus sanguis.*

Ideoque adultos & robustos, quos non vult amplius sibi discipulos.

47. *Fiam, ut ego opinor, Hercules.* ] Linus Herculem in Musica discipulum oburgans, ab ipso allisa in caput cithara occisus est.

48. *Ne Phœnix.* ] *Phœnix* Achillem discipulum à Paride ad Trojam interceptum Peleo vuntiavit.

50. *Satis Historiarum est.* ] *Historiarum* appellatio intelliguntur apud Plautum etiam fabulæ, & omnia quæ ad cognitionem antiquitatis pertinent. *Lambin.*

60. *Furtum.* ] *Κλοπὴ, κλέμμη,* pro calliditate & astutia, qua quis consilium

Quom istæc flagitia me celavisti, & patrem.

filium suum occultat. Sic & *κατακρυβειν* pro fallere & latere, & voluntatem celare, Græci utuntur. Lambin. Recte se habet ut editum est, *fecisti furtivum in aetatem malum*. In ætatem pro in ætate, ut apud Ciceronem & alios veterum, in civitatem, pro in civitate. In ætate, id est, in vita, interdum. Et sic Plautus sæpe loquitur. ut in Trinummo act. 1. scen. 1. *Immane est facinus, verum in ætate utile*. Id est, interdum utile, in vita utile. In

eadem Comœdia act. 2. scen. 4. *Utrumque, Lesbionice, in ætate haud bonum est*. Pessimi illi libri veteres quos vidit Scaliger, in quibus legitur, *festum architectum malum*. A malo architecto hæc scriptura. In hac ipsa Comœdia:

*Compendium adæpol haud ætati optabile  
Fecisti, cum istanc nullus et impudens  
tiam.*

Id est, vitæ tuz. Salmast.

## ACTUS SECUNDI SCENA PRIMA.

CHRYSALUS:

**H**erilis patria salve: quam ego biennio,  
Postquam hinc in Ephesum abii, conspicio lubens,  
Saluto te vicine Apollo, qui ædibus  
Propinquus nostris accolis, veneroque te,  
Ne Nicobulum me sinas, nostrum senem  
Prius convenire, quam sodalem viderim  
Mnesilochi Pistoclerum, quem ad epistolam  
Mnesilochus misit super amicâ Bacchide.

1. **H**erilii patria salve.] Mos erat, ut qui primum ingrederentur regionem aliquam, ad eamve ex intervallo reverterentur, religiose eam salutarent: idque quoniam cuique loco suum quendam Genium præesse arbitrabantur.

Heins.

3. Vicinè Apollo.] Apollinem Prostatærium intelligit, quem veluti præ-

dem in vestibulo domus Athenienses colebant: Bacchides autem Athenis agi finguntur. Turneb. *Lares vicini, & videntes, vicorum præstitites: apud Græcos θεοὶ ἀγχιεῖς nominabantur: iique etiam Apollo & Bacchus. Itaque hic falluntur qui vicinum interpretantur ἀγχιεῖς, cum ἀγχιὰ deberent. Menestius.*

## ACTUS SECUNDI SCENA SECUNDA.

PISTOCLERUS, CHRYSALUS.

**M**irum est, me, ut redeam, te opere tanto quæserè,  
Qui abire hinc nullo pacto possim, si velim:

Ita

1. **Q**uæserè.] Id est, orare. Lucret. lib. 5.

Et præce quæsit  
Ventorum paces. —

Ita noster alibi: *Quæso deos*, id est, invo-co: Manil. lib. 1. *Quæsi vere deos*, id est, invocavit. ibid. *quæsitum velle Olympi*, id est, invocatus. Scalig.

E c 2

3. Vada-

- Ita me vadatum amore vinctumque attines.  
 CH. Pro dii immortales, Pistoclerum conspicio.  
 5 O Pistoclere, salve. PL. salve, Chrysale.  
 CH. Compendii verba multa jam faciam tibi.  
 Venire tu me gaudes, ego credo tibi.  
 Hospitium & cœnam pollicere, ut convenit  
 Peregre adveniēti: ego autem venturum annuo.  
 10 Salutem tibi ab sodali solidam nuncio.  
 Rogabis me ubi sit. PL. vivit. nempe recte valet?  
 CH. Istuc volebam ego ex te percunctariet.  
 PL. Quî scire possum? CH. nullus plus. PL. quemnam ad  
 modum?  
 CH. Quia si illa inventa est, quam ille amat, vivit recte &  
 valet:  
 15 Si non inventa est, minus valet, moribundus est.  
 ANIMA est amica amanti: si abest, nullus est:  
 Si adest, res nulla est: ipse est nequam & miser.  
 Sed tu quid factitasti mandatis super?  
 PL. Egon' ut quod ab illo attigisset nuncius,  
 20 Non impetratum id adveniēti ei redderem?  
 Regiones colere mavellem Acherunticas.  
 CH. Eho, an invenisti Bacchidem? PL. Samiam quidem.

CH. Vide

3. *Vadatum.*] V. N. Curcul. act. 1. scen. 3.

16. *Anima est.*] Vulgata lectio non est sollicitanda, si recte exponatur. *Anima*, inquit, est amica amanti. Hoc sic generatim adfirmavit. Rationem deinde reddit, cur ita videatur. Si abest anima, nullus est homo, utpote mortuus. Ita amanti si abest amica, nullus est. Quod adjicitur jam, nihil ad comparationem amicæ cum anima facit, sed ad solam amicam pertinet. In eo tantum similis est anima & amica in amante, quod si utrumvis absit nullus est. Quæ sequuntur, solum amicæ respectu dicuntur, non etiam animæ. *Si adest, res nulla est.* Id est, si amica adest amanti ipse quidem est aliquis, quia per amicam vivit, ut per animam, sed ipse res nulla est, quæ

prodigitur in gratiam amicæ. Atque licet sit ac vivat, nequam tamen est ac miser, re nimirum pessundata. Vivit amans per amicam, ut per animam, si adsit. Si absit, id est, si ea careat tum nullus est, æque ac si careat anima. Sed si habeat amicam, tum ipsius res nulla est, & ipse vivit & spirat per illam: sed tamen miser est ac nequam, te consumpta ac perditâ. *Salmas.*

19. *Quod ab illo attigisset.*] Tò quod, idem quod, propter quod, qua de re, id est, quam ob causam. Et, *nuncius ab illo*, dictum, sicut illud Lucretii, *fulgor ab auro*, pro auri. Porro eleganter *nuncius attigisse* dicitur: ut vel hac Fab. act. 4. scen. penult.

— *si à me tetigit nuncius, &c.*  
 Schoppius.

- CH. Vide quæso, nequistrahet illam indiligens.  
 Scistu, ut confringi vas cito Samium solet.
- 25 PI. Jamne, ut soles? CH. dicubi ea nunc est, obsecro?  
 PI. Hic exeuntem me unde aspexisti modo.  
 CH. Ut istuc est lepidum: proxumæ viciniae  
 Habitat. & quidnam meminit Menesilochi? PI. rogas?  
 Immo unice unum plurimi pendit. CH. papæ!
- 30 PI. Immo ut eum credis? misera amans desiderat. *Atid. misera.*  
 CH. Scitum istuc. PI. imo Chrysale, hem non tantulum  
 Unquam intermittit tempus, quin eum nominet.  
 CH. Tanto hercle melior Bacchis. PI. immo. CH. immo  
 hercle abiero  
 Potius. PI. num invitus rem bene gestam audis heri?
- 35 CH. Non herus, sed actor mihi cor odio fauciat.  
 Etiam EPIDICUM, quam ego Fabulam æque ac me  
 ipsum amo,  
 Nullam æque invitus specto, si agit Pellio.  
 Sed Bacchis etiam fortis tibi visa est? PI. rogas?

Ni

23. *Vide quæso.*] Jocus: alludit ad vasa Samia quæ ex luto Samio facta erant, idcirco fragilia. *Lambin.*

25. *Jamne ut soles?*] Locum ajunt non intellectum interpretibus in servum indiligentem, cujus incuria & negligentia vasa Samia sæpius confringebantur. Quasi dicat: au etiamnum confringis & perdis vasa Samia, ut soles. Nihil vidi magis. Veteribus abunde erat, unde caverent, ne Samia vasa confringere servis indiligentibus pro joco esset. Qui sic ludebat, de corio suo ludebat. Non servus monetur, ne vas Samium confringat, sed ultro moner Pistocleram, quia is Bacchidem Samiam dixerat, risum captans, ne quis eam confringat, ut fragilia sunt Samia vasa. Ad quod respondet Pistoclerus: *Jamne ut soles*, nempe jocarís. Sic Aulular. extrema: *Jamne autem ut soles*, deludis. Gronovius.

31. *Scitum istuc.*] Dissidæzus quum in corrupto libro invenisset, *Dillum*, corrigit, *Fillum istuc*: & invenit, cui probarer. Sed *scita* & *faceta*, etiam propria ea, in quibus est verborum urbanitas,

solet transferre Plantus ad res optatas & jucundas auditu. Sic Stichus 1. 3. *Oratio optima & scitissima: Veni illo ad carnam.* Captiv. 1. 2. *Te vocari ad carnam volo.* Ex. *Facete dillum.* Calin. 3. 1. *Nunc enim te demum nullum festum scitius est.* Gron.

37. *Si agit Pellio.*] P. Pollionem circa hæc tempora Comædum minotum partium fuisse, & in artificio suo parum probarum famæ populati, certissimum est: quem heic à Pleuro tangi veri dissimile non est. Nihil autem refert, sive *Tellionem* sive *Poll.* legas: sic enim casci illi enunciabant, *Apollinem* & *Apellinem*. Mentio hujus & apud Symmachum lib. 10. Epist. 2. *Non idem honor in pronunciando fabulæ P. Pollioni, qui Ambivio fuit.* J. Gul.

38. *Fortis.*] Id est, *formosa*. Servius & Nonius. nimirum *fortes* dicebant veteres quidquid quaque in re excelleret. inde *fortis* pro *formoso*, pro divite, pro nobili. Anacreon: *τις δ' ἔχει σιδερον καὶ πῦρ καλὰ πρὸς ἄνθρωπον*, id est, *Ferrum &*

Ee 3

ignem

Ni nactus Venerem essem, hanc Junonem dicerem. Epith. dicitur  
Cecrem.  
40 CH. Edepol, Mnesilochē, ut rem hanc natam esse intellego,

Quod ames, paratum est. quod des, invento est opus.  
Nam istoc fortasse aurum est opus. PI. Philippeo quidem,  
CH. Atque eo fortasse jam opus est. PI. immo etiam prius,  
Nam jam huc adveniet Miles. CH. & miles quidem!

45 PI. Qui de amittenda Bacchide aurum hinc exigit.  
CH. Veniat quando volt, atque ita ne mihi sit moræ,  
Domi est: non metuo, nec cuiquam supplico,  
Dum quidem hoc valebit pectus perfidia meum.  
Abi intro, ego hinc curabo. tu intus dicito

50 Mnesilochum adesse Bacchidi. PI. faciam ut jubes.  
CH. Negotium hoc ad me attinet aurarium.  
Mille & ducentos Philippos attulimus aureos  
Epheso, quos hospes debuit nostro sciri.  
Inde ego hodie aliquam machinabor machinam,  
55 Unde aurum efficiam amanti herili filio.  
Sed foris concrepuit nostra: quinam exit foras?

*ignem superat mulier qua formosa est.*  
Mercer

39. Ni nactus Venerem.] Hoc volt: Nisi meam amicam pro Venere haberem, dicerem alteram Junonem esse. Sed quia inter Venerem & Junonem de forma non convenit, ideo non audeo has lites inter ipsas ferere, neque alteri præjudicare, etsi mea mihi Venus sit. *Pist.*

46. Ne mihi sit mora.] Quasi dicat: Tantum abest, ut cum sum moraturus in nummis expediendis, ut verear, ne ille me paratum moretur. *Lambinus.*

52. Philippos aureos.] Nummos Philippi Macedonis imagine signatos: de quorum valore vide notas Aulul. 28. 3. *scen. 7. ult.*

## ACTUS SECUNDI SCENA TERTIA.

NICOBULUS, CHRYSALUS.

**I**BO in Piræcum, visam, eęquæ advenit  
In portum ex Epheso navis mercatoria.  
Nam meus formidat animus, nostrum tam diu  
Ibi desidere, neque redire filium.

5 CH. Extexam ego illum pulchre jam, si dii volunt.

Haud

5. Extexam.] Spoliabo illum auro. *Extexere* est, telam sua textura, aut lana nudare. *Lambinus.*

7. Fa-

Haud dormitandum est. est opus chryso Chryfalo.  
Adibo hunc, quem quidem ego hodie faciam hinc arietem  
Phryxi, itaque tondebo auro usque ad vivam cutem.  
Servos salutat Nicobulum Chryfalus.

10 NI. Pro di immortales! Chryfale, ubi mihi est filius?

CH. Quin tu primum salutem reddis quam dedi!

NI. Salve. sed ubinam est Mnesilochus? CH. vivit,  
valet.

NI. Venitne? CH. venit. NI. evax! aspersisti aquam.

Benene usque valuit? CH. pancratice atque athleticce.

15 NI. Quid hoc? qua causa cum hinc in Ephesum miseram;

Accepitne autem ab hospite Archidemide?

CH. Heu cor meum & cerebrum, Nicobule, finditur,

Istius hominis ubi sit quaque mentio.

16 NI. Tun' hospitem illum nominas hostem tuum?

20 NI. Quid ita obsecro hercle? CH. quia edepol certe scio;

Vulcanus, Sol, Luna, Dies, Dei quatuor,

Scelestiorem nullum illuxere alterum.

NI. Quamne Archidemidem? CH. quam, inquam, Archi-  
demidem.

17 NI. Quid fecit? CH. quid non fecit? quin tu id me rogas.

25 Primum dum inficias ire cepit filio:

Negare se debere tibi triobulum.

Continuo antiquom hospitem nostrum sibi

Mnesilochus advocavit, Pelagonem senem:

Eo

7. *Faciam hic arietem Phryxi.* ] Quem ego tondebo & auro spoliabo, ut arietem Phryxi, cujus vellus aureum erat.

13. *Adpersisti aquam.* ] Est, quod Ter. Andr. 2. 1. dixit, *Reddidisti animum.* Trucul. *Adpersisti aquam*; jam redisti animum.

14. *Pancratice atque athleticce.* ] Vide notas Epid. 1. 1. 18.

15. *Quid hoc, qua causa.* ] Notabilis *ιδιωτισμός* veterum. Sic infra 4. 9. *Quid quod te misi et quid egisti?* Terent. Heautont. 5. 1. *Quid hoc, quod vele, ut illa nubar noster?* Ubi vel Plauti locus ostendit male deleri *το hoc* à Goveano, & Guidoto. Phormions act. 4. scen. 1. *Quid quæ*

*profellus causa hinc es in Lemnum Chremes? adduxtin, tecum filiam?* Cicero pro Cluentio: *Quid tu, Pacete, qua dare mecum locutus es? quarunt, ubi sit pecunia?* Gronovius.

22. *Illuxere.* ] Active pro illustrare. Vel. Dic: Dii quatuor non luxere in scelestiorem alterum. *Lambinus.*

23. *Quamne Archidemidem.* ] Ambiguum erat illud *tervi*, scelestiorem nullum alterum: itaque Senex interrogat, An alterum nullum, quam Archidemidem? & ille iterum; Ita vero, inquit ajo, quam Archidemidem. *Accidental.*

- Eo præsentè homini extemplo ostendit symbolum ;  
 30 Quem tute dederas ad eum, ut ferret, filio.  
 NI. Quid, ubi ei ostendit symbolum? CH. inquit dicere:  
 Adulterinum, & non eum esse symbolum:  
 Quotque innocenti ei dixit contumelias!  
 Adulterare eum aiebat rebus cæteris.  
 35 NI. Habetin' aurum? Id mihi primum dici volo.  
 CH. Postquam quidem Prætor recuperatores dedit,  
 Damnatus denum, vi coactus reddidit  
 Ducentos & mille Philippum. NI. tantum debuit.  
 CH. Porro etiam ausculta pugnam, quam voluit dare.  
 40 NI. Etiamne est quid porro? CH. hem accipe: trina hæc  
 nunc erit.  
 NI. Deceptus sum. Autolyco hospiti aurum credidi.  
 CH. Quin tu audi. NI. immo ingenium avidi hæud pernoram  
 hospitis.  
 CH. Postquam aurum abstulimus, in navem conscendimus,  
 Domum cupientes. forte ut aisedi in stega,  
 45 Dum circumspècto, atque ego lembum conspicio:  
 Longum est rigorem maleficum exornatier.

Menf. Arl-  
gorein.

NI Perii

29. *Ostendit symbolum.* ] Solebant Græci in pactis conventis uti quibusdam tessens, quæ *σύμβολα* vocabantur, quæ loco tabellarum & syngrapharum erant, atque ex his jus dicebatur. Meminit Aristot. & Demost. in Philipp. Turneb.

36. *Prætor recuperatores dedit.* ] *Recuperatores*, iudices, qui à Prætorè in privatis controversiis quacunquè de re ageretur, dabantur. ita dicti, quod per eos suum quisque jus recuperare possent. Nunc *iudices delegati* vocantur. Hutem.

40. *Trina.* ] *Trina* exponit Lamb. triplex: nullo sensu. *Trina*, est tertia pugna. Nam primo plane negat, se debere, & symbolum adulterinum dixerat; secundo pugnatum erat in iudicio apud recuperatores; tertio insidias struxerat. Boxhorn.

41. *Autolyco.* ] *Autolyco* Sisyphi fi-

lius, Sinonis illius pater, imò Mercurii fuit filius, Ulyssis avus mater-nus: qui animaliam, quæ fusto abstulerat, colorem mutabat. Martial. lib. 8. 59.

*Non fuit Autolyco tam piceata manus.* Lambinus.

44. *Stega.* ] *Stega* tabulatum navis, & quasi proscenium, in quo nautæ ambulant. *σίζη* Arbitro *constratum* puppi est, hinc Cicer. in Ver. *navis constrata*, quæ Cæsari testæ. Wower.

46. *Longum est.* ] Corruptus quidem est locus, ut manifesto apparet, sed qui ita corrigendus videatur:

— *Atque ego tum lembum conspicio*

*Longum, strigonem, maleficum exornatier.*

*Strigones* vel *strigones* densarum vitium homines & exerciti. Exornabatur ille lembus ab homine strigone ac malefico. Flutes quidem erant in illo lembo, ut ex sequen-

Ni. Perii hercle. lembus ille mihi lædit latus.

Ch. Is erat communis cum hospite & prædonibus.

Ni. A deon' me fuisse fungum, ut qui illi crederem!

50 Cum mihi ipsum nomen ejus Archidemidis  
Clamaret, dempturum esse, si quid crederem.

Ch. Is lembus nostræ navi insidias dabat.

Occæpi ego observare eos, quam rem gerant.

Interea è portu nostra navis solvitur.

55 Ubi portu exiimus, homines remigio sequi,  
Neque aves, neque venti citius. quoniam lentio

Quæ res gereretur, navem extemplo statuimus.

Quoniam vident nos stare, occæperunt ratem

Turbare in portu. Ni. edepol mortales malos!

60 Quid denique agitis? Ch. rursus in portum recipimus.

Ni. Sapienter factum à vobis. quid illi postea?

Ch. Revorsionem ad terram faciunt vesperi.

Ni. Aurum hercle auferre voluere, ei rei operam dabant.

Ch. Non me fefellit, sensi: eo exanimatus fui.

65 Quoniam videmus auro insidias fieri,

Capimus consilium continuo, postridie

Auferimus inde aurum omne illis præsentibus,

Palam atque aperte, ut illi id factum sciscerent.

Ni. Scito

sequentibus liquet, sed exornabatur & parabatur ab uno præcipue frigone malefico, qui magister erat lembi. Cæterum cum *frige* significet fortem robustum ac densarum virium, æque de lembo ipso id dici potest quam de homine. *Salmas.*

50. *Archidemida.*] Alludit ad verbum *dæmo*; quod exauditur in nom. *Archidemida*. Vitabant autem Romani mala nomina. *Douz.*

58. *Ratem Turbare.*] Ita scripserat forte Plautus; *occæperunt ratem urbare in portum*, id est, cæperunt redire versus portum, sed non recta, ne viderentur nimirum hoc consilium cæpisse non persequendi, verum per circuitum hoc fecerunt. Nam *urbare* est circuire & circumducere. Ita ergo cæperunt ratem in portum circumducere. *Urnare vel urbare,*

ut etiam scribebatur, id plane significat. Verus auctor apud Festum, *cicum sese urnas ad pedes, terra occultis capus*. Ita *urnare vel urbare ratem*, est cum circuitioe ducere, non recta. *Salmas. Ratem Turbare in portu.*] Neque Latini est, *turbare in portum*; neque potest placere *Salmasianum, urbare in portum*. Videndum an vulgata tetineri possit. Videtur *turbare* esse posse quoquo modo impedire, ut qui turbantur, minus provident, quid sit agendum, coque impediuntur in eo quod instituant. Sed & Florus in bello Piratico: *Quum leves & fugaces myoparones gravi & Martia classe turbasset*. Quod si minus placeat, legerim: *occæperunt ratem Inhibere in portum*. De quo verbo valde hic commode lib. 4. Observationum. *Gronovium.*



- Nl. Scite hercle. cedo, quid illi? CH. tristes illico,  
 70 Quom extemplo à portu ire nos cum auto vident.  
 Subducunt lembum capitibus quafsantibus.  
 Nos apud Theotimum omne aurum deposuimus, Schopp. deposi-  
 vimus, aniq.  
 Qui illic sacerdos est Dianæ Ephesæ.  
 Nl. Qui istic Theotimus est? CH. Megalobuli filius,  
 75 Qui nunc in Epheso est, Ephesiis carissimus.  
 Nl. Næ ille, hercle, mihi sit multo tanto carior,  
 Si me illoc auto tanto circumduxerit.  
 CH. Quin in ipsa æde Dianæ conditum est.  
 Ibidem publicitus servant. Nl. occidistis me.  
 80 Nimio hîc privatim servaretur rectius.  
 Sed vos nihilne attulistis inde auri domum?  
 CH. Immo etiam. verum, quantum attulerit, nescio.  
 Nl. Quid, nescis? CH. quia Mnefilochus noctu clancu-  
 lum  
 Devenit ad Theotimum: nec mihi credere,  
 85 Nec quoiquam in navi voluit. eo ego nescio  
 Quantulum attulerit; verum haud permultum attulit.  
 Nl. Etiam dimidium censes? CH. non edepol scio.  
 Verum haud opinor. Nl. fert ne partem tertiam?  
 CH. Non hercle opinor. verum verum nescio.  
 90 Profecto de auro nihil scio, nisi nescio.  
 Nunc tibimet illuc navi capiundum est iter,  
 Ut illud reportes aurum ab Theotimo domum.

Atque

73. Sacerdos est Diana.] Furtum facilius committunt homines, quam sacrilegium. Inde mos veterum res carissimas in templis deponendi. Inde olim Romanorum aratum in templo Saturni. *Boxhorn.*

74. Megalobuli filius.] Lego *Megalobulus*: vel, quod idem valet, *Megabyzi*. Suidas: *Μεγάβυζος*, ἱερεὺς τῆς θεῆς. *Strabo* lib. 14. ubi de Dianæ Ephesæ templo agit, commemorat. generali nomine ita omnes ejus sacerdotes appellatos: eunuchoque fuisse, & custodiz socias virgines habuisse. Sed hoc quid est, quod Plautus dicit, *Theotimum filium Megabyzi*, si ille Megabyzus eunuchus?

explico. *Megabyzi filius* idem valet, ac si dixisset *Megabyzus*: nam appellativum illud nomen fuit: quomodo *ἱερεὺς παῖς*, pro eo quod est *ἱερεὺς*. *Meursius.*

76. Carior.] Id est, damnotior, sumtuosior. *ἀμφοτέρωθεν.*

79. Publicitus servant.] Cum enim carissima olim in templis deponerentur, publici erant & armati templorum custodes. Nepos in vitâ Annibalis, *Gortynii templum magna cura custodiunt, non tam à cateris, quam ab Annibale, ne quid ille, inscientibus illis, tolleret secumque portaret.* Exstat enim illo loco simillimum huic exemplum. *Boxhorn.*

98. Qui

Atque heustu. NI. quid vis? CH. annulum gnatitui  
Facito ut memineris ferre. NI. quid opu' st annulo?

95 CH. Quia id signum est cum Theotimo, qui cum illi af-  
feret,

Ei aurum ut reddat. NI. meminero, & recte mones.

Sed divesne est istic Theotimus? CH. etiam rogas?

Qui auro habeat soccis subpaetum solum.

NI. Cur ita fastidit? CH. tantas divitias habet.

100 Nescit quid faciat auro. NI. mihi dederit velim.

Sed qui praesente id aurum Theotimo datum est?

CH. Populo praesente. nullu' st Ephesi, quin sciat,

NI. Istuc sapienter saltem fecit filius,

Cum diviti homini id aurum servandum dedit:

105 A beo licebit quamvis subito sumere.

CH. Immo hem tantisper nunquam te morabitur,

Quin habeas illud quo die illuc veneris.

NI. Censebam me effugisse a vita maritima,

Ne navigarem tandem hoc aetatis senex,

110 Id mihi haud utrum velim licere intellego;

Ita bellus hospes fecit Archidemides.

Ubi nunc est ergo meus Mnesilochus filius?

CH. Deos atque amicos iit salutatum ad forum.

NI. At ego hinc ad illum, ut conveniam quantum potest.

115 CH. Ille est oneratus recte, & plus justo vehit.

Exorsa haec tela non male omnino mihi est,

Ut amantem herilem copem facerem filium:

Ita feci, ut auri quantum vellet sumeret.

Quantum autem libeat reddere, ut reddat patri.

Senex

98. Qui auro habeat socci suppaetum solum. ] Solum, hic est calceamenti soles.

Ergo aureis clavis calceos ille fixit. V. N. Trinum. act. 3. 2.

99. Cur ita fastidit. ] Ita Mil. act. 4. 2. Face te fastidii plenum.

102. Populo praesente. ] Ex veterum more. Nepos eodem loco: Amphoras auro & argento operas, Gortyniu praesentibus deposuit in templo Diana. Ne

scilicet depositum postea negaretur. Boxhornius.

110. Utrum velim. ] Non mei jam res est arbitrii. Velim, nolim, navigandum est. Boxhorn.

117. Copem facerem. ] Id est, copiosum. Pseud. act. 2. 3. Cops, id est, copia, inde copis, id est, copiosus. Glossa Papia. Sic enim legendum. Male copisus, pro copu, editum est. Boxhorn.

- 120 Senex in Ephesum ibit aurum arcesere:  
 Hic nostra agetur ætas in malacum modum,  
 Siquidem hic relinquet, nec secum abducat senex  
 Me & Mnefilochum, quas ego hic turbas dabo!  
 Sed quid futurum est, cum hoc senex resciverit?
- 125 Cum se excucurrisset illuc frustra sciverit,  
 Nosque aurum abulos? quid mihi fiet postea?  
 Credo hercle adveniens nomen mutabit mihi,  
 Facietque extemplo Crucifalum me ex Chryfalo.  
 Aufugero hercle, si magis usus venerit.
- 130 Si ero reprehensus, mactō ego illum infortunio:  
 Si illi sunt virgæ ruri, at mihi tergum domi est.  
 Nunc ibo, herili filio hanc fabricam dabo,  
 Super auro, amicaque ejus inventa Bacchide.

128. *Crucifalum.*] Quasi in cruce seu  
 in cruce salientem. T.

129. *Si magis usus venerit.*] Si utilius  
 fuerit. Lamb.

130. *Reprehensus.*] V. N. Epid. 1. 1.  
*Infortunio.*] Damno virgarum, quarum  
 in tergo meo faciet jacuram. *Boxher-*  
*nium.*

## ACTUS TERTII SCENA PRIMA.

## L Y D U S.

**P** Andite atque aperite propere januam hanc Orci, obsecro:  
 Nam equidem haud aliter esse duco. quippe quo nemo ad-  
 venit,

Nisi quem spes reliquere omnes, esse ut frugi possiet.

Bacchides, non Bacchides, sed Bacchæ sunt acerrumæ.

5 Apage istas à me sorores, quæ hominum sorbent sanguinem.

Omnis ad perniciem instructa domus opime atque opipate.

Quæ ut aspexi, me continuo contuli protinam in pedes.

Egone ut hæc conclusa gestem clanculum? ut celem patrem,

Pistoclere, tua flagitia, aut damna, aut desidiabula?

10 Quibus patrem, & me, teque, amicosque omnes affectas tuos

Ad probrum, danimum, flagitium appellere una & perdere.

Neque mei, neque tui intus puditum est factis quæ facis:

Quibus tuum patrem, meque unâ, amicos, affines tuos,

Tuâ

9. *Desidiabula.*] Sic Mff. Nonius  
 Marcellus in *Affectare* legit *dispo-*  
*liabula.*

10. *Affectas appellere.*] Pro *appellere*  
 γύγν. translaturum à navi, quam ad por-  
 tum nautæ appellant.

14. *Gen-*

Tuâ infamiâ fecisti gerulifigulos flagitii.

15 Nunc priusquam malum istoc addis, certum est jam dicam patri.

De me hanc culpam demolibor jam, & seni faciam palam,

Ut eum ex lutulento cœno propere hinc eliciat foras. 1. Gnl. 7  
luculento.

14. *Gerulifigulus flagitii.* ] *Gerulus*, apud veteres non ὁ βασιλεύων, ut postea, sed ὁ περιτρίων καὶ περικλιεῖς dicitur est. hoc loco Plautus *Gerulifigulos* dixit gerulos & figulos, hoc est, περικλιεῖρας καὶ πλαδίας. Scalig. Mens horum est; tu fecisti tuis infamibus dicitis, ut tuus pater, & ego tuus præceptor dicamur quasi au-

tores horum flagitiorum: quod pater ita se fecerit, & ego te finxerim ac docuerim, ut tam flagitiosus existeres. *Gerulus* propter patrem, *Figulus*, propter præceptorem. Nam *Gerulus*, ut Scalig. & Glossæ docent; non eat, qui aliquid potat, sed qui efficit. *Goldastus*.

## ACTUS TERTII SCENA SECUNDA.

## MNESILOCHUS.

**M**ULTIS MODIS meditatatus egomet mecum sum,  
& ita esse arbitror:

**HOMINI AMICO**, qui est amicus, ita uti nomen possidet,

Nisi deos, ei nihil præstare. id opera expertus sum esse ita.

Nam ut in Ephesum hinc abii. (hoc factum est ferme abhinc biennium)

5 Ex Epheso huc ad Pistoclerum meum sodalem literas

Misi, amicam ut mihi inveniret Bacchidem. illum intellego

Invenisse, ut servos meus mihi nunciavit Chrysalus.

Condignè is quam technam de auro advorsum meum fecit patrem.

Ut mihi amanti copia esset! sed æquom id ei reddere. Mff. sfd eorum  
video incedere.

10 Nam pol quidem, meo animo, **INGRATO HOMINE** nihil impensu' st,

Male-

9. **S**ED æquom ei reddere. ] Ita legendum aperte declarant, quæ statim subjicit; Nam pol. q. &c. Negat committendum sibi esse, ut ingratus habeatur: ideoque diligenter sibi videndum, quomodo gratiam Chrysalis referat. *Muret.*

10. *Ingrato homine nihil impensu' st.* ] Nunquam efficient interpretes ut vox *impensu* coherere possit cum *ingrato*. eo sensu quo ponitur apud Latinos. Non enim, ut volunt, *impensum* contrarium est ei notioni qua simplex *pensum* usurpatur,

Malefactorem amitti satius, quam relinqui beneficium.

NIMIO PRÆSTAT impendiosum te, quam ingratum dicier.

Illum laudabunt boni; hoc etiam ipsi culpabunt mali. Lamb.  
hunc.

Quam me causam magis cum curam esse eam quam obvigilato est opus.

15 Nunc, Mnesiloche, specimen spectitur, nunc certamen cernitur.

Sine nec ne, ut esse oportet; malus bonus, cujusmodi;

Justus, injustus; malignus, largus, commodus, incommodus.

Cavebis

potur, cum dicitur nihil pensi habere. Sed nec pendere & impendere contraria sunt, haud sane magis quam tribuere & intribuere. Unde intributiones pro tributis, Quam tendere & intendere, ferre & inferre, & similia. Inde impensum pro gravi, chato, pretioso, à quo impansius, enixius, largius. Virgilius: tanto me impensius equum est Consulere. Id est, magis. Impendio quoque adverbium pro valde. Item impensum pretium, pro magno, & impensio vel impensio, pro chate. Luscinia soliti impensio prandere coemptas. Glossæ: Impensius, δὲ-ψιλῶς. Legendum igitur in versu Plautino, grato homine nihil impensius est. Hoc est, nihil gravius, nihil pretiosius & carius grato homine. Posset etiam sumi pro impendiosus. Nam paulo post dicit, nimio prestare impendiosum esse quam ingratum. Impensus quippe & impendiosus idem, nempe δὲ-ψιλῶς, largitor, liberalis. Et tales sunt grati homines, qui meminerunt accepti beneficii, & vicissim in eum qui sibi beneficium fuit, largiter & ipsi benefici esse & impendiosi gestiunt. Nam impendio adverbium & impensio idem significant. Dicit postea satius esse malefactorem amitti, id est, inultum dimitti, quam beneficium relinqui, id est, quam beneficium vices non rependere, & in eum impendiosum esse. Nihil ergo homine grato impensius. Quod non potest convenire ingrato, qui nihil rependere vult ac reponere illi à quo beneficium accepit. Salmas. Ingrato homine nihil est impensius.] Nihil

propius ad sensum Plauti explicatione Pistorii, cui impensum hic, in quod multum & magna cum jactura impenditur. Cetero impensio pretio parare Cæsari, Ciceroni, Livio, magno pretio est emere vel comparare. Impensum igitur, quod concedunt, est grave, carum; pretiosum & caro constans. Ingrato homine nihil carius constat, inquit, quia quod in illum impenditur, interit, sine fructu ac reditu est. Nihil impensio pretio habetur, quam homo ingratus. Sic ludit in vocabulo carus act. 2. scen. 3. vers. 76. Quod autem sequitur, Nimio prestat te impendiosum, quam ingratum dici, alia sententia est, in rem quidem eandem, sed haudquaquam similem sensum explicans. Neque impensio & impendiosus idem, ut vult Salmas. sed impendiosus sumptuosus, vel qui multum sumit facit. impensum autem id quod, vel in quod multum sumitur vel impenditur. Grenovius.

14. Quam me causa.] Non pato quietam esse mutandum. Cum ingratum damnavit, tanto magis se cum cura esse debere ait, & sibi obvigilato opus esse ne ingratus sit scilicet. Hoc enim subintellegendum. Salmas.

17. Malignum, largus.] Hæc recte inter se opponuntur. nam Benignus & largus, idem valent, id est, sine illiberalis, an liberalis. Lamb. Commodus; incommodus.] Commodi sunt, qui sese ad aliorum mores vel suo judicio accommodant,

Caveſis te ſuperare ſervom ſiris faciundo bene.

Utut eris, moneo, haud celabis. ſed eccos video incedere,  
20 Patrem ſodalis, & magiſtrum. hinc auſcultabo quam rem  
agant.

modant, vel ſunt accommodati natura, | ſunt. *αἰθμύλος* Græci appellant. *Lamb.*  
& qui aliis facile obſequuntur & pro- | *binus.*

## ACTUS TERTII SCENA TERTIA.

LYDUS, PHILOXENUS, MNESILOCHUS.

**N**unc experiar, ſitne acetum tibi cor acte inpe- *Lamb.*  
ctore. *aceto.*

Sequere. PH. quo ſequar? quo ducis nunc me? LY. ad illam,  
quæ tuam

Perdidit, peſſundedit tibi filium uni unicum.

PH. Eja, Lyde: LENITER qui ſæviunt, ſapiunt  
magis.

5 Minus mirandum eſt, illæ ætas ſi quid illorum facit,  
• Quam ſi non faciat. feci ego iſtæc itidem in adoleſcentiâ.

LY. Hei mihi, hei mihi! iſtæc illum perdidit aſentatio.

Nam abſque te eſet, ego illum haberem rectum ad ingenium  
bonum:

Nunc propter te tuamque pravos factus eſt fiduciam

10 Piſtoclerus. MN. dii immortales, meum ſodalem hic no-  
minat.

Quid hoc negotii eſt, Piſtoclerum Lydus quod herum tam  
ciet?

PH. Pauliſper, Lyde, eſt libido homini ſuo animo obſequi:

Jam aderit tempus, cum ſeſe etiam ipſe oderit: morem geras:

Dum caveatur, præter æquom ne quid delinquat: ſine.

15 LY. Non ſino, neque equidem illum me vivo corrumpi  
ſinam.

Sed tu, qui tam pro corrupto dicis cauſſam filio,

Eademne erat hæc diſciplina tibi, cum tu adoleſcens eras?

Nego tibi hoc annis viginti fuiſſe primis copiæ,

Digi-

1. **N**unc. ] Nunc adverſantis hic eſt, | ad vitium. *Rectum* opponitur hic *pravo*. T.  
non temporis. *Lamb.* | 11. Tam ciet? ] Accuſat, *diſcipl.* D.  
2. *Rectum*. ] Integrum, non inflexum | V. N. *Aſin.* *act.* 2. 4.

Digitum longe à pædago pedem ut efferres ædibus ;  
 20 Ante Solem exorientem nisi in palæstram veneras ,  
 Gymnasil præfecto haud mediocris pœnas penderes.  
 Id quoui obtigerat, hoc etiam ad malum arceſebatur

Deus. 20  
 conſideratur.

malum ,  
 Et diſcipulus & magiſter perhibebantur improbi.  
 Ibi curſu, luſtando, haſtâ, diſco, pugillatu, pila,  
 25 Saliendo ſeſe exercebant magis, quam ſcorto, aut ſaviis:  
 Ibi ſuam ætatem extendebant, non in latebroſis locis.  
 Inde de hippodromo & palæſtra ubi reveniſſes domum ,  
 Cincticulo præcinctus in ſella apud magiſtrum aſſideres:  
 Cum librum legeres, ſi unam peccaviſſes ſyllabam ,  
 30 Fieret corium tam maculoſum, quam eſt nutricis pallium.  
 MN. Propter me hæc nunc meo ſodali dici diſcrucior miſer.  
 Innocens ſuſpicionem hanc ſuſtinet cauſa mea.  
 PH. Alii, Lyde, nunc ſunt mores. LY. id equidem ego cer-  
 to ſcio.

Nam olim populi prius honorem capiebat ſuffragio,  
 35 Quam magiſtro deſinebat eſſe dicto obediens.  
 At nunc priuſquam ſeptuennis eſt, ſi attingas eum manu,  
 Extemplo puer pædago tabula dirumpit caput.

Cum

20. *Ante ſolem exorientem.* ] Fruſtra ceptat hunc ſermonem Petirus, quali repugnante legi jubenti ἀντιπαρὸν τῆς ἀποκατάſτας μὴ προτιθέναι ἀγρίον. eoque ſubjicit ingratum Advē. Scio de Platonis lib. 7. de republ. ἡμίρας ἢ ἔρρη τε ἑπαριόντων, παίδας μὲν ποδὶς διδασκάλως τε τρίπιδα χροῖν. Nec deſcendendum vulgatum formula illa ante diem tertium Calendas : non enim ibi τὸ ante vim habet ἢ ad. Nimirum ante ſolem exorientem, non accipiendum eſt, quaſi ſit ante lucem, ſed pro diluculo. Eſt autem diluculum, cum, ſole nondum orto, jam lucet, ut ſcribit Cenſorinus. Neque aliud tempus ſignificant Græci. Gronovius

28. *Cincticulo præcinctus.* ] Cinctulus adoleſcentium erat, ut Cinctus virorum, quæ zona latior, ſeu veſtis infra pectus, corpus comprehendens: ſimilis

ſubligaculo Græce ζῶμα & ζῶμα dicitur. quo nomine Græce etiam Tunica intelligitur. Et vetuſſimi cincto uti, loco tunicæ ſolebant: unde Horat. cinctus vocat Cethegus. Jam, Cinctum eſſe, etat modèſtæ diſciplinæ argumentum. contra, diſcinctum eſſe, mores diſſolutos arguebat. Sulla de C. Jul. Cæſ. apud Suet. Male præcinctum puerum caveat. quod fluxiore cinctura uteretur. Turn.

30. *Nutricis pallium.* ] Hoc enim à pueris, dum comuntur & aluntur, varie maculatur. Longol.

34. *Nam olim, &c.* ] Nam olim honorem, prius conſequebatur populi ſuffragio, quam magiſtro porere deſiderat, hoc eſt, magiſtro parebat uſque ad eam ætatem, qua petere magiſtratus per leges licet. Lamb.

37. *Tabula.* ] Liſſeraria, in qua pueri liſſerata

Cum patrem adeas postulatam, puero sic dicit pater:

NOSTER ESTO, dum te potetis defendere injuria.

40 Provocatur pædagogus: cho senex minimi pretii,

Ne adingas puerum istac causâ, quando fecit strenue,

It magister quasi lucerna uncto expretus linteo.

Itur illinc jure dicto. hocine hic pacto potest

Inhibere imperium magister, si ipse primus vapulet?

45 MN. Acris postulatio hæc est, cum hujus dicta intellego.

Mira sunt; ni Pistoclerus Lydum pugnis contudit;

PH. Sed quis hic est, quem astantem video ante ostium. LY. ð

Philoxene.

MN. Deos propitios me videre, quam illum mavellem mihi.

PH. Quis

litteras faciunt; id est, scribunt, & discunt. Turneb.

42. *It magister quasi lucerna, uncto expretus linteo.* ] Legendum in hoc versu; *It magister quasi laterna uncto extertus linteo.* Nam de lucerna nugæ, & non est magna mutatio *laterna* pro *lucerna* legitur. Nam in Longobardico charactere; quo plerique veteres auctores descripti sunt, V & A pœne similem habent figuram, & C ac T sæpe invicem permutantur. Laternæ erant cornæ; quæ uncto linteo, quo lucidiores essent, extergebantur. *Extertus* autem pro *extersus*, ut *adgressus fieri* apud Ennium pro *aggressus*. Item Varro apud Nonium, ut *manuum pueri, terti, uncti*, pro *terti*. Ita hoc loco *extertus* omnino pro *extersus*, quod nihil significat, scribendum. *Salmas.* *Uncto expretus.* ] Vox nihili *Expretus*. Apud Festum lege: *Expertia antiqui dicebant, quasi extra partem habita. sed nec placet extertus, aut cornæ itz laternæ, quæ uncto linteo extergebantur.* Meo iudicio scripti Plautus: *It magister quasi laterna uncto spretus linteo.* *Expretus* pro *Spretus*, ut passim *expresle* pro *spresle*, apud Ciceronem, 1. familiar. 4. *cum pulcherrima extertemus* quidam codices: quod nihil aliud vult, quam librarios nonnunquam sic solios scribere pro *staremus*. Laternæ linteo obductæ meminuit Cicero lib. 4. ad Attic. ep. 3. *pan-*

*cū pannosis linea laterna.* Id linteum obductum fuisse credibile est, & sic lucem transmisisse, ut hodieque passim in Italia, quæ fenestris obducuntur. *Magister spretus*, irrisus & contemptus, ut *uncto linteo*, hoc est, emplastro vel fomeno fissorum curandorum gratia caput obditus, quasi *laterna*, cui & ipsi linteum unctum præterditur. *Gronov.*

44. *Inhibere imperium.* ] Recte dicitur *inhibere imperium*; pro habere iu aliquent imperium, & imperare. Eriam apud Livium legitur. Et *inhibere spem* apud Ciceronem pro habere; quod etiam notavit Turnebus. Idem Plautus in Stichis *utrum Fontnali an Libere te imperium inhibere mavu?* *Salmas.* Vide nostra ad Livii lib. 3. 59. *Gronovius.*

45. *Deos propitios.* ] *Εὐφροσύνη* dicit voluit enim dicere; Deos mihi iratos quam illum mallem me videre: id est, mallem me videri à diis iratis, quam à Lydo irato. hic enim iratus, erat gravis & sævus. Vel simpliciter: Mallem me à diis videri, quam ab illo; hoc est, nollem me ab illo videri, sed illa meliora. *Lambin.* *Quam illum mavellem.* ] Duas dat hæc explicaciones Lambinus; neutram bonam, quia per illum intelligit iratum Lydum, At cur hujus ira Mnesiocho formidabilis? Immo mavellem, inquit, deos propitios mihi videre me, quam illum videre me, qui dixit se astantem



- PH. Quis illic est? LY. Mnesilochus, gnati tui sodalis Pisto-  
cleri:
- 50 Haud consimili ingenio atque ille est, qui in lupanari accubat.  
Fortunatum Nicobulum, qui illum produxit sibi.  
PH. Salvos sis, Mnesilochē: salvom te advenire gaudeo.  
MN. Dii te ament Philoxene. LY. hic enim rite productū est  
patri,  
In mare it, rem familiarem curat, custodit domum:  
55 Obsequens obediensque est mori atque imperiis patris,  
Hic sodalis Pistoclero jam puer puero fuit.  
Triduum non interest ætatis uter major fiet:  
Verum ingenium plus triginta annis majus est, quam alteri.  
PH. Cave malum, & compesce in illum dicere injuste.  
LY. tace:
- 60 Stultus es, qui illi male ægre patere dici, qui facit.  
Nan illum meum malum promptare malim, quam peculium.  
PH. Quī dum? LY. quia, malum si promptet, indies faciat  
minus.  
MN. Quid sodalem meum castigas, Lyde, discipulum tuum?  
LY. Perit tibi sodalis. MN. ne Di sirint. LY. sic est, ut lo-  
quor.
- 65 Quin ego cum peribat vidi, non ex audito arguo.  
MN. Quid factum est? LY. meretricem indigne deperit.  
MN. non tu taces?

LY. At

tem vidisse me ante ostium. Cur autem?  
quia erat amicus patris: & nolebat nec  
patrem, nec quenquam videre ante Pisto-  
clerum & Bacchidem: verebaturque, ne  
dum ab hoc detineretur, interveniret pa-  
ter. Gronov.

61. *Meum malum promptare.* ] Lam-  
binus explicat: Malim Pistoclerum  
meum malum profundere, quam pecu-  
lium. Id displicuit nuper & nihil ar-  
guuntur vidisse interpretes. Sententiam  
enim esse statuunt: Malim illum læpius  
auribus suis promere & haurire dicta  
mala, ut tu quidem ea appellas, quibus  
officii sui admoneretur, quam peculium  
meum. Quis hoc invenisset? Quemad-  
modum autem *promere malum* est audire

mala dicta? Aut quis dixit *promere auri-  
bus*, quod sit accipere auribus? Non po-  
test jocus hic vernilis bene intelligi, nisi  
scribas? *Cave malo.* Dicitur quidem re-  
de utrumque: sed senex dixerat: *Cave  
malo*, eo sensu, quo Pistoclerus hac fa-  
bula 1, 2, 30. Respondet hic Lydus, qua-  
si jussisset eum senex *cavere malo*, ut cave-  
mus alicui, ne damnum accipiat. Qualis  
lulus & in Persa 3, 1, 41. Immo, inquit,  
non tantopere malo meo cautum cupio,  
ut non malim illud eum promptare  
& haurire quam peculium meum: si  
enim id promptet, atque inde demat, fa-  
ciat minus: lætabor autem, si minus fiat  
meum malum; non lætabor, si pecu-  
lium. Gronov.

LY. At quæ acerrime atque æstuose absorbet, ubi quemque attingit.

MN. Ubi ea mulier habitat? LY. hîc. MN. unde eam esse ajunt? LY. ex Samo.

MN. Quæ vocatur? LY. Bacchis. MN. erras, Lyde: ego omnem rem scio

70 Quemadmodum est. tu Pistoclerum falso atque infontem arguis.

Nam ille amico & benevolenti suo sodali sedulo Rem mandatam exsequitur. ipse nec amat: nec tu creduas.

LY. Itane oportet rem mandatam gerere amici sedulo, Ut ipse in gremio osculantem mulierem teneat sedens?

75 Nullon' pacto res mandata potest agi, nisi identidem Manus ferat ad papillas, labra à labris nusquam auferat? Nam alia memorare, quæ illum facere vidi, dispudet: Cum manum sub vestimenta ad corpus detulit Bacchidi; Me præsentem, neque pudere quicquam. quid verbis opusest?

80 Mihi discipulus, tibi sodalis perit, huic filius.

Nam EGO ILLUM petiisse ducor, cui quidem <sup>M<sup>o</sup></sup> perit pudor. <sub>dico.</sub>

Quid opus est verbis? si optetiri vellem paulisper modo, Ut opinor, illius inspectandi mihi esset major copia: Plus vidissem quam deceret, quam me atque illo æquom foret.

85 MN. Perdidisti me sodalis. egone illam mulierem Capitis non perdam? perire me malis malim modis.

SATIN UT QUEM tu habeas fidelem tibi; aut quom credas, necias.

LY. Viden', ut ægre patitur gnatum esse corruptum tuum, Suum sodalem! ut ipse sese cruciat ægritudine!

90 PH. Mnesiloche, hoc tecum oro, ut illius animum atque ingenium regas.

Servus

67. *At quæ acerrime, &c.*] Deperit meretricem, non aliquam moderatam: sed quæ instar maris æstuosi rapax & fetida est. *Lambin.* Talis illa *Horat.* 1. *Od.* 27. *Atque acerrime est: absorbet, nb.* Et cave quicquam arbitrare sincerius. *Meretricis comest & absorbet amat orem,*

cum eum bonis & fortunis evertit: ut *Mossell. act.* 1. 1. *Est enim pro edit, positum. I. Gul.*

88. *Viden' ut ægre.*] Hic servus errat. non enim Pistoclerum corruptum queritur, sed Bacchidem sibi præceptam. *Lambinus.*

Serva tibi sodalem, & mihi filium. MN. factum volo.

PH. In te ergo hoc onus omne impono. Lyde, sequere <sup>287. im-  
pono.</sup> hac me. LY. sequor.

Melius esset, me quoque una si cum illo relinqueres.

PH. Affatim est, Mnesiloche: cura, & concastiga hominem probe,

95 Qui dedecorat te, me, amicos atque alios flagitiis suis.

### ACTUS TERTII SCENA QUARTA.

#### MNESILOCHUS.

**I**mmitio rem nunc utrum credam magis  
Sodalemne esse, an Bacchidem, incertum admodum est.

Illum exoptavit potius? habeat. optime est:

Næ illa illud hercle cum malo fecit suo, meo.

*Alii. recit  
summo meo.*

5 Nam mihi divini nunquam quisquam creduat,

Ni ego illam exemplis plurimis planeque amo.

Ego faxo haud dicet nactam, quem derideat.

Nam jam domum ibo, atque aliquid surripiam patri,

Id isti dabo, ego istanc multis ulciscar modis:

Adeo

1. **A**miciorum nunc. ] Sic vulgo & putabat Douza *επιπικτω* prolutum, quemadmodum paullo post etiam Pistoclerus aliter loquitur quam sentit, Sed Lambini codices & uterque Pall. *Immitio*rem. nisi quod in uno dubium est, an potius *Immiciorum* legi oporteat. Hoc ergo Grutero auctore in alteram suam editionem admisit Taubmanus. Quum fecisset idem Pareus, mutavit sententiam Gruterus, contendendi, ut videtur, studio nimium productus & acerbe hominem increpuit. Atque ille asseveratione tanta perterritus postea reddidit *Amiciorum*. Nobiscum à scriptis recederemus, nihil erat causæ. Nam quod Lambinus, ne illud quidem tutum & sincerum censet, nihil me movet. Est enim *immitu* crudelis, durus, inhumanus. Sic *immitu* *Achilli* apud summum poetam. Et apud Suetonium Tiberius *Asper & immitu*. Nihil profecto aptius. Utrum durius & crudelius mecum agere

amicum an amicam dicam, ambigo. Gronov.

4. *Suo, meo.* ] Quidam hæc ita accipiunt, quasi *meo* sit correctio ejus quod dixerat *suo*: Camerarius vero una dictione legit *suo-meo*: quasi velit Mnesiloachus, utriusque incommodo factum, ut sodalem Bacchis sibi pretulerit. Ego non dubito quin *suo* & *meo* sint diversæ lectiones, quarum una tandem è margine irrepsit in textum, non inducta priore. Idque eo facilius fuit, quod ambæ sine jactura sensus tolerari possunt. Propterea *to meo* audacter cum Douza deleo. *Disfald.*

5. *Nam mihi divini.* ] V. N. Amph. 2. 2.

6. *Planeque amo.* ] Oratio insani amatoris mirum in modum fluctuat & turbatur. Nam cum esset dicturus; Ni ego illam modis plurimis miseram habebam & ulciscar, subito se ipse revocans, subdit, *planeque amo.* Lamb.

9. *Id isti dabo.* ] Iterum exprimitur affectus

10 Adeo ego illam cogam usque, ut mendicet meus pater.

Sed fatim' ego animum mente sincera gero?

*Eyf. animi mentem sinceram.*

Qui ad hunc modum hæc hic, quæ futura, fabulor?

Amo hercle, opinor, utpote quod pro certo sciam.

Verum quam illa unquam de mea pecunia

15 Ramentâ fiat plumeâ propensior,

*Non, plumbâ.*

Mendicum malim mendicando vincere.

Nunquam edepol viva me iridebit. nam mihi

Decretum est renumerare jam omne aurum patri.

Igitur mihi inani atque inopi subblanditur:

20 Tum, cum *mea illud* nihilo plus referet,

*Mff. mihi nihilô*

Quam si ad sepulcrum mortuo dicat jocum.

Sed antequam illa unquam meis opulentiis

Ramenta fiat gravior, aut propensior,

Mori me malim excruciatum inopia.

25 Profecto stabile est me patri aurum reddere.

Eâdem exorabo, Chrysalô causâ meâ

Pater ne noceat: neu quid ei succenseat

Meâ causâ de auro, quod eum ludificatus est.

Nam illi æquom est me consulere, qui causâ meâ

30 Mendacium dixit. vos me sequimini.

adfectus amantis: qui dicat, se patri surrepturum pecuniam quam det Bacchidi, cui modo minatus est. *Lamb.*

10. *Ut mendicet meus pater.*] Dicitur erat, & veto ita orationem exorsus erat, ut hoc subjeceret, *ut mendicet*, nimirum Bacchis: sed ut homo perturbatus, vel religione quadam retractus, minas in Bacchidem intenteatas in patrem convertit. *Lamb.*

15. *Propensior.*] Id est, ponderosior.

21. *Mortuo dicat jocum.*] Ad carmina illa sublesta, casta & anilia, quæ in laudes defunctorum à præficiis occentabantur, refero; quod genus, *Neniarum* nomine & *Nugarum* veniebat. ut *Asin. act. 4. sc. 1. vs. penult. Douz.*

25. *Stabile est.*] Sententia, decretum est.

## ACTUS TERTII SCENA QUINTA.

## PISTOCLERUS.

**R**Ebus aliis antevortar, Bacchis, quæ mandas mihi:

Mnefilochum ut requiram, atque ut cum mecum ad te adducam simul.

Nam illud animus meus miratur, si à me tetigit nuncius,

Quid remoratur. ibo, & visam huc ad eum, si forte est domi.

3. *Tetigit.*] Scil. *ipsum*, id est, pertigit, seu pervenit ad eum. *Douz.*

## ACTUS TERTII SCENA SEXTA.

MNESILOCHUS, PISTOCLERUS.

**R** Eddidi patri omne aurum. nunc ego illam me velim  
Convenire, postquam inanis sum, contemptricem  
meam.

Sed veniam mihi quam gravate pater dedir de Chryſalo!  
Verum poſtremo impetravi, ut ne quid ei ſuccenſeat.

5 **Pl.** Eſtne hic meus ſodalis? **MN.** eſtne hic hoſtis, quem aſpi-  
cio, meus?

**Pl.** Certe is eſt. **MN.** is eſt. adibo contra, & tollam gra-  
dum.

**Pl.** Salvos ſis, Mneſiloche. **MN.** ſalve. **Pl.** ſalvos cum peregre  
advenis,

Cœna detur. **MN.** **NON PLACET MIHI** cœna,  
quæ bilem mover.

**Pl.** Num quæ advenienti ægritudo obſecta eſt? **MN.** atque  
acerruma.

10 **Pl.** Unde? **MN.** ab homine, quem mihi amicum eſſe arbi-  
tratus ſum antidhac.

**Pl.** **MULTI** more iſto atque exemplo vivunt, quos cum  
cenſeas

Eſſe amicos, reperiuntur falſi falſimoniis,

Lingua factioſi, inertes operâ, ſubleſtâ fide.

Nullus eſt, quoi non invident rem ſecundam obtingere.

15 **Sibi** ne videatur, ipſi ignavi recte cavent.

**MN.** Edepol nã tu illorum mores perquam meditate tenes.  
Sed etiam unum hoc ex ingenio malo malum inveniunt ſuo:

Nulli

7. **C** OEna detur.] V.N.Epid. 1. 1. *Qua  
bilem mover.* ] Ut ab inimico data.

13. *Lingua factioſi.* ] *Lingua factioſi*  
dicantur largiloqui ac dices dapſilium  
diorum. hoc eſt. ad promittendum  
promi potius quam condi: ad largien-  
dum non item. *Factioſi* enim pro opu-  
lentiſſe ſeu potentibus accepti ab antiquis.  
*Turneb.* *Subleſta fide.* ] *Foſtus:* *Subleſta*  
*ſunt infirma, tenuia.* Nonius: *Subleſtum*

eſt leve, frivolum. Vide notas *Per-  
ſa* 3. 1.

14. *Nullus eſt, quoi.* ] Nihil hoc aut ſe-  
quenti verſu mutandum eſt. Nulli ſecun-  
da obtingit fortuna, cui ignavi non invi-  
deant; ipſi vero ignavia ſua ſedulo ca-  
vent, ne obtingat ſibi ejuſmodi fortuna,  
& ſic invidiam declinant. Nam hiſ tan-  
tum, quorum res florentes ſunt, invi-  
detur. *Boxhorniuſ.*

Nulli amici sunt, inimicos ipsi in sese omnes habent.

Atque si se cum frustrantur, frustrari alios stolidi existimant.

20 Sicut est hic, quem esse amicum ratus sum, atque ipse sum mihi.

Ille, quod in se fuit, accuratum habuit, quod posset mali Facere, & in me inconciliare copias omnes meas.

Pl. Improbum istunc esse oportet hominem. MN. ego ita esse arbitror.

Pl. Obsecro hercle loquere, quis is est? MN. benevolens vivit tibi.

25 Nam ni ita esset, tecum orarem, ut ei, quod posses mali Facere, faceres. Pl. dic modo hominem, qui sit: si non fecero

Ei male aliquo pacto, me esse dicito ignavissimum.

MN. Nequam homo est, verum hercle amicus est tibi.

Pl. tanto magis

Dic, quis est? NEQUAM hominis ego parvi pendo gratiam.

30 MN. Video non potesse, quin tibi ejus nomen eloquar:

Pistoclere, perdidisti me sodalem funditus.

Pl. Quid istuc est? MN. quid est? mi sine ego ad te ex Epheso epistolam

Super amica, ut mihi invenires? Pl. fateor factum & reperti.

MN. Qui, tibi non erat meretricum aliarum Athenis <sup>Lamb. quid.</sup> copia,

35 Quibuscum haberes rem, nisi cum illa, quam ego mandassem tibi?

Occiperes tute amare & me ires consultum male? <sup>Lamb. cum tute amare.</sup>

Pl. Sanne es? MN. rem repperi omnem ex tuo magistro, ne nega.

Perdi-

22. *Inconciliare.*] Irritate, inimicas reddere: *inimicare*, ut loquitur Horat. *Donza.*

27. *Aliquo pacto.*] Donat. in Andr. *Et pacto, id est, modo, quoniam antecedit pacto, modum sequitur.* sic ille, sed ob-

scure. *pactum* pro *modo*, quia *modus certus*, & certa formula cuique *pactioni* abhibetur. *Passerat.*

36. *Me ires consultum.*] Mihi consuleres male: injuriam faceres. *Me*, pro *mihi*, dixisse antiquos docet Festus. *Donza.*

Perdidisti me. *Pl.* etiamne ultro tuis me prolectas probris?

*Mn.* Quid, amas Bacchidem? *Pl.* duas ergo hic intus eccas  
Bacchides.

40 *Mn.* Quid duæ? *Pl.* atque ambas sorores. *Mn.* loqueris  
hunc nugas sciens.

*Pl.* Postremo, si pergis parum mihi fidem arbitratier,  
Tollam ego te in collum, atque intro hinc auferam.  
*Mn.* immo ibo: mane.

*Pl.* Non maneo, neque tu me habebis falso suspectum.  
*Mn.* sequor.

38. *Prolectas.*] Id est, provocas, laceffis.

## ACTUS QUARTI SCENA PRIMA.

PARASITUS, PUER.

**P**arasitus ego sum hominis nequam atque improbi  
Militis, qui amicam secum avexit ex Samo.

Nunc me ire iussit ad eam, & percontatier,  
Utrum aurum reddat, anne eat secum simul.

5 Tu dudum, Puer, cum illa usque isti simul,  
Quæ harum sunt ædes, pulsa: adiectutum ad fores,  
Recede hinc dierecte. ut pulsat propudium!

Comefse panem tris pedes latum potes,  
Fores pultare nescis! ecquis his in ædibus est?

10 Heus ecquis hic est? ecquis hoc aperit ostium?  
Ecquis exit?

7. *Recede.*] Abigit puerum ab janua, *recte.*] Vide notas *Capit. act. 3. sc. 4.*  
quod fores levius pulsasset. *Die-* | *yl. 103. & Trin. 2. 4.*

## ACTUS QUARTI SCENA SECUNDA.

PISTOCLERUS, PARASITUS.

**Q**uid istuc? quæ istæ est pulsatio?

Quæ te mala crux agit? ad istunc qui modum  
Alieno vites tuas extentes ostio?

Fores pene effregisti. quid nunc vis tibi?

5 *Pa.* Adolefcens, salve. *Pl.* salve. sed quem quæritas?

*Pa.* Bac-

PA. Bacchidem. PL. utram ergo? PA. nihil scio, nisi Bacchidem.

Paucis me misit miles ad eam Cleomachus,  
Vel ut ducentos Philippos reddat aureos,  
Vel ut hinc in Elatiam hodie eat secum simul.

10 PL. Non it, negato esse ituram, abi, & renuncia.

*Arid. negat esse ituram.*

Alium illa amat, non illum. duc te ab ædibus.  
PA. Nimis iracunde. PL. at scin' quam iracundus siem?  
Næ tibi hercle haud longe est os ab infortunio,  
Ita dentifrangibula hæc meis manibus gestiunt.

15 PA. Cum ego hujus verba interpretor, mihi cautio est,  
Ne nucifrangibula excussit ex malis meis.  
Tuo ego istæc igitur dicam illi periculo.

PL. Quid ais tu? PA. ego istuc illi dicam. PL. dic mihi,  
Quis tu es? PA. illius sum integumentum corporis.

20 PL. Nequam esse oportet, quoi tu integumentum improbus es.

PA. Sufflatus ille huc veniet. PL. diruptum velim.

PA. Num quid vis? PL. abeas celeriter. factum est opus.

PA. Vale dentifrangibule. PL. & tu, integumentum, vale.  
In eum nunc hæc revenit res locum, ut quid consilii

25 Dem meo sodali super amica, nesciam,  
Qui iratus renumeravit omne aurum patri,

Neque

9. *Elatiam.*] Ἐλάτεια. urbs maxima Phocidis. Est & alia Thessalica.

14. *Dentifrangibula.*] Pugni, qui gestiunt tibi dentes comminuere. Quamquam malim ita vocari articulos digitorum. *Gruter.*

15. *Mihi cautio.*] Graphice hic depingitur parafiti persona; cui eum in primis sit dentium usus, & horum causa parafitum agat, desinit confellim illi obloqui, qui dentifragium minatur. *Boxhorn.*

16. *Nucifrangibula.*] Dentes, quibus nuces franguntur. *Casaubonus* ad Athen. *Nucifrangibulum* exponitur *μυκηρὶ-καί*.

16. *Malis meis.*] *Malas* fuisse etiam

partes intra os, cum hic, tum alibi confirmatur. *Gruter.*

19. *Integumentum corporis.*] *Σωματοφύλαξ* seu *δορυφόρος*, custos & stipator corporis, satelles. *Græcorum* imitatus est sermonem, qui sic vocabant, *amicum intimum indivisumque*. *Lamb.*

20. *Cui tu integumentum improbus es.*] Jocus frigidus est, imo ne jocus quidem, ob unius vocis prætermissionem, quæ desiderata facetias Poëtæ lepidissimi corrumpit. Emendo igitur: *Nequam esse oportet scutum: integumentum improbum est.* Nam integumenta vocantur & tegmenta, operimenta scuto tum & sagmata. Uttaque sententia significatur, militem esse nequam dominum, qui utatur tali ministro. *Turneb.*

Ff 5

3. *Incro-*



Neque nummus ullu' st, qui reddatur militi.  
Sed huc concedam. nam concepuerunt fores:  
Mnesilochus eccum mæstus progreditur foras.

## ACTUS QUARTI SCENA TERTIA.

MNESILOCHUS, PISTOCLERUS.

**P**Etulans protervo, iracundo animo, indomito, inco-  
gitato,

Sine modo & modestiâ sum, sine bono jure atque Acid. at-  
que more.  
honore.

Incredibilis, imposque animi, inamabilis, illepidus vivo,  
Malevolente ingenio natus. postremo id mihi est, Alii, ge-  
nio natus.  
quod nolo

5 Ego esse aliis, credibile hoc est? nequior nemo est, neque in-  
dignior,

Quoi Dii benefaciant, neque quem quisquam homo aut amet,  
aut adeat.

Inimicos quam amicos æquius est me habere: malos quam  
bonos

Par magis me juvare. omnibus probris, quæ improbis viris  
Digna sunt, dignior nullus est homo: qui patri reddidi

10 Omne aurum amans, quod fuit præ manu. sumne ego homo  
miser!

Perdidi me, atque operam Chrysalis.

Pl. Consolandus hic mihi est. ibo ad eum. Mnesilochus quid  
fit? MN. perii!

Pl. Dii melius faciant. MN. perii! Pl. non taces insipiens?  
MN. taceam?

Pl. Sanus satis non es. MN. perii! multa mala mihi in pe-  
ctore

15 Nunc acria atque acerba eveniunt. criminin' me habuisse fi-  
dem?

Imme-

3. [ *Incredibilis.* ] Indignus cui quis-  
quam credat. L. D.

7. [ *Inimicos quam amicos.* ] V. N. Me-  
nzelm. act. 5. 1.

15. [ *Criminin' me habuisse fidem.* ] Fru-  
stra hic est argutus Pistorius. Nam ha-  
bere fidem crimini pro accusasse fidem ali-  
cujus pro crimine quis dixit? at pro  
credere

Immerito tibi iratus fui. *Pl.* eja bonum habe animum.

*Mn.* Unde habeam? mortuus pluris pretii est, quam ego sum.

*Pl.* militis

Parasitus modo venerat aurum petere: hinc cum ego meis  
Dicitis malis, his foribus atque hac repuli, rejeci hominem.

20 *Mn.* Quid mihi id prodest? quid faciam? nihil habeo, miser. ille quidem

Hanc abducat, scio. *Pl.* si mihi sit, non pollicear. *Mn.* scio, dares.

Novi, sed nisi ames, non habeam tibi fidem tantam.

Nunc agitas sat tute tuarum rerum: egone ut opem mihi

Ferre putem posse inopem te? *Pl.* tace modo: Deus respiciet nos aliquis.

25 *Mn.* Nugæ. *Pl.* mane. *Mn.* quid est? *Pl.* tuam copiam eccam Chrysalum video.

credere maledicto, quis non dicit? Crimine pulsatus erat Pistoclerus quasi amator Bacchidis, quam unam esse putabat Mnesilochus & sibi destinaram. Id quia credit, reddidit patri omne aurum, & punit dolet se, quia crimen falso credit, esse conjectum in tantam molestiam. Neque aliter infra, 4. 4. 32. *Bacchidem atque hunc sufficabar propter crimen, Chrysale, me male consulisse.* Id est, propter criminationem Lydi, qua is ambos onerarat. Non enim in eo, quod crimen commississet, ut vult Pistorius. Terent. Hec. 5. 2. *Nam si compareris crimini tua se falsa uxor credidisse.* Gronov.

19. *Hic foribus atque hac repuli.* Tò hac est à Camerario. Utrum volentibus scriptis nec ne, adfirmare hæud quitmus, quia & Gruterus & Pareus silent. Vetus autem editio & membranæ Academicæ: *hic foribus atque repuli, rejeci hominem.* Quod satis adsequor, sed & eleganter dictum puto, accepta particula atque, ut apud Virgilium deprehensa est à Gellio lib. 10. cap. 29. legiturque in hac ipsa Fabula 2. 3. 45. Et nos similiter T. Livio restituius. Tabulæ duodecim: *Si in jus vocat, atque eat.* Gron.

22. *Sed nisi ames.* Nunc autem quia amas altesam Bacchidem, facile credo,

te nihil habere, quod mihi dare possis. *Lambinus.*

23. *Nunc agitas sat tute tuarum rerum.* Hicque quoque obhæsisse, qui Plauto manus admorunt? Nec miror illum, qui *egitas*: sed Salmasium explicantem: satis ipse tuas res agis: non ipse aliena ope opus habes. Immo contra, difficulter tuas res agis: tibi ipsi propmodum aliena ope opus est. Nam *satagere rerum suarum* est, satis negotii habere ipsum, satis exercitum & sollicitum pro rebus suis esse. Sic Terent. Heaut. 2. 1: *Nam hic Clinia, etsi u quoque suarum rerum satagit, attamen habet bene ac pudico edulam.* Cato: *Iam apud vallum vestri satù agebant.* Gellius, 1. 17. *Itarumque & molestiarum muliebrium per diem perque noctem satagebat.* Appulejus lib. 8. *Coloni multitudinem nostram latrones rati satù agentes rerum suarum, eximieque trepidi.* Mamertinus Juliano cap. 28. *Statim è solio, tanquam præceptus exsilui, vultu trepido atque satagente, qualu meus esse potuisset, si Principi seruis occurrerem.* Sic enim legendum: non *qualu meus esse*, ut vulgo, & frustra tentat Acidalius. Noster denique Mercat. 2. 1. *In somniù egisatù & fui homo exercitus.* Gronovius.

24. *Deus respiciet.* V. N. Capt. 4. 1. }

## ACTUS QUARTI SCENA QUARTA.

CHRYSALUS, MNESILOCHUS, PISTOCLERUS.

**H**unc hominem decet auro expendi : huic decet statuam  
statui ex auro.

Nam duplex hodie facinus feci, duplicibus spoliis sum affectus.

Herum majorem meum ut ego hodie lusi lepide ! ut ludificatus est !

Callidum senem callidis dolis compuli, & perpuli, mihi omnia ut crederet.

5 Nunc amanti hero filio senis, quicum ego bibo, quicum edo & amo,

Regias copias aureasque obtuli, ut domo sumeret, neu foris quæreretur.

Non mihi placent Parmenones, Syri, qui duas aut tres minas auferunt heris. nequius nihil est, quam egens consilii servos, nisi habet

Multipotens pectus : ubicunque usus fiet, pectore ex- Alti, multipotens.  
promat suo.

10 Nullus frugi esse potest homo nisi qui & bene & male facere tenet.

Improbis cum improbus sit, harpagnet : furibus furetur quod queat :

Vertipellem frugi convenit esse hominem, pectus quoi sapit. Bonus sit bonis, malus sit malis. utcunque res sit, ita animum habeat.

Sed lubet scire, quantum aurum herus sibi demsit : & quid suo reddidit patri.

Si

1. **A**uro expendi.] Cum auro comparari : auro contra ponderari. de se gloriose hæc prædicat. Lamb.

7. Parmenones, Syri.] Parmenones isti non movendi suo loco. Nomen servi est in Comœdia palliata. Apud Terentium in Eunucho Parmeno servus est Phœdrix. In aliis plerisque comœdiis Lati-

nis ex Græco versis, quibus caremus hodie. Parmeno inducebatur fraudans herum. Eo alludit Plautus. Parmeno ex Græco Παρμένων vel παρμένων. ab assiduitate assistendi domino. Salmafus.

13. Utcunque res sit.] Animum scilicet habeat Fortunæ aptum.

15. Her-

- 15 Si frugi est, Herculem fecit ex patre: decumam partem ei  
Dedit, sibi novem abstulit. sed quem quaero, optime ecce  
obviam  
Mihi est. num qui nummi exciderunt, here, tibi, quod sic  
terram  
Obtuere? quid vos mæstos tam tristesque esse conspicio?  
Non placet, nec est temere etiam. quin mihi respondetis?
- 20 MN. Chrysale, occidi. CH. fortassis tu auri demisti parum.  
MN. Qui, malum, parum? immo vero nimio minus multo  
parum.  
CH. Quid igitur, stulte? quoniam occasio ad eam rem fuit  
Mea virtute parta, ut quantum velles, tantum sumeres.  
Sic hoc digitulis duobus sumebas primoribus?
- 25 An nesciebas, quam ejusmodi homini raro tempus se daret?  
MN. Erras. CH. At quidem tute errasti, cum parum immer-  
sti ampliter.  
MN. Pol tu quam nunc me accuses magis, si magis rem no-  
veris.  
Occidi! CH. animus jam istoc dicto plus præfagitur mali.  
MN. Perii! CH. quid ita? MN. quia patri omne cum ra-  
mento reddidi.
- 30 CH. Reddidisti? MN. reddidi. CH. omnene? MN. oppi-  
do. CH. occisi sumus!

Qui

15. *Herculem fecit ex patre.*] Her-  
euli decimam bonorum consecrare lo-  
cupletes quidem solent; propterea  
quod is dixerit moriturus, eos opu-  
lentos futuros, qui sibi decimam  
bonorum suorum partem consecra-  
sent. Vide Notas Stich. act. 2. 1.  
*Longol.*

18. *Vos mæstos tristesque.*] *Mæstus*, qui  
animo angitur: *Tristis*, qui vultu ægri-  
tudinem præsentem ostendit.

21. *Imo vere.*] Imo multo, & nimio  
minus, quam parum. *Multo nimio*, in  
*παρὰ μῆκος* posita sunt. vel, *nimio* plus  
est, quam multo. *Lambin.*

24. *Sumebas primoribus.*] *Manuum*  
*finu* & *digitu* primoribus aliquid sumere  
opponuntur. *Manuum finu* quod sum-

ptum est. continetur; quod primoribus  
digitis, facile elabitur. Facit huc illud  
*Lactantii* lib. de Opif. Dei. *Ideo finus*  
*manuum homini datus, ut sumpta melius*  
*posset continere.* Hinc, velut proverbiali  
loquendi ratione, dicitur primoribus di-  
gitis eum aliquid sumere, qui ita sumit  
aut accipit oblata, ut sit amissurus. *Box-  
horn.*

25. *Ejusmodi homini.*] Construi ita de-  
bet: *An nesciebas, quam rare ejusmodi*  
*tempus, sc. argenti sumendi, se daret?*  
*Douza.*

26. *Immersti.*] Immerstisti manus in  
autum. *Boxhorn.*

29. *Cum pulvisculo.*] *Trucul.* Prolog.  
*cum pulvisculo, quod omnem scobem*  
& pulverem interpretos. *Turneb.*

Qui in mentem venit tibi istuc facinus facere tam malum? <sup>1</sup>

MN. Bacchidem atque hunc suspicabor propter crimen, Chrysale,

Me male consuluisse: ob eam rem omne aurum iratus reddidi Meo patri. CH. quid, ubi reddebas aurum, dixisti patri?

35 MN. Id aurum accepisse extemplo ab hospite Archidemide. CH. hem!

Istoc dicto dedisti hodie in cruciatum Chrysalum:

Nam ubi me aspiciet, ad carnificem rapiet continuo senex.

MN. Ego patrem exoravi. CH. nempe ergo hoc ut faceret, quod loquor?

MN. Immo tibi ne noceat, neu quid ob eam rem succenseat,

40 Atque ægre impetravi. nunc hoc tibi curandum est, Chrysale.

CH. Quid vis curem? MN. ut ad senem etiam alteram facias viam:

Compara, fabricare, finge quod lubet, Conglutina,

Ut senem hodie doctum docte fallas, aurumque auferas.

CH. Vix videtur fieri posse. MN. perge, ac facile hæc feceris.

45 CH. Quam, malum, facile? quem mendaciiprehendit manifesto modo:

*I. Gnl. mani-  
festum modo.*

Quem si orem, ut mihi nihil credat, id non aufit credere.

MN. Immo si audias, quæ dicta dixit me adversum tibi.

CH. Quid dixit? MN. si tu illum Solem sibi Solem esse dixeris,

Se illum Lunam credere esse, & noctem qui nunc est dies.

50 CH. Emungam hercle hominem probe hodie: ne id nequicquam dixerit.

MN. Nunc quid nos vis facere? CH. enim nihil, nisi ut amittis, impero.

Cæterum quantum lubet me poscitote aurum, ego dabo.

Quid mihi refert Chrysale esse nomen, nisi factis probo?

Sed nunc quantulum usu' sit auri tibi Mnesilochæ: dic mihi.

MN. Mili-

32. *Crimen.*] Hoc vult, quod jam dictum Sc. præced. ad *ψ*. 15. *Pistoris.*

42. *Conglutina.*] Consuec dolos.

47. *Me adversum tibi.*] Id est, me præzente in te absentem.

48. *Si tu illum solem.*] Elegantissime dicitur, *si tu illum solem*, *δύναμις* hæc loquens manus ad solem histrio tollebar, dixeris illi solem esse, crederet esse lunam, & noctem qui est dies. *Sulmas.*

55 MN. Militi nummis ducentis jam usus est pro Bacchide.

CH. Ego dabo. MN. tum nobis opus est sumptu. CH. ah placide volo

Unumquidque agamus. hoc ubi egero, tum istuc agam.

De ducentis nummis primum intendebam balistam in senem:

Eâ balistâ si pervortam turrim & propugnacula,

60 Rectâ portâ invadam extemplo in oppidum antiquom & vetus:

Si id capso, geritote amicis vestris aurum corbibus,

Sed quoi animus sperat. PL. apud te est animus Scopp. sicut animus sperat. noster, Chrysale.

CH. Nunc tu abi intro, Pistoclere, ad Bacchidem, atque effer cito.

PL. Quid? CH. stilum, ceram, & tabellas, & linum. PL. jam faxo hic erunt.

65 MN. Quid nunc es factururus? id mihi dice, coctum est prandium.

CH. Vos duo eritis, atque amica tua erit tecum tertia.

MN. Sicut dicis. CH. Pistoclero nulla amica est. MN. immo adest.

Alteram ille amat sororem, ego alteram, ambas Bacchides.

CH. Quid tu loqueris? MN. hoc ut futuri sumus. CH. ubi est bichnium

Vobis

64. *Ceram.*] Cera hic non est tabula ex cera & ligno compacta: sed ea porius cera, qua more non nimium ab hodierno abludente, tabellas obsignabant. Sequitur enim inferius: *Obsigna citq;* in quem usum & ceram poposcerat sibi. *Donza. Tabellæ.*] Ante chartæ & membranarum usum, in dolatis ex ligno codicillis epistolarum colloquia scribebantur. Et ejusmodi tabulæ Homero etiam notæ. Fiebant illæ inducta cera è fago, abiete, buxo, tilia sive philyra, acere, citro, ebore. usi tamen & charta: sed sive tabella sive charta, fuit forma ejus paullo alia quam hodie. pagellæ enim erant, & species minuri libelli. Hinc Ciceronis illud lib. 2. *Epist.* 13. *Extrema pagella*

*pupugit me tuo chirographo.* Nisi quod publicas litteras ad S. P. Q. grandiorq; forma & transversa charta scribebant, scilicet quasi Historias: Hæ siquidem majore modulo scribebantur: Carmina atque Epistolæ, brevioræ. *Lipsius.*

67. *Imo adest.*] Quidquid alii contradieunt, hæc verba plane sunt Mnesilochi, qui apud Bacchidem pransutus erat ex obsonatu Pistocleri. Ideo ne moxetur cum Servus, ait:

*Quid nunc es factururus, &c.* Quali dicat: animus est in patinis, ne me morare. id audiens servus, mox convivas divinat. Nempè, inquit, vos duo (tu & Pistoclerus) eritis in convivio, & tua amica. *Pisbarn.*

70 Vobis stratum? MN. quid id exquiris? CH. res ita est: dici volo.

Nescis quid ego acturus sim, neque facinus quantum exordiar.

MN. Cedo manum, ac subsequere propius me ad fores, intro inspice.

CH. Evax nimis bellus, atque ut esse maxumæ optabam; locus. *Memf. deles arqob.*

PL. Quæ imperasti, imperatum bene bonis factum ilico est.

75 CH. Quid parasti? PL. quæ parari tu iussisti omnia.

CH. Cape stilum prope & tabellas tu hastibi. MN. quid postea?

CH. Quod jubebo, scribito istic. nam propterea te volo Scribere, ut pater cognoscat literas, quando legat.

Scribe. MN. quid scribam? CH. salutem tuo patri verbis tuis.

80 PL. Quid si potius morbum & mortem scribat? id erit rectius.

MN. Ne inturba. jam imperatum in cera inest. CH. dic quemadmodum?

MN. Mnesilochus salutem dicit suo patri. CH. adscribe hoc cito,

Chrysalus mihi usque quaque loquitur nec recte, pater; Quia tibi aurum reddidi, & quia non te defraudaverim.

85 PL. Mane, dum scribit. CH. CELEREM oportet esse amatoris manum.

PL. Atque idem hercle est ad perdendum magis, quam ad scribendum citus.

MN. Loquere: hoc scriptum est. CH. nunc, pater mi, proin' tu ab eo ut caveas tibi,

Syc-

74. *Qua imperavisti.* ] Locus haud dubie corruptus. Varia & vana hactenus moliantur correctores. Scribendum est; *Quod imperavisti, impetratum. Bene bonis factum ilico est.* Sententia aperta Quod imperasti ut ad te adferrem, impetratum est. Quod boni impetrant, statim factum, ita sim impetratum est. *Boxhorn.* Probo legi; *quod imperavisti,*

*impetratum.* Nec alia emendatio quaerenda. Et sic olim emendavi ad oram mei exemplaris. *Salm.* Vide quæ ad hunc locum scripsimus lib. 3. Oblierv. cap. 2. *Gronovius.*

81. *Ita imperatum in cera.* ] Jati scriptum est quod imperasti.

85. *Mane.* ] Expecta, ne dicta, donec, quæ dictasti, scripserit. *Boxhorn.*

95. *Obli-*

Sycophantias componit, aurum ut abste auferat:  
Et profecto se ablatum dixit. plane adscribebo.

90 MN. Dic modo. CH. atque id pollicetur se daturum aurum  
mihi,

Quod dem scortis, quodque in lustris comedim, & congræ-  
cem, pater.

Sed pater vide ne tibi hodie verba det: quæso cave.

MN. Loquere potro. CH. adscribe dum. MN. etiam lo-  
quere, quid scribam, modo.

CH. Sed pater, quod promissisti mihi, te quæso ut memi-  
neris,

95 Ne illum verberes, verum apud te vinctum asservato  
domi;

Cedo tu ceram ac linum actutum. age oblige, obliga cito.

MN. Obsecro, quid istis ad istunc usu' sit conscriptis mo-  
dum?

Ut tibi ne quid credat, atque ut vinctum te asservet domi?

CH. Quia mihi ita lubet potin' ut cures te, atque ne parcas  
mihi?

100 Meâ fiduciâ opus conduxî, & meo periculo rem gero.

MN. Æquom dicitis. CH. cedo tabellas. MN. accipe:  
CH. animum advortite.

Mnesiloche & tu Pistoclere, jam facite in biclinio

Cum amica sua uterque accubitus eatis. ita negotium est.

Atque ibidem, ubi nunc sunt lecti strati, potetis cito.

105 PL. Nunquid aliud? CH. hoc, atque etiam ubi erit acubi-  
tum semel,

Ne quoquam exsurgatis, donec à me erit signum datum.

PL. O Imperatorem probum! CH. jam bis bibisse oportuit.

MN. Fugi-

96. *Obliga.* ] Scil. lino. Et rectissime  
PL. ad litteras faciendis res quatuor si-  
mul dinumeravit antea; *filum, ceram,*  
*tabellas, & linum.* Douza.

99. *Potin' ut cures te.* ] Quasi dicat:  
cura tu modo Genium tuum: & de me  
securus esto.

100. *Meâ fiducia opus conduxî.* ] Alle-

goris est, à redemptoribus ducta, quâ  
datis sponsoribus, & falsis syngraphis  
suo periculo opus aliquod faciendum  
conduxerunt. *Fiducia* in Lexico Græ-  
colat. est *ἔνδοξον*. Et Cicer. 3. Offic. *fi-  
duciam pro deposito*; ut in Orat. pro L.  
Flacco, pro pignore posuit. *Hotoman-  
nus.*



MN. Fugiamus. CH. vos vobstrum curate officium, *Mi, Ego  
carnus.*  
ego efficiam meum.

## ACTUS QUARTI SCENA QUINTA.

CHRYSALUS.

**I**nsanum magnum molior negotium ;  
Metuoque ut hodie possiem emolirier.  
Sed nunc truculento mihi atque sævo usus sene est.  
Nam non conducit huic sycophantiæ  
5 Senem tranquillum esse, ubi me aspexerit.  
Vorlabo ego illum hodie, si vivo, probe.  
Tam frictum ego illum reddam, quam frictum est cicer :  
Adambulabo ad ostium, ut quando exeat,  
Extemplo adveniēti ei tabellas dem in manum.

2. *I*nsanum magnum. ] Veteres cum aliquid vehementer extollerent, soliti tanquam exclamantes, orationi suæ vocem *Μαζία* inferere. Unde manarunt illæ locutiones, *Μαζία, εὐτυ μάζα*, & *Insanum magnum*. Casaubon.

6. *Vorlabo ego illum hodie.* ] Tractum à piscibus, qui, dum in fastagine aut craticula friguntur, hinc inde versantur. *Seneca Epistola 90. Sollicitudo nos in nostra purpura versat.*

## ACTUS QUARTI SCENA SEXTA.

NICOBULUS, CHRYSALUS.

**N**imio illæc res est magnæ dividiæ mihi,  
Subterfugissè sic mihi hodie Chrysalum.  
CH. Salvosum, iratus est senex. nunc est mihi  
Adeundi ad hominem tempus. NI. quis loquitur prope ?  
5 Atque hic quidem opinor Chrysalu'st. CH. accessero.  
NI. Bone serve salve. quid fit ? quam mox navigo  
In Ephesum, ut aurum repetam ab Theotimo domum ?  
Taces ? per omnes deos adjuro, ut ni meum  
Gnatum tam amem, atque ei facta cupiam quæ is velit,  
10 Ut tua jam virgis latera lacerentur probe,  
Ferratusque in pistrino ætatem conteras.  
Omnia rescivi scelera ex Mnesilocho tua.  
CH. Men' criminatus est ? optime est : ego sum malus,  
Ego sum facer, scelestus : specta rem modo.

Ego

- 15 Ego verbum faciam. Ni. etiam carnufex  
Minitare? CH. nosces tu illum actutum qualis sit.  
Nunc hæc tabellas ferre me iussit tibi.  
Orabat, ut, quod istuc esset scriptum, ut fieret.  
Ni. Cedo. CH. nosce signum. Ni. novi. ubi ipse est?  
CH. nescio.
- 20 Nihil jam me oportet scire: oblitus sum omnia.  
Scio me esse servom, nescio etiam id quod scio.  
Nunc ab transfenna hic turdus lumbricum petit:  
Pendebit hodie pulchre, ita intendi tenus.  
Ni. Mane dum parumper: jam ad te exeo, Chrysale.
- 25 CH. Ut verba mihi dat! ut nescio quam rem gerat!  
Servos accessit intus, qui me vinciant.  
Bene navis agitatur, pulchre hæc confertur  
ratis. Terent. pulchre hæc fertur ratis
- Sed conticiscam: nam audio aperiti fores.

18. **Q** *Ved istuc esset scriptum, id fieret.]* Ita Gruterus, quum ambobus in Mss. legeretur, ut fieret: & increpat editiones eodem versu bis eandem particulam exprimentes. itaque alii fecerunt: *esset scriptum, fieret.* Sed retinenda scriptura vetus iniegra: *Orabat, ut, quod istuc esset scriptum, ut fieret:* neque inepie, sed antique repetitur particula: nec Plauti modo, ut hac ipsa scena, ut ni meum Gnatum, &c. ut tua jam: & hac fabula: *Ut, ubi emeritum sibi sit, se ut revehat de mum:* sed persæpe & Livio. Vide nostra ad lib. 22. 11. & 28. 9. Terent. Phorm. act. 1. sc. 1. *Adeo rem redisse, ut qui mihi consultum optime velit esse, Phadria, patrem ut extimescam, ubi in mentem ejus adventi venit?* Ubi Guidetus sibi videtur operæ pretium facere, ex posteriori versu τὸ *Ut* quod abundabat, inquit, ejecto. Sed Terentius sic abundare ipse voluit. *Grenev.*

19. *Nescio signum.]* Mos vetus notandus. Antequam literas recitarent, jube-

bant, adversus quos facerent, ne postea dicerent fictas, cognoscere signum. Quod exemplis passim potest probari. *Videtur.*

22. *Nunc ab transfenna.]* Vel cratem, vel rete appellat transfennam; quæ machina est capiendis turdis, reticulato opere facta, quod τὸ δίκτυον ab retis similitudine dictum. *Salmas.*

23. *Intendi tenus.]* Tenus est laqueus, quo aves suspensi capiuntur. Marcellus laqueum interpretatur, & dictum à tendicula dicit. Purum & putum Græcum est, τὸ τένος vel τένος. Hinc tenues etiam virgulas & feituas tenos dixere, ut πλῆμα Græci. *Salmas.*

27. *Confertur rati.]* Ratem conferre significat συμβάλλειν, aut πειράσκειν: ut conferre gradum. *Ennius:*

*Conferta pulchre rate inarataque perita.* Scalig. *Conferti* dicitur *agitata navis alteri navi.* ut concurrant scilicet ac mutuo impingant. qui quidem hic vetus lenius est. *Acidal.*

## ACTUS QUARTI SCENA SEPTIMA.

NICOBULUS, CHRYSALUS.

**C**onstringe tu illi, Artamo, actutum manus. Mens. Artama-  
hæ c. j. v. 240

CH. Quid feci? NI. impinge pugnum, si muttiverit.

Quid hæ loquuntur literæ? CH. quid me rogas?

Ut ab illo accepi, ad te obsignatas attuli.

5 NI. Eho tu, loquitatusne es gnato meo male  
Per sermonem, quia mihi id aurum reddidit?

Et te dixisti id aurum ablatum tamen

Per lycophantias? CH. egone istuc dixi? NI. ita.

CH. Quis homo est, qui dicat me dixisse istuc? NI. tace.

10 Nullus homo dicit: hæ tabellæ te arguunt,  
Quas tu attulisti: hem hæ te vinciri jubent. CH. aha!

Bellerophonem jam tuus me fecit filius.

Egomet tabellas detuli, ut vinceret? sine!

NI. Propterea hoc facio, ut suadeas gnato meo

15 Ut pergræctetur tecum, tervenefice.

CH. O stulte, stulte nescis nunc vœnire te:

Atque in eo ipso astas lapide, ubi præco prædicat.

NI. Responde: quis me vendit? CH. QUEM DI dili-  
gunt:

Adolescens moritur, dum valet, sentit, sapit.

20 Hunc si ullus deus amaret, plus annis decem,

Plus

12. **B**ellerophonem. ] Proverbium *βελ-  
λεροφονικὸν καὶ ἰαυτὸ γερμια-  
τα*. de eo, qui literas velut commen-  
datitias præfert, quæ contra ipsum sunt  
scriptæ. Bellerophon cum apud Præctum  
hospitem suum falso accusatus esset à  
Stenobœa ejus uxore, quasi ad stuprum  
ipsam pellexisset, literas ab illo jussus est  
ad Jobatam in perniciem suam scriptas,  
totius rei ignarus, perferre. Vid. Hom.  
Iliad. VII.

17. *In eo ipso astas lapide.* ] Idem di-  
ci: aliis verbis: & adagium est in eum,  
qui præfens, videns audiensque tamen  
deluditur. *Lapu* autem locus eminens  
erat, & tanquam suggestus, unde præco

prædicabat atque vendebat: & *λίθον*  
Aristoph. *suggestum* vocavit. Unde, *de*  
*lapide emtas* Cic. nominat, vilissimos, ut  
servos venales. & Columell. lib. 4. 3.  
*de lapide noxiuum*, appellat servum de la-  
pide emptum, non frugi bonæ, sed qui  
noxæ deditus sit, ideoque venditus.  
*Turneb.*

18. *Quem di diligunt, adolescens mori-  
tur.* ] Plautus hic Menandri versum x-  
mulatus est:

*Ὅν οἱ θεοὶ φιλοῦσι, ἀποθνήσκῃ νῖϞ.*  
Innuat Chrysalus, senem Nicobulum  
diis esse invisum: quod adolescens, dum  
speret & sentiet, mortuus non esset.  
*Herald.*

Plus jam viginti mortuum esse oportuit:

Terræ odium ambulat. jam nihil sapit,  
Nec sentit. tanti est, quanti est fungus putidus.

Ni. Tun' terræ me odium esse autumas? abducite hunc

25 Intro, atque astringite ad columnam fortiter.

Nunquam auferes hinc aurum. CH. atqui jam dabis.

Ni. Dabo? CH. atque orabis me quidem ultro, ut auferam;

Cum illum rescisces criminatorem meum

Quanto in periculo, & quantâ in pernicië fiet:

30 Tum libertatem Chrysalø largibere:

Ego adeo nunquam accipiam. Ni. dic, scelerum caput,

Dic, quo in periculo est meus Mnesilochus filius?

CH. Sequere hac me, faxo jam scies. Ni. quo gentium?

CH. Tres unos passus. Ni. vel decem. CH. age- Novi. treu-  
dus pallus.

dum, tu Artamo,

35 Forem hanc pauxillum aperi, placide, ne crepa:

Sat est. accede huc tu, viden' convivium?

Ni. Video ex adversum Pistoclerum & Bacchidem.

CH. Qui sunt in lecto illo altero? Ni. interii miser!

CH. Novistine hominem? Ni. novi. CH. dic fodes mihi,

40 Bellan' videtur specie mulier? Ni. admodum,

CH. Quid illam, meretricemne esse censet? Ni. quippini?

CH. Frustra es. Ni. quis igitur obsecro est? CH. inveneris.

Ex me quidem hodie nunquam fies certior.

23. *Tanti est, quanti est fungus.*] Id est ad custodiam modo id factum aliquis pertendat. *Lippius.*

*Fungus putidus.*

25. *Astringite ad columnam fortiter.*]

Hoc de flagellatione, quæ expetere solebat in adstrictos ad columnam, accipio;

42. *CH. Inveneris.*] Tu per te invenias, si voles. vel: facito ut per te invenias si possis. *Lambinus.*

## ACTUS QUARTI SCENA OCTAVA.

CLEOMACHUS, NICOBULUS, CHRYSALUS.

**M**eamne hic Mnesilochus, Nicobuli filius,

Per vim ut retineat mulicrem? quæ hæc factio est?

Ni. Quis ille est? CH. per tempus hic venit miles mihi.

CL. Non me arbitratur militem, sed mulierem,

Qui

4. *SED mulierem.*] Proverb muliere *ignavior. Et, mulier Imperator. Et*

Græci timidum in bello *γυναικίαν* appellat. Sic Mil. 2. 6. &c.

Gg 3

8. Ex-

- 5 Qui me meosque non queam defendere.  
 Nam neque Bellona mihi unquam, neque Mars creduat  
 Ni illum exanimalem faxo, si convenero,  
 Nive exheredem fecero vitæ suæ.  
 Ni. Chrysale, quis ille est, qui minitatur filio?
- 10 CH. Vir hic est illius mulieris, quâ cum accubat.  
 Ni. Quid, vir? CH. vir, inquam. Ni. nupta est illan'  
 obsecro?  
 CH. Scies haud multo post. Ni. oppido interii miser!  
 CH. Quid? nunc scelestus tibi videtur Chrysalus?  
 Age nunc, vincito me, auscultato filio.
- 15 Dixin' tibi ego illum inventurum te qualis sit?  
 Ni. Quid nunc ego faciam? CH. jube sis me exsolvi cito:  
 Nam nisi ego exsolvor, jam manifesto hominem opprimet.  
 CL. Nihil est lucri, quod me hodie facere mavelim,  
 Quam illum cubantem cum illa opprimere, ambo ut necem.
- 20 CH. Audin' quæ loquitur? quin tu me exsolvi jubes?  
 Ni. Exsolvite istum. perii, pertimui miser!  
 CL. Tum illam, quæ corpus publicat volgo suum,  
 Faxo, se haud dicat nactam, quem derideat.  
 CH. Pacisci cum illo paullula pecunia
- 25 Potes. Ni. Paciscere ergo obsecro, quid tibi lubet.  
 Dum ne manifesto hominem opprimat, neve enicet.  
 CL. Nunc nisi ducenti Philippi redduntur mihi,  
 Jam illorum ego animam amborum exforbebo oppido.  
 Ni. Hem illoc paciscere, si potes. perge obsecro.
- 30 Paciscere quid vis. CH. ibo & faciam sedulo.  
 Quid clamas? CL. ubi herus tuus est? CH. nusquam, nescio.  
 Vis tibi ducentos nummos jam promittier,  
 Ut ne clamorem hic facias, neu convicium?  
 CL. Nihil est, quod malim. CH. atque ut tibi mala multa in-  
 geram?
- 35 CL. Tuo arbitrato. CH. ut subblanditur carnufex.

Pater

3. Exheredem.] V. N. Menzschm. 3.2.  
 19. Ambo.] Simul, & uno quasi  
 actu. Dissertunt enim ambo & utriusque.  
 Charif.

35. Ut subblanditur.] Ita ergo *Acidalius* Chrysale hoc ipsi dat: quod miles dixerat, velut palpans, tuo arbitrato.  
 Lamb. *επιπαικῶς* dictum Seni dabit: qui

Pater hic Mnefilochi est: sequere. is promittet tibi.

Tu aurum rogato: cæterum verbum sat est.

Nl. Quid fit? Ch. ducentis Philippis rem pepigi. Nl. vah, salus

Mea, servavisti me, quam mox dico? dabo.

40 Ch. Roga hunc tu, tu promitte huic. Nl. promitto: roga.

Cl. Ducentos nummos aureos Philippos probos

Dabin? dabuntur, inque: responde. Nl. dabo.

Ch. Quid nunc, impure, nunquid debetur tibi?

Quid illi molestus? quid illum morte terretis?

45 Et ego te & illum maectamus infortunio.

Si tibi est machæra, & nobis veruina est domi:

Quâ quidem te faciam, si tu me irritaveris,

Confossiolem foricina nenia.

Jamdudum hercle equidem sentio, suspicio

50 Quæ te sollicitet, eum esse cum illa muliere.

Cl. Immo est quoque. Ch. ita me Juppiter, Juno, Ceres, Minerva,

qui tam procul tamen aberat, ut nihil eorum quæ loquerentur audire potuerit.

37. *Rogato.*] Id est, stipulator. Vide N. Pseud. act. 1. t. *Cæterum verbum sat est.*] Non hoc dicit, unum in rem totam verbum sufficere. sed *verbum* dixit pro *verborum*. ut Rud. act. 3. sc. 6. *hic verbum sat est.* & Truc. 2. 8. *Sequere hac, verbum sat est.* Jam sensus est: de cætero, sive quod ad cætera attinet, verborum sat est. Quasi dicat: de aliis rebus nihil opus te ad senem meminisse: nummos saltem rogato. Metuebat enim ne fallacia appareret, si in sermonem alium descenderet, &c. *Cæterum* autem sic absolute poni, vulgatum est: non item *Reliquum* ea forma. Noster *Clitellaria*:

*Pol ad cubitum mater, mage sum exercita:*

*Reliquum ad cursuram sum tardiuscula.*  
Acdalius.

39. *Quam mox.*] Nihil hic viderunt interpretes. Nihil etiam mutandum est, si recte distinguas. Hoc nempe modo; *quam mox dico, dabo.* Glossæ Mss. *Mox, non multo post, statim, exinde.* Sententia

ergo est; Ducentis Philippis rem pepigisti. Accipiet miles. Simul dicam daturum me illi & dabo. *Boxhorn.*

46. *Veruina.*] *Veruina* quatuor syllabarum est: & obeliscum significat, id est, parvum vetu, & tanquam vericulum. se enim cum minatur vetu confosurum, nec enim exsimularet vetu, sed punctim: nec obruneat, sed confodit. Fulgentius: *Veruina, jaculi genus longum, quod aliqui verutum vocant.* Turnebus.

48. *Confossiolem foricina nenia.*] *Soricina nenia* est vox quam emittitorex, quæ sæpe ad illam vocem deprehenditur, & confoditur. Ideo dixit *confossiolem foricina nenia*. Qui aliter legunt aut intelligunt nugantur. *Naniam* autem vocat, quia ipsi est pro *nenia*, cum plerumque necetur in illo ipso sono edendo. *Salmas.* Threnum etiam *ϑλωστου* vocant, id est, extremum, & *ϑλωστου* eadem ratione. Quare non recte per diphthongum scribitur *pæne* omnes. Sic *iibiam* quæ in functionibus adhibebatur, vocavit Pratinas Phliasius *ϑλωστου*. Jul. Scalig. poëtic. 1. 50.

- Minerva, Latona, Spes, Opis, Virtus, Venus,  
 Castor, Polluces, Mars, Mercurius, Hercules,  
 Submanus, Sol, Saturnus, diique omnes ament:  
 55 Ut ille cum illa neque cubat, neque ambulat,  
 Neque osculatur, neque illud quod dici solet.  
 Ni. Ut jurat! seruat me ille suis perjuriis.  
 Cl. Ubi nunc Mnesilochus ergo est? Ch. rus misit pater.  
 Illa autem in artem abivit ædem visere  
 60 Minervæ. nunc aperta est i vise, estne ibi.  
 Cl. Abi ad forum igitur. Ch. vel hercle in malam crucem.  
 Cl. Hodie exigam aurum hoc? Ch. exige, ac suspende te;  
 Ne supplicare censeas, nihili homo.  
 Ille est amotus. sine me, per te, here, obsecro  
 65 Deos immortales, ire huc intro ad filium.  
 Ni. Quid eo introibis? Ch. ut eum dictis plurimis  
 Castigem, cum hæc sic facta ad hunc faciat modum.  
 Ni. Immo oro ut facias, Chrysale, & te obsecro,  
 Cave parsis in eum dicere. Ch. etiam me mones?  
 70 Satin' est, si plura ex me audiet hodie mala,  
 Quam audivit unquam Clinia ex Demetrio?  
 Ni. Lippi illic oculi servos est simillimus:

Græc. Sine  
 ne ibi.

Si

54. *Submanus.* ] V. N. Curcul. act. 3. 1.

56. *Noque illud, quod dici, &c.* ] Verbum turpe tacuit. Legerem: *neque illud, quod dici, solet.* Veteribus *solere* nihil aliud erat, quam *scire*?

59. *Ædem visere Minerva.* ] Ut in palliata, eaque Attica, dictum est. Nam Athenis in Actopoli Minervæ zdes erat. Turnob.

64. *Sine me, per te, here, &c.* ] Sermo implicatus: cujus hic est ordo: *Here, te per deos omnes immortales obsecro, sine me huc introire ad filium.* Antiquis hoc quicquam usitatum, quam in deprecationibus & obsecrationibus inter præpositionem ejusque casum interponere pronomen: ut hoc loco. Et Ter. Andr. act. 5. sc. 7. *Per ego te deos oro, &c.* Virgil. Ceiti: *Per te sacra precor:* pro, per sacra te precor. Festus: *Ob vos sacro, in quibusdam precationibus est, pro, vos obsecro: ut*

*&c. sub vos placeo, pro, vos supplico.* Scalliget.

71. *Quam audivit unquam Clinia ex Demetrio.* ] Alludit sine dubio ad aliquam comœdiam illius temporis, in qua multa mala ingerebat Demetrius Cliuz. Personæ sunt illius fabulæ runc cœlebris in theatro Romano. Nec aliud quærendum. Salmas.

72. *Lippi illic oculi servus est simillimus.* ] Dicit servum malum oculi lippi esse simillimum. Si oculus tuus non est lippus sane nolis esse, sed si sit, vix possis abstinere quin semper illic manum habeas, & illum tangas vel attingas. Nam sæpe pruriunt ejusmodi oculi. Aut etiam ut sordes detergeantur quas lippitudo ægerit, manibus oculus est attingendus. Ita est de servo, qui quamvis sit malus, vix tamen abstinemus quin ejus opera utamur. Salmas.

Si non est, nolis esse, neque desideres:

Si est, abstinere, quin attingas, non queas.

75 Nam nillic hodie forte fortuna hic foret,  
Miles Mnesilochum cum uxore opprimeret sua,  
Atque obtruncaret mœchum manifestarium.

Nunc quasi ducentis Philippis emi filium,  
Quos dare promisi militi: quos non dabo

80 Temere etiam, priusquam filium convenero.

Nunquam edepol quicquam temere credam Chrysalò.

Verum libet etiam mihi has perlegere denuo:

Æ QUOM est tabellis consignatis credere.

*Alter cod.  
Philippens.*

75. *Forto fortuna.* ] *Fors* est fatorum  
lex: *Fortuna* est incertus eventus. *Illa*  
*Græcorum* *εὐμαρτυρία*, hæc *τύχη*. *Fors-*  
*fortuna* est fatalis eventorum causa. In-  
terdum tamen *Fors* pro *Fortuna* ponitur.

Ovid. 2. F. *audantes Forsque Deusque ja-*  
*vat.* *Vulgus* indoctum nescit distingue-  
re *Forte* à *Sorte*: quæ inter se differunt,  
ut *αὖτος* & *τοῖσιν*. *Popma* & *Scali-*  
*ger.*

## ACTUS QUARTI SCENA NONA.

CHRYSALUS, NICOBOLUS.

**A** Tridæ duo fratres eluent fecisse facinus maxumum:

Cum Priami patriam Pergamum, divina mœnitum  
manu,

Armis, equis, exercitu, atque eximiis bellatoribus,

Millenum numero navium, decimo anno post subegerunt.

5 Non Pelides termento fuit, præter ego herum expugnabo  
meum,

Sine

1. **A** Trida. ] *Agamemnon* & *Mene-*  
*laus.* Hæc scena Plautinissima est  
& hæbet *αὐτοχλω* excidii Trojani.  
*Taubmannus.*

2. *Pergamum.* ] *Troja* regio est: *Ilium*  
sive *Ilios*, civitas: *Pergamos* sive *Pergama*  
arces Trojanæ. *Stephan.* *Divina manu.* ]  
*Neptuni* & *Apollinis*, jussu *Jovis.* *Lam-*  
*bin.* *Manitum.* ] *Id* est, structum & con-  
ditum. Nos primi docemus *mania* *La-*  
*tinis* usurpasse pro quibuslibet ædificiis  
& operibus: atque ut *mania* sunt ædifi-  
cia, sic *manire* pro ædificare & condere  
sumpsit hoc loco *Plautus.* *Isidorus,*  
*manit, struit, ædificat.* *Tertullianus* de  
*Pallio:* *Corinthi, duce Archia, manivunt*  
*Syracusas.* *Id* est, condunt. *Salmas.*

5. *Non Pelidos termento.* ] *Termentum*  
hoc loco etiam legit olim *Festus*, non  
trimentum. Et sane *Terment* & *termen-*  
*tum* à *tero* magis ex analogia est quam  
*trimen* vel *trimentum*. Nam à *tero* *terci-*  
*men* *termen*. Ut à *moveo* *movimen* *mo-*  
*men*, à *torqueo* *torquimen* *tormen*. A *po-*  
*no* *ponimen*, *pomen*, unde *pomentum* &  
*impomentum*. *Impomenta*, inquit *Festus*,  
quasi *imponimenta*. quæ post cœnam  
mensis imponebant. Vereor tamen, ne  
male olim lectum sit *termento* in hoc  
versu *Plauti* pro *tormento*. Per *tormen-*  
*tum* intelligit *arietem*, quo expugnantur  
urbes. Pro *tormento* igitur fuit *Achilles*  
*Pergamo*, quo mœnia ejus quat-  
tiebant. Nam *termentum* hoc pro detri-

Gg 5 mento,



Sine classe, sineque exercitu, & tanto numero militum.  
Cepi, expugnavi amanti herili filio aurum ab suo patre.  
Nunc priusquam huc senex venit, libet lamentari, dum  
exeat.

O Troja! ô patria! ô Pergamum! ô Priame! periisti  
senex,

10 Qui misere male mulcabere quadringentis Philippis aureis.  
Nam ego has tabellas obsignatas, consignatas quas fero,  
Non sunt tabellæ, sed equus, quem misere Achivi ligneum.  
Epius est Pistoclerus: ab eo hæc sumpta. Mnesilochus Si-  
non est

Relictus. ellum, non in busto Achilli, sed in lecto accubat:

15 Bacchidem habet secum. ille olim habuit ignem, qui signum  
daret:

Hæc ipsum exurit. ego sum Ulysses, cujus consilio hæc ge-  
runtur.

Tum quæ hic sunt scriptæ litetæ, hoc in equo insunt milites  
Armati atque animati probe. ita res successit, me- Cam. me-  
luscule.  
liusque adhuc.

Atque

mento, nimis vile, & minus dicit. Tor-  
menta machinas esse quibus oppugnari-  
tus urbes, ut catapultæ, arietes. scorpion-  
es, & alia ejusmodi. *Salmas.*

12. *Sed equus, quem misere Achivi, li-  
gneum.*] Ἰσχυρὸν δὲ πέποι, seu δὲ ἔκτερος.  
Lucret. 1.

*Nec clam durateus Trojani Pergama  
paris*

*Inflammasset equus.*

Narrantur ab aliis in eo delituisse *μημητ.*  
armati: ab aliis *xxi r.* atque hoc verum,  
illud Poëticum reor: quemadmodum &  
illud, quando Nuntius apud Aristoph.  
in Avibus, dicit centum ulnarum fuisse:  
additque, ut persuadeat, se illum dimen-  
sum esse. Lycophron eleganter *μνημητ*  
vocavit, quod Trojanis magno terrori  
fuerit. Miræ magnitudinis cum fuisse,  
arguunt & illa P. Arbijri Satysico:

— *Casi vertices*

*Ida trahuntur, scissaque in molem ca-  
dunt*

*Robora, minacem qua figerent equum,*

*Aperitur ingens antrum, & obducti  
specus.*

*Qui castra caperent, huc decenni pralio  
Invata virtus abditur. strident graves  
Equi recessus Danai, & in voto latent.*

Id est, in equo, quem vocant. *Meurf.*

13. *Epius.*] Ἐπειός nomen fabri, qui  
equum istum duratum fecit. Virg. 2. *Æn.*  
& ipse doli fabricator *Epeus*. *Victor.* *Ab eo  
hæc, &c.*] Lego: *ab eo hæc sumpta*, scil. ta-  
bellæ, quas obsignatas & consignatas ge-  
stabat, quarum fabricator *Pistoclerus*, ut  
equi duratei *Epeus*. *Dissald. Simon est, &c.*] *Hic  
simulaverat se à Græcis fugientibus  
esse relictum: & in Achillis busto deli-  
tuerat. Porro Achillem pro Palamede po-  
suit: quales nominum propriorum con-  
fusiones etiam ad Lycophronem obser-  
vavimus. Vide historiam Sinonis fraude  
Ulyssis manibus Palamedis destinati, ut  
ajebat, apud Virg. 2. *Æneid. Meurf.**

15. *Ille olim habuit ignem.*] *Sinon enim  
sublata face, Græcis à Tenedo redeun-  
tibus noctu signum dabat. Lamb.*

Atque hic equus non in arcem, vetum in arcam faciet impetum.

20 Excidium, exitium, exlecebra fiet hic equus hodie auro  
fenis.

Nostro seni huic stolido, ei profecto nomen facio ego Ilio.  
Miles Menelau' st: ego Agamemnon, idem Ulysses Laërtius,  
Mnefilochus est Alexander, qui erit exitium rei patriæ suæ:  
Is Helenam abduxit, cuja causa nunc facio obsidium Ilio.

25 Nam illic eidem audivi Ulysem, ut ego sum, fuisse & audacem  
& malum.

Dolis ego deprensus sum: ille mendicans pene inventus in-  
terit,

Dum sibi exquirat fata Iliorum. assimiliter mihi hodie obtigit.  
Vinctus sum, sed dolis exemi. item se ille servavit dolis.

Ilio tria fuisse audivi fata, quæ illi forent exitio:

30 Signum ex arce si perisset: alterum etiam est Troili mors:

Tertium cum portæ Scææ limen superum scinderetur.

Paria item tria eis tribus sunt fata nostro huic Ilio;

Nam dudum primo, ut dixeram nostro seni menda-  
cium

*Menel.  
Priamo.*

Et de hospite, & de atro, & de lembo; ibi signum ex arce jam  
abstuli.

35 Jam duo restabant, fata tum, nec magis id ceperam oppidum,  
Post ubi tabellas ad senem detuli, ibi occidi Troilum.

Cum censuit Mnefilochum cum uxore esse dudum militis,

Ibi vix me exsolvi. atque id periculum assimulo, Ulysem ut  
prædicant

Cogni-

20. *Exlecebra.*] Festus ait, *Exlecebras* esse dictas argentarias meretrices, ab eliciendo argento.

22. *Miles Menelau' st.*] Nam ut Menelaus Helenam, quam rapuerat Paris, repetebat: ita hic miles Cleomachus Bacchidem suam repetit.

24. *Is Helenam abduxit.*] Mnefilochus Bacchidem.

29. *Ilio tria fuisse audivi fata.*] Fata sive Oracula Trojanorum dicuntur fuisse tria: *Vota Troili, Priami omnium natu mini-*

mi filii: *Conservatio Palladii*, quod in Minervæ templum cælo delapsum credebant Trojani: Et ut *sepulcrum Laomedontis*, quod erat in porta Scæa, servaretur integrum. Secundum alios plura fuerunt. Hæc autem fata omnia vicerunt Græci. Nam Achilles Troilum secum congressum interfecit: *Palladium* vero ab Ulyssæ & Diomede ablatum est: *Porta* vero Scæa diruta fuit ab ipsis Trojanis, ut Equus ille fatalis introduceretur.

Cognitum ab Helena, esse proditum Hecubæ. sed ut olim ille se

40 Blanditiis exemit & persuasit, se ut amitteret:

Item ego dolis me illo expuli periculo, & decepi Acid. exfolvi. Diff. exult. senem.

Postea cum magnifico milite, urbes verbis qui inermis capit, Confluxi, atque hominem repuli: dein pugnam conferui seni: Ego eum adeo uno mendacio devici, uno ictu extempulo

45 Cepi spolia. is nunc ducentos nummos Philippos militi, Quos dare se promisit, dabit.

Nunc alteris etiam ducentis usus est, qui dispensentur

Ilio capto: ut sit mulsus, qui triumphent milites.

Sed Priamus hic multo illi præstat. non quinquaginta modo,

50 Quadringentos filios habet; atque equidem omnes lectos sine probro:

Eos ego hodie omnes contruncabo duobus solis ictibus.

Nunc Priamo nostro si est quis emptor, coëptionalem senem  
Vendam

42. *Urbes verbis qui inermis capit.* ] Nimis urbane dictum: quod genus Mil. act. 4. 2. *Urbicapos* nominat, qui verbis strenui, manu inertes. Sic Theophrast. *περὶ Λογοποιίας*, de *Famigatione*: εἰσὶ δ' οἱ πόλεις λόγῳ κρατὶ κρατὶ αἰσθητὸς περιδοιπνήσαντες. Quibusdam etiam, dum urbes verbis suis fortius caperent, cana interea loci periiit. *Urbes igitur capit*, qui urbium ἀλώσεσσι narrat. *Casaub.*

50. *Omnes lectos sine probro.* ] Non vitio aut volgiva Venere conceptos, quæsitosque, ut spiritus solent: verum legitimo sãtu partuque in lucem editos. eoque potius, quam ad nummos electos & sine vitio (id quod *Lambin.* autumat) hæc metaphoræ festivitas accommodanda. Nam *Filius lecti sine probro*, sunt legitime nati. *Donza.* *Filios.* ] Id est, nummos Ppilippeos. *Lambinus.*

52. *Coëptionalem senem.* ] De senibus coëptionalibus haud scio an quæ dicam in tanta rei hujus ac veteris moris obscuritate, alicujus momenti futura sint. Non puto tamen ærum esse quod docti observant, omnibus venditio-

nibus senes fuisse adhibitos, quod essent majoris auctoritatis ac sapientiz quam juvenes. Certæ rei & solemnitate adhiberi tantum solitos, locus *Ciceroni* ostendit in *Orat. pro Mur.* *Sacra interire* (majores) *noluerunt.* *Horum* (Jurisconsultorum) *ingenio ad coëptiones faciendas sacrorum interimendorum causa.* Hos senes quos sacrorum interimendorum causa adhibere Jurisconsulti ad coëptiones faciendas, puto proprie coëptionales fuisse dictos, nec in aliis emptionibus locum habuisse. Veteres habuere sacra privata, quæ magna cum religione colebantur. Ea sacra ad hæredem etiam transibant, adeo ut qui hæreditatem alicujus nancisceretur, cogeret etiam sacra hujus suscipere. Et hoc erat inter onera hæreditatis. Hoc autem ideo legibus apud Romanos veteres institutum fuit, ne sacra interirent. Unde apud *Plautum* *sine sacri hæreditas*, de bonis quæ nullam molestam & morosam habeant appendicem. *Festus*: *Sine sacri hæreditas*, in proverbio dicitur, sine ulla incommoda appendice, quod olim sacra non solum publica curiosissime administrabant, sed etiam priva-

Vendam ego, venalem quem habeo, ex templo ubi oppidum expugnauero.

Sed Priamum astantem eccum ante portam video. adibo, atque alloquar.

55 NI. Cujanam vox prope me sonat? CH. ô Nicobule.

NI. quid sit? quid,

Quod te mihi, ecquid egisti? CH. rogas? congedere.

NI. congedior.

CH. Optumus sum orator. ad lacrimas coëgi hominem castigando,

Male.

privata, relictaque hæres sicut pecunia ita etiam sacrorum erat, ut ea diligentissime administrare esset necessarium. Cum igitur prisco jure ac more Romanorum incumberet necessitas hæredi quacunque ex causa instituto, sacra privata ejus, cujus hæreditatem erat nactus, suscipere & administrare, quia sacra privata volebant interire veteres, ingenio Jurisconsultorum reperta est ratio, qua illa sacra interirent; nec hæres, quem non tangere illa, alio eorum sacrorum cultu, & qui etiam sua propria haberet, tot sacris implicatus esset atque oneratus. Nam contingere poterat, ut unus aliquis eui plures hæreditates obvenissent, omnium eorum quorum illa bona fuissent, sacra etiam habere & administrare necessario deberet, ne sacra illa interirent. Quod molestissimum fuisset & incommodissimum. Ideo Jurisconsulti modum excogitauerunt, quo hæreditas sine sacris adiri possit. Senes quosdam decrepitos allegarunt, qui res aliquot hæreditatis, ut mancipia, coëmerent, & sic cum viderentur hæreditatem ipsam coëmisse, sacris etiam illis, quæ cum hæreditate conjuncta erant, sic haberentur obnoxii. Sed cum caputates essent illi senes, quia tales eligebantur, ipsis mortuis sacra illa etiam extinguiebantur & interimebantur. De his etiam senibus coëmptionalibus capiendus est locus in Epistola Curii ad Ciceronem ex lib. 7. Epistolarum ejus familiarium: Ergo fructus est senis, mancipium illius, quod quidem si inter coëm-

ptionales venale proseripserit, egerit non multum. Mancipia enim si forte hereditaria ab illis senibus coëmebantur, qui proprietatem tantum eorum emebant, cum usus maneret penes ipsum hæredem. Per fictionem enim celebrabatur hæc venditio, quo hæres factis testatoris posset liberari, quasi in illum transiret, qui res hæreditarias emisisset. Quod autem, ut dixi, senes in exitu jam tegula ætatis constituti eligerentur ad hæc coëmptiones faciendas, ea re coëmptionalis senex pro decrepito sumitur. Atque ita intelligendum hoc loco apud Plautum, ubi Priamum coëmptionalem senem appellat. Et simul etiam jocatur Comicus cum senem coëmptionalem se venalem habere servus pronuntiat, cum inter senes coëmptionales servi hereditarii venales proseribentur. At servus hic nequam dominum suum senem coëmptionalem proseribit venalem. Salmas. Turbat hic & miscet ô τῆς, quæ sunt separatissima. Senes ad coëmptiones faciendas sacrorum interimendorum gratia nihil huic pertinent. Neque senes coëmptionales in Epistola Curii quicquam habent commune cum istis. Illi liberi erant, hi servi. Sed nec senes coëmptionales Plauti & Curii quivis est decrepitis: sed est mancipium veteranum & artium, quod per se emptorem non invenit, nec nisi adjiciatur alii mancipio & rei vendibili, quod quæve non addicatur, nisi cum tali accessione. Vide de pecun. vet. lib. 4. cap. 8. pag. 693. Gronov.

54. Priamum.] Nicobulum.

64. Turbas

- Maleque dictis, quæ quidem quivi comminisci. NL. quid ait?  
CH. verbum
- Nullum fecit: lacrumans tacitus auscultabat, quæ ego loquebar:
- 60 Tacitus conscripsit tabellas: obsignatas mihi has dedit,  
Tibi me iussit dare. sed metuo, ne idem contentent quod priores.
- Nosce signum. estne ejus? NL. novi. libet perlegere has.  
CH. perlege.
- Nunc superum limen scinditur, nunc adest exitium Ilio.  
Turbat equus lepide ligneus. NL. Chrysale ades, dum ego has perlego.
- 65 CH. Quid me tibi adeste opus est? NL. volo, ut quod jubebo facias,  
Ut scias quæ hic scripta sient. CH. nihil moror, neque scire volo.
- NL. tamen ades. CH. quid opus est? NL. taceas: quod jubeo, id facias. CH. adero.
- Ni. Eugeliteras minutas. CH. qui quidem videat parum:  
Verum, qui satis videat, grandes satis sunt. NL. animum advortito igitur.
- 70 CH. Nolo, inquam. NL. at volo, inquam. CH. quid opus est?  
Ni. at enim id, quod te jubeo facias.
- CH. Justum est, TUUS TIBI servos tuo arbitrato serviat.
- Ni. Hoc agesis jam nunc. CH. ubi lubet, recita: aurium operam tibi dico.
- Ni. Cera quidem haud parsit, neque stilo; sed quicquid est, perlegere certum est.

Pater

64. *Turbat equus.* Vide notas Mostell. 3. 1.

68. *Euge literas minutas.* In epistolis si læta essent scribenda, utebantur genere literarum contractione & accuratioze. Sic Nicobulus cum resignasset epistolam, quæ tamen magnis erat literis conscripta, utpote tristitia nuncians, ait exultans tanquam læta foret lecturus. *Euge*

*literas minutas.* Chrysalus autem de miseris filii certus subjicit: *qui quidem videat parum.* Meursius. *Qui quidem videat parum.* Jocus est ex ambiguo. Nam homini, qui parum sapiat, has literas ait esse minutas; sapienti, satis grandes. *Lambin.*

73. *Cera quidem haud parsit.* Significat, literas satis esse longas. *Lambin.*

Pater ducentos Philippos quæso Chryſalo

75 Da, ſi eſſe ſalvum vis me, aut vitalem tibi.

CH. Malum quidem hercle magnum, tibi dico. Ni. quid eſt?

CH. Non prius ſalutem ſcripſit? Ni. nuſquam ſentio.

CH. Non dabis, ſi ſapies; verum ſi das maxime,  
Næ ille alium gerulum quærat, ſi ſapient, ſibi:

80 Nam ego non laturus ſum, ſi jubeas maxime.

Sat ſic luſpectus ſum, cum careo noxiâ.

Ni. Auſculta porro, dum hoc quod ſcriptum eſt, pellega.

CH. Inde à principio jam impudens epiſtola eſt.

Ni. Pudet prodire me ad te in conſpectum, pater.

85 Tantum flagitium te ſcire audivi meum,

Quod cum peregrini cubi uxore militis.

Ni. Pol haud derides. nam ducentis aureis

Philippis redemi vitam ex flagitio tuam.

CH. Nihil eſt illorum, quin ego illi dixerim.

90 Ni. Stulte feciſſe fateor, ſed quæſo, pater,

Ne me in ſtultitiâ, ſi deliqui, deſeras.

Ego animo cupido, atque oculis indomitis fui:

Perſuaſum eſt facere, cujus nunc me facti pudet.

PRIUS TE CAVISSE ergo quam pudere, æquom fuit.

95 CH. Eadem iſtæc verba dudum illi dixi omnia.

Ni. Quæſo, ut ſat habeas id, pater, quod Chryſalus

Me objurgavit plurimis verbis malis,

Et me meliorem fecit præceptis ſuis,

Ut te ei habere gratiam æquom ſit bonam.

100 CH. Eſtne iſtuc iſtuc ſcriptum? Ni. hem ſpecta, Genet. hem ſpectandum ſcies.

tum ſcies,

CH. Ut qui deliquit, ſupplex eſt ultro omnibus!

Ni. Nunc ſi me fas eſt obſectare abs te, pater,

Da

76. Tibi dico.] Videtur malum precari Mneſilocho: ſed mera ſimulatio eſt. mox enim corrigit: & averſus, Tibi dico, inquit, ſc. ô Nicobule, non Mneſilocho. Taubm.

97. Objurgavit me.] Petroniuſetiam colaphuſ objurgare dixit. Sueton. Calig. cap. 27. ſervuſ objurgari. Cic. ad Attic. lib. 2. Ep. 1. meſi brachio objurgare. Taubm.

Da mihi ducentos nummos Philippos, te obsecro.

CH. Ne unum quidem hercle, si sapias. Ni. sine pelle-  
gam:

- 105 Ego jusjurandum verbis conceptis dedi,  
Daturum id me hodie mulieri ante vesperum,  
Priusquam à me abiret. nuuc, pater, ne pejerem,  
Cura, atque abduce me hinc ab hâc quantum  
potest,

*Id est, quantum po-  
tes. sed aliter fecim-  
de manu.*

Quam propter tantum damni feci & flagitii.

- 110 Cave tibi ducenti nummi dividiæ suant.

Sexcenta tanta reddam, si vivo, tibi.

Vale, atque hæc cura. Quid nunc censes, Chrysale?

CH. Nihil ego tibi hodie consilii quicquam dabo:

Neque ego haud committam, ut si quid peccatum fiet,

- 115 Fecisse dicas de mea sententia.

Verum ut ego opinor, si ego in istoc siem loco,

Dem potius aurum, quam illum corrumpi sinam.

Dux conditiones sunt: utram tu accipias, vide.

Vel ut aurum perdas, vel ut amator pejeret.

- 120 Ego neque te jubeo, neque veto, neque suadeo.

Ni. Miseret me illius. CH. tuus est, non mirum facis.

Si plus perdendum sit, periisse suavius est,

Quam illud flagitium volgo dispalescere.

Ni. Næ ille edepol Epheli multo mavellem foret,

- 125 Dum salvos esset, quam revenisset domum.

Quin ergo istic, quod perdendum est, propere perdere?

Binos ducentos Philippos jam intus efferam:

Et militi quos dudum promisi miser,

Et istos. mane istic: jam exeo ad te, Chrysale.

- 130 CH. Fit vasta Troja, scindunt proceres Pergamum.

Scivi

110. *Dividia suant.* ] Aegritudinem seu molestiam adferant, supra 4. 6.

111. *Sexcenta tanta reddam.* ] Triplo plura reddam. ita Propertius libro 2. 5.

*At tibi curarum milia quanta dabit.*  
Lambin.

114. *Neque ego haud.* ] Dux negatio-

nes magis hic negant, more Græcorum: ita Epid. *Neque ille haud objicit mihi,* &c. Lamb.

123. *Dispalescere.* ] Palam fieri. Lambinuo.

130. *Fit vasta Troja, scindunt proceres,* &c.] Troja vastatur: Græciz principes, qui in equo erant, Trojam excindunt.

Scivi ego jamdudum fore me exitium Pergamo.

Edepol qui me esse dicat cruciatu malo

Dignum, nã ego cum illo pignus haud ausim dare;

Tantas turbellas facio : sed crepuit foris :

133 Effertur præda ex Troja. taceam nunc jam.

Nl. Cape hoc tibi autum, Chrysale, i, fer filio,

Ego ad forum autem hinc ibo, ut solvam militem.

Ch. Non equidem accipiam; proin' tu quæras qui ferat.

Nolo ego mihi credi. Nl. cape vero: odiose facis.

140 Ch. Non equidem capiam. Nl. at quæso. Ch. dico, ut res se habet.

Nl. Morare. Ch. nolo inquam aurum concredi mihi.

Vel da aliquem, qui me seruet. Nl. ohe, odiose facis.

Ch. Cedo, si necesse est. Nl. cura hoc. jam ego huc revere-  
nero.

Ch. Curatum est, esse te senem miserrimum.

145 Hoc est inepta efficere pulchre, veluti mihi

Evenit, ut ovans præda onustus incederem.

Salute nostrâ atque urbe capta per dolum,

Domum reduco integrum omnem exercitum.

Sed, spectatores, vos nunc ne miremini,

150 Quod non triumpho per vulgatum est, nihil moror.

Veruntamen accipientur multo milites,

Nunc hanc prædam omnem jam ad quæstorem deferam.

dunt. Intelligit literas in tabella cerata scriptas. Lamb.

134. *Tantas turbellas facio* ] Corrigo, *turbelas*. Veteres autem dicebant, *Turba, turbela*, ut *Suada, suadela*; *Fuga, fugela*. Jam & hoc argumentum esse potest, quod veteres consonantes non geminabant. *Meursius*.

141. *Morare*. ] Scilicet me alio

properantem. *Taubmanus*.

144. *Curatum est, esse te senem miserrimum, &c.* ] Priora verba sene loquitur audiente; posteriora aversus ad spectatores. *Taubm.*

152. *Ad quæstorem deferam.* ] Nam præda ex hostibus facta ad Quæstorem urbanos deferabatur.

## ACTUS QUARTI SCENA DECIMA.

## PHILOXENUS.

Quam magis in pectore meo foveo, quas meus filius turbas  
turbet,

Hh

Quam



Quam se ad vitam, & quos ad mores præcipitem incitus capessat,

Magis curæ est, magisque afformido, ne is pereat, neu corrumpatur.

Scio, ego fui illa ætate, & feci illa omnia, sed more modesto.

5 Neque placitant mores, quibus video vulgo gratis esse parentes.

Duxi, habui scortum: potavi, edi, donavi. & enim id raro.

2 Ego dare me ludum meo gnato institui, ut animo obsequium

Sumere possit, æquom esse puto: sed nimis nolo desidiæ

Ei dare ludum, nunc Mnesilochum, quod mandavi, viso:

10 Ecquid eum ad virtutem aut ad frugem opera sua compulerit: Sicut eum, si convenit, scio fecille: eo est ingenio natus.

6 **H** *Abui scortum.] Ter. Adel. act. 3. quod Donatus: proprie: quia haberi mulier dicitur, cum est.*

## ACTUS QUINTI SCENA PRIMA.

NICOBUŒUS, PHILOXENUS

Quicumque ubique sunt, qui fuere, quique futuri sunt posthac

Stulti, stolidi, fatui, fungi, bardi, blenni, buccones,

Solus ego omnes longe antedeo stultitia, & moribus indoctis.

Perii! pudet hocine me ætatis ludum bis factum esse indigne?

5 Magis quam id reputo, tam magis uror, quæ meus filius turbavit.

Perdi-

2. **S** *Tulti.] Isidor. l. 10. Stultus, hebetier corde: sicut quidam (Africanus) ait: Ego me ipsum stultum etiam existimo, fatuum esse non spero: id est, obtusis quidem sensibus, non tamen nullis. Ergo stultus est, qui inepte & imprudenter vel agit vel loquitur. Stolidus, hebes & vecors. Fatuus, qui omnino desipit. Bardis.] V. N. Epid. 3. 3. Blenni.] Βλεννα mucosus est. βλεννός, mucosus, padidus? &*

*peculiariter de homine ignavo & stulto usurpatur. Buccones.] Glossarium: Buccones, παχιστοι, Βυκκίονες. Isidor. lib. 10. Bucco, garrulus? quod ceteros omni loquacitate, non sensu exsuperet. Idem. Tacilat, Βυκκί?]. Inde nostrum Bocchen derivo; cum Buccones non tam garruli sint, quam arrogantes, plenisque buccis suas virtutes depradicantes. Meursius.*

Perditus sum, atque etiam eradicatus sum: omnibus exemplis crucior.

Omnia me mala consecretantur, omnibus exitiis interii:  
Chrysalus me hodie laceravit, Chrysalus me miserum spoliavit:

Is me scelus usque attondit dolis doctis indoctum, ut lubitum est.

10 Ita miles memorat meretricem esse, quam ille uxorem esse ajebat.

Omniaque, ut quicquid actum est, memoravit. At. omnia. aliter quidam.  
cam sibi hunc annum conductam.

Reliquum id auri factum, quod ego ei stultissimus homo promississem.

Hoc, hoc est, quod peracefcit, hoc est demum quod peracruciot,

Me hoc ætatis ludificari: immo edepol sic ludos factum

15 Cano capite, atque alba barba! miserum me auro esse emusctum!

Petii! hoc servom meum non nauci facere esse ausum! atque ego, si alibi

Plus perdiderim, minus ægre habeam, minusque id mihi damno ducam.

PH. Certe hic prope me mihi nescio quis loqui visus est: sed quem video.

Hic quidem pater Mnesilochi. NI. euge, socium ætumnæ & mei mali video.

20 Philoxene salve. PH. & tu. unde agis? NI. unde homomiser atque infortunatus.

PH. At pol ego ibi sum, else ubi miserum hominem decet atque infortunatum.

NI. Igitur pari fortuna, ætate ut sumus, utimur. PH. sic est t sed, tu,

Quid tibi est? NI. pol mihi par idem est quod tibi. PH. nunquid nam ad filium

Hæc

13. Peracefcit. ] Peracerbum & molestum est. *Lambinus.*

16. Nauci. ] V. N. Mostell. 5. 1.

20. Unde agis. ] *Agere se, tardi & tristes dicuntur. Ita Virgil. sese Pallurus agebat. Donatus in And. act. 4. 2.*

Hh 2

23. Atque

Hæc ægritudo atinet? NI. admodum. PH. idem mihi morbus in pectore est.

25 NI. At mihi Chrysalus optumus homo  
Perdidit filium, me, atque rem omnem  
Meam. PH. quid tibi ex filio nam, obsecro, ægre est? NI. scies  
id: perit

Cum tuo: atque ambo æque amicas habent. PH. quî scis?  
NI. vidi. PH. heimihî, disperii!

NI. Quid dubitamus pultare, atque huc evocate ambos  
fotas?

30 PH. Haud moror. NI. heûs Bacchis, jube sis actutum aperiri  
fores,

Nisi mavoltis fores & postes comminui securibus.

28. *Atque ambo, &c.*] Malim hoc accipi tanquam correptionem superiorum cum tuo. Nam cum dicturus videretur, cum tuo amicam habet, potuisset sic intelligi, Mncllochum communem cum Fistoletro amicam habere. *Lambin.*

### ACTUS QUINTI SCENA SECUNDA.

BACCHIDES duæ Sorores, NICOBULUS, PHILOXENUS.

QUIS sonitu ac tumultu tanto nomine, nominat  
Me, atque pultat ædes? NI. ego atque hic. BA. quid  
hoc est

Negotii? nam, amabo, quis has huc oves adegit?

NI. Oves nos vocant pefumæ. So. pastor harum

5 Dormit, cum hæ eunt sic à pecu palitantes.

BA. At pol nitent, haud sordidæ videntur ambæ.

So. Attonfæ hæ quidem ambæ usque sunt. PH. ut videntur

Deridere nos! NI. sine, suo usque arbitrato.

BA. Rerî' ter in anno tu has tonsitari? So. pol hodie

10 Altera jam bis detonsa certo est. BA. vetulæ

*M. balitantes.*

Sunt

4. *Oves.*] Etiam Græci *solides* vocantur. *Propert. lib. 2. 13.*  
*Et solidum pleno vellere carpe pecus.*  
*Passeratius.*

5. *A pecu palitantes.*] A grege errantes. *Pecus* maxime oves significat, ut hoc cum dicimus, *pecus*, neque addi-

mus; oves accipiendæ sint. *Palmer.*

10. *Vetula sunt thymiana.*] *Oves vetula, Thymiana,* (ita enim scribendum ex veteribus libris,) sunt oves *Thymi amantæ.* Thymo oves delectari ceitum est, & sapidissimas carnes habere, quæ eo vescantur. Senes Attici ea herba etiam liben-

Sunt thymiamæ. So. at bonas fuisse credo.

BA. Viden' limulis, obsecro, ut intuentur?

So. Ecastor sine omni arbitror malitia esse.

PH. Merito hoc nobis sit: qui quidem huc venerimus.

15 BA. Cogantur quidem intro. So. haud scio quid eo opus sit,

Quæ nec lactem, nec lanam ullam habent. sic sine astent.

Exoluere, quanti fuere. omnis fructus

Jam illis decidit. non vides, ut palantes

Solæ libere grassentur? quin ætate credo esse mutas:

20 Ne balant quidem, cum à pecu cætero absunt. So. stultæ atque haud male videntur.

BA. Revoitamur intro soror. Ni. ilico ambæ manete: hæ oves volunt vos.

BA. Prodigium hoc quidem est: humana nos voce appellant oves.

PH. Hæ

libenter utebantur. Unde apud Aristophanem in Pluto, ita servum senex alloquitur:

Ὁ πολλὰ δὲ τῆς ἀσπίδος ταυτὸν νόμον φέρεις.

Quicodem thymō vescimini cum meo hero. Vetus Scholiastes: Οἱ τῶν ἁγίων οἰκῶντες αἰνῶντες ἰσοει μὴ εἶργον τὰς ἐν αὐτῶν ἀσπίδων ρίζας, ἀνεπιτάδειον γὰρ ὁ τῶντων ἡμῶν εἰς γαστρίας κατὰ τὴν ἀν, ἡδὸν δύμους. Thymeram etiam edebant, quæ herba similis Thymo, unde & θυμωράριον, & θυμωρεπίδενον. Satunda est vulgaris. Thymo autem veteres usos esse pro condimento ipse Dioscorides tradit:

Τὸ ἐπιδεδυμένον εἶναι προσῆ ἀρετῆς, εὐχρηστον δὲ καὶ πῶς τῶν ἐν ὑγίειᾳ χρῆσιν ἀπὸ ἀρετῆς. Plurimus Thymus in Attica nascabatur & optimus. Ideo senes illius regionis & præcipue pauperes in cibis frequenter usurpabant. Interpretes Aristophanis petperam ἀγροθύμωσα interpretantur. quia θυμῶν illius temporis Græcico eo tempore vocabant capre: Thymiamæ igitur oves vetulæ Plauto appellantur seneciones illi Atticæ, quia Thymum amabant quo etiam oves delectan-

tur. Thymiamus compositio non à Latinis illius ævi de eo qui Thymum amat, Sic pedisequus, pultiphagus Plauto, & alia. Salmast.

12. Limulus. ] *Limulus oculius*, est obliquus, transversus: Ter. Eun. act. 3. 5. *Limulus adspicere*, in lascivix notis fuit, & per ludum objici solitum. Seneca Suasor. 1. Jam *fidere limo*, id est, obliquo. Etiam *Limi oculi* proprie amatorum sunt. *Quintil.* lib. 2. cap. 3. *quodam voluptate suffusi, aut limi*, & ut sic dicam, *Venerai.* Palmer.

15. *Cogantur quidem, &c.* ] Loquitur ut de ovis. Vitzg. *Tityre cogno pecore.*

16. *Quæ nec lactem.* ] *Lac* non habent, quia sunt vetulæ: nec *lanam*, quia sunt probè attronsæ. Hæc *lactū, in*, & hoc *lacte* veteres dixerunt. *Tausmann.*

17. *Exoluera.* ] Vox hæc non derivata est ab *exolvere*, verum ab *exolescere*, vultque oves jam esse exoletas, idque sequentia verba plane requirunt. *Gruter.*

19. *Grassentur.* ] *Grassari*, proprie est *incedere.* *Tausmann.*

PH. Hæ oves vobis malam rem magnam, quam debent, dabunt.

BA. Si quam debes, te condono, tibi habe, nunquam abs te petam.

25 Sed quid est, quapropter nobis vos malum minitamini?

PH. Quia nostros agnos conclusos istic esse ajunt duos.

NI. Et, præter eos agnos, meus est istic clam mordax canis:

Qui nisi nobis producantur jam, atque emittuntur foras, Arietes truces nos erimus, jam in vos incurfabimus.

30 BA. Sotor, est quod te volo secreto. So. eho, amabo.

NI. quo illæ abeunt? BA. senem illum

Tibi dedo ulteriorem, lepide ut lenitum reddas: ego ad hunc

Iratum aggrediar. possumus nos hos intro illicere huc, So. meum

Pensum ego lepide accurabo, quanquam odiosum est mortem amplexari.

BA. Facito ut facias. So. taceas. tu tuum facito, ego Schopp. facito ut taceas. tu tuum, &c. quod dixi haud mutabo.

33 NI. Quid illæ illic in consilio dæ secreto consultant?

PH. Quid ais tu homo? NI. quid me vis? PH. pudet dicere me tibi quiddam.

NI. Quid est, quod pudeat? PH. st! amico homini tibi quid volo credere certum est,

Nihili sum, NI. istuc jampridem scio. sed, quid nihili sis, memora.

PH. Tactus sum vehementer visco: cor stimulo foditur, NI. pol tibi

40 Multo æquius est coxendicem.

Sed

26. Nostros agnos conclusos. ] Allusum est ad morem pastorum, qui agnos non producebant ad pascua cum matribus, sed retinebant domi clausos. Gruterus.

30. Secreto. ] *Xuεit*, seorsum ab his senibus.

31. Ulteriorem. ] Remotiorē Philo-

xenum. Priscian. lib. 3. & 6. hic legit, *usteriorem*. T.

33. Mortem amplexari. ] Senem exsanguem atque Acherunticum adeo, id est, mortuo quam vivo similiorem. Lambinus.

40. *Æquius est coxendicem.* ] Debet tibi coxendix potius, ut equo aut asino segnitas

Sed quid istuc est? etsi jam ego ipse, quid sit, prope scire pu-  
to me,

Verum audire etiam ex te studeo. PH. viden' hanc? NI. video.  
PH. haud mala est mulier.

NI. Pol vero ista mala, & tu nihili. PH. quid multa? *Mors dff. ut carpe.*  
ego amo. NI. an amas? PH. necas.

NI. Tu homo putide, amator istac fieri ætate audes? PH. quî  
non?

45 NI. Quia flagitium est. PH. quid opus verbis est? meo filio  
non sum iratus.

Neque te tuo est æquom esse iratum: si amant, sapienter fa-  
ciunt.

BA. Sequere hac. NI. eunt. eccastandem! probri perlecebræ  
& persuastrices,

Quid nunc! etiam redditis nobis filios & servom? an ego  
Experior tecum vim majorem? PH. abin hinc?

50 Non homo tu quidem es, qui istoc pacto tam lepidam illepide  
appelles.

BA. Senex optume, quantum est in terra, sine hoc exorare  
abs te,

Ut istuc delictum desistas tanto opere ire oppugnatum.

NI. Nisi abeas, quanquam tu bella es, malum tibi magnum  
dabø jam. BA. patiar.

Non metuo, ne quid mihi doleat, quod ferias. NI. ut blandi-  
loqua est!

55 Hei mihi, metuo! So. hic magis tranquillu' st.

I, i hac

segnius eunti, stimulo fodi, quam cor  
amore. Lamb.

43. *Ista mala.*] Ambiguum in mala:  
quæ vox & improbam, & deformem  
norat. Lambinus.

47. *Persuastrices.*] Fortunatianus Rhe-  
tor. 3. *suæpropus est, si quis dicat, per-  
suastrices, prastigiatrices, atque indu-  
strices.*

49. *Experior tecum vim majorem?*] Hoc  
de vi aut vindicta publica accipien-  
dum: quam privata majorem esse majo-  
reque pœna affici constat: isque, qui

hominem dolo malo incluserit, Lege Ju-  
lia de vi publica tenetur. Verificum  
item est, quod dixit Ulpianus: *Persuade-  
re plus est quam cogi, &c.* Ego tamen vero  
propius censeo, si *vis major*, hoc loco de  
violen tia, quæ non jure sed iusto infer-  
tur, accipiatur quo sensu vox ista non  
solum à JCrta, sed & à Cic. usurpetur,  
in Orat. pro Cn. Plancio: *Si vitam mihi  
fors ademisset, aut vi aliqua major redituque  
peremisset.* Probat hęc interpretatio ex  
pæced. *Qui nisi nobis producantur, &c.*  
Langluzus.

I, i hac mecum intro, atque ibi, si quid vis, filium con-  
castigato.

Ni. Abin' à me scelus? BA. sine, mea pietas, exorem. NL. exo-  
res tu me?

BA. Ego quidem ab hoc certe exorabo. PH. immo ego te oro,  
ut me intro abducas.

So. Lepidum te! PH. at scin', quo pacto me ad te iintro ab-  
ducas? So. mecum ut sis.

60 PH. Omnia quæ cupio, commemoras. Ni. vidi ego ne-  
quam

Homines, verum te neminem deteriorem. PH. ita sum.

BA. I, i hac mecum intro, ubi tibi sit lepide victibus, vino  
atque unguentis.

Ni. Satis, satis jam vestri est convivii: me nihil pœnitet, ut  
sim acceptus.

Quadringentis Philippis filius me & Chrysalus circumduxe-  
runt,

65 Quem quidem ego ut non excruciem,  
Alterum tantum auri non meream.

BA. Quid tandem, si dimidium auri redditur? isne tu hac  
mecum

Intro, atque ut eis delicta ignoscas? PH. faciet.

Ni. Minime. nolo, nihil moror. sine sic, malo illos ulcisci  
ambo.

70 PH. Etiam tu homo nihili, quod Dii dant boni, cave culpa  
tua amissis.

Dimidium auri datur, accipias, potesque, & scortum ac-  
cumbas.

Ni. Egon', ubi filius corrumpatur meus, ibi potem? PH. po-  
tandum est.

Ni. Age jam id, ut ut est, etsi est dedecorum, patiar: facere in-  
ducam

Artimum

63. *Ma nihil pœnitet, ut sim acceptus.* ]  
Ironia est. Non queror, me, à vobis pa-  
sum laute esse acceptum. Quasi dicat:  
satis me expilastis. V. N. Mil. act. 3. 1.

69. *Sine sic.* ] Sic, pro leviter & ne-

gligenter, quod Græci *εἰρωνεῖ* dicunt, &  
est de his quæ adjuvanda gestu sunt: ut:  
*tantulum purum*: &: *hujus non faciam.*  
Donat. ad Andr.

70. *Amisissis.* ] Amiseris.

Animum egon', cum hæc cum illo accumbet, inspectem?

BA. immo equidem pol tecum

75 Accumbam: te amabo, & te amplexabor. NI. caput pruriæ:  
perii!

Vix negito. BA. non tibi venit in mentem, amabo, si DUM  
VIVAS,

Tibi bene facias. jam pol id quidem esse haud perlongin-  
quum:

Neque si hoc hodie amiseris, post in morte id eventurum esse  
unquam?

NI. Quid ago? PH. quid agas, rogitas etiam? NI. libet, &  
metuo. BA. quid metuis?

80 NI. Ne obnoxius filio sum, & servo. BA. mel meum, amabo,  
istæc fiunt.

Tuus est. unde illum censes sumere, nisi quod tute illi dederis.  
Hanc veniam illis sine te exorem. NI. ut terebrat! fatin' of-  
firmatum?

Quod mihi erat, id me exorat? tua sum opera & propter te  
improbior.

BA. Nusquam me à te avelles, fatin' ego istuc habeo offic-  
matum?

85 NI. Quod semel dixi, haud mutabo. BA. ite dies, ite intro ac-  
cubitum.

Filii vos expectant intus. NI. quam quidem actutum emo-  
riamur.

BA. Vesper hic est, sequimini. PH. ducite nos quo lubet, tan-  
quam quidem addictos.

BA. Lepi-

75. Caput prurit. ] Vide notas Pseud.  
12. 1. 7. §f. 44.

79. Quid ago. ] Dubitantis & consul-  
tantis est sermo. Libet, & metuo. ] Ver-  
tes apud Cicero. Itaque astuabat dubitatio-  
ne: versabat se in utramque partem, non so-  
lum mente, verum etiam corpore: ut omnes,  
qui aderant, intelligere possent in animo  
ejus metum cum cupiditate pugnare.

82. Ut terebrat! ] Quo pacto mihi a-  
nimum blandis suis dictis fodiat! Pesta:  
Nunquam hercle istuc exterebrabit.

86. Quam quidem actutum emoria-  
mur. ] Jocatur suo more. Cum enim  
Bacchis diceret, expectant vos filii; sub-  
jicit argutus Senex; id expectant qui-  
dem illi, quam mox emoriamur. non  
adventum nostrum, sed mortem deside-  
rant: ut liberius possint vivere. Amato-  
ribus enim paterna mors in votis. Talis  
Philolaches Mostell. 1. 3. Utinam meus  
nunc mortuus pater ad me nunciaretur, &c.  
Lambinus hic nihil fani. Acidal.

87. Vesper hic est. ] Δεικνύει vespera  
H h 5 & hora



BA. Lepide ipsi hi sunt capti, suis qui filiis fecêre insidias. ite.

& hora coenæ appetit. T. *Tanquam quidem additis.* ] *Additis fuerunt, qui cum non essent solvendo, creditoribus addicebantur: nec servitute eorum liberabantur, nisi debitis quocunque modo*

perfolutis. Seneca lib. 3. De benef. c. 8. *Pecuniam pro addito dependit.* Hinc illud Felti lucem capit, *Addicere, damnare est.* Rzvardus.

## G R E X.

**H**I senes, nisi fuissent nihili jam inde ab adolescentia, Non hodie hoc tantum flagitium facerent canis capitibus:

Neque adeo hæc faceremus: ni antehac vidissemus fieri,  
Ut apud lenones rivaies filiis fierent patres,  
5 Spectatores vos valere volumus, & clare applaudere.

3. *Faceremus.* ] In theatrum produceremus.

FINIS BACCHIDUM.



# M. ACCI PLAUTI MOSTELLARIA.

## DRAMATIS PERSONÆ.

TRANIO,	} <i>servi.</i>	THEUROPIDES,	} <i>senex.</i>
GRUMIO,		SIMO,	
PHILOLACHES, <i>adolensens.</i>		DANISTA.	
PHILEMATIUM, <i>meretrix.</i>		PHANISCUS, <i>adversiter.</i>	
SCAPHA, <i>ancilla.</i>		SERVOS <i>alios.</i>	
CALLIDAMATE S, <i>adolensens.</i>		PUER.	
DELPHIUM, <i>meretrix.</i>			

## ARGUMENTUM, ut quibusdam videtur; PRISCIANI.

**M** Anumifit emptos suos ameros Philolaches,  
 Omnemque absente rem sue absuntit patre.  
 Senem, ut revenit, ludificatur Tranio:  
 Terrifica mensura ait videri in adibus,  
 Et inde primum emigratum, intervenit  
 Lucripeta sanus sanerater postulans.  
 Ludusque rursus fit senex, nam mutuum  
 Acceptum dicit pignus emptis adibus:  
 Requirit qua sint: ait vicini proxumi.  
 Inspectat illas, post se derisum dolet:  
 Ab sui sodale gnati exoratur tamen.

## ALIUD ARGUMENTUM CAMERARII.

**H**ÆC Fabula hilaritatis & festivitatis plena est, etiam multis bonis sententis insignis. Et proponitur exemplum in hac consiliorum malorum & fraudulentorum: quæ quia firma esse non possunt, requirunt novas semper machinas, quibus fulciantur: donec tandem ruunt omnia deprehensis dolis. Nomen Fabulæ inditum est à *monstris*. Nam senex à servo quasi manium monstris exteretret. Mentio fit *εἰσμοῦ* Menandri: sed & Plauti *Phasma* memoratur: quod nomen & ipsum monstri talis habet significationem. Est autem *monstrum*, *mostellum*: sicut, *castrum*, *castellum*; in pronunciando n littera liquefcente. Inque hac sene quodam mercatore absente, filius illius implicatur libidinoso & sumptuosus sodalitis: & amicam redimit triginta minis: quam pecuniam, & insuper in sumptum decem minas, foenore sumplerat à Danista, mina una in decem. Redit tandem Senex post triennium, cum forte potatio esset in ædibus ipsis: servus autem, qui hoc resciverat, cum in Piræum abiisset piscium caussa, statim herili filio indicium facit. Sed erat unus in sodalitate ebrius, qui discedere non volebat. Ne igitur inter turbas senex superveniret, capit hoc consilium servulus; occludit foris ædes, & obviam procedit seni, & persuadet ei, ædes esse insectas monstris mortuorum. Et cum Danista debitam pecuniam peteret, ait illam arthaboni datam vicino, cujus domum filius emerit. Sed innox de servis adversitotibus & vicinis rem omnem Senex cognoscit, & iratus ac inprimis dolens se ad illum modum ludibrio à servo fuisse habitum: tandem à superveniente sodali filii exoratur, ut & filio veniam det, & ignoscat servo. Hæc Fabula non solum mendose edita est plurimis in locis, quemadmodum & alix omnes: sed clissipatis etiam versibus, & distractis Scenis, ut saltem in reponendis quibusque in suum locum operam navasse videri debeamus.

ACTUS

## ACTUS PRIMI SCENA PRIMA.

GRUMIO, TRANIO.

**E**XI é culina, sis, foras mastigia,  
 Qui mihi inter patinas exhibes argutias.  
 Egredere, herilis perniciés, ex ædibus.  
 Egopol te ruri, si vivam, ulciscar probe.

5 Exi, inquam, nidor è culinâ. quid lates?

TR. Quid tibi, malum, hîc ante ædes clamitatio  
 est?

AN ruti cenfeste esse? abscede ab ædibus.

Abi rus, abi dierecte, abscede ab janua.

Hem, hoccine volebas? GR. perii! cur me verberas?

10 TR. Quia tu vis. GR. patiar. sine modo adveniat  
 senex.

Sine modo venite salvom, quem absentem comes.

TR. Nec verisimile loquere, nec verum, frutex,

Comesse quenquam ut quisquam absentem possiet.

GR. Tu urbanus vero scutra, deliciæ popli,

207. clama-  
 tioff.

207. vivis.  
 211. vivus.

Rus

5. **N**idor è culina.] Nidor non est ex-  
 crementum, nec tantum odor:  
 sed *nitida* vel *nitida* è *Suavis*, aura  
 pinguis & odorata manans de adustis  
 hostiis, vel coctis cibis similibusve re-  
 bus. Suetonius in Claudio: *istiusque ni-*  
*dore prandii*. Nec aliter usurpat Appule-  
 jus lib. 4. *Fimo fistulatum excusso, quos-*  
*dam extremi liquoris adspargere, quos-*  
*dam putore nidoru satidi à meo jam quas-*  
*sis scapulu abegissem*. Est enim lascivia  
 verborum illi non nova: putor nidoru sa-  
 tidi pro nidore futido, nempe fimi.  
 Nec vero suspicandum, *nido in culina*.  
 Juvenalis: *Captum te nidore sua putat il-*  
*le culina*. Cum igitur vellet appellare ser-  
 vum, qui fructum herilis filii corrupti  
 maximum habebat una pergræcari, obfo-  
 nare pollucibiliter, facietis vivete victi-  
 bus, turtures, pisces, aves gustare, effe-

cite se, faginam exdere, atque ob id  
 nullam domus partem magis quam cul-  
 linam colere ac frequentare, vocat  
 eum *Nidorem*. Quasi diceret: Tu non  
 homo, sed nidor, exi è culina,  
 quam semper habitas, velut nidor;  
*Gronov.*

2. *Abi dierecte*.] Vide notas Capt. 3.  
 4. 103.

9. *En hoccine volebas*.] Lege: *En, hoc-*  
*cine volebas*. Ut infra act. 1. sc. ult. *En*  
*Philocrates*. Scrivetius.

11. *Quem absentem comes*.] Comedi vi-  
 detur, cujus bona comeduntur. sic Suet.  
 ait, *Claudium venalem pependisse*; id est,  
 prædia ejus pendente titulo & libello  
 proscripita. *Turneb.*

12. *Frutex*.] Inter contumeliaz verba  
 fuit & *frutex*: convitium nimirum in  
 stupidos & insulsæ mentis homines.  
 Proprie & signate rusticani agrilesque  
 ista insigniti voce. Eodem sensu *Pulmo-*  
*nem, nitidum* Epicurus vocabat Naufi-  
 phanem. *Sc. Gentil.*

11-Sano

- 45 Rus mihi tu obiectas? sane credo, Tranio,  
 Quod te in pistrinum scis actutum tradier,  
 Cis, hercle, paucas tempestates, Tranio:  
 Augebis ruri numerum, genus ferratile.  
 Nunc, dum tibi lubet licetque, pota, perde rem,  
 20 Corrumpe herilem *filium*, adolescentem optimum.  
 Dies noctesque bibite, pergræcamini,  
 Amicas emite, liberate, pascite  
 Parasitos, obsonate pollucibiliter.  
 Hæcine mandavit tibi, cum peregre hinc iit, senex?  
 25 Hoccine modo hic rem curatam offendet suam?  
 Hoccine boni esse officium servi existimas,  
 Ut heri sui corrumpat & rem & filium?  
 Nam ego illum corruptum duco, quom his factis studet,  
 Quo nemo adæque juventute ex omni Atticâ  
 30 Anteliac est habitus parcus, nec magis continens:  
 Is nunc in aliam partem palmam possidet.  
 Virtute id factum tuâ & magisterio tuo.  
 TR. Quid tibi, malum, me, aut huid ego agam, cura-  
 tio? st?  
 An ruri quaeso non sunt, quos cures, boves?

*Acid. Sane credo, Tra-  
 nio. Quid? te, &c.  
 Alii tradier.*

*Nov. numero,  
 id est, heres.*

Lubet

15. *Sane credo Tranio.* ] Si malis cum altero Pall. *sane hoc credo*, facile patior: sed præterea nihil est mutandum. Credo te rus mihi obiectare atque in ore habere: vel, credo hoc te facere, quia scis Peritoniam. Ratio enim est contraria proposito: ut in illo: *Non vili emptus, medio qui venit salu.* Rus tu loqueris? nempe ideo, quia ominaris eo brevi te venturum & in pistrinum traditum iri. *Gronovius.*

17. *Cu hercle paucas tempestates.* ] Intra breve tempus. Idem Trucul. *Cu paucos dies.* Turneb.

18. *Numerum genus ferratile.* ] Qui ajunt mira hic comminisci interpretes, ipsi mira comminiscuntur, quom *genus ferratile* accipiunt vocandi casu. Etsi autem simplicissimum est *numero* cum Pistorii explicatione: tamen elegans & non obscura est & verus lectio, ut çam inter-

pretator Taubmannus: nempe ut *genus ferratile* sit adjectum per epexegetin. Augebis ruri numerum, genus ferratile significo, intelligo, dictum volo: ne tu de alio numero me locutum censeas. *Gronov.*

21. *Pergræcamini.* ] Huc alludit Cicero Ver. *Ut Græco more biberetur.* ad quod Asc. Pedianus: *Est Græcus mos, ut Græci dicunt, οὐμεριον κωδισσινος, cum merum cyathu libant, salutantes primo deos, deinde amicos suos nominantes: nam tertius merum bibunt, quoties & Deos & Caros suos nominatum vocant.*

23. *Obsonate pollucibiliter.* ] Parate obsonia opipare & sumptuose. nam de esculentis Herculi decimam dabant. idque *polluceri*; & consecratum quod fuerat, *pollucium* dicebatur. *Ca-mer.*

35 Lubet potare, amare, scotta ducere.

Meitergi facio hæc, non tui, fiducia.

GR. Quam confidenter loquitur ! fue. TR. at te Jupiter

Dique omnes perdant, oboluisti allium.

Germana illuvies, rusticus, hircus, hara suis.

40 Canescapro commista. GR. quid tu vis fieri?

NON-OMNES possunt olere unguenta exotica,

Si tu oles: neque superior accumbere.

Neque tam facietis, quam tu vivis, victibus:

Tu tibi istos habeas turtures, pisces, aves.

45 Sine me alliato fungi fortunas meas.

Tu fortunatus, ego miser: patiunda sunt.

Meum bonum me, te tuum maneat malum.

TR. Quasi invidere mihi hoc videre, Grumio.

Quia mihi bene est, & tibi male est; dignissimum est.

50 Decet me amare & te bubulcitarier:

Me victitare pulchre, te miseris modis.

GR. O carnificum cribrum, quod credo fore:

S. d. carnificum.

Ita

38. *Dique omnes perdant.* ] *Lege: perduint.* Scriverius.

39. *Germana illuvies.* ] *Quantus quantus es, nil nisi illuvies & fetores. Immundi sunt rustici: quod in immundo opere faciundo plerunque versentur. ideo servus rusticus appellatur illuvies ab urbane: Germana illuvies, rusticus, hircus, hara sua.* Bosius.

40. *Canes capro commista.* ] *Mss. ambo: Canem capram commistam.* Unde recte istud exclusit Scaliger. *Fetor enim est capri, non capræ. Et canes, ut feles.* Sed quid ad rem pertineat hæc elidi à sequente vocali apud veteres, quod huc alleverunt, non assequor: nihil enim hic eliditur: sed *canes* jambus est pes integer, totus autem versus trimettros. Gronovius.

42. *Neque superior accumbere.* ] *Pro, superiores. Mutata enim numerum, suo more. Lambin.*

45. *Sine me alliato.* ] *Alliatum interretos moretum, cui allium admixtum*

est: atque adeo de cibis omnibus intelligo, quibus allium intritum est. ad quod Terent. *Phorm.* 2. respexerat: *Tute hoc intrisi: tibi est omne exedendum; auctore Donato.* Quasi dicat Grumio: sine me fortunis meis, quæ in cibo seu pane allio peruncto sitæ sunt, patienter fungi & contentum esse. Turneb. *Sine me alliato.* ] Ne pejus foret, si delectemus hæc me. *Sine fortunæ meæ,* id est, me tenui fortuna præditum; *fungi,* id est, defungi, pati, contentum esse, *alliato.* Gronovius.

47. *Meum bonum me, &c.* ] Non recuso, quo minus ego nunc duriter vivam, tu laute & opipare: dum me quidem maneat bonum meum, te veto malum maneat tuum, cum venerit senex. Murel.

52. *O carnificum cribrum, &c.* ] *Significat corium & tergum ejus stimula (quos oblongos, sive è sudibus præacutis, sive & terro præfixis gestabant ad hunc usum) ita crebro puncto perforatum iri, ut cribrum repræsentet. Quod autem*

Itate forabunt patibulatum per vias  
Stimulis, si huc reveniat senex.

55 TR. Qui scis an tibi istuc prius eveniat quam mihi?

GR. Quia nunquam merui: tu meruisti, & nunc meres.

TR. Orationis operam compendiface,  
Nisi te malâ re magnâ mactari cupis.

GR. Ervom daturin' estis, bubus quod feram?

60 Date æs, si non estis. agite porro, pergite  
Quomodo occæpistis: bibite, pergræcamini,  
Estè, effercite vos, laginam cædite.

TR. Tace, atque rus abi: ego ire in Piræum volo,  
In vesperum parare piscatum mihi.

65 Ervom tibi aliquis cras faxo ad villam afferat.

Quid est? quid tu me nunc obruere, furcifer?

GR. Poltibi istuc credo nomen actutum fore.

TR. Dum interea sic sit, istuc actutum sino.

GR. Ita est. sed unum **HOC SCITO, NIMIO**  
celcius

70 Venire quod molestum est, quam id quod cupide petas.

TR. Molestus ne sis: nunc jam i rus, teque amove.

Ne

autem patibulatum eum per vias fore, ait; significat, furcam sive patibulum laturum: unde furciferi dicuntur hac contumelia affecti. Furca aurem & Patibulum eadem, aut non longe distita videntur: atque hoc à cruce distinguitur: ut patibulum sit pars crucis, nimirum patens illa & transversa: Crux autem inferior defixusque stipes proprie dicatur.

Lipsius.

60. Si non estis. ] Scilicet errorem daturi. Date igitur pecuniam, unde alibi emam pabulum, si dare ipsi recusatis. Camer.

62. Saginam cadite. ] Saginam eadere, quod hætenus variis expositionibus eruditorum virorum fuit obnoxium, necdum in veram incidit, ita dictum est & eodem plane sensu, quo cibum cadere, à quo cibicida, pro edere scilicet, & cibum dentibus contrahere. Nam sagina est cibus; unde saginare est ἀνιζέειν & ἀλλύειν. Saginæ. Symposio

in ænigmatis, sunt glandes quibus porci saginantur:

Setigera matris secunda natus in alvo

Desuper ex alto virides expellit saginas.

Hinc saginacidas liceat dicere elegantissime, qui cibicida Lucilio appellati: vigintidomian triginta, vel centum cibicidas alas. ῥοῖντρας etiam & μαροῖστος hujusmodi cibicidas Græci vocant, hoc est, saccos. Helychius: μαροῖστος, ῥοῖντρα, μαροῖστος, ῥοῖντρα. Salmas. Saginam cadite. ] Forte: tendite. Scriverius.

63. In Piræum. ] Nam reum venilium ibi magnus proventus, ac velut δέσμηνα. Scholiastes. Aristoph. ip̄ Equit.

68. Dum interea sic sit. ] Oratio est hominis præsentia tantum spectantis, futura negligentis. Dum, inquit, interea sic sit, ut nunc est: hoc est, laute opipareque vivitur; quid actutum futurum sit, non admodum laboro. Murætu.

73. Satin'

- Ne tu erres, hercle præter hac mihi non facies moram,  
 GR. Satin' abiit, neque quod dixi flocci existumat!  
 Pro Di immortales! obsecro vostram fidem.  
 75 Facite huc ut redeat noster quam primum senex,  
 Triennium qui jam hinc abest: priusquam omnia  
 Periêre, & ædis, & ager: qui nisi huc redit,  
 Paucorum mensium sunt relictæ reliquiæ.  
 Nuncrus abibo. nam eccum herilem filium  
 80 Video corruptum hic ex adolescente optumo.

73. *Satin' abiit.* ] Qui corrigit, *satin'* sapit, ignorat & corrumpit genus loquendi frequentissimum Plauto. Sic Amph. 2. 2. *Satin' parvares est voluptatum in vita.* Adeone patum est voluptatis pax dolorum numero in vita. Tri-

nummo 4. 3. *Satin' in Thermopolis conditum es oblitus? Itane es oblitus. Milit.* 2. 6. *Satin' abiit ille, neque herile negotium plus curat.* Et sic innumeris locis. *Græv.*

## ACTUS PRIMI SCENA SECUNDA.

## P H I L O L A C H E S.

- R**ecordatus multum & diu cogitavi,  
 Argumentaque in pectus multa insitui  
 Ego: atque in meo corde, si est quod mihi cor,  
 Eam rem volutavi & diu disputavi,  
 5 Hominem quojus rei, quando natus est,  
 Similem esse arbitrarer simulacrumque habere.  
 Id repperi jam exemplum.  
 Novarum ædium esse arbitror similem ego hominem,  
 Quando hic natus est. ei rei argumenta dicam;  
 10 Atque hoc haud videtur verisimile vobis:  
 At eho id faciã esse ita ut credatis.  
 Profecto ita esse, ut prædico, vero vincam.  
 Atque hoc vosmetipsi scio,  
 Proinde uti nunc ego esse autumo, quando  
 15 Dicta audietis mea, haud aliter id dicetis.  
 Auscultate argumenta dum dico ad hanc rem:  
 Simul gnarures vos volo esse hanc rem inecum.

Ædes

17. *Gnarures.* ] *Gnarures.*, id est, gnaritos. *gnaros* autem hanc rem, pro hujus rei dicit: ut, *dolus hanc rem.* Uti-

tur & Prol. Pœn. item Aufonius:  
*Non cultor instans, non arator gnaruris.*  
 Item Anob. 2. *Cur esse dicatu in alio pra-*

Ædes quom extemplo sunt paratæ, expolitæ,  
Factæ probe, examuffim,

20 Laudant fabrum, atque ædes probant. sibi quisque  
Inde exemplum expetunt: sibi quisque simile,  
Suo usque sumptu: operæ ne parcunt suæ.  
Atque ubi illo immigrat nequam homo indiligensque,  
Cum pigrâ familiâ, immundus, instrenuus,

*Miss. Arcuato.*

25 Hic jam ædibus vitium additur,  
Bonæ cum curantur male,  
Atque illud sæpe fit, tempestas venit,  
Confringit tegulas, imbricesque: ibi  
Dominus indiligens reddere alias nevolt.

30 Venit imber, lavit parietes, perpluunt  
Tigna, putrefacit ær operam fabri.  
Nequior factus jam est usus ædium:  
Atque haud est fabri culpa. sed MAGNA PARS  
Moram hanc induxerunt, si quid nummo farciri potest;

35 Usque mantant: neque id faciunt, donicum  
Parietes ruunt. ædificantur ædes totæ denuo.

Hæc

*præceptionibus gnarures?* Et vetus Glossar. *gnarurem* interpretatur γνάριμος, & *gnarurat* γνάρισις: item, *gnarures* γνάριονες: & *ignarures*, ἀγνάρισις. Turneb. *Simul gnarures.*] Lege: *Similitu gnaruru.* Scrivensius.

13. *Quom extemplo.*] Simulatque. V. N. Rud. act. 4. 3.

20. *Atque ædes probant.*] Dixisse jam ajunt, *Ædes quom extemplo:* non igitur eodem casu *ædes* hic legi debere. Hunc syllogismum parum intelligebam. Sed addunt legendum: *laudant fabrum adu, atque probant:* & explicant: *Ædes novæ, expolitæ, laudant & probant* sive commendant fabrum ædis: atque eo nihil esse eertius. At hoc sensu nihil est certius quam inepte repenti mentionem *adsum.* Quis enim ita loquatur: *Ædes laudant fabrum adu.* Nimirum non per ceperunt mentem Poëtæ: is enim τὸ *laudant atque probant,* non retulit ad τὸ *ados,* sed in eo intellexit, *Homines:* ut cum dicimus, *ajunt, dicunt.* Vide ad Sene-

cam 2. de irâ 12. *Ædes,* inquit, cum paratæ sunt, tum vulgo homines prætereuntes laudant fabrum, ipsas rectè factas prædicant. Ubi necessario repetenda vox erat, aut pronomen subjiciendum. Potro scripti aut editi veteres: *operam pascunt suam vel parcunt.* Forte distinguenda superiora & hæc scribenda: *atque ædes probant sibi quisque.* Inde *exemplum expetunt sibi quisque simile.* *Suo usque sumptu, & operam impertiunt suam.* Gronovius. *Sibi quisque inde exemplum.*] Forte delenda: *sibi quisque.* Scrivensius.

22. *Ne parcunt.*] *Ne,* antiquè pro *Non:* ut Trinuin. 5. 2. *Nisi in no vñ.* Terent. Eunuch. act. 2. 3. *Quid ne es alacri?* pro, cur non es alacris? Turneb. lib. 5. 5. & lib. 19. cap. 13. ad 3. de leg. Cic.

35. *Mantant.*] *Exspectant.* *Donicum,*] *Donce.*

36. *Ædificantur ædes.*] Non utique semper ædificantur, sed reædificare oportet,



- Hæc argumenta ego ædificiis dixi. nunc etiam volo  
 Dicere, ut homines ædium esse similes arbitremini.  
 Primum dum parentes fabri liberum sunt,  
 40 Et fundamentum substruunt liberorum,  
 Extollunt, parant sedulo in firmitatem,  
 Ut & in usum boni, & in speciem populo  
 Sint: sibi que aut materiæ ne parcunt.  
 Nec sumptus sibi sumptui esse ducunt:  
 45 Expoliunt, docent literas, jurâ, leges,  
 Sumptu suo & labore nituntur, ut  
 Alii sibi esse illorum similes expetant.  
 Ad legionem quom itant, adminiculum eis danunt  
 Tum jam aliquem cognatum suum.  
 50 Eatenus abeunt à fabricis.  
 Unum ubi emeritum est stipendium, igitur tum  
 Specimen cernitur, quo eveniat ædificatio.  
 Nam ego ad illud frugi usque & probus fui,  
 In fabricorum potestate dum fui.

Postea-

ret, si quis uri velit. Puto scribendum esse; *adificandum' st ades totas denus.* Syntraxis antiqua; ædificandum est ædes, pro, ædificandæ sunt ædes. Gronovii.

41. *Parant sedulo infirmitatem: ut & in, &c.* ] Fundamentum ponunt stabile: id est, liberos à primis statim aniserudiunt: ut hac puerili institutione subnisi, & una cum ætate doctiores & meliores evadentes, eives Reipub. vere utiles & in speciem boni, hoc est, errorum sint ornamentum patriæ. Lambin.

42. *Et in usum boni & in speciem.* ] Malle se cum Acidalio specimen annotant, nisi Nonius specimen pro specimen subinde vereres dixisse observaret. At si Mss. haberent specimen, ego corrigerem specimen. Vult enim Plautus, ut & sint & appareant boni. Sed loquitur de illis, ut de ædibus. Cicero lib. 1. de Offic. dicendum est etiam qualem hominis honorati & principis demum placeat esse: cujus finis est usus, ad quem accommodanda est adificandæ disciplina: & tamen adhibenda commo-

ditati dignitatisque diligentia. Hanc dignitatem ipse post paullo speciem appellat: tertium est ut caveamus, ut ea qua pertinent ad liberalem speciem & dignitatem, moderata sint. Tacit. 2. Annal. augebantur alacritate militum in speciem ac terrorem. In vita Agricoltæ: Britannorum acies in speciem simul ac terrorem editioribus locis constiterat. Gronovius.

43. *Sibi que aut materia ne parcunt.* ] Parentes neque labori, neque pecuniæ parcunt: nec putant sumptus esse, qui impenduntur institutioni liberorum. Taubm.

44. *Ad legionem, &c.* ] Referenda sunt hæc ad morem Roman. quo adolescentibus militaturis primo stipendii anno custodes dari soliti. Turneb. lib. 7. c. 3. & lib. 26. c. 22.

51. *Unum ubi emeritum est stipendium.* ] Ubi tempus militiæ primæ finitum est, tunc specimen apparet, quo evadat ædificatio. Stipendiorum vox etiam annos significat, quibus milites merent. quomodo & Servius interpretatur s. Æn.

- 55 Posteaquam immigravi in ingenium meum,  
Perdidi operam fabrorum ilico oppido.  
• Venit ignavia, ea mihi tempestas fuit,  
Ea mihi adventu suo grandinem imbremque attulit;  
Hæc verecundiam mihi & virtutis modum
- 60 Deturbavit, texit detexitque à me ilico.  
Post illa obtigere eam neglegens fui:  
Continuo pro imbre amor advenit in cor meum.  
Is usque in pectus permanavit, permadefecit  
Cor meum. nunc simul res, fides, fama, virtus,
- 65 Decusque deseruerunt: ego sum in usu  
Factus nimio nequior. atque edepolita  
Hæc tigna humide putent. non videor mihi  
Sarcire posse ædeis meas, quin totæ  
Perpetuæ ruant, quin cum fundamento
- 70 Petierint, nec quisquam esse auxilio queat.  
• Cor dolet, cum scio ut nunc sum, atque ut fui:  
Quo neque industrior de juventute erat  
Arte gymnastica, disco, hastis, pila,  
Cursu, armis, equo. victitabam volupe:
- 75 Parsimonia & duritia disciplinæ aliis eram:

Opti-

55. *Posteaquam immigravi in ingenium meum.* ] Posteaquam ex magisterio pædagogii excessi, & meo arbitrato cœpi vivere. Postquam mihi relictus sum. *Lambin.* Forte: *posteaquam me immigravi ingenium.* *Scrivætius,*

59. *Virtutis modum deturbavit.* ] Virtutem; quæ instar modi & mensuræ est, quæque ipsa modus & mediocritas est: vel modestiam, quam *κοσμιότητα* vocant, & *σωφροσύνην.* *Lambinus.*

60. *Texit detexitque.* ] Sic *Mss.* lege, *dejecit detexitque.*

62. *Pro imbre.* ] Id est, tanquam ignem. ut *Men.* *Pro sano loqueris.*

65. *Ego sum in usu.* ] *Doux* legit uno verbo *inusu*, pro ignavia, incultu. Ego nihil mutandum puto. Respondet ei quod dixerat *yl.* 42.

*Ut & in usu boni & in speciem populo sint.* Sic *Bacchid.*

*Eadem in usu, atque ubi periculum faciat, aculeata sunt.*

*Dissaldezus.*

69. *Perpetuæ ruant.* ] Id est, non particulatim, neque membratim, neque paullatim, sed universæ conjunctim, & uno tempore, & simul. Ita *Virgil.* *perpetuum bovis tergum dixit.* *Lambin.*

73. *Arte Gymnastica.* ] Cur ars gymnastica pueris sit addiscenda, *Plato* docet in *Protag.* *Milit.* pag. 199. & de *Philosophia* pag. 5. & vide *Fabrum Agonist.* & *Mercurial.* *Scaligerum* lib. 1: *Poët.* cap. 12.

74. *Victitabam volupe.* ] *Lego, victi. haud volupe.* Minime delicatum in victu fuisse ait, qui quidem parsimonia & duritia aliis exemplo fuerit. *Asidal.* Vix duriter, & ita tamen jucunde. *Lambinus.*

75. *Duritia disciplina.* ] *Duri borquines* li 2 sunt

Opturni quique expetebant à me doctrinam sibi.  
Nunc postquam nihili sum, id vero meopte ingenio repperi.

sunt ex hoc loco, *καρθηθῆναι*, tolerantes, patientes: quales memorantur prisca Lacedæmones; quorum institutio omnis erar in patientiæ disciplina: inque victus atque cultus parsimonia. [Disciplina.] Documento atque exemplo. T.

## ACTUS PRIMI SCENA TERTIA.

PHILEMATIUM, SCAPHA, PHILOLACHES.

**J**Ampridem ecastor frigidà non lavi magis lubenter,  
Nec quem me melius, mea Scapha, rear esse defæcatam.

Sc. Eventus rebus omnibus, velut horno messis magna

Fuit. PHIL. quid ea messis attinet ad meam lavationem?

Sc. Nihilo plus, quam lavatio tua ad messum? PHIL. oh, Venus venusta!

Hæc illa est tempestas mea, mihi quæ modestiam omnem  
Detexit, tectus quâ fui: quam mihi amor & Cupido

In

1. **R**igida non lavi.] Tres ædes seu cellæ in balneis. Prima est *Caldaria*, ἢ *λακωνικόν*: Dioni *πυραλίηρον* Senecæ sudatorium: nam sicco calore sudorem in eo eliciebant. Secunda est *Frigidaria*, quæ & *Tepidaria*. Tertia est *Frigidaria*. Plinius Epist. *Post Solem frigida lavabatur*. Senec. Epist. 84. *Ab hac fatigatione in frigidam descendi*. Wouwer.

2. *Nec unde me melius.*] Optimus Cam. *Nec quom me*. Proximus: *Nec cum me*. Quid opus igitur præter illud, quod editum est, *facere, qua, quam, quum de?* Nec lavi, inquit, Jampridem, quom, quo tempore, quaque lavatione me rear sic esse purgatam. Gronov.

3. *Velut horno magna.*] Camerarius *horno* adverbialiter accipit, ut sit hoc anno. Lambinus ut sit dandi casus, hæc sententia: *Quemadmodum messis magna frugibus vel annonæ hujus anni respondit: ita eventus rebus nostris omnibus fuit secundus*. Taubmannus. Ecce tibi, qui & *horna* facit: & laborat, ut *hornus* epitheron mobile esse demonstrat, quasi quis de eo dubitaret. Sed mutan-

dum nihil est. *Hornum* dicitur simpliciter, ut *vernum, æstivum, autumnum, hibernum*, de quibus 3. Observ. 24. in quibus omnibus intelligitur *tempus*: & ut illa ver, æstatem, autumnum, hiemem significant, ita istud hunc annum. Cumque *annus* veteribus sæpe pro *annona* vel *proventu* annuo ponatur, eodem modo & *hornum* pro hujus anni *proventu*. Nescio quomodo nunc omnia bene eveniunt, ut lætæ provenere fruges. Et videtur proverbium fuisse. Quod autem addit Lambinus significare *Philematium* suæ lavationis eventum secundum fuisse & se lavisse ex animi sententia, & jam bis ex eo repetitum est, miror. Non enim hoc *Philematium*, sed *Scapha* dicit. Gronovius.

7. *Tectus qua fui.*] Pudorem quasi vestem faciunt prisca: qua animus ingenuus tectus esse debet. Pacuvius: *Nam si te tegetet pudor, sine adeo deo sapientia imbutum foret, &c.* Apulejus i Apolog. *Pudor enim veluti vestis, quanto obsoletior est, tanto incuriosius habetur*. Schoppius.

Inpectus perpluit meum: neque jam unquam obtigere possum.

Madent jam in corde parietes. periêre hæc oppido ædes.

10 PHIL. Contempla, amabo, mea Scapha, fatin' hæc me vestis deceat?

Volo meo placere Philolachi, meo oculo, meo patrono.

SC. Quin tu te exornas moribus lepida, quom lepida tota es? Dant. quom lepida tute. es!

Non vestem amatores mulieris amant, sed vestis fartum.

PHIL. Ita me di ament, lepida est Scapha! sapit scelestamul- tum!

15 Ut lepide res omnes tenet, sententiasque amantum!

PHIL. Quid nunc? SC. quid est? PHIL. quin me aspice & contempla, ut hæc me decet.

SC. Virtute formæ id evenit, te ut deceat, quicquid habeas.

PHIL. Ergo hoc ob verbum te, Scapha, donabo ego profecto hodie aliqui:

Neque patiar te istanc gratis laudasse, quæ placet mihi.

20 PHIL. Nolo ego te assentari mihi. SC. nimis tu quidem stulta es mulier.

Eho mavis vituperati falso, quam vero extolli?

Equidem pol vel falso tamen laudari multo malo,

Quam vero culpari, aut alios meam speciem irridero.

PHIL. Ego verum amo: verum volo dici mihi: mendacem odi.

25 SC. Ita tu me ames, ita Philolaches tuus te amet, ut venusta es!

PHIL. Quid ais scelestam? quomodo adjurasti? ita ego istam amarem?

Quid? istæc me; id cur non additum est? infecta dona facio.

Periisti! quod promiseram tibi donum, perdidisti. Gruter. peritit id quod pr. tibi; donum perd. &c.

SC. Equi-

13. *Vestis fartum.*] *Fartum vestis* est corpus, id est, ipsa mulier quæ vestem facit impletque. ita Columella lib. 5. cap. 10. *Ea res efficit uberiores fructum, & fartum sui pleniores & meliores.* Turneb.

27. *Quid? istæc me.*] Indignatur juvenis, quod adjuraret Scapha dominam his verbis; *Ita te Philolaches amet: nec adderet; Ita tu Philolachem ames.* hoc additum cupiebat. Gruter.

Sc. Equidem pol miror tam catam, tam doctam te, & bene  
eductam;

30 Non stultam stulte facere. PHIL. quin mone quæso, si quid  
erro.

Sc. Tu ecastor erras, quæ quidem illum exspectes Doct. ex-  
pectas.  
unum, atque illi

Morem præcipue sic geras, atque alios asperneris.

MATRONÆ, non meretricium est, unum inservire  
amantem.

PHIL. Pro Juppiter! nam quod malum vorfatur meæ domi  
illud?

35 Dii deæque omnes me pefsumis exemplis interficiant,  
Nifi ego illam anum interfecero siti, fameque, atque algu.

PHIL. Nolo ego mihi malo te, Scapha, præcipere. Sc. stulta es  
plane, quæ

Illum tibi æternum putes fore amicum & benevolentem.

Moneo ego re: te deseret ille ætate & satietate.

40 PHIL. Non spero. Sc. INSPERATA accidunt magis sæpe  
pe quam quæ speres.

Postremo, si dictis nequis perduci, ut vera hæc credas,

Mea dicta ex factis nosce: rem vides, quæ sum, &  
quæ fui ante. Schupp. hem vi-  
de. quæ sum. ac  
quæ fui ante!

Nihilo ego, quam nunc tu, amata sum, atque uni modo gessi  
morem,

Qui pol me, ubi ætate hoc caput colorem mutavit,

45 Reliquit, deseruitque me. tibi idem futurum crede.

PHIL. Vix comprimor, quin involem illi in oculos  
stimulatrici.

M. mer. fran-  
lattrici.

PHI. Solam

31. *Illum exspectos unum.* ] Nec nup-  
tum verbum & prætextatum est *Exspe-  
ctare*, & tamen significationem habet  
huic rei dicatam & propriam. Terentius  
Eunucho act. 1. sc. 2. *Mo desideros, me  
fomnes, me exspectes.* Milite noster, 4. 6.  
*Sino ultro veniat, quaritot, desiderot, te  
exspectot.* Et in castioribus Amph. 2. 2.  
*Certe onim me illi exspectatum eprate ven-  
turum scio.* Rutilius Lupus ex Lybia: *fer-  
fertitor domum laborem: jam brevi domum*

*venios exspectatus: excipiet te defatigatum  
diligens atque amans uxor.* Frustra igitur  
alii *exspectare* volunt esse posurum  
pro *spectare*: alii *expotas*, alii *exoptes*.  
Gronovius.

46. *Stimulatrici.* ] Quæ Philemæium  
stimulat & urget, ut se multis prosti-  
ruat. Meurs. legit, *simulatrici*: ut &  
paulo post, *scalesiam simulatricem*. Et *si-  
mulatrices* ait appellatas sagas & venefi-  
cas. Taubm.

PHI. Solam illi me soli cenfeo esse oportere obsequentem.  
Solam ille me soli sibi suo liberavit.

PHIL. Pro di immortales, mulierem lepidam, & pudico ingenio!

50 Bene hercle factum, & gaudeo mihi nihil esse hujus causâ.

Sc. Inscita ecastor tu quidem es. PHI. quapropter? Sc. quare istuc cures,

Ut te ille amet. PHI. cur obsecro non curem? Sc. libera es jam.

Tu jam quod quærebas habes: ille, te nisi amabit ultro,

Id pro capite tuo quod dedir, perdiderit tantum argenti.

55 PHIL. Perii hercle, ni ego illam pefsumis exemplis enicafso.

Illa hanc corrumpit mulierem malefuada vitilena.

PHI. Nunquam ego illi possum gratiam referre, ut meritu' sit de me.

Scapha, id tu mihi ne suadeas, ut illum minoris pendam.

Sc. At hoc unum facito cogites, si illum infervibus solum,

60 Dum tibi nunc hæc ætatula est, in senectâ male querere.

PHIL. In anginam ego nunc velim vorti, ut veneficæ illi

Faucesprehendam, atque enicem scelestam stimulatricem.

PHI. EUNDEM ANIMUM oportet nunc mihi esse gratum, ut impetravi,

Atque olim, priusquam id extudi, quom illi subblandiebar.

65 PHIL. Dii me faciant quid volunt, ni ob istam orationem

Te liberafso denuo, & nisi Scapham enicafso.

Sc. Si tibi sat acceptum est, fore victum tibi sempiternum,

Atque

50. *Mihi nihil esse.* ] Me ad egestatis terminos esse redactum: ut loquitur Afri. 1. 2.

56. *Malefuada, &c.* ] Virg. 6. Æneid. Et Metus & malefuada Fames.

Nam talia componebant olim. Sic Cato vitiligatores ex vitio & litigatoribus fecit: sed & vitimagistratus Sall. 3. Hist. Marianos & Cinnanos, qui vitio & per vim creati, vocat. Gruter.

61. *In anginam.* ] Angina, inflamma-

tio faucium est: κωδύλη & λυκάλη Græcis, quod canes ac lupos frequenter afficiat: item σκωδύλη, vel à suspensii similitudine, quod non secusquam laqueus, præfocans enicet: ἀσχίνα enim laqueus est: vel à σκωδύλη, quod spiritum continendo respirationem inhibeat, ut inquit Aurelianus. Scalig.

67. *Si sat acceptum, &c.* ] Satis acceptum, valet certum & compertum & situm, vel uti datis sive jussoribus & spon-

li 4 soribus.

Dabo aliquid hodie tibi peculi, Philematium mea.

PHI. Suo quique loco viden' capillus fatis compositu' st com-  
mode?

SC. Ubi tu commoda es, capillum commodum esse credito.

PHI. Vah, quid illa pote pejus quicquam muliere memora-  
rit;

100 Nunc absentatrix scelestâ est, dudum advorsatrix erat.

PHI. Cedo cerusam. SC. quid cerusa opus nam? PHI. qui  
malas oblinam.

SC. Unâ operâ ebur atramento candefacere postules.

PHI. Lepide dictum de atramento atque ebore: Mors. euge-  
pe. laudo  
scapha.  
euge plaudo Scaphæ.

PHI. Tum tu igitur cedo purpurissum. SC. non do: scita  
es tu quidem:

Nova

le&ioni hic non est locus. *Boxborn.*

96. *Peculi, Philematium mea.* ] Lam-  
binus annotat hæc verba, *Philematium*  
*mea* esse adhuc *Philolachetis*, & separa-  
tim pronuntianda, quasi *Philolaches* præ  
desiderio & cupiditate *Philematium* in-  
clamet atque appetlet. Et hoc ex illo de-  
scribunt. At jocus est merus *περὶ*  
*μεγροδίας*. Expectabant enim audi-  
tores, ut diceret, *Scapha*, cui videbatur  
reconciliatus: at ille quasi eodem mo-  
mento revocatus in memoriam injuriz  
*Philematium* appellat: spectatores rident  
se deceptos esse. Vide 4. *Observat.* 13.  
Tale est *Bacchid.* act. 3. sc. 4. *Na illa*  
*illud hercle cum malo fecit suo meo. Nam*  
*mihidivini nunquam quisquam creduat, Ni*  
*ego illam exempli plurimum planeque amo.*  
Ptorius enim contrarium expectabatur.  
*Genov.*

97. *Capillus fati compositus.* ] Puellas  
habuerunt in ministerio tum *ornatrices*,  
tum quæ velut à consiliis formæ: Edo-  
ræ autem certis magistris ad hoc mini-  
sterium, velut ad artificium. Diceban-  
tur *Ornatrices* ab officio, ut & Græcis  
*κοσμητρίας*, quæ crines disponebant.  
*Sueton.* *Claud.* cap. 40. *Hæc matru mea*  
*ornatrix fuit.* *Juvenalis* *Ornatrici* no-  
men *Pescia* ab arte imposuit. nam *καρσι-*  
*ζεις* Græci dicunt, quando minutum sive

rarum pluit. *Ornatrices* igitur crinem  
componentes, rarum ac parvum aquæ  
solent mittere, ac velut *καρσιζεις*: *Cini-*  
*stones* & *cinerarii* eadem significatione  
apud veteres dicebantur, ab officio cala-  
mistrorum, qui acus & verura stando ca-  
lesfaciebant, quibus matronæ capillos  
crispabant. Ergo *ornatrices*, quæ com-  
posuere capillum, *Cinifiones* & *Cinerarii*,  
qui acus calefactis subministrarunt or-  
natricibus: quævis Glossæ præne con-  
fundant. *Womer.*

101. *Cerussa.* ] Ad facundam faciem  
utebantur *cerussa*, & aliis officijs.  
*Taubm.*

102. *Ebur atramento.* ] Ad illud allu-  
sum hoc loco à *Plauto* suspicor, quod  
veteres in ebore scripsisse, & eboreis ta-  
bulis, ut & ligneis, ostendam ex hoc  
*Martialis* *disticho* in *apophoretis*, cujus  
lemma: *Eborei pugillares*:

*Languida ne tristes abscrent lumina cera,*  
*Nigra tibi niveum littera pingat ebur.*  
Nec eo possis confugere de ceratis pu-  
gillaribus accipiendum apud *Martia-*  
*lem*. Stat contra *Martialis* ipse, & alios à  
ceratis eboreis pugillares facit: quin  
apertissime candidum & nudum ebur,  
atramento pingi perscribique indicat.  
*Salmas.*

104. *Purpurissum.* ] *Purpurissum* spu-  
da

105 Nova pictura interpolare vis opus lepidissimum,  
NON ISTANC ætatem oportet pigmentum ullum at-  
tingere

Neque cerulsam, neque melinum, neque ullam aliam offu-  
ciam.

Cape igitur speculum. PHIL. hei mihi misero, sauium spe-  
culo dedit.

Nimis velim lapidem, quæ ego illi speculo diminuiam caput.

110 Sc. Linteum cape, atque exterge tibi manus. PHIL. quid ita,  
obsecro?

Sc. Ut speculum tenuisti, metuo ne oleant argentum manus:  
Ne usquam argentum te accepisse suspicetur Philolaches.

PHIL. Non video vidisse lenam callidiorẽ ullam alteram.  
Ut lepide atque astute in mentem venit de speculo malæ!

115 PHIL. Etiamne unguentis unguendam censes? Sc. minime  
feceris.

PHIL. Quapropter? Sc. quia ecastor MULIER RECTE  
olet, ubi nihil olet.

Nam istæ veteres, quæ se unguentis unctitant, interpoles,  
Vetulæ, edentulæ, quæ vitia corporis fūco occultunt,

Ubi sese sudor cum unguentis consociavit, ilico

120 Itidem olent, quasi cum una multa jura confudit cocus.

Quid oleant, nescias, nisi id unum, ut male olere in-  
tellegas.

PHIL. Ut perdocte cuncta caller! nihil hac docta doctius.

Verum illud est, maxumaque adeo pars vestrorum intellegit,

Qui-

ma est collecta effervescente purpura,  
cum ex ea tinctura efficitur. Loco pur-  
purissimi utuntur hodie pictores lacca mix-  
ta cum cæruleo. Colorcs igitur hujus le-  
nocinii sunt præcipui; *Albor* quem ce-  
russa format: *Rubor*, quem purpurissimum:  
*Nigrar*, ad palpebras & supercilia utilis,  
*stibium*. *Dalechamp*.

105. *Interpolare*.] Q. d. obsoleta, quæ  
sunt, interpolari solent. Cur tu verò quod  
est pulcherrimum & integerrimum re-  
concinnabis? *Taubm*.

107. *Melinum*.] Auripigmentum co-  
lore candido. *Lamb*.

111. *Ut speculum tenuisti*.] *Specula* ex  
argento facta scribit Plin. 33. cap. 9. Mo-  
net ergo Scapha Philematium, ne con-  
tactu argenti speculi suspectam se red-  
dat Philolachi, tanquam argentum ab  
alio amatore acceperit. *Boxhorn*.

117. *Veteres*.] Pro vetulæ. *Interpoles*.]  
Quæ se pigmentis interpolant, ut ex ve-  
tulis novæ quasi puellæ fiant. *Taub*.

122. *Nihil hac docta doctius*.] Vide  
*Epid. act. 3. 2.*

123. *Pars vestrorum*.] *Vestrorum* pro  
*vestrum* positum esse hoc loco, recte cen-  
suit *Apollinaris* apud *Agellium* lib. 20.

cap 6.



## ACTUS PRIMI SCENA PRIMA.

GRUMIO, TRANIO.

**H**XI é culina, sis, foras mastigia,  
 Qui mihi inter patinas exhibes argutias.  
 Egredere, herilis perniciés, ex ædibus.  
 Ego pol te turi, si vivam, ulciscar probe.

5 Exi, inquam, nidor è culinâ. quid lates?

TR. Quid tibi, malum, hîc ante ædes clamitatio  
 est?

Def. clama-  
 tiôd.

An turi censes te esse? abscede ab ædibus.

Abi rus, abi dierecte, abscede ab janua.

Hem, hoccine volebas? GR. perii! cur me verberas?

10 TR. Quia tu vis. GR. patiar, sine modo adveniat  
 fenex.

Def. vivis.  
 An. vivus.

Sine modo venire salvom, quem absentem comes.

TR. Nec verisimile loquere, nec verum, frutex,  
 Comesse quenquam ur quisquam absentem possiet.

GR. Tu urbanus vero scutra, deliciæ popli,

Rus

5. **N**idor è culina.] Nidor non est excrementum, nec tantum odor: sed *κρίονα* vel *κρίονος* ἢ *δυσωδία*, aura pinguis & odorata manans de adultis hostiis, vel coctis cibis similibusve rebus. Suetonius in Claudio: *illiusque nidore prandii*. Nec aliter usurpat Appulejus lib. 4. *Fimo fistulatim excussis, quasdam extremi liquoris adspersione, quasdam putore nidore foetidi: à meo jam quasfis scapulo abegissim.* Est enim lascivia verborum illi non nova: putor nidore foetidi pro nidore foetido, nempe fimi. Nec vero suspicandum, *nide in culina*. Vulgata nihil rectius. *Nider* nusquam magis habitat, quam ad focos vel deorum vel mortalium. Cicero in Pisonem: *in illo ganeorum tuarum nidere atque sume.* Juvenalis: *Captivante nidore sua putat ille culina.* Cum igitur vellet appellare servum, qui fructum herilis filii corrupti maximum habebat una pergræcari, obsonare pollucibiliter, faciet vivere victibus, turtures, pisces, aves gustare, effe-

cite se, faginam cadere, atque ob id nullam domus partem magis quam culinam colete ac frequenter, vocat eum *Niderem*. Quasi diceret: Tu non homo, sed nidor, exi è culina, quam semper habitas, velut nidor; *Genev.*

8. *Abi dierecte.*] Vide notas Capt. 3. 4. 103.

9. *En hoccine volebas.*] Lege: *En, hoccine volebas.* Ut infra act. 1. sc. ult. *En Philecrates.* Scriverius.

11. *Quem absentem comes.*] *Cemedi* videtur, cujus bona comeduntur. sic Suet. ait, *Claudium venalem pependisse*; id est, prædia ejus pendente titulo & libello proscripta. *Turneb.*

12. *Frutex.*] Inter contumeliosa verba fuit & *frutex*: convitium nimirum in stupidos & insulsa mentis homines. Proptie & signate rusciani agrestesque ista insigniti voce. Eodem sensu *Pulmenem*, *πύρρον* Epicurus vocabat Nausiphanem. *S. Gentil.*

- 15 Rus mihi tu objectas? sane credo, Tranio,  
 Quod te in pistrinum scis actutum tradier,  
 Cis, hercle, paucas tempestates, Tranio.  
 Augebis ruri numerum, genus ferratile.  
 Nunc, dum tibi lubet licetque, pota, perde rem,
- 20 Corrumpe herilem *filium*, adolescentem optimum.  
 Dies noctesque bibite, pergræcamini,  
 Amicas emite, liberate, pascite  
 Parasitos, obsonate pollicibilibiter.  
 Hæccine mandavit tibi, cum peregre hinc iit, senex?
- 25 Hæccine modo hic rem curatam offendet suam?  
 Hæccine boni esse officium servi existimas,  
 Ut heri sui corrumperet & rem & filium?  
 Nam ego illum corruptum duco, quom his factis studet,  
 Quo nemo adæque juventute ex omni Atticâ
- 30 Antehac est habitus parcus, nec magis continens:  
 Is nunc in aliam partem palmam possidet.  
 Virtute id factum tuâ & magisterio tuo.
- TR. Quid tibi, malum, me, aut huius ego agam, cura-  
 tid' st?
- An ruri quæso non sunt, quos cures, boves?

Lubet

15. Sane credo Tranio. ] Si malis cum altero Pall. Sane hoc credo, facile patior: sed præterea nihil est mutandum. Credo te tu mihi objectare atque in ore habere: vel, credo hoc te facere, quia scis. Per ironiam. Ratio enim est contraria proposito: ut in illo: Non vili emptus, modio qui venit salu. Rus tu loqueris? nempe ideo, quia ominaris eo brevi te venturum & in pistrinum traditum iiii. Gronovius.

17. Cu hercle paucas tempestates. ] Intra breve tempus. Idem Trucul. Cu paucas dies. Turneb.

18. Numerum genus ferratile. ] Qui ajunt'misa hic comminisci interpretes, ipsi misa comminiscuntur, quum genus ferratile accipiunt vocandi casu. Et si autem simplicissimum est numero cum Pistorii explicatione: tamen elegans & non obscura est & vetus lectio, ut eam inter-

pretatur Taubmannus: nempe ut genus ferratile sit adjectum per epexegetin. Augebis ruri numerum, genus ferratile significo, intelligo, dictum volo: ne tu de alio numero me locutum censeas. Gronov.

21. Pergræcamini. ] Huc alludit Cicerò Verr. Ut Græco more biberetur. ad quod Asc. Pedianus: Est Græcus mos, ut Græci dicunt, συμμετρίας κωδιστοφύσις, cum merum cyathis libant, salutatantes primo deos, deinde amicos suos nominantes: nam toties merum bibunt, quoties & Deos & Caros suos nominatim vocant.

23. Obsonate pollicibilibiter. ] Patate obsonia opipare & sumptuose. nam de esculentis Herculi decimam dabant. idque polliceri; & consecratum quod fuerat, polliculum dicebatur. Camer.

31. Dis-

- 35 Labet potare, amare, scorta ducere.  
 Mei terti facio hæc, non tui, fiducia.  
 GR. Quam confidenter loquitur ! sue. TR. at te Jupiter  
 Diique omnes perdant, oboluiſti allium,  
 Germana illuvies, ruſticus, hircus, hara ſuis.
- 40 Canescapro commiſta. GR. quid tu vis fieri ?  
 NON · OMNES poſſunt olere unguenta exotica,  
 Si tu oles: neque ſuperior accumbere.  
 Neque tam facetis, quam tu vivis, victibus:  
 Tu tibi iſtos habeas turtures, piſces, aves.
- 45 Sine me alliato fungi fortunæ meas.  
 Tu fortunatus, ego miſer: patiunda ſunt.  
 Meum bonum me, te tuum maneat malum.  
 TR. Quasi invidere mihi hoc videre, Grumio.  
 Quia mihi bene eſt, & tibi male eſt; digniſſimum eſt.
- 50 Decet me amare & te bubulcitarier:  
 Me victitare pulchre, te miſeris modis.  
 GR. O carniſicum cribrum, quod credo fore:

S. al. carniſi-  
cium.

Ita

38. *Diique omnes perdant.* ] Lege: *perdunt.* Scriverius.

39. *Germana illuvies.* ] *Quantus quantus es, nil niſi illuvies & tætor es. Immundi ſunt ruſtici: quod in immundo opere faciundo plerunque verſentur. ideo ſervus ruſticus appellatur illuvies ab urbane: Germana illuvies, ruſticus, hircus, hara ſuis.* Boſius.

40. *Canes capro commiſta.* ] *Mſſ. ambo: Canem capram commixtam. Unde recte iſtud excluſit Scaliger. Tætor enim eſt capri, non capræ. Et canes, ut feles. Sed quid ad rem pertineat r̄ S elidi à ſequente voali apud veteres, quod huc alleverunt, non aſſequor: nihil enim hic eliditur: ſed canes jambus eſt pes integer, totus autem verſus trimetros.* Gronovius.

42. *Neque ſuperior accumbere.* ] *Pro, ſuperiores. Mutat enim numerum, ſuo morte.* Lambin.

45. *Sine me alliato.* ] *Alliatum interpretor moretum, cui allium admixtum*

eſt: atque adeo de cibis omnibus intelligo, quibus allium intutum eſt. ad quod Teſent. Phorm. 2. 2. reſpexerat: *Tute hoc intriſſi: tibi eſt omne exedendum; auctore Donato. Quasi dicat Grumio: ſine me fortunis meis, quæ in cibo ſeu pane allio peruncto ſitz ſunt, patienter fungi & contentum eſſe. Turneb. Sine me alliato.* ] Ne pejus foret, ſi deletemus r̄ *me. Sine fortunæ meæ, id eſt, me tenui fortuna præditum; fungi, id eſt, defungi, pati, contentum eſſe, alliato.* Gronovius.

47. *Meum bonum me, &c.* ] Non reuſo, quo minus ego nunc duriter vivam, tu laute & opipate: dum me quidem maneat bonum meum, te vero malum maneat tuum, cum venerit ſenex. Muret.

52. *O carniſicum cribrum, &c.* ] *Significat corium & tergum ejus ſimulâ (quos oblongos, ſive è ſudibus præacutis, ſive & terro præfixis geſtabant ad hunc uſum) ita cribro puncto perforatum iſi, ut cribrum repræſentet. Quod autem*

Itate forabunt patibulatum per vias  
Stimulis, si huc reveniat fenex.

55 TR. Qui scis an tibi istuc prius eveniat quam mihi?

GR. Quia nunquam merui: tu meruisti, & nunc meres.

TR. Orationis operam compendiface,  
Nisi te malà te magnà mactari cupis.

GR. Ervom daturn' estis, bubus quod feram?

60 Date as, si non estis. agite porro, pergite  
Quomodo occæpistis: bibite, pergræcamini,  
Estè, effercite vos, saginam cædite.

TR. Tace, atque rus abi: ego ire in Piræum volo,  
In vesperum parare pilcatum mihi.

65 Ervom tibi aliquis cras faxo ad villam afferat.

Quid est? quid tu me nunc obtuere, furcifer?

GR. Pol tibi istuc credo nomen actutum fore.

TR. Dum interea sic sit, istuc actutum sino.

GR. Ita est. sed unum **HOC SCITO, NIMIO**  
celerius

70 Venite quod molestum est, quam id quod cupide petas.

TR. Molestus ne sis: nunc jam i rus, teque amove.

Ne

autem patibulatum eum per vias fore, ait; significat, furcam live patibulum latuum: unde furciferi dicuntur hac contumelia affecti. Furca autem & Patibulum eadem, aut non longe distita videntur: atque hoc à cruce distinguitur: ut patibulum sit pars crucis, nimirum patens illa & transversa: Crux autem inferior defixusque stipes proprie dicatur. Lipsium.

60. Si non estis. ] Scilicet etrum datur. Date igitur pecuniam, unde alibi emam pabulum, si dare ipsi recusatis. Camer.

62. Saginam cadite. ] Saginam eadere, quod hæcenus variis expositionibus eruditorum virorum fuit obnoxium, necdum in veram incidit, ita dictum est & eodem plane sensu, quo cibum cadere, à quo cibicida, pro adere scilicet, & cibum dentibus contrahere. Nam sagina est cibus; unde saginare est *ατίζειν* & *ατίζειν*. Saginz. *Symplesio*

in ænigmati, sunt glandes quibus porci saginantur:

*Setigera matru facunda natu in alvo  
Desuper ex alto virides exspello saginas.*  
Hinc saginiscidas liceat dicere elegantissime, qui cibicida Lucilio appellati: viginti domi an triginta, vel centum cibicidas alas. *μῆνας* etiam & *μαροίωρος* huiusmodi cibicidas Græci vocant, hoc est, *saccus*. Helychius: *μαροίωρος, γαστριμαροί, ατίζειν*. Salmast. Saginam cadite. ] Forte: tendite. Scrivetius.

63. In Piræum. ] Nam rerum venalium ibi magnus proventus, ac velut *ἀγορὰ*. Scholiastes. Aristoph. in Equit.

68. Dum interea sic sit. ] Oratio est hominis præsentia tantum spectantis, futura negligentis. Dum, inquit, interea sic sit, ut nunc est: hoc est, laute opipareque vivitur; quid actutum futurum sit, non admodum laboro. Martini.

Ne tu erres, hercle præter hac mihi non facies moram,

GR. Satin' abiit, neque quod dixi flocci existumat!

Pro Dî immortales! obsecro vosram fidem.

- 75 Facite huc ut redeat noster quamprimum senex,  
Triennium qui jam hinc abest: priusquam omnia  
Periêre, & ædis, & ager: qui nisi huc redit,  
Paucorum mensium sunt relictae reliquæ.

Nunc rus abibo. nam eccum herilem filium

- 80 Video corruptum hic ex adolescente optumo.

73. *Satin' abiit.*] Qui corrigit, *Satin'* sapit, ignorat & consumpit genus loquendi frequentissimum Plauto. Sic Amph. 2. 2. *Satin' parvares est voluptatum in vita.* Adeone parum est voluptatis præ dolorum numero in vita. Tri-

nummo 4. 3. *Satin' in Thermopoli conditum es oblitus? Itane es oblitus.* Milit. 2. 6. *Satin' abiit ille, neque herile negotium plus curat.* Et sic innumeris locis. *Grænev.*

## ACTUS PRIMI SCENA SECUNDA.

### PHILOLACHES.

- R**ecordatus multum & diu cogitavi,  
Argumentaque in pectus multa institui  
Ego: atque in meo corde, si est quod mihi cor,  
Eam rem volutavi & diu disputavi,  
5 Hominem quojus rei, quando natus est,  
Similem esse arbitrarer simulacrumque habere.  
Id repperi jam exemplum.  
Novarum ædium esse arbitror similem ego hominem;  
Quando hic natus est. ei rei argumenta dicam;  
10 Atque hoc haud videtur verisimile vobis:  
At eho id faciam esse ita ut credatis.  
Profecto ita esse, ut prædico, vero vincam.  
Atque hoc vosmetipsi scio,  
Proinde uti nunc ego esse autumo, quando  
15 Dicta audietis mea, haud aliter id dicetis.  
Auscultate argumenta dum dico ad hanc rem:  
Simul gnarures vos volo esse hanc rem inecum.

*Aedes*

17. *Gnarures.*] *Gnarures.*, id est, gnatos. *gnaros* autem hanc rem, pro hujus rei dicit: ut, *deus hanc rem.* Uti-

tur & Prol. Pœn. item Aufonius:  
*Non cultor insans, non arator gnarus.*  
Item Stanob. 2. *Cur esse dicata in aliis*  
*pra-*

Ædes quom extemplo sunt paratæ, expolitæ,  
Factæ probe, examuffim,

20 Laudant fabrum, atque ædes probant. sibi quisque  
Inde exemplum expetunt: sibi quisque simile,  
Suo usque sumptu: operæ ne parcunt suæ,  
Atque ubi illo immigrat nequam homo indiligensque,

Mss. Arenab.

25 Hic jam ædibus vitium additur,  
Bonæ cum curantur male,  
Atque illud sæpe fit, tempestas venit,  
Confringit tegulas, imbricesque: ibi  
Dominus indiligens reddere alias nevolt.

30 Venit imber, lavit parietes, perpluunt  
Tigna, putrefacit aër operam fabri.  
Nequior factus jam est usus ædium:  
Atque haud est fabri culpa. sed MAGNA PARS  
Moram hanc induxerunt, si quid nummo sarciri potest;

35 Usque mantant: neque id faciunt, donicum  
Parietes ruunt. ædificantur ædes totæ denuo.

Hæc

præceptionibus gnaruras? Et vetus Glossar. gnaruram interpretatur γινώσκουσι, & gnarurat γινώσκω: item, gnaruras γινώσκουσι: & ignaruras, ἀγνώστως. Turneb. Simul gnaruras.] Lege: Similitu gnaruram. Scriverius.

13. *Quem extemplo.*] Simulatque. V. N. Rud. act. 4. 3.

20. *Atque ædes probant.*] Dixisse jam ajunt, *Ædes quem extemple:* non igitur eodem casu *ædes* hic legi debere. Hunc syllogismum parum intelligebam. Sed addunt legendum: *laudant fabrum adu, atque probant:* & explicant: *Ædes novæ, expolitæ, laudant & probant* sive commendant fabrum ædis: atque eo nihil esse certius. At hoc sensu nihil est certius quam inepte repeti mentionem *adum*. Quis enim ita loquatur: *Ædes laudant fabrum adu.* Nimirum non per ceperunt mentem Poëtæ: is enim *τὸ laudant atque probant,* non retulit ad *τὸ ædes*, sed in eo intellexit, *Hominem:* ut cum dicimus, *ajunt, dicunt.* Vide ad Sene-

cam 2. de irâ 12. *Ædes,* inquit, cum paratæ sunt, tum vulgo homines præteritantes laudant fabrum, ipsas rectè factas prædicant. Ubi necessario repetenda vox erat, aut pronomen subjiciendum. Potro scripti aut editi veteres: *operam pascunt suam vel parcunt.* Fortè distinguenda superiora & hæc scribenda: *atque ædes probant sibi quisque. Inde exemplum expetunt sibi quisque simile, suo usque sumptu, & operam impertiunt suam.* Gronovius. *Sibi quisque inde exemplum.*] Forte delenda: *sibi quisque.* Scriverius.

22. *Ne parcunt.*] *Ne,* antiquè pro *Non:* ut Trinum. 5. 2. *Nisi tu no vis.* Terent. Eunuch. act. 2. 3. *Quid ne es alacris?* pro, cur non es alacris? Turneb. lib. 5. 5. & lib. 19. cap. 13. ad 3. de leg. Cic.

35. *Mantant.*] *Exspectant. Denicum,*] *Donec.*

36. *Ædificantur ædes.*] Non utique semper ædificantur, sed reædificate oportet,

- Hæc argumenta ego ædificiis dixi. nunc etiam volo  
 Dicere, ut homines ædium esse similes arbitremini.  
 Primum dum parentes fabri liberum sunt,  
 40 Et fundamentum substruunt liberorum,  
 Extollunt, parant sedulo in firmitatem,  
 Ut & in usum boni, & in speciem populo  
 Sint: sibi que aut materiæ ne parcunt.  
 Nec sumptus sibi sumptui esse ducunt:  
 45 Expoliunt, docent literas, jurâ, leges,  
 Sumptu suo & labore nituntur, ut  
 Alii sibi esse illorum similes expetant.  
 Ad legionem quom itant, adminiculum eis danunt  
 Tum jam aliquem cognatum suum.  
 50 Eatenus abeunt à fabris.  
 Unum ubi emeritum est stipendium, igitur tum  
 Specimen cernitur, quo eveniat ædificatio.  
 Nam ego ad illud frugi usque & probus fui,  
 In fabrorum potestate dum fui.

Postea-

et, si quis uri velit. Puto scribendum esse; *adificandum* s; *ades totas denno*. Syntaxis antiqua; ædificandum est ædes, pro, ædificandæ sunt ædes. Gronovius.

41. *Parant sedulo infirmitatem: ut & in, &c.* ] Fundamentum ponunt stabile: id est, liberos à primis statim anniserudiant: ut hæc puerili institutione subnisi, & una cum ætate doctiores & meliores evadentes, cives Reipub. vere utiles & in speciem boni, hoc est, extrorsum sint ornamentum patriæ. Lambin.

42. *Et in usum boni & in speciem.* ] Malle se cum Acidalio specimen annotant, nisi Nonius specimen pro specimen subinde veteres dixisse observaret. At si Miss. haberent specimen, ego corrigerem specimen. Vult enim Plautus, ut & sint de ædificantibus. Sed loquitur de illis, ut de ædibus. Cicero lib. 1. de Offic. dicendum est etiam qualem hominis honorati & principis domum placeat esse: cuius finis est usus, ad quem accommodanda est ædificandi disciplina: & tamen adhibenda commo-

ditati dignitatisque diligentia. Hanc dignitatem ipse post paullo speciem appellat: tertium est ut caveamus, ut ea qua pertinent ad liberalem speciem & dignitatem, moderata sint. Tacit. 2. Annal. augebantur alacritate militum in speciem ac terrorem. In vita Agricolarum: Britannorum acies in speciem simul ac terrorem editionibus locis confisterat. Gronovius.

43. *Sibi que aut materia ne parcunt.* ] Parentes neque labori, neque pecuniæ parcunt: nec putant sumptus esse, qui impenduntur institutioni liberorum. Taubm.

45. *Ad legionem, &c.* ] Referenda sunt hæc ad morem Roman. quo adolecentibus militaturis primo stipendii anno custodes dari soliti. Turneb. lib. 7. c. 3. & lib. 26. c. 22.

51. *Unum ubi emeritum est stipendium.* ] Ubi tempus militiæ primæ finitum est, tunc specimen apparet, quo evadat ædificatio. Stipendiorum vox etiam annos significat, quibus milites merent. quomodo & Servius interpretatur 8. Æn.

- 55 Posteaquam immigravi in ingenium meum,  
Perdidi operam fabrorum ilico oppido.  
Venit ignavia, ea mihi tempestas fuit,  
Ea mihi adventu suo grandinem imbremque attulit;  
Hæc verecundiam mihi & virtutis modum
- 60 Deturbavit, texit detexitque à me ilico.  
Post illa obtigere eam neglegens fui:  
Continuo pro imbre amor advenit in cor meum.  
Isusque in pectus permanavit, permadefecit  
Cor meum. nunc simul res, fides, fama, virtus;
- 65 Decusque deseruerunt: ego sum in usu  
Factus nimio nequior. atque edepolita  
Hæc tigna humide putent. non videor mihi  
Sarcire pollædeis meas, quin totæ  
Perpetuæ ruant, quin cum fundamento
- 70 Petierint, nec quisquam esse auxilio queat.  
Cor dolet, cum scio ut nunc sum, atque ut fui:  
Quo neque industrior de juventute erat  
Arte gymnastica, disco, hastis, pila,  
Cursu, armis, equo. victitabam volupe:
- 75 Parsimonia & duritia disciplinæ aliis eram:

Optu-

55. Posteaquam immigravi in ingenium meum. ] Posteaquam ex magisterio pedagogi excessi, & meo arbitratu corpi vivere. Postquam mihi relictus sum. *Lambin.* Forte: posteaquam me immigravit ingenium. *Scrivencius.*

59. Virtutis modum deturbavit. ] Virtutem; quæ instar modi & mensuræ est, quæque ipsa modus & mediocritas est: vel modestiam, quam *καρμώτητα* vocant, & *σωφροσύνην*. *Lambinus.*

60. Texit detexitque. ] Sic *Mss.* lege, *dejecit detexitque.*

62. Pro imbre. ] Id est, tanquam imber. ut *Men.* *Pro sano loqueri.*

65. Ego sum in usu. ] *Donza* legit uno verbo *inusu*, pro ignavia, incultu. Ego nihil mutandum puto. Respondet ei quod dixerat *¶* f. 42.

*Ut & in usu boni & in speciem populo sint.* Sic *Bacchid.*

*Eadem in usu, atque ubi periculum faciat, aculeata sunt.*

*Dissaldrus.*

69. Perpetuæ ruant. ] Id est, non particulatim, neque membratim, neque paullatim, sed universæ conjunctim, & uno tempore, & simul. Ita *Virgil.* *perpetuum bovu tergum dixit.* *Lambin.*

73. Arte Gymnastica. ] *Cut* ars gymnastica pueris sit addiscenda, *Plato* docet in *Protag.* *Milit.* pag. 199. & de *Philosophia* pag. 5. & vide *Fabrum Agonist.* & *Mercurial.* *Scaligerum* lib. 1: *Poët.* cap. 12.

74. Victitabam volupe. ] *Lego, vict. haud volupe.* Minime delicatum in victu fuisse ait, qui quidem parsimonia & duritiæ aliis exemplo fucit. *Acidal.* *Vixl* duriter, & ita tamen jucunde. *Lambinus.*

75. Duritia disciplina. ] *Duri* berqines *li 2* sunt



Optimi quique expetebant à me doctrinam sibi.  
Nunc postquam nihili sum, id vero meopte ingenio repperi.

sunt ex hoc loco, καρσιγθβυμας, tollerantes, patientes: quales memorantur prisci Lacedæmones; quorum institutio omnis erat in patientiæ disciplina: inque victus atque cultus parsimonia. [Disciplina.] Documento atque exemplo. T.

## ACTUS PRIMI SCENA TERTIA.

PHILEMATIUM, SCAPHA, PHILOLACHES.

J Ampridem ecastor frigidâ non lavi magis lubenter,  
Nec quem me melius, mea Scapha, rear esse defœcatam.

Sc. Eventus rebus omnibus, velut horno messis magna  
Fuit. PHIL. quid ea messis ætinet ad meam lavationem?

Sc. Nihilo plus, quam lavatio tua ad messim? PHIL. oh, Venus venusta!

Hæc illa est tempestas mea, mihi quæ modestiam omnem  
Detexit, tectus quâ fui: quam mihi amor & Cupido

In

1. **F**rigida non lavi.] Tres ædes seu cellæ in balneis. Prima est Caldaria, τὸ Ἀκαωμικόν: Dionii περιλήγου Senecæ sudatorium: nam sicco calore sudorem in eo eliciebant. Secunda est media, quæ & Tepidaria. Tertia est Frigidaria. Plinius Epist. Post Solem frigidâ lavabatur. Senec. Epist. 84. Ab hac fatigations in frigidam descendi. Wouwer.

2. **Nec unde me melius.**] Optimus Cam. Nec quem me. Proximus: Nec cum me. Quid opus igitur præter illud, quod editum est, facere, qua, quam, quum de? Nec lavi, inquit, jampridem, quom, quo tempore, quaque lavatione me rear sic esse purgatam. Gronov.

3. **Velut horno magna.**] Camerarius horno adverbialiter accipit, ut sit hoc anno. Lambinus ut sit dandi casus, hæc sententia: Quemadmodum messis magna frugibus vel annonæ hujus anni respondit: ita eventus rebus nostris omnibus fuit secundus. Taubmannus. Ecce tibi, qui & horna facit: & laborat, ut hornus epitheton mobile esse demonstrat, quasi quis de eo dubitaret. Sed mutan-

dum nihil est. Horum dicitur simpliciter, ut vernum, æstivum, autumnum, hibernum, de quibus 3. Observ. 24. in quibus omnibus intelligitur tempus: & ut illa ver, ætatem, autumnum, hiemem significant, ita istud hunc annum. Cumque annus veteribus sæpe pro annona vel proventu annuo ponatur, eodem modo & hornum pro hujus anni proventu. Nescio quomodo nunc omnia bene eveniunt, ut latet provenire fruges. Et videtur proverbium fuisse. Quod autem addit Lambinus significare Philematium suæ lavationis eventum secundum fuisse & se lavisse ex animi sententia, & jam bis ex eo repetitum est, miror. Non enim hoc Philematium, sed Scapha dicit. Gronovius.

7. **Tectus qua fui.**] Pudorem quasi vestem faciunt prisci: qua animus ingenuus tectus esse debet. Pacuvius: Nam si te tegetet pudor, sive adeo ut sapientia imbutum foret, &c. Apulejus i Apolog. Pudor enim veluti vestis, quanto obsoletior est, tanto incruentius habetur. Schoppius.

Inpectus perpluit meum: neque jam unquam obtigere possum.

Madent jam in corde parietes. periêre hæ oppido ædes.

10 PHIL. Contempla, amabo, mea Scapha, fatin' hæc me vestis deceat?

Volo me placere Philolachi, meo oculo, meo patrono.

SC. Quin tu te exornas moribus lepidis, quom lepi- Dant. quom lepida tunc. es!  
da tota es?

Non vestem amatores mulieris amant, sed vestis fartum.

PHIL. Ita me di ament, lepida est Scapha! sapit scelestamul-  
tum!

15 Ut lepide res omnes tenet, sententiasque amantum!

PHIL. Quid nunc? SC. quid est? PHIL. quin me aspice & con-  
templa, ut hæc me decet.

SC. Virtute formæ id venit, te ut deceat, quicquid habeas.

PHIL. Ergo hoc ob verbum te, Scapha, donabo ego profecto  
hodie aliqui:

Neque patiar te istanc gratis laudasse, quæ placet mihi.

20 PHIL. Nolo ego te assentari mihi. SC. nimis tu quidem stulta  
es mulier.

Eho mavis vituperati falso, quam vero extolli?

Equidem pol vel falso tamen laudari multo malo,

Quam vero culpari, aut alios meam speciem irridere.

PHIL. Ego verum amo: verum volo dici mihi: mendacem odi.

25 SC. Ita tu me ames, ita Philolaches tuus te amet, ut ve-  
nusta es!

PHIL. Quid ais scelestam? quomodo adjurasti? ita ego istam  
amarem?

Quid? istæc me; id cur non additum est? infecta dona facio.

Periisti! quod promiseram tibi donum, per- Gruter. perit id quod  
pr. tibi i dono  
perd. &c.  
didisti.

SC. Equi-

13. Vestis fartum.] Fartum vestis est corpus, id est, ipsa mulier quæ vestem facit impletque. ita Columella lib. 5. cap. 10. Ea res efficit uberiorem fructum, & fartum sui plenorem & meliorem. Turneb.

27. Quid? istæc me.] Indignatur juvenis, quod adjuraret Scapha dominam his verbis; Ita te Philolaches amet: nec adderet; Ita tu Philolachem ames. hoc additum cupiebat. Gruter.

Sc. Equidem pol miror tam catam, tam doctam te, & bene  
eductam;

30 Non stultam stulte facere. PHIL. quin mone quæso, si quid  
erro.

Sc. Tu ecastor erras, quæ quidem illum expectes Deort. ex-  
petas.  
unum, atque illi

Morem præcipue sic geras, atque alios asperneris.

MATRONÆ, non meretricium est, unum inservire  
amantem.

PHIL. Pro Juppiter! nam quod malum vorfatur meæ domi  
illud?

35 Dii deæque omnes me pefumis exemplis interficiant,  
Nifi ego illam anum interfecero siti, fameque, atque algu.

PHI. Nolo ego mihi malo te, Scapha, præcipere. Sc. stulta es  
plane, quæ

Illum tibi æternum putes fore amicum & benevolentem.

Moneo ego te: te deferet ille ætate & satietate.

40 PHIL. Non spero. Sc. INSPERATA accidunt magis sæ-  
pe quam quæ speres.

Postremo, si dictis nequis perduci, ut vera hæc credas,

Mea dicta ex factis nosce: rem vides, quæ sum, & Schæp. hem vi-  
do. quæ sim. ac  
quæ fui ante!  
quæ fui ante.

Nihilo ego, quam nunc tu, amata sum, atque uni modo gessi  
morem,

Qui pol me, ubi ætate hoc caput colorem mutavit,

45 Reliquit, deseruitque me. tibi idem futurum crede.

PHIL. Vix comprimor, quin involem illi in oculos  
stimulatrici.

Mover. simu-  
latrix.

PHI. Solam

31. *Illum expectes unum.*] Nec nu-  
pam verbum & prætextatum est *Exspe-  
ctare*, & tamen significationem habet  
huic rei dicatam & propriam. Terentius  
Eunucho act. 1. sc. 2. *Me desideres, me  
somnia, me expectas.* Milite nostro, 4. 6.  
*Sine ulro veniat, quaritet, desiderat, te  
expectet.* Et in castioribus Amph. 2. 2.  
*Certe enim me illi expectatum optato ven-  
turum scio.* Rutilus Lupus ex Lyfia: *per  
fortiter demum laborem: jam brevi domum*

*venies expectatus: excipiet te defatigatum  
diligens atque amans uxor.* Frustra igitur  
alii *expectare* volunt esse positum  
pro *spectare*: alii *expectas*, alii *exoptes*.  
Gronovius.

46. *Stimulatrici.*] Quæ Philematium  
stimulat & urget, ut se multis prostituat.  
Meurs. legit, *simulatrici*: ut &  
paulò post, *scolestiam simulatricam*. Et *si-  
mulatrices* ait appellatas *sagas* & *venefi-  
cas*. Taubm.

PHI. Solam illi me soli censeo esse oportere obsequentem.  
Solam ille me soli sibi suo liberavit.

PHIL. Pro di immortales, mulierem lepidam, & pudico ingenio!

50 Bene hercle factum, & gaudeo mihi nihil esse hujus causâ.

Sc. Inscita ecastor tu quidem es. PHI. quapropter? Sc. quæ istuc cures,

Ut te ille amet. PHI. cur obsecro non curem? Sc. libera es jam.

Tu jam quod quærebas habes: ille, te nisi amabit ultro,

Id pro capite tuo quod dedit, perdiderit tantum argenti.

55 PHI. Perii hercle, nî ego illam pefsumis exemplis enicafso.

Illa hanc corrumpit mulierem malefuada vitilena.

PHI. Nunquam ego illi possum gratiam referre, ut meritu' sit de me.

Scapha, id tu mihi ne suadeas, ut illum minoris pendam.

Sc. At hoc unum facito cogites, si illum infervibis solum,

60 Dum tibi nunc hæc ætatula est, in senectâ male querere.

PHIL. In anginam ego nunc velim vorti, ut veneficæ illi

Faucesprehendam, atque enicem scelestam stimulatricem.

PHI. EUNDEM ANIMUM oportet nunc mihi esse gratum, ut impetravi,

Atque olim, priusquam id extudi, quom illi subblandiebar.

65 PHI. Dii me faciant quid volunt, nî ob istam orationem

Te liberafso denuo, & nisi Scapham enicafso.

Sc. Si tibi fat acceptum est, fore victum tibi sempiternum,

Atque

50. *Mihi nihil esse.* ] Me ad egestatis terminos esse redactum: ut loquitur Afri. 1. 2.

56. *Malefuada, &c.* ] Virg. 6. Æneid. Et Metus & malefuada Fames.

Nam talia componebant olim. Sic Cato *utilitigatores* ex vitio & litigatoribus fecit: sed & *vitimagistratus* Sall. 3. Hist. Marianos & Cinnaanos, qui vitio & per vim creati, vocat. *Græter.*

61. *In anginam.* ] *Angina*, inflamma-

tio faucium est: *κυνδύς* & *λύκιδύς* Græcis, quod canes ac lupos frequenter afficiat: item *συνδύς*, vel à suspendii similitudine, quod non secusquam laqueus, præfocans enicet: *ἀσχητόν* enim laqueus est: vel à *συνίχθη*, quod spiritum continendo respirationem inhibeat, ut inquit Aurelianus. *Scalig.*

67. *Si fat acceptum, &c.* ] *Satis acceptum*, valet certum & compertum & firmum, veluti datis fidejussoribus & spon-

Atque illum amatorem tibi proprium futurum in vita,  
Soli gerendum censeo morem, & capiundos crines.

70 PHIL. UT FAMA EST homini, exin solet pecuniam  
invenire.

EGO SI BONAM famam mihi servaffo, fat ero di-  
ves.

PHIL. Siquidem hercle vendundum est, pater vanibit mul-  
to potius,

Quam te, me vivo, unquam sinam egere, aut mendicare.

Sc. Quid illis futurum est cæteris, qui te amant? PHIL. magis  
amabunt,

75 QUOM videbunt gratiam referri.

PHIL. Utinam meus nunc mortuus pater ad me nuncietur!

Ut ego exhaeredem meis bonis me faciam, atque hæc sit hæres.

Sc. Jam ista quidem absumpta res erit: diesque noctesque  
estur,

Bibitur, neque quisquam parsimoniam adhibet: sagina pla-  
ne est.

80 PHIL. In te hercle certum' st principium, ut sim parcus ex-  
periri.

Nam

sonibus. *Sati enim accipit, cui prædes & sponsores dantur. unde hæc venusta tra-  
latio est profecta.*

68. *Futurum in vita.* ] Etsi frequentia sunt Plauto in *vita*, in *atate*, hic tamen malim cum scripsisse: *proprium futurum, in vita Soli gerendum censeo morem & capiundos crines.* Milite 3. r. *Utique eam huc ornatum adducas matronarum modo Capite campis; crines vittasque habeat, astimuletque se Tuam esse uxorem.* Gronov.

69. *Capiundos crines.* ] Quæ hic profertur à *Turnebo*, sine exemplo & sine teste dicuntur. Ego capere *crines*, non aliud esse puto, quam *nubere & matronam fieri.* nam ornatus matronarum, ut alia quædam propria habuit, exempli causa, duplicem vittam, stolam, &c. sic etiam crines peculiari quadam ratione formatos. itaque Plautus Milite, act. 3. sc. 1. cum instrui ancillam ornatum matronatum vult, ait: *Utique eam ornatum adducas matron. &c.* Facit huc illud Festi:

*Seni crinibus nubentes ornantur: quod in ornatus vetustissimus fuit quidam. quod eo Vestales virgines ornantur. Ad quod Scalliger: Seni crines dicuntur in capite matronæ Romanæ, sex sextæ crinium, vittæ & crinibus ipsi implexæ; quas vulgus *trecias* vocat. Lips. At cruciat se *Gruterus*, quoniam etiam ea efficit affectione *Philematium*, ut uni morem gereret *Philolachi*, non ideo continuo sequitur eandem quoque mentem fuisse *Philolachi*, ut ipsam vellet uxorem. Cæterum nulla est, curse cruciet, causa. Scapha enim non tam discriet, quid facere velit *Philolaches*, quam quid debeat *Philematium*. Hortatur interim ut id ageret, quoad matronæ instat caperet crines, & legitima uxor à *Philolache* agnosceretur. *Bæbhornius.**

77. *Ut ego exhaeredam.* ] V. N. *Meinzhelm.* act. 3. 2.

78. *Jam ista quidem.* ] *Jam*, id est, jam jam, statim, mox, brevi. *Bæbhorn.*

Nam neque edes quicquam, neque bibes apud me hisce diebus.

PHI. Si quid tu in illum bene voles loqui, id loqui licebit:  
Nec recte si illi dixeris, jam ecastor vapulabis.

PHIL. Edepol si summo Jovi vivo argento sacrificassem, rem. Jovi illic arg.

85 Pro illius capite quod dedi, nunquam æque id bene collocassem.

Ut videas eam medullitus me amare! oh! probus homo sum.  
Quæ pro me causam diceret, patronum liberavi.

SC. Video te nihil pendere præ Philolache omnes homines.

Nunc, ne ejus causâ vapulem, tibi potius assentabor,

90 Si acceptum sat habes, tibi fore illum amicum sempiternum.

PHI. Cedo mihi speculum, & cum ornamentis arculam actutum, Scapha:

Ornata ut sim, quom huc veniat Philolaches, voluptas mea.

SC. Mulier quæ se suamque ætatem spernit, speculo Terro. ætatem spect. speculo etula est.

ei usus est.

Quid opu' sit speculo tibi, quæ tute speculo speculum es maximum?

95 PHIL. Obistuc verbum, ne nequicquam, Scapha, tam lepide dixeris,

Dabo

83. *Necesse si illi dixeris.* ] Bacchid. act. 4. Pseud. 4-6. *Necesse loqui:* & dicere necesse, est maledicere. Turneb. lib. 3. 20. & lib. 15. 7.

86. *Ut videas.* ] Quam facile videre est, me usque à medullis amari. T. Oh.] Interjectio, lætitiæ index.

17. *Qui pro me causam.* ] Vix est ut non scripserit Plautus: *Qua pro me causam diceret, patronum liberavi.* Neque aliter Ciceronem locutum credo libro 1. ad Attic. epist. 16. *Narra, inquam, patrone tuo, qua Arpinates aquas concupivisti.* Clodiam enim intelligit. Sic lib. 1. famil. ep. 9. *Primum illa furia multobrium religionum, qui non pluri fecerat Bonam deam, quam tres sutores, impunitatem est illorum sententiæ affectus.* Sic optime Victorius

frustra repugnante Manutio. Idem lib. 10. ep. 28. *Quod vero à te viro optime sedullus est, tuoque beneficio adhuc vivit hac pestu, interdum, quod vix mihi sat est, tibi subirascor.* Qualia Terentiana, *scelus qui me perdidit, & senium qui me remoratus est.* Gronov.

93. *Spernit.* ] Quæ ætate sua diffidit: quæ scit se deformem esse. Lambinus. Glossæ; *Spernit, contemnit, fastidit.* Speculo ergo iis opus est, & quæ se spernunt, non placentes sibi ea forma, quam à natura accepere; & quæ ætatem suam spernunt, vergentem in senium, ætatem fuco juvenescere volentes. Tu, addit, & ætate optima, & ætate integra speculo omnibus esse potes, ac proinde speculo tibi haud opus. Turnebi igitur novæ

Dabo aliquid hodie tibi peculi, Philematium mea.

PHI. Suo quique loco viden' capillus satis compositu' st com-  
mode?

SC. Ubi tu commoda es, capillum commodum esse credito.

PHI. Vah, quid illa pote pejus quicquam muliere memora-  
riet;

100 Nunc absentatrix scelesti est, dudum advoratrix erat.

PHI. Cedo cerusam. SC. quid cerusa opus nam? PHI. qui  
malas oblinam.

SC. Unâ operâ ebur atramento candefacere postules.

PHI. Lepide dictum de atramento atque ebore: Menf. euge-  
pæ laudo  
Scapha  
euge plaudo Scaphæ.

PHI. Tum tu igitur cedo purpurisum. SC. non do: scita  
es tu quidem:

Nova

lectioni hic non est locus. *Bosborn.*

96. *Peculi, Philematium mea.* ] Lam-  
binus annotat hæc verba, *Philematium*  
*mea* esse adhuc Philolachetis, & separa-  
tim pronuntianda, quasi Philolaches præ  
desiderio & cupiditate Philematium in-  
clamet atque appellet. Et hoc ex illo de-  
scribunt. At jocus est merus *παιγι-  
μογενετίας*. Expectabant enim audito-  
res, ut diceret, *Scaphæ*, cui videbatur  
reconciliatus: at ille quasi eodem mo-  
mento revocatus in memoriam injuriæ  
*Philematium* appellat: spectatores ridet  
se deceptos esse. Vide 4. Observat. 13.  
Tale est Bacchid. act. 3. sc. 4. *Na illa*  
*illud hercle cum malo fecit suo meo. Nam*  
*mihî di vini nunquam quisquam creduat, Ni*  
*ego illam exempli plurimum planeque amo.*  
Protus enim contrarium expectabat.

97. *Capillus satû compositus.* ] Puellas  
habuerunt in ministerio tum *ornatrices*,  
tum quæ velut à consiliis formæ: *Edo-  
ræ* autem certis magistris ad hoc mini-  
sterium, velut ad artificium. Diceban-  
tur *Ornatrices* ab officio, ut & Græcis  
*νοσητρίαι*, quæ crines disponebant.  
Sueton. Claud. esp. 40. *Hæc matru mea*  
*ornatrix fuit.* Juvenalis *Ornatrici* no-  
men *Piscæ* ab arte imposuit. nam *ἄρξτε-  
ρ* Græci dicunt, quando minutum sive

rarum pluit. *Ornatrices* igitur cinem  
componentes, rarum ac parvum aquæ  
solent mittere, ac velut *ἄρξτερος*: *Cini-  
stones* & *cinerarii* eadem significatione  
apud veteres dicebantur, ab officio cala-  
mistrorum, qui acus & veruta stando ca-  
lesfaciebant, quibus matronæ capillos  
crispabant. Ergo *ornatrices*, quæ com-  
posuere capillum, *Cinistones* & *Cinerarii*,  
qui acus calefactas subministrarunt or-  
natricibus: quamvis Glossæ pæne con-  
fundant. *Womer.*

101. *Cerussa.* ] Ad fucandam faciem  
utebantur cerussa, & aliis officiiis.  
*Taubm.*

102. *Ebur atramento.* ] Ad illud allu-  
sum hoc loco à Plauto suspicor, quod  
veteres in ebore scripserunt, & eboreis ta-  
bulis, ut & ligneis, ostendam ex hoc  
*Martiali* distinctio in apophoretis, cujus  
lemma: *Ebores pugillares:*

*Languida ne tristes absument lumina cera,*  
*Nigratibi niveum littera pingat ebur.*  
Nec eo possis confugere de ceratis pu-  
gillaribus accipiendum apud *Martia-  
lem*. At contra *Martialis* ipse, & alios à  
ceratis eboreis pugillares facit: quin  
apertissime candidum & nudum ebur,  
atramento pingi prescribitque indicat.  
*Salmas.*

104. *Purpurisum.* ] *Purpurisum* spu-  
ma

- 105 Nova pictura interpolare vis opus lepidissimum,  
NON ISTANC ætatem oportet pigmentum ullum at-  
tingere  
Neque cerulsam, neque melinum, neque ullam aliam offu-  
ciam.  
Cape igitur speculum. PHIL. hei mihi misero, fauium spe-  
culo dedit,  
Nimis velim lapidem, quæ ego illi speculo diminuam caput.  
110 Sc. Linteum cape, atque exterge tibi manus. PHIL. quid ita,  
obsecro?  
Sc. Ut speculum tenuisti, metuo ne oleant argentum manus:  
Ne usquam argentum te accepisse suspicetur Philolaches.  
PHIL. Non video vidisse lenam calidiotem ullam alteram.  
Ut lepide atque astute in mentem venit de speculo malæ!  
115 PHIL. Etiamne unguentis unguendam censes? Sc. minime  
feceris.  
PHIL. Quapropter? Sc. quia ecastor MULIER RECTE  
olet, ubi nihil olet.  
Nam istæc veteres, quæ se unguentis unctitant, interpoles,  
Vetulæ, edentulæ, quæ vitia corporis fucis occultant,  
Ubi sese sudor cum unguentis consociavit, ilico  
120 Itidem olent, quasi cum una multa jura confudit cocus.  
Quid oleant, nescias, nisi id unum, ut male olete in-  
tellegas.  
PHIL. Ut perdocte cuncta callet! nihil hac docta doctius.  
Verum illud est, maxumaque adeo pars vestrorum intellegit,  
Qui-

ma est collecta effervescente putpura, cum ex ea tinctura efficitur. Loco purpurissimi utuntur hodie pictores lacca mixta cum ezruleo. Colores igitur hujus lenocinii sunt præcipui; *Albor* quem eerrussa format: *Ruber*, quem purpurissimum: *Nigror*, ad palpebras & supercilia utilis, sibi. *Dalechamp.*

105. *Interpolare.*] Q. d. obsoleta, quæ sunt, interpolari solent. Cur tu vetè quod est pulcherrimum & integerrimum reconcinabis? *Taubm.*

107. *Melinum.*] Aut pigmentum colore candido. *Lamb.*

111. *Ut speculum tenuisti.*] *Specula* ex argento facta scribit Plin. 33. cap. 9. Monet ergo Scapha Philematium, ne contactu argenti speculi suspectam se reddat Philolachi, tanquam argentum ab alio amatore accepit. *Bexhorn.*

117. *Veteres.*] Pro vetulæ. *Interpoles.*] Quæ se pigmentis interpolant, ut ex vetulis novæ quasi puellæ fiant. *Taub.*

122. *Nihil hac docta doctius.*] Vide *Epid. act. 3. 2.*

123. *Pars vestrorum.*] *Vestrorum* pro vestrum positum esse hoc loco, recte censuit *Apollinaris* apud *Agellium* lib. 20.



Quibus anus domi sunt uxores, qua vos dote meruerunt.  
 125 PHIL. Agedum contempla aurum & pallam, fatin' hæc me deceat, Scapha?

Sc. Non me curare istuc oportet. PHIL. quem obsecro igitur?  
 Sc. eloquar:

Philolachem, is ne quid emat, nisi quod tibi placere censeat.  
 Nam AMATOR MERETRICIS mores sibi emit  
 auro & purpurâ,

Quid opus est. quod suum esse nolit, ei ultro ostentariet? Mss. te ultro ostent.

130 Purpurâ ætas occultanda est: aurum turpe mulieri.

Pulcra mulier nuda erit, quam purpurata pulcrior:

Postea NEQUICQUAM exornata est bene, si morata est male:

PULCRUM ornatum turpes mores pejus cæno collidunt.

Nam SI PULCRA est, nimis ornata est. PHIL. nimis diu abstinco manum.

135 Quid hic vos duæ agitis? PHIL. tibi me exorno ut placeam.  
 PHIL. ornata es satis.

Abi hinc tu intro, atque ornamenta hæc aufer. sed voluptas mea,

Mea Philematium, potare tecum collibitum est mihi.

PHIL. Libet & edepol mihi tecum, nam quod tibi libet, idem mihi libet,

Mea

cap. 6. *Vestrum* autem, pro *vestrorum* dixere; uti *meum, tuum, nostrum, pro meorum, tuorum, nostrorum*. Ex *nostrum* & *vestrum*. facta sunt *nostrum* & *vestrum*, quæ usurpata Graccho Sempronio, aliisque antiquis: indeque factum, ut illa (quibus tamen & Cicero usus) *Apollinari* damnarit tanquam nova, minulque proba. *Vestrum*.

124. *Qua vos dote meruerunt.*] Quæ vos dote emerunt, quarumque proprii estis dotis causâ. *Camer.*

128. *Nam amator meretrici mores, &c.*] *Mores* pro imbrigeratione seu morigeru modû, ut apud Lucretium est, accipit. *Dowla.*

130. *Purpura atas.*] Mss. *Camerarii* habent, *Purpura atate occultanda*. Legendum puto; *Purpura atas est occultanda, & auro turpe mulieri*. Falsum est, quod vulgo legitur, *aurum turpe mulieri*. At verum est, *turpe*, id est, turpitudinem & deformitatem auro, ac ejusmodi aliis ornamentis, esse occultandam mulieris deformi. *Boxhorn.*

134. *Nimium diu abstinco manum.*] Simpliciter hæc explicanda. *Abstinco manum*, scilicet gestientem amplecti amatam. Si cum *Camerarii* Ms. legas *abstinco manu*, intellige manum amara, gestientem amplecti adolescentem amantem. *Boxhorn.*

Mea voluptas. PHIL. hem, istuc verbum vile est viginti minis.

140 PHIL. Cedo, amabo, decem: bene emptum tibi dare hoc verbum volo.

PHIL. Etiam nunc decem minæ apud te sunt: vel rationem puta.

Triginta minas pro capite tuo dedi. PHIL. cur exprobras?

PHIL. Egone id exprobrem, quin mihi met cupio id approbrarier?

Nec quicquam argenti locavi jam diu usquam æque bene.

145 PHIL. Certe ego, quod te amo, operam nusquam melius potui ponere.

PHIL. Bene igitur ratio accepti atque expensæ inter nos convenit.

Tu me amas, ego te amo; merito id fieri uterque existumat. Hæc qui gaudent, gaudeant perpetuo suo semper bono.

Qui invident, ne unquam eorum quisquam invideat profusus commodis.

150 PHIL. Age accumbe igitur. cedo aquam manibus, puer appone hic inenulam.

Vide tali ubi sint. vin' unguenta? PHIL. quid opus est? cum facta accubo.

Sed estne hic meus sodalis, qui huc incedit cum amica sua?

Is est. Callidamates cum amica eorum incedit. euge, oculus meus:

Conveniunt manuplares, eccos: prædam participes petunt.

140. PHIL. Cedo, amabo, decem: bene emptum.] Meræ nugæ hic Lambini. Adolefcens verbum illud (mea voluptas) XX. minis æstimabat. Ibi illa, jocône an serio? si emere velit, non XX. se poscete, sed vel decem, ac pulere vendituram, ut bene emat. At hic callidus æque adversus meretriculam, emptum sibi jam tum id verbum responder. ac si ratio iaceat, etiam ultro residuas sibi apud ipsam decem minas, præter illas 20. quibus nunc verbum æstimavit. Nam dedisse pro ejus capite 30. minas, quibus si 20. istas demat, superesse scilicet etiam decem, quas poscat. Atque hæc verissima loci hujus

sententia est. Neque quicquam mutatum: nisi quod ex vulgato decumbe: na, fecerim decem: bene. in quibus cardo universæ rei versatur. Acidalius.

146. Bene igitur ratio accepti, &c.] Uterque nostrum sese obnoxium alteri putat mutuis beneficiis: quod non faciunt, qui beneficia invicem exprobrant: quod alter expendisse se contendit, alter se accepisse inficiatur. Budæus.

150. Cedo aquam manibus.] V. N. Perf. act. 5. 1.

151. Cum facta.] Stalle latex oleum-ve è cinnamomo & myrtha incisa sudans, à τριζω, stillo. Taub.

## ACTUS PRIMI SCENA QUARTA.

CALLIDAMATES, DELPHIUM, PHILOLACHES,  
PHILEMATIUM.

**A**Dvorsum venite mihi ad Philolachem  
Volo tempori. audi: hem, tibi imperatum est.  
Nam illic ubi fui, inde effugi foras.

Ita me tibi male convivii sermonisque

5 Tarsum est: nunc comissatum ibo ad Philolachetem,

Ubi nos hilari ingenio & lepide accipiet.

Ecquid tibi videor, mamma, madere? DE. semper  
Istoc modo moratus vivere debebas.

CA. Visne ego te, ac tute me amplexare?

10 DE. Si tibi cordi est facere, licet. CA. lepida es.

Duce me amabo. DE. cave ne cadas, asta.

CA. Oh! ocellus es meus, tuus sum alumnus, mel meum.

DE. Cave modo, ne prius in via accumbas,

Quam illic, ubi lectus est stratus, coimus.

CA. Sine

1. **A**Dvorsum venire mihi, &c.] Alloquitur servos, atque interistos  
p<sup>r</sup>incipue Phanisum, quod patet ex act. 4.  
1. ut tempestive sibi advorsum veniant  
apud domum Philolachis. Subintelligi-  
tur vero te aut vos.

7. *Mamma, madere?*] Hæc scriptura  
Scalig. est; verum ego cum Vulgg.  
*mammam adire?* Quasi dicat: nonne ti-  
bi videor, tanquam puer, adire matrem,  
mammæ sugendi & pappandi gratia?  
nam fontem illum sanctissimum corporis  
humani generis educatorem, (ut Agell. lib.  
12. 1. vocat) id est, *mammæ*, alumnas,  
nutrices & matres vocari, notum est.  
Lamb.

8. *Istoc modo moratus vivere debe-  
bas.*] Verba meretriculæ sunt ama-  
torem admonentis, ut urbane & ve-  
nuste joetur, non incondite & rusti-  
ce. I. Gul.

14. *Ubi lectus est stratus, coimus.*] In  
lecto discubitorio accumbimus, epula-  
mur, & de symbolis edimus: ut Terent.  
Eun. act. 3. sc. 4. Neque enim verbum

turpe hic est, *Coire*. Turneb. Sed Philo-  
laches & Philematium jam coibant, jam  
convenerant. Haud dubie ergo corru-  
ptum est illud, *coimus*. In Ms. quem vidi,  
disertim legitur, *convives*. Unde haud  
mihi dubium est, quin reponi debeat,  
*convivis*. Cave modo ne in via prius ac-  
cumbas, quam illic, ubi lectus stratus  
est convivis. Nam de ejusmodi lectis  
agi hic, nemo non videt. *Boxhorn*. Hæc  
conjectura speciem habet: sed non est  
satis causæ cur ab optimis codicibus  
desiscamus. Quia Philolaches, inquit,  
& Philematium jam coibant, jam con-  
venerant. Quid tum? Delphium hic  
loquitur cum Callidamate, qui ad Phi-  
lolachen comissatum ibant, & hæte-  
nus media via utebantur. Cave igitur,  
inquit, ne prius jaceas, quam coimus  
& conjungimur, ubi lectus est stratus,  
nempe cum illis, quibus est stratus;  
priusquam ego tuque & cæteri ex con-  
stituto discumbimus. Tu etiam hæc  
verbum, quod in fine est scenæ præce-  
dentis: *Conveniunt manuplares*. Pro quo  
auxilia

15 CA. Sine sine cadere me. DE. sino: sed & hoc quod mihi in manu est:

Si cades, non cades quin cadam tecum.

Jacentes tollet postea nos ambos aliquis.

Madet homo. CA. tun' me ais, mamma, madere?

DE. Cedo manum, nolo equidem te affligi.

20 CA. Hem tene, age, i simul quod' ego eam, an scis?

DE. Scio. CA. in mentem venit modo: nempe domum eo

Comisatum. DE. immo. CA. istuc quidem jam memini.

PHIL. Num non vis obviam me hifcere, anime mi?

Illi ego ex omnibus optume volo: jam

25 Revortar. PHIL. diu est jam id mihi. CA. ecquis hic est?

PHIL. Adest. CA. eū, Philolaches, salve amicissime

Mihi hominum omnium. PHIL. diute ament. accuba,

Callidamates. unde agiste? CA. unde homo ebrius.

PHIL. Probe quin amabo accubas, Delphium mea.

30 CA. Date illi quod bibat: dormiam ego jam.

PHIL. Num mirum aut novum quippiam facit? quid ego

Hoc faciam postea, mea? DE. sic sine cumpse. PHIL. age

tu,

Interim da ab Delphio cito cantharum circum.

*auxilia coire.* dicit Justinus lib. 9. 6. Nam Terentii *coimus* in *Piraco* paullo aliter dicitur. *Gronov.*

15. *Sed & hoc, quod mihi in manu est.* Non mutanda vulgata distinctio videtur. Dixerat ebrius, sine cadere me. Respondet meretrix quæ cum ducebat; sino, sed & hoc quod mihi in manu est, si cades non cades quin cadam. Non prohibeo te cadere, sed illud etiam non potes prohibere, quod mihi proclive est, & quasi in manu, ne cadam simul, si cadas. *Salmas.*

25. *Ecquis hic est?* Non satis utitur

oculis Callid. ut ebrius & semifomnis: sed ex voce & strepitu sentit hominis alicujus adventum.

31. *Num mirum.* Affirmantur cum lepore aliquo, quæ sic per interrogationem concipiuntur. An, inquit, mirum aut novum facit, quod dormit? *Salmasius.* Lege: non mirum. *Scriverius.*

33. *Da.* Tu puer, aut tu Scapha. Dominus convivii sic sæpe jubebat ab uno in orbem poculum per alios omnes convivas circumagi: quod *Aristoteles* & *Græci* dicebant. *Turneb.*

## ACTUS SECUNDI SCENA PRIMA.

TRANIO, PHILOLACHES, CALLIDAMATES,  
DELPHIUM, PHILEMATIUM, PUER.

- J**uppiter supremis summis opibus atque industriis  
Me perisse, & Philolachetem cupit herilem filium.  
Occidit spes nostra, nusquam stabulum est confidentiæ,  
Nec salus nobis saluti jam esse, si cupiat, potest :
- 5 Ita mali mæroris montem inaximum ad portum modo  
Conspicatus sum : herus advenit peregre. periit Tranio.  
Ecquis homo est, qui facere argenti cupiat aliquantum  
lucri,  
Qui hodie sese excruciaci meam vicem possit pati ?  
Ubi sunt isti plagipatidæ, ferritribaces viri,  
10 Vel isti qui hastis trium nummorum causa subeunt sub falas ?  
Ubi aliqui quindenis hastis corpus transfigi solent.  
Ego dabo ei talentum, primus qui in crucem excucurterit.  
Sed ea lege, ut affigantur bis pedes, bis brachia.

Ubi

**S**tabulum confidentia. ] Glossarium:  
Stabulum, ἰστροσάσιον, ἰστρο-  
σιον, πῦρδοχῆσιον. Onomasticum: ἰστρο-  
λιε, στροβιός. Sed vox latium patet.  
Nam ut ab exoleto supino latium fit la-  
tibulum: ita à statum, stabulum. Bec-  
mannus.

9. *Plagipatida, ferritribaces.* ] Gravis  
hic scilicet, qui vanos facit interpretes,  
quod hæc vocabula propria parasitorum  
& servorum compeditorum putarint.  
An non utramque familiam passim fa-  
bulæ hac nota inurunt? An non Teren-  
tius in Eunuchis: *Neque ridiculus esse, ne-  
que plagas pati possum.* Quid Ergastus  
Capt. 1. 1. 20. Curculio de ad se com-  
meantibus catapultis? act. 3. 1. Jam ge-  
nus ferratile, ferritari, apud ferricrepinæ in-  
sulas, in ferriterio, ferrati, quis est ne-  
gotium ferreum praeferrati apud melas, qui,  
nisi servi in pistrino. Sed, inquit, Tranio  
quærit homines, qui aliorum causa pati  
possint se excruciaci: quales non sunt  
parasiti, aut servi, timidi fere & ignavi.  
Diceret, parasitos & servos comicos

non nosse. Quid enim illis audacius si-  
mul & patientius? Vel unum Phormio-  
nem vide apud Terentium act. 2. scen. 2.  
Nam Libanos illos & Leonides, Epidi-  
cos Chrysalos & hunc ipsum Tranio-  
nem piget memorare. Ipse utroque vo-  
cabulo milites intelligi vult. Cur ergo  
legimus: *plagipatida, ferritribaces viri?*  
*Vel isti:* si unum idemque genus est? Ibi  
comparatur correctio: *dilecti:* ajunt,  
in veteri codice esse ad librum nostrum  
annotatum: & sic scribendum pro *Vel  
isti*, quod est in certis & optimis codici-  
bus. Habeant sine rivali. Gronov.

10. *Qui hastis trium nummorum causa  
subeunt.* ] Tres nummi hic tres asses: & ad  
stipendium militate (etsi ad Cicum  
etiam referre possis) diserta allusio Co-  
mici servi irridendis, quod tam exiguo  
pretio auctorati castella & turres li-  
gneas hostium, (id enim *falas*) subirent  
hastis aliquot configendi. *Lippius.*

13. *Ut affigantur.* ] Cruciaci quatuor  
clavis olim affixi. Nisi tamen, is sit  
hujus loci sensus: ut servulus ad majore-  
rem

Ubi id erit factum, à me argentum petito præsentarium.

15 Sed ego sumne ille infelix, qui non curro curriculo domum?

PHIL. Adest obsonium. eccum Tranio à portu redit.

TR. Philolaches. PHIL. quid est? TR. & ego & tu.

PHIL. quid & ego & tu? TR. perimus.

PHIL. Quid ita? TR. pater adest. PHIL. quid ego ex te audio?

TR. absumptifumus.

Pater, inquam, tuus venit. PHIL. ubi est is, obsecro te?

TR. adest.

20 PHIL. Quis id ait? quis vidit? TR. egomet, inquam, vidi.

PHIL. vè mihi.

Quid ego ago? TR. nam quid tu, malum, me rogitas, quid agas? accubas.

PHIL. Tun' vidisti? TR. egomet, inquam. PHIL. certe?

TR. certe, inquam. PHIL. occidi!

Si tu vera memoras. TR. quid mihi sit boni, si mentiar.

PHIL. Quid ego nunc faciam? TR. jube hæc hinc omnia amolier.

25 Quis istic dormit? PHIL. Callidamates. TR. suscita istum, Delphium.

DE. Callidamates, Callidamates, vigila. CA. vigilo: cedo ut bibam.

DE. Vigila: pater advenit peregre Philolachæ. CA. valeat pater.

PHIL. Valet ille quidem, atque ego disperii. CA. disperisti? qui potè st?

PHIL. Quæso edepol exurge: pater advenit. CA. tuus venit pater?

30 Jube abire rursum. quid illi reditio etiam huc fuit?

PHIL. Quid

rem cautionem, & ne facile se refigeret, voluerit non semel manusque & pedes, sed bis singula figi: ita, ut binæ in quoque membro essent clavi. *Lips. Brachia.* ] *Brachia* dicit, non *manus*. Nam etsi duræ & nervosæ illæ partes & leptæ frangi: quia tamen toti corporis moli, gra-

vioris præsertim; non fuerit interdum sciendæ; non in media semper manus vola clavi fixi; sed superius paullo, quam cum brachio coit, id est, circa carpum. *Lips.*

23. *Quid mihi sit boni.* ] V. N. *Epidæ* act. 5. 1.

PHIL. Quid ego agam? pater jam hic me offendet miserum  
adveniens ebrium,

Ædes plenas convivarum, & mulierum. MISERUM  
EST opus,

Igitur demum fodere puteum, ubi sitis fauces tenet.

Sicut ego adventu patris nunc quæro, quid faciam miser.

35 TR. Ecce autem hic deposuit caput, & dormit. suscita.

PHIL. Etiam vigilas? pater, inquam, aderit jam hic meus.

CA. ain' tu, pater?

Cedo soleas mihi, ut arma capiam. jam pol ego occidam pa-  
trem.

PHIL. Perdis rem, tace. anabo, abripite hunc intro actutum  
inter manus.

CA. Jam, hercle, ego vos pro matula habebō, nisi mihi matu-  
lana datis.

40 PHIL. Perii! TR. habe bonum animum: ego istum lepide  
medicabor metuin.

PHIL. Nullus sum. TR. taceas: ego, qui istæ se-  
dem, meditabor, tibi.

*Schupp. medi-  
cabor.*

Satin' habes, si ego advenientem ita patrem faciam tuum,  
Non modo ne introeat, verum etiam ut fugiat longe ab ædi-  
bus:

Vos modo hinc abite intro, atque hæc hinc propere amoli-  
mini.

45 PHIL. Ubi ego ero? TR. ubi maxime esse vis, cum hac, cum  
istac eris.

DE. Quid

32. *Miserum est.*] Proverbium o-  
let. Significat autem, miserum esse tum  
demum rem necessariam providere aut  
parare, cum necessitas urget, & tem-  
pus parandi non datur. Tractum ab iis,  
qui tum demum, cum sitis urit & tor-  
ret fauces, fodere puteum incipiunt.  
*Lamb.*

33. *Igitur demum.*] Igitur, pro, deinde.  
Ita Cæli. *Max magi cum otium erit, igitur  
tecum loquar.* Vide G. Canteri Nov. lect.  
lib. 4. cap. 26. & not. Amphit. 1. 1. E-  
pid. 3. 3.

37. *Cedo soleas.*] Qui accubitori erant,  
calceos aut soccos ponebant. *Clacon.* Ut  
*arma capiam, &c.*] Oratio hominis ebrii,  
& qui sui non compos.

38. *Perdis rem.*] Negotium nostrum  
corrumpis.

39. *Vos pro matula habebō, nisi.*] *Permejam vos, sive etiam, imme-  
jam vobis: molliore tamen sensu, quam  
volunt Interpretes; nimirum copse,  
quo à Catullo Carm. 63. scriptum:  
Qui ipse sui nati minxerit in gremium.*  
*Douza.*

DE. Quid est igitur? abeamus hinc nos. TR. non hoc longe, Delphium.

Namque intus potate haud tantillo hac quidem causâ minus.

PHIL. Hei mihi, quam istæc blanda dicta quo eventiant, mado me tu!

TR. Potin' animo ut sies quieto, & facias quod jubeo?

PHIL. pote' st.

50 TR. Omnium primum, Philematium, intro abi, & tu Delphium.

DE. Morigeræ tibi erimus ambæ. TR. ita ille faxit Juppiter, Animum advorte nunc tu jam, quæ volo accuratier.

Omnium primum dum ædes jam fac oclusæ sient:

Intuscave muttire quenquam siveris. PHIL. curabitur.

55 TR. Tanquam si intus nemo natus in ædibus habitet. PHIL. licet.

TR. Neu quisquam responset, quando hæc ædes pultabit fenex,

PHIL. Nunquid aliud? TR. clavem mihi harunce ædium Laconicam

Jam jube efferi intus: hæc ego ædes occludam hinc foris.

PHIL. In tuam custodiam meque & meas spestrado, Tranio.

TR. P L U

46. Non hoc longe.] Δειπνῶς. i.e. aliqua minima demonstrata. Vide notas Amphit. 1. 1.

51. Ita ille faxit Juppiter.] Ille, Δειπνῶς; vel, qui illic est in cælo. vel præpotens Deus: oculis scilicet aut digito in cælum sublato. Faxit autem, ut ex usura corporum vestrorum capiam voluptatem. Sic enim ambiguum illud, *morigera tibi erimus*, pro se interpretatur servus nequam: cum aliovorsum ab istis sit dictum; pro, parebimus & introibimus. Turnebuz.

57. Clavem Laconicam,] *Clausam Clavem* Αὐτοῖς Μοιρῶν vocat, ut puto, quæ intus aperiebat, aut forinsecus claudibat, quales erant *Laconica*; de quibus hoc loco: nam, ut ait Theon. ἡ χ. ὅς γινώσκεις ἡσαν ἢ κλειδίς, ἀλλ' ἔστι τὸ

παλαιὸν πρὸς Αἰγυπτίαις, καὶ Ἀδων. quæ ἰδίω πρὸς τῶν κλειδῶν. dicuntur Aristophani. Videntur ita vocari, quod impactæ elaustris vix apparetent. Quin & Festus Avienus difficilem locum Arati interpretans, quom hebetem lucem Cassiopeæ denotare vellet; ait; non magis eam apparet, quam clavem Cariam foribus impactam:

*Lux hebes est matri, vix qualem Caria quondam*

*Novetis intrantem per claustra sonantia clavem.*

Ergo *clausa clavem* & πρὸς τῶν, fuerit eâ, quæ intus aperiebat. Nam contraria ei est ὁ τῶν κλειδῶν. Laconum etiam claves extrinsecus aperuisse, vel hinc manifestum est. Scalig.



60 TR. PLUMA HAUD interest, patronus, an cliens  
probius fiet

Homini, quod nulla in pectore est audacia.

Nam quovis homini, vel optimo, vel pessimo,

Quamvis de subiro facile est facere nequiter:

(Clavem cedo, atque abi intro, atque occlude ostium)

65 Verum id videndum est, id viri docti est opus,

Quæ designata sint & facta nequitia;

*Deus, & facta  
nequiter.*

Ne quid pariat, quamobrem pigeat vivere:

Tranquille cuncta, & ut proveniant sine malo.

Sicut ego efficiam, quæ facta hinc turbabimus.

Pro-

60. *Pluma haud interest.*] Locus est sine dubio corruptus. Meliores omnes codices habent *probius* aut *propior*. Codex ille meus, qui aliter habet, deterior est. Una tantum littera addita puto legendum:

*Pluma haud interest patronus an cliens  
propior fiet*

*Homini cui nulla est in pectore audacia.*

*Propior*, id est, magis proprius, convenientior. Ita enim loquitur Cicero. *Pluma*, inquit, haud interest utrum melius conveniat homini timido & ignavo cliens an patronus. *Propior* id est proprius ut *industrialior* ab *industrius*, *egregior* ab *egregius*. *Salmas.* *An cliens probior fiet.*] Sic editum olim. Lambinus coniecit, *potius fiet*. Scioppius *probius*, quod secutus Gruterus: quia in altero Camer. *probius* visum, quod manus secunda fecerit *propior*. Sed sine dubio legendum *propior*, ut alter codicum sine littera expresserit. Solebant iudicio petulantibus advocati esse tam patroni quam clientes, & hi *proximi*, tum *adesse*, *superesse* & signatis verbis dicebantur. *Pazum* refert patroni magis nomen a magis clientis ferat advocatus, patroni magis a clientis nomine adsit, *proximus* sit, qui timidus est, eoque non plus adjuventi adest quam si nunquam natus sit, ut alibi loquitur. Vide r. *Observ.* 23. *Grænovius.*

63. *Entia homini.*] Negant homini

optimo facile esse *facere nequiter*: & hanc dant mentem: Cuius, sive cliens sive patronus sit, facile est alteri nequiter *facere*, quamvis de subito, præter expectationem: & optimum hic pessimumque volunt non virtute & vitio, sed fortunæ conditione distingui. Ubi primum frustra inferunt de patrono & cliente: nihil enim hi pertinent ad hanc sententiam. Dein *optimi* hic & *pessimi* sane sunt qui vulgo sic appellantur, virtute & vitio distincti: sed ambiguitas in *facere nequiter*, quod ut refertur ad optimum, vitium rei indicat, non animi, & est male atque infeliciter rem gerere, peccare humanitus; ut ad pessimum, vitium significat etiam animi & est improbe agere. Tam bono, inquit, quam malo, proclive est *facere*, quod plus minusve factum sit melius: sed id, quod plus minusve factum sit melius, arte corrigere, ne noccat & *pro* & *contra* reddat, id viri docti est opus. *Grænov.*

64. *Clavem cedo atque abi.*] Hic versus subjiciendus 59. *trade Tranio. Tr. cedo clavem*, vel deleatur potius, nam infra est. *Scriverius.*

65. *Verum id videndum, &c.*] Verum id videndum est; id solertis viri opus est, *facere*; quæ novo more & exemplo (id enim hic *designare*) malefacta sunt per nequitiam, ea cuncta ut tranquille & sine malo procedant: ne quid pariat, propter quod vita ei sit acerba. *Lambinus.*

- 70 Profecto ut liqueant omnia & tranquilla sint,  
 Neque quicquam nobis pariant ex se incommodi.  
 Sed quid tu egrederis? perii! ô! jam jam optume  
 Præceptis paruisti! *PO.* jussit maximo  
 Opere orare, ut patrem aliquo absterteres modo,  
 75 Ne introiret. adest. *TR.* quin etiam illi hoc dicito, *Cons. intro: tres ædes.*  
 Facturum me, ut ne etiam aspicere ædes audeat,  
 Capite obvoluto ut fugiat cum summo metu:  
 Clavim cedo, atque abi hinc intro, atque occlude ostium,  
 Et ego hinc occludam. jube venire nunc jam.  
 80 Ludos ego hodie vivo præsentem hinc seni  
 Faciam, quod credo mortuo nunquam fore.  
 Concedam à foribus huc, hinc speculabor procul,  
 Unde advenienti sarcinam imponam seni.

77. *Capite obvoluto.*] Caput operiebant in turpi te deprehensi: summo pudore affecti: in rebus desperatis: vitam projicere parantes. Horat. 2. Sat. 3.

*Nam male te gesta, cum vellem mittere aperto*

*Me capita in flumen.*

Liv. 1. Ann. *I lictor, colliga manus, caput obnubito, arbori infelici suspendito.* Et Socrates apud Platon. in Phædro de amore verba facturum, caput operit. *Lambin.*

79. *Hinc occludam.*] Clavi enim Lacedæmonica ædes obscurabant foris, ita ut nemo, qui intus, eas aperire possent.

## ACTUS SECUNDI SCENA SECUNDA.

THEUROPIDES, TRANIO.

- H**Abeo, Neptune, gratiam magnam tibi,  
 Quom me amisisti à te vix vivum modo. *Græc. quoniam me amisi.*  
 Verum si posthac me pedem latum modo  
 Scies imposuisse in undam, haud causa ilico est,  
 5 Quod nunc voluisti facere, quin facias mihi.  
 Apage, apage te à me. nunc jam post hunc diem,  
 Quod crediturus tibi fui, omne credidi.  
*TR.* Edepol, Neptune, peccavisti largiter,  
 Qui occasionem hanc amisisti tam bonam.  
 10 *TH.* Triennio post Ægypto advenio domum,  
 Credo, expectatus veniam familiaribus.

TR. Nimio

2. **Q**uom me amisisti.] Pro dimisisti. V. N. Cap. 2. 2. *A te vix vivum.*] Nam quid aliud est navigatio, quam mortis

quædam professio? V. N. Rud. act. 2. 6. T. 4. *Haud causa ilico est.*] Lege: *haud causa' illico.* Scriverius.

K k 3

14. Occlu-

TR. Nimio edepol ille potuit expectatior  
Venire, qui te nunciaret mortuum.

TH. Sed quid hoc? occlusa janua est interdus?

15 Pultabo, heus, ecquis istas aperit mi fores?

TR. Quis homo est, qui nostras ædes accessit prope?

TH. Meus servos hic quidem est Tranio. TR. ô Theuropides  
Here, salve: salvom te advenisse gaudeo.

Usquene valuisti? TH. usque, ut vides. TR. factum optume.

20 TH. Quid vos, insanine estis? TR. quid dum? TH. sic, quia  
Foris ambulatis. natus nemo in ædibus

Servat, neque qui recludat, neque qui respondeat.

Pultando pedibus pene confregi hæcæ ambas. TR. eho,  
Antu tetigisti has ædes? TH. cur non tangerem?

25 Quin pultando, inquam, pæne confregi fores.

TR. Tetigistin'? TH. tetigi, inquam, & pultavi. TR. vah!  
TH. quid est?

TR. Male hercle factum. TH. quid est negotii? TR. non potest  
Dici, quam indignum facinus fecisti & malum.

TH. Quid jam? TR. fuge obsecro, atque abscede ab ædibus,

30 Fuge huc, fuge ad me propius, tetigistin' foreis?

TH. Quomodo pultare potui, si non tangerem?

TR. Occidisti, herde. TH. quem mortalem? TR. omnes tuos.

TH. Di te Deæque omnes faxint cum isto omine!

TR. Metuo,

14. *Occlusa janua.*] Claudebantur quidem interdum fores intus, sed non foris, nisi aut cum ædes essent vacuæ, aut cum paterfamilias eos qui domi erant, nolebat domo egredi posse. Claudebantur autem fores ædium clavi Laconica, de qua supra. *Lambin.*

21. *Natus nemo in ædibus servat.*] Servare, pro custodiæ, & ut Nonii censura vult, sollicite ac suspiciose observare. *I. Grut.*

23. *Confregi hæcæ ambas.*] Nullæ sunt hic ambæ fores in plebisque editionibus ac libris, qui legunt,

— pæne confregi assulæ.

TR. Eho! an tetigisti hæcæ ædes? Sic alibi assulatim fores confringere. Et assulæ sunt tabulæ fortium, *ovoidæ. Salmaf. Confregi hæcæ ambas.*] Felicitabat ô πάτυ, quum

scriberet, nullas hic ambas fores in plebisque editionibus ac libris esse, qui legant: *confregi assulæ*: & id probaret. Distinctius priores, in vulgatis quidem legi *assulæ*, sed in vet. edd. (quod possum testari de Argentoratensi 1508.) & Mss. *hæcæ ambas*, vel *asce ambas*. Sic & Sambuci codex. Nec quicquam est ambigui sive per *ἀπορίαν* *ἢ* *δεικνύει* dictum putes, sive servum pro timore, quem fingebat, non expectasse, dum adderet ultimam vocem herus, & ejus sermonem intercepisse. Capt. 4. 2. *Aperire hæcæ ambas fores, priusquam pultando assulatim foribus exitium afferre.* Ubi dubitare possis, an non eandem vocem auditor omiserit. *Gronov.*

33. *Perduaxint.*] Si liceret à vestigiis scriptæ

TR. Metuo, te atque istos expiare ut possies.

35 TH. Quamobrem? aut quam subito rem mihi apportas novam?

TR. Et heus, jube illos illinc, amabo, abscedere.

TH. Abscedite. TR. ædes ne attingite. tangite

Vos quoque terram. TH. obsecro, hercle, quin eloquere.

TR. Quia septem menses sunt, cum in hæc ædes pedem  
40 Nemo intro tetulit, semel ut emigravimus.

TH. Eloquere, quid ita? TR. circumspice dum, nunquis est sermonem nostrum qui aucupet. TH. tutum probe est.

TR. Circumspice etiam. TH. nemo est, loquere nunc jam.

TR. Capitalis cædis facta est. TH. quid est? non intellego

45 TR. Scelus, inquam, factum est jam diu antiquom & vetus. Antiquom. id adeo nos nunc factum invenimus.

TH. Quid istuc est, scelestè? aut quis id fecit? cedo.

TR. Hospes necavit hospitem captum manu;

Iste, ut ego opinor, qui has tibi ædes vendidit.

50 TH. Necavit? TR. aurumque eji ademit hospiti, Eumque hic defodit hospitem ibidem in ædibus.

TH. Qua-

scriptæ lectionis recedere, pronum esset legere, sicut etiam versus postulat, *Diute Deoquo perduint cum isto omnia. A perduo antique, perduasio: perduassere sic finxit ut ab impetro impetrasse. Ira ergo perduaxint hic posuit pro perduint. Salmas. Immo non est hæc scripta lectio: sed V. C. faxint. Dec. axint. Intellige male perire. Gronov.*

36. *Ilos.*] Comites, quos tecum adduxisti, *Donza. Iube illos illinc amabo.*] Forte: *illinc ambo abscedere. Scrivenerius.*

37. *Tangite vos quoque terram.*] Genus quoddam venerationis erat & ceremoniz superstitionisque *terram tangere*: sed non nisi in his rebus, quæ ad deos inferos ac mortuos pertinent, usurpari consuetum. *Macrob. lib. 3. Cum telurom dicit; manibus terram tangit. Simile est Cic. de Atusp. resp. Aut puer ille patrimus, aut matrimus, si terram non tenuit. Turneb.*

42. *Sermonem nostrum qui aucupet.*]

*Titin. Id ego aucupavi: plenas aures affero. Vide notas Milit. act. 4. r.*

44. *Capitali cadu, &c.*] *Vett. Edd. adu. quod probò; & Capitali adu sit, cum in ea capitali admittitur. Ut homo capitali, nefarius, flagitiosus, qui capitali aut facit audacter, aut factum probat. Et locus capitali, ut ait Festus, ubi si quid violatum est, capite violatorum expiatur. J. Gul.*

45. *Scelus antiquum & vetus.*] *Antiquum* est, quod patrum memoriam excessit: quasi ante xvum. *Vetus* est, quod jam habet ætatem. Et potest tamen res esse *Antiqua*; quia à majoribus accepta: & *Vetus*, quod à nobis, vel ab aliis, nostra ætate olim usurpata sit. Sic *Antiquum Jus*, dicitur *Jus Gentium*, quod unacum humano genere ab natura exstitit. *Vetus vinum* anni prioris vinum, ut loquitur *Ulpianus. Popma.*

47. *Quid istuc est scelestè.*] *Lege: Quod istuc est scelus. Scrivenerius.*

TH. Quapropter id vos factum suspicamini?

TR. Ego dicam, ausculta. Ut foris cœnauerat  
Tuus gnatus, postquam rediit à cœna domum,

55 Abimus omnes cubitum, condormivimus:

Lucernam fortè oblitus fueram extinguere

Atque ille exclamat derepente maximum.

TH. Quis homo? angnatus meus? TR. st, tace: ausculta  
modo.

Ait venisse illum in somnis ad se mortuum.

60 TH. Nempe ergo in somnis. TR. ita. sed ausculta modo;

Ait illum hoc pacto sibi dixisse mortuum.

TH. In somnis? TR. mirum quin vigilanti diceret,

Qui ab hinc sexaginta annis occisus foret.

Interdum inepte stultus es.

65 TH. Taceo. TR. sed ecce quæ ille inquit:

Ego transmarinus hospes sum Diapontius.

Hic habito. hæc mihi dedita est habitatio.

Nam me Acheruntem recipere Orcus noluit,

Quia præmature vita careo. per fidem

*Schæp. perfide  
Deceptus sum.*

70 Deceptus sum, hospes hic me necavit, isque me

Defodit insepultum clam ibidem in hisce ædibus,

Scelestus auri causa. nunc tu hinc emigra:

Scelestæ hæ sunt ædes, impia est habitatio.

Quæ hic monstra fiunt, anno vix possum eloqui.

75 St, st! TH. quid obsecro hercle factum est? TR. concre-  
puit foris.

Hicci-

57. *Exclamat maximum.* ] *Exclamat maximum*, Poëtarum & Græcorum more dixit Horat. ad Pison. *Longum clamet, tò Cives.* T.

59. *In somnis.* ] Κατ' ὄναρ: dum dormit ipse: *per noctem*, ut interpretatur Donatus. *Lambinus.*

62. *Miram quin, &c.* ] Quasi dicat: qui fieri potuit, ut, qui ab hinc annis sexaginta necatus fuit, diceret aliquid filio tuo vigilanti & videnti. *Doux.*

68. *Nam me Acheruntem.* ] Suspicio, ad reconditiorem illam *Orci* significantiam respectum à Poëta, qua *Receptorum*

*mortium* intelligi solitum testis Isidorus; unde & *Orcam* natam & denominatam scribit, pro vase, quod recipit aquas: quam vocem reperies & apud Perium-  
*Doux.*

71. *Defodit insepultum.* ] In terram quidem defossus humavit, sed non *rite*, id est, iusto sepulchri honore carentem. *Guther.*

75. *St, st.* ] Sic Gruterus fecit, quum in vulgatis esset *faceds*, in scriptis, *Sed &*, longe probabilius, quam qui *Ceden*: quod quid sit, ignoro: nisi voluit: *Cedin*. sed observavi in aliis quoque Plauti locis.  
ubi

Hicine percussit? TH. guttam haud habeo sanguinis,  
Vivom me arcessunt ad Acheruntem mortui.

TR. Perii! illisce hodie hanc conturbabunt fabulam:  
Nimisquam formido, ne manifesto hic me opprimar.

80 TH. Quid tute tecum loquere? TR. abscede ab janua.  
Fuge, obsecro hercle! TH. quo fugiam? etiam tu fugis?

TR. Nihil ego formido: pax mihi est cum mortuis.

TH. Heus Tranio. TR. non me appellabis, si sapiis.

Nihil ego commenui, neque istas percussi fores.

85 TH. Quæso quid ægre est? quæ res te agitat Tranio?  
Qui cum istæc loquere? TR. an quæso tu appellaveras?

Ita me Di amabunt, mortuum illum credidi

Expostulare, quia percussisses fores.

Sed tu etiam ne astas, nec quæ dico obtemperas?

90 TH. Quid faciam? TR. cave respexis: fuge, atque operi  
caput.

TH. Cur non fugistu? TR. pax mihi est cum mortuis.

TH. Scio. quid modo igitur? cur tantopere extimueras?

TR. Nihil me curassis, inquam: ego mihi providero:

Tu, ut occipisti, tantum quantum quis, fugies,

95 Atque Herculem invocabis. TH. Hercules, te invoco.

TR. Et ego, tibi hodie ur det, senex, magnum malum.

Pro Dii immortales, obsecro vosram fidem,

Quid ego hodie negotii confeci malum!

ubi interjectio ista ponenda est & habe-  
tur in melioribus libris, quosdam scri-  
ptos habere Sed. Gronovius. *Concepit  
feri.* ] Audit intus strepitum Tranio.  
Eum, ut occultet, quasi lemures percuf-  
serint, attonitus quærit. *Lambin.*

78. *Perii! illisce hodie hanc conturba-  
bunt fabulam.* ] Hæc secum Tranio mo-  
leste ferens eos strepere intus; metuen-  
que ne res palam fiat: atque ita tota fa-  
bula, quæ à *Monstru* nomen habet con-  
turbetur. *Lamb.*

79. *Ne manifesto.* ] In manifesto men-  
dacio me senex deprehendat. *Dowk.*

82. *Nihil ego formido.* ] Proprie. For-  
mido à *formu*, de quibus hic ludi-

fiunt, id est, *stellu*. *Scaliger.*

83. *Non me appellabû.* ] Sermo ad  
mortuum à quo se appellatum simulat  
Tranio, ob percussas fores.

88. *Percussisses.* ] Omnino hoc adfe-  
rendum, ut respiciat id, quod senex su-  
pra fores tetigerat. idque ad metum Senæ  
injiciendum.

94. *Fugies atque Herculem.* ] Forte: *fuge  
atque Herculem invocabu*. *Scrive-  
tius.*

95. *Herculem invocabû.* ] Ut ἀληξί-  
κταν ac monstrorum domitorem. Sic  
apud *Aristoph.* in *Pluto* Chremylus, cum  
videret horridam squalidamque Peniam  
exclamat, ἠρχκλεις! Τυτρεβ.

## ACTUS TERTII SCENA PRIMA.

DANISTA, THEUROPIDES, TRANIO.

**S** Celestio rem ego annum argento fœnori  
Nunquam ullum vidi, quam hîc mihi annus obtigit.  
A mane ad noctem usque in foro dego diem,  
Locare argenti nemini nummum queo.

5 **TR.** Nunc polego perii plane in perpetuum modum.

Danista adest, qui dedit *argentum fœnori*.

Quî amica est empta, quoque *opus in sumptus fuit*.

Manifesta res est, nisi quod occurro prius,

Ne hoc senex resciscat. ibo huic obviam.

10 **Sed** quidnam hîc sese tam cito recipit domum?

Metuo ne de hac re quippiam inaudiverit.

Accedam atque appellabo. hei quam timeo miser!

**NIHIL EST MISERIUS**, quam animus hominis  
consciis,

Sicut me habet. verum ut res hæc sese habet, *Diff. sic ut meus  
habet sc. animus.*

15 **Pergam** turbare porro. ita hæc res postulat.

Unde is? **TH.** conveni illum, unde hæc ædes emeram.

**TR.** Nunquid dixisti de illo, quod dixi tibi?

**TH.** Dixi hercule vero omnia. **TR.** væ misero mihi!

Etiam fatetur de hospite? **TH.** immo pernegat.

20 **TR.** Cape hercle, obsecro, cum eo una iudicem.

Sed eum videto ut capias qui credat mihi.

Tam facile vinces, quam pirum volpes comest.

Metuo

1. *Celestio rem ego.* ] Hic scelestus, non est *μαεστς*, sed *ο αρωχης*, id est, infelix, ut apud Horat. 2. Carm. 4. *Crede non illam tibi de scelestâ plebe delectam.* Heinf. *Argento fœnori.* ] *Argentum fœnori* dicitur, quod datur in fœnus, id est, argentum ad fœnus. Nunquam, inquit, scelestio rem annum vidi, argento fœnori, id est, argento quod ad fœnus datur magis incommodum, & ineptum. *Salmasius.*

15. *Pergam turbare.* ] *Turbare*, abso-

lutè positum est, pro, turbas excitare. ut Bacclid. 4. 9. *turbat equus ligneus.* Tacit. lib. 4. *Cum repente turbare Fortuna capis.* T.

19. *Etiam fatetur, &c.* ] Acidalius versus hos quatuor ordine sequentes expungit; quia paullo post iterum legantur. T.

22. *Quam pirum volpes, &c.* ] Proverb. de re factu proclivi. quod nihil sit negotii vulpi dentatissimæ pirum edere: ut explicat Erasmus. T.

28. *Dicam*





- DA. Salve & tu. quid de argento? TR. abi sis belua;  
Continuo adveniens pilum injecisti mihi.
- DA. Hic homo est inanis. TR. hic homo est certe ariolus.
- 45 DA. Quin tu istas mittis tricas? TR. quin quid vis cedo.
- DA. Ubi Philolaches est? TR. nunquam potuisti mihi  
Magis opportunus advenire quam advenis.
- DA. Quid est? TR. coucede huc. DA. quin mihi argentum  
redditur?
- TR. Scio te bonâ esse voce, ne clama nimis.
- 50 DA. Ego hercle vero clamo. TR. ah, gere morem mihi.
- DA. Quid tibi ego morem vis geram? TR. abi quæso hinc  
domum.
- DA. Abeam? TR. redito huc circiter metidie.
- DA. Reddeturne igitur scenus? TR. reddetur: nunc abi.
- DA. Quid ego huc recursem, aut operam fumam, aut con-  
teram?
- 55 Quid, si hic manebo potius ad meridiem?  
TR. Immo abi domum, verum hercle dico: abi modo.
- DA. Quin vos mihi scenus date, quid nugamini?  
TR. Eu, hercle, nã tu abi modo. ausculta mihi.
- DA. Jam hercle, ego illunc nominabo. TR. euge strenue.
- 60 Beatus vero es nunc, cum clamas. DA. meum peto.  
Multos me hoc pacto jam dies frustramini.  
Molestus si sum, reddite argentum, abiero.  
Responsiones omnes hoc verbo eripite.  
TR. Sortem accipe. DA. immo scenus, id primum volo.

TR. Quid

hoc volunt scripti, quorum alter *misar-*  
*sivites*, alter *misartivites*.

43. *Pilum injecisti mihi.* ] *Pilum in-*  
*jecto*, idem quod Cic. pro Mur. dixit,  
*Quam te securim injecisse putas petitioni*  
*mea*, id est, impedimentum. Idem  
pro Planco: *Infigere Rcip. securim*.  
quod est magno malo eam afficere.  
*Lipsius*.

44. *Est certe ariolus.* ] Recte divinat,  
cum dicit me inanem pecuniz esse. T.

56. *Verum hercle.* ] Putabam aliquan-  
do rescribendum; iterum hercle dico.  
Nunc nihil mutandum statuo. *Verum*

dico, idem hic est, quod, senio dico.  
*Boxhorn*.

58. *Eu, hercle nã tu.* ] Oratio perplexa  
hominis perturbati. subintell. *Odiosus es*,  
aut aliquid tale. *Dowg*.

60. *Beatus vero.* ] Quæ petis accepisse  
te putas, cum clamas. Scilicet. *Box-*  
*horn*.

64. *Sortem accipe, &c.* ] Vehementer  
turbata est hæc Scena in Ed. *Venetæ*, adeo  
ut integri versus transpositi sint; nec co-  
hzrent sane omnia in Ed. *Cam. & Lam-*  
*bini*, si paulo diligentius & ad sensum &  
τὸ πρῶτον animadvertas. *Piffor*.

66. *Exten-*

65 TR. Quid tu, homo hominum omnium teterrime,  
Venisti huc extentatum? agas quod in manu est.  
Non dat, non debet. DA. non debet? TR. nec erit qui-  
dem.

Ferre hoc potes? an *mavis ut* aliquo abeat foras?  
Urbem exul *linguat factus* hic causâ tui,

70 Quoi sortem *vix dare* licebit? DA. quin non peto.

TH. Eja, mastigia, ad me redi. TR. jam istic ero.

Molestus ne sis, nemo dat, age quid lubet.

Tu solus, credo, fœnore argentum datas.

DA. Cedo fœnus, redde fœnus. fœnus reddite.

75 Daturin' estis fœnus actutum mihi?

Date mihi fœnus. TR. fœnus illic, fœnus hîc.

Nescit quidem nisi fœnus fabularier

Veterator. neque ego tetriorem beluam

Vidisse me unquam quenquam, quam te, cenfeo.

80 DA. Non edepol nunc me tu istis verbis terrigas.

Calidum hoc est, etsi procul abest, urit male.

TH. Quod

66. *Extentatum?*] Ita in Mss. suo *Ca-*  
*mer.* & in suis ad unum omnibus repe-  
xit *Lamb.* quamvis ille ex conjectura, ut  
ait, substituerit *externatum*. Quod re-  
ctum cenfeo. Quasi dicat: Tunc huc ve-  
nisti, ut te clamando mente alienares?  
vel, ut clamando mentis statu motus  
videreris? Nonio *externavit*, est, *demen-*  
*tem fecit*. Douza. Rectum est; *venisti*  
*huc externatum*. Externare est externum  
mentis facere, mente alienare præ nimio  
terrore. Sic locutus est Catullus, *asidui*  
*quam lullibus externavit*. Apulejus in  
Apologia: *ad oblivionem presentium ex-*  
*ternari*. Idem alibi 3. *Metam. hic exter-*  
*natus animi atque attentionis*. In Glossis  
etiam veteribus id verbi notatur, *exter-*  
*natus*, *ἐκ τῆς φρενῶν*. *Salmas.* Venisti  
*huc extentatum*.] Vulgo olim *ostentatum*  
Sed istud. Mss. probatque Turnebus &  
Lambinus interpretatur, ut extentes,  
expromeres, expeteris & contenderes  
vocem tuam. *Camerarius externatum*,  
quod idem explicat, ut te clamando  
mente alienares. Affert etiam quorun-

*dam exenteratum*, *Lipius sistentatum*.  
Videtur dedisse *Plautus occentatum*, hoc  
est, ut nobis convicium facias publi-  
ce, ut nos pipulo differas. *Festus*:  
*Occentassint antiqui dicebant, quod nunc*  
*convitium fecerint, dicimus: quod id cla-*  
*re & cum quodam canore fit, ut pro-*  
*cul exaudiri possit: quod turpe habetur,*  
*quia non sine causa fieri putatur*. *Gro-*  
*novius*.

67. *Nec erit quidem.*] *Nec erit quidem*,  
unde solvat. Nam dixerat jam, *non dat*,  
*non debet*. Nam qui non habet quod det,  
ne debere quidem videtur. *Fertè*, inquit,  
hoc potes, quod dico, an *mavis*, ut ali-  
quo abeat foras? *Salmas.*

69. *Urbem exul linguat fallus.*] *J. Gul-*  
*leg.* *Urbem exul linguat, alius hinc, causa*  
*tui? Alius hinc, hinc eiectus, expulsus*.  
V. N. Aul. 2. 2.

77. *Nescit quidem nisi fœnus.*] Similis  
*Pythermo cantori apud Athen. l. 14. de*  
*quo Hipponax: Κροῦς λίγξ Πόθρημ*  
*ὅς ἐδὲ τὰλλα. Pythermus aurum leguitur,*  
*& aliud nihil.* T.

TH. Quod illuc est fœnus obsecro, quod illic petit ?

TR. Pater eccum advenit peregre non multo prius  
Illius, istibi & fœnus & sortem dabit.

85 Ne inconciliare quid nos porro postules.

Vide num moratur ? DA. quin feram, si quid datur.

TH. Quid ais tu ? TR. quid vis ? TH. quis illic est ? quid  
illic petit ?

Quid Philolachetem gnatum compellat

Sic, & præsentitibi facit convicium ?

90 Quid illi debetur ? TR. obsecro hercle jube

Obici argentum huic ob os impuræ beluæ.

TH. Jubeam ? TR. jube homini argento os verberatier.

DA. Perfacile ego ictus perpetior argenteos.

TH. Quod illud argentum est ? TR. huic debet Philolaches

95 Paulum. TH. quantillum ? TR. quasi quadraginta minas.

DA. Ne sane id multum censeas, paulum id quidem est.

TR. Audin' ? videturne obsecro hercle idoneus,

Danista qui sit ? genus quod improbilissimum est.

TH. Non ego istuc curo, qui sit, unde sit :

100 Id volo mihi dici, id me scire expeto.

Adeo etiam argenti fœnus creditum audio.

TR. Quatuor quadraginta illi debentur minæ.

Dicte daturum, ut abeat. TH. egon' dicam dare ?

TR. Dic. TH. egone ? TR. tu ipse dic modo, auscul-  
ta mihi.

105 Promitte : age inquam : ego jubeo. TH. responde mihi,

Quid eo est argento factum ? TR. salvom est. TH. solvite

Vosmet igitur, si salvom est. TR. ædeis filius

Tuus

85. Ne inconciliare. ] Ne pergas eos porro in te irritare, tibi que ( ut Horat. ait 4. Od. 15. ) inimicare. V. N. Trin. 1. 2. T.

86. Vide num moratur ? ] Nunquid senex in mora est, quin tibi, quod debetur ; exolvât ? Lambin. Quin feram, si quid datur. ] Immo, ne me jocati putes, ego accipiam, si quid datur. Lambinus.

95. Quasi xi. minæ. ] Quasi pro fere, circiter, aut p'xte propter. Ter. Heaut. Scen. 1. Quasi talenta ad quindecim cor'gi. T.

96. DA. Ne sane. ] Non opus Acidal. trajectione : si imaginetur, Senem admirandum & irato proximiorum vix statum tenuisse, audita pecuniarum summam quem placans Danista, ita dicitur ; Ne sane, &c.

Tuus emit. TH. ædeis? TR. ædeis. TH. euge Philolaches

Patristat. jam homo in mercatura vortitur.

110 Ain tu, ædeis? TR. ædeis, inquam, sed scin' cujusmodi?

TH. Qui scire possim? TR. vah! TH. quid est? TR. ne me roga.

TH. Nam quid ita? TR. speculo claras, clarorem merum.

TH. Bene hercle factum. quid? eas quanti destinat?

TR. Talentis magnis totidem, quod ego & tu sumus.

115 Sed arrhaboni has dedit quadraginta minas.

Hinc sumpsit quas ei dedimus. latin' intelligis?

Nam postquam hæc ædes ita erant, ut dixi tibi,

Continuo est alias ædes mercatus sibi.

TH. Bene hercle factum. DA. heus, jam appetit meridies.

120 TR. Absolve hunc quæso vomitum, ne hic nos enecet.

Qua-

109. *In mercatura vortitur.*] Vortitur, id est, versatur. proprie & signate, in mercatura vorti dicitur, qui mercaturam exercet. hinc *Vorsura* verbum mercatorum. & *Vertumnus*, deus invertendarum rerum, hoc est, mercaturæ. *Ascon.* in Verr.

112. *Speculo claras: clarorum merum.*] Ædes ita claras tamque polita & nitida facie emit, ut cum æquore & planicie speculi possint comparari: *vel*, ut loco speculi esse possint: *vel*, ut speculum ex iis confici possit. *Ædes ad speculum claras*, id est, etiam si cum speculi splendore & levore conferantur, satis claras, *clarorum merum*, id est, æque claras, atque ipse clarior clarus est. *Turnob.*

114. *Talentis magnis.*] Causa non est, cur se quisquam cruciet, quod in R. udcntre *talentum magnum* faciat Plautus, centum viginti minarum; & vero hoc loco tantum, minarum sexaginta: si modo quis attendat scenam Dramatis, cui titulus *Rudanti*, esse *Cyrenu*, quod tota passim clamat Fabula: at vero hujus Fabulæ scena est *Athenis*, ut constat ex plurimis locis. Inter Athenienses igitur *Atticum* numeratur Athenis *talentum*, quod est,

*minarum sexaginta*, æproinde duo hujusmodi *talenta* faciunt *minas centum viginti*. At vero *Cyrenus* de *Cyrenensi* intelligi voluit Poëta, quod erat idem cum *Ægyptio*: erat quippe *Cyrenaica* pars *Ægypti*, & ditioris illius: igitur populata, id est, *Ægyptium* intelligitur *talentum*, quod erat duplum ad *Atticum*, id est, centum viginti minarum, ut constat è comparatione eorum, quæ à *Strabone* & *Diodoro Siculo* scribuntur, de annuo *Ægypti* reditu. *Petitus.*

115. *Arrhaboni.*] *Arrhabo*, vel *arrha*, quod emptionis nomine datur, ut constet fides de pretio, quod conveniet: *Agell.* lib. 17. 2.

119. *Iam appetit meridies.*] Hoc non temere dictum. nam & *Danistæ* dixerat *Servus*, ut ciniter meridiem rediret: & alioqui post meridiem non fere quicquam rei incipere solebant *Romani*, præsertim magistratus; nec *pacifici Tur-nobus.*

120. *Absolve hunc quæso vomitum.*] *Vomitum*, convitium est in homines impuro. Sic *Lucili.* de *Trebell.*

— *Marcobas* sobrius, senium, vomitum, *pm.*

Quatuor quadraginta illi debentur minæ,  
Et fors & sænus. DA. tantum est: nihilo plus peto.

TR. Velim quidem hercle, ut uno nummo plus petas.

TH. Adolefcens, mecum rem habe. DA. nempe abs te petam.

125 TH. Petito cras. DA. abeo, sat habeo, si cras fero.

TR. Malum quod isti Di Deaque omnes duint.

Ita mea consilia perturbat pænissime.

MULUM edepol hodie genus est hominum tetrius,  
Nec minus bono cum jure, quam Danisticum.

130 TH. Quâ in regione istas ædes erit filius?

TR. Ecce autem petii! TH. dicisne hoc, quod te rogo?

TR. Dicam: sed nomen domini quero quid fiet.

TH. Age, comminiscere ergo. TR. quid ego nunc agam?  
Nisi, ut in vicinum hunc proximum mendacium

135 Eas emisse ædes hujus dicam filium.

CALIDUM hercle audivi esse optimum mendacium.

QUI CQUID DEI dicunt, id rectum est dicere.

TH. Quid igitur? jam commentu's? TR. Dii istum pet-  
duint!

Immo istunc potius. de vicino hoc proximo

140 Tuus erit ædes filius. TH. bonan' fide?

TR. Siqui.

123. *Uno nummo plus petas.*] Eos, qui plus petebant, olim causa cecidisse. nemo dubitat. An vero leg. XII. Tabul. an edicto Prætoris id fiat, disputant. Ego non illa, sed hoc censeo factum. *Revard.*

134. *Ut in vicinum.*] Sc. convertam. *Lambinus.* Certe deest verbum. Unica litera mutata lego:

— *Quid ego nunc agam,*

*Nisi sit in vicinum hunc proximum mendacium?*

*Eas emisse ædes hujus dicam filium.*

Ira distinguendum ac legendum. *Salmas.*

136. *Calidum hercle audivi esse optimum mendacium.*] *Calidum mendacium* interpretatur *Lambinus*: quod non est cogitatum, sed ex tempore natum, *Συμύ.* Et hoc placet. *Taubmannus.*

137. *Quicquid Dei dicunt, id rectum est dicere.*] Optimi & antiquissimi Codi-

ces habent; *id rectum est dicere.* Et sic legendum est. Alii pro *rectum* reposuerunt, *certum*, aut, *decretum*. Sed mala loci constructione decepti sunt. Ordo est; Dicere quicquid Dei dicunt, id rectum est. *Quicquid dei dicunt*, quicquid ex tempore dubitanti suggeritur. Deorum instinctu id suggeri credebant veteres. Vide Apulejumi de deo Socratis. *Boxhorn.*

138. *Dii istum perdunt.*] Scil. Danisticam, qui me turbavit, ut nomen venditoris ædium exciderit. Et hæc loquitur, ut senex audiat: illa vero, *immissum* (senem) potius: ut tantum spectatores.

140. *Bonan' fide?*] Locus est ex ambiguo: quod inest in his verbis, *bonan' fide?* quæ senex aliter dixit, aliter seivus accipit. Nam senex quærebat ex seivus, bonanæ fide loqueretur, hoc est, scione, &

TR. Siquidem es argentum redditurus, tum bona:

Si redditus non es, non emit bona.

TH. Non in loco emit per bono has. TR. immo optumo.

TH. Cupio hercle inspicere has ædes. pulsa dum fores:

145 Atque evocato aliquem intus ad te, Tranio.

TR. Ecce autem iterum nunc quid ego dicam nescio,

Iterum jam ad unum saxum me fluctus ferunt.

Quid nunc? non hercle, quid nunc faciam, reperio:

Manifesto reneor. TH. evoca dum aliquem foras,

150 Roga, circumducatur. TR. heus tu. at hic sunt mulieres:

Videndum est primum, utrum eæ velintne, an non velint.

TH. Bonum æquomque oras. percontare & roga.

Ego hic tantisper, dum exis, te oppetiar foris.

TR. Dii te Deæque omnes funditus perdant, senex:

155 Ita mea consilia undique oppugnans mala.

*Don't, male*

Euge, optume: eccum dominus ædium foras

Sino progreditur ipse. huc concessero,

Dum mihi senatum consilii in cor convoco.

Igitur dum accedam hunc, quando quid agam invenero.

vere id diceret, emtas ædeis esse à fillo. servus autem in aliam sententiam accepit, aut certe se accipere simulavit, quasi quærat ille, bonane fide ædes emtæ sint, hoc est, utrum dolus malus in ædibus vendendis adhibitus sit, an bona fides. Itaque sic respondet, si argentum venditori promissum, ac pactum redditurus es: bona fide ædeis emit filius, si minus, bona fide non emit. Ex his intelligi potest, *Ationibus bona fidei eas demum proprie appellari*, quibus postulat, ut fides data, bene,

atque uti pat est, servetur. *Hottoman. 158. Senatium consilium in cor, &c.]* Facere & erudite Cor senatum appellat: ut & Epid. act. 1. 2. *Apulej. Apolog. Cui nulla sancti cura sit, impensius cetera corporibus colendum, quod esset animi vestibulum, & orationis janua, & cogitationum comitium.* scilicet, quia ex ore cogitationes animi in apertum procedunt. Alias ineptum sit dicere, cogitationes in ore concipi. *Mamertinus: Versare capit in sacri pectoris comitio Consulatium. Sc. Gent.*

### ACTUS TERTII SCENA SECUNDA.

SIMO, THEUROPIDUS, TRANIO.

M Elius anno hoc mihi non fuit domi  
Nec quando esca una meruerit magis.

Pran-

1. *M Elius anno hoc mihi non fuit domi. ] Bene esse, ἡλικίῳς vitam*

omnem voluptarium complectitur. 1. G. 2. *Nec quando esca.] Falsum est, in*  
L 1 *Miss. repet-*

- Prandium uxor mihi perbonum dedit.  
Nunc dormitum jubet meire. minime.
- 5 Non mihi forte visum illico fuit,  
Melius quom prandium, quam solitum, dedit.  
Voluit in cubiculum abducere me anus.
- NON BONUS SOMNUS est de prandio: apage  
Clanculum ex ædibus me edidi foras.
- 10 Tota turget mihi uxor nunc, scio, domi.  
TR. Res parata est mala in vesperum huic seni.  
Nam & cœnandum & cubandum est intus male.  
St. Quo magis cogito ego cup meo animo,  
Si quis dotatam uxorem habet,
- 15 Neminem sollicitat sopor.  
Ire dormitum odio est. *nunc vero mihi*  
Exsequi certa res est, ut abeam  
Potius hinc ad forum, quam domi cubem.
- 20 Atque pol nescio, ut moribus fient  
Vostre: hæc fat scio, quam me habeat male:  
Pejusque posthac fore, quam fuit mihi.  
TR. Si abitus tuus tibi, senex fecerit male  
Nihil erit quod Deorum ullum accusites:

Te

Mf. repertum: *Ne quod est culina uxor.*  
Unde ineptissime conicitur: *Nec quando est culina meruerit magis:* quod scilicet sit construendum: nec est quando magis meruerit culina. Scripti, *Nec quid est cauna meruerit magis.* Unde faciendum cum Casaubono & Acidalio: *Nec quando esca una me iuuerit magis.* nec, scilicet, fuit: ut supra: *Nec, quom me melius, mea Scapba, rear esse desecatam.* dicit autem *iuuare escam,* ut in Capiuis: *Neque unquam quicquam me iuvat, quod edo domi.* Horatius: *Cana breui iuvat.* Iuuenalis: *magis ista iuuant, qua plura emuntur.* Valerius Flaccus: *Quod nulla te, nata, dapes, non, ulla iuuant Tempora.* Quintilianus decl. 298. *Iuvat autem cibus post opus.* Acad. *Nequidem cauna meruerit magis.* Gronovius.

6. *Melius quom prandium, quam solitum dedit.* ] Non, inquit, temere & casu

id fieri illico in mentem venit, cum laus cotidiano prandium apponi mihi viderem: & certe illud erat: meridiana à me operam impetrare voluit. Non forte, Plaurinum est, *in ἀλλοιωτος*, ut apud eundem nostrum. *Non temere est,* in Bacchid. *Non temerarium est.* Aulul. Idem valet, *Non de nihilo.* Propert. *Non sum de nihilo blandus amator ego.* J. Gul.

8. *Non bonus somnus est de prandio.* ] Mos erat veteribus, qui etiamnum obtinet, æstivo tempore meridie somnum leuiusculum capere, quem Varro De re rust lib. 1. cap. 1. *Somnum insititium* appellat elegantissime: *Ego hic, ubi nox & dies modice redit & abit, tamen æstivo die, si non dissinderem meo insititio somno meridiem, vivere non possem, &c.* Meurlius.

10. *Tota turget.* ] Casin. act. 2. 5.

24 Te

Te ipse jure optumo merito incuses licet.

25 Tempus nunc est senem hunc alloqui mihi.

Hoc habet: reperti, qui senem ducerem:

Quo dolo à me dolorem procul pellerem.

Accedam. Diite ament plurimum, Simo.

SI. Salvos sis, Tranio. TR. ut vales? SI. non male.

30 Quid agis? TR. Hominem optimum teneo. SI. amice facis,

Cum me laudas. TR. decet certe. SI. hercle at te ego

Haud bonum teneo servom. TR. quid ita vero, Simo?

SI. Quid nunc, quam mox? TR. quid est? SI. quod solet fieri,

TR. Dic igitur, quod solet fieri, quid id est?

35 SI. Quid facitis vos, sed, ut verum, Tranio, loquar.

Sic decet, UT HOMINES sunt, ita morem geras.

VITA QUAM sit brevis, simul cogita.

TR. Quid? ehem, vix tandem

Percepi super his rebus nostris te loqui.

40 SI. Musice hercle agitis ætatem: ita ut vos decet:

Vino & victu, piscatu probo, electili

*1. Gul. vino & victu  
probo piscatu elect.*

Vitam colitis. TR. immo vita antehac erat:

Nunc nobis omnia hæc exciderunt.

SI. Quidum? TR. ita oppido occidimus omnes, Simo.

45 SI. Non taces? prospere vobis cuncta usque adhuc

Processerunt. TR. ita ut dicis, facta haud nego.

Nos profecto probe, ut voluimus, viximus.

Sed, Simo, ita nunc ventus navem

Defe-

24. *Te ipse jure optumo.*] Quia tibi ipse malefacis: dum ultro abis domo, non modo ab uxore non ejectionis, sed ab ea blandè in cubiculum allectus. Lamb.

26. *Hoc habet.*] Hoc habet: & habet: vox propria in gladiatores vulneratos, aut irretitos: vel insulantis adversarii; vel vulgi acclamantis. Donatus.

36. *Sic decet, ut homines.*] Quasi dicat: Philolaches est corruptus & voluptarius: sapienter igitur facis, qui ei non adversaris, sed morem geras. Terent.

Adel. 3. 4. *Verum quid facias? ut homo est, ita morem geras.*

40. *Musice hercle agitur ætatem.*] Musice vivere, quid sit docet hic ipse Plautus. Huic confine: Tibicinu vitam vivere, hoc est, lautè quidem, sed alieno sumptu. Ius hoc est cantorum & Poëtarum ut sacrificant sine summo: id est, lautè epulentur, nullo suo sumptu T.

41. *Electili.*] Electile pro optimo & eligendo, Sic factum est *duclile* à ducto: *Apertile*, Ovidio, ab aperto. Salmas.



Deseruit. Si. quid est? quomodo, pessime?

50 Quæ ne subducta erat tuto in terra?

TR. Hei! Si. quid est? TR. me miserum, occidi! Si. qui?  
TR. quia

Venit navis, nostræ navi quæ frangat ratem.

*Acid. nostram vi  
que frangit ratem.*

Si. VELIM UT VELLÉS, Tranio, sed quid est  
negotii?

Eloquere. TR. herus peregre venit. Si. tunc tibi

55 Chorda tenditur: inde in ferriterium:

Postea in crucem reſta. TR. nunc se ego per genua

Obsecro; ne iudicium hero facias meo. Si. è me

Ne quid metuas, nihil sciet. TR. patrone salve.

Si. Nihil moror mihi istiusmodi clientes.

60 TR. Nunc hoc quod ad te noster me misit senex,

Si. Hoc mihi responde primum, quod ego te rogo:

Jam de istis rebus voster quid sensit senex?

TR. Nihil quicquam. Si. Nunquid increpavit filium?

TR. Tam liquidus est, quam liquida esse tempeſtas solet.

65 Nunc te hoc orare iussit opere maximo,

Ut tibi liceret inspicere has ædes tuas.

Si. Non sunt venales. TR. scio equidem istuc. sed senex

Gynæ-

49. *Quid est? quomodo.*] Scribe; Si. *Quid est?* TR. *Quomodo pessime potuit.* Si. *Qui ne subducta erat tuto in terram antehac?* Eo modo, quò modo quo pessime potuit; ventus, nempe deseruit ratem. Respondet Sirmo; Eamne, quæ jam subducta antehac tuto in terram fuit? *Heinsius.*

50. *Subducta.*] *Subducuntur naves ex alto in portum: Deducuntur ex portu in altum.*

53. *Velim ut velles.*] Cui boni se secundi aliquid obtigerat, ei, omnis causa, gratulabundi dicere solebant; *Felicitas*, aut, *Felicitas quod agi*: cum significarent, cupere se cum perpetuo eadem felicitate uti. Contra, cui male & adversus animi sententiam erat, cum alloquentes dicebant; *Vellem, quæ velles*, cum iudicarent dolere sibi, quod illi male esset: ac si dicerent; *Vellem tibi ita*

esset, ut tu quoque velles: mihi-que ægre est, quod tibi quicquam præter voluntatem tuam evenerit. *Muretus.*

55. *Patrone salve.*] Sic eos, quorum patrocinio usuri erant, salutabant. Etiam hac formula manumissi patronos suos salutabant.

64. *Tam liquidus est, quam liquida esse tempeſtas solet.*] *Turbare & liquare*, contraria sunt, & in liquore ponuntur: quod vel ex Plaut. *Mostell. act. 2. 1.* liquet: ubi servulus, *Efficiam, inquit, quæ facta hic turbavimus. Profecto ut liqueant omnia & tranquilla sint.* Inde ad alia transferuntur: ut, *liquida aëra*, quæ opponitur turbido aëri: *Liquidus ignis* est purus, tenuis, clarus: *liquidus suspicium*; *Epid. 2. 2.* *liquidus animus.* *Pseud. 1. 3.* *Turneb.*

Gynæceum ædificare volt hîc in suis,  
Et balineas & ambulacrum & porticum.

70 Si. Quid confomniavit? TR. ego dicam tibi:

Dare volt uxorem filio quantum potest:  
Ad eam rem facere volt novum gynæceum.  
Nam sibi laudasse hæc ait architectonem  
Nescio quem, esse ædificatas has sane bene.

Ter. archi-  
tectonem.

75 Nunc hinc exemplum capere volt, nisi tu nevis.

Si. Næ ille malo quidem ab opere exemplum petit.

TR. Quia hîc *auduit* esse ætatem perbonam:

Subdiu coli *absque Sole* perpetuum diem.

Lamb. sub diu.

Si. Immo edepol vero, cum usque quaque umbra est, ta-  
men

80 Sol semper hic est usque à mani ad vesperum,

Quasi flagitator adstat usque ad ostium.

Nec mihi umbra usquam est, nisi in puteo quæpiam est.

TR. Quid, Sarsinatis ecqua est? si Umbram non habes.

Si. Molestus

69. *Ambulacrum & porticum.*] Notari metetur, in privatis ædificiis fuisse & ambulationes & porticus. *Gutherius.*

70. *Quid confomniavit.*] Τὸ οὐκ ἔστιν ἐπιπλοῦν; unde hoc ei tam stulte venit in mentem? *Tutneb.*

79. *Immo edepol vero, &c.*] Immo, inquit Simo, contrarium fit. nam cum ubique locorum umbra est, Sol ad vespertinum tempus à matutino usque, quasi creditor importunus, hic pro fortibus adstat.

80. *À mani.*] Sic & Servius in 5. Æn. ubi docet, Adverbia, si Nomina fiant, declinari: ita in Milite, *de vesperi suo.*

81. Hæc Nota referenda ad præcedentem scenam 1. actus 3. vers. 81. p. 525. *Calidum hoc est.*] Lambino danila significat orationem suam de scœnote molestam esse Tranioni; quamvis discat ille, se nihilominus lænes iublato clamore flagitatum, & proinde hoc pacto ei molestum futurum. Quod contemnit Acidalius, & hunc ventum vult esse Tranionis, ac trajiciendum post versam 135. Gruterus putat cessare aliorum commenta & ipsius Acidalii, si tribuatur

Theuropidi seni, qui sequentem pronuntiat. Ego vero nihil innovari malim: Non deterrent me tua convicia, inquit Danista: alius me stimulus & potentior urget. *Calidum hoc est,* nempe negotium quod ago: exælio scilicet pecuniz ad certam diem debitz statim vult & diligenter celeriterque fieri. Sic Epid. 1. 2. *huic homini opus est quadraginta minis celeriter calidum.* Jam quis non videt quo longius abest copia recipiendi debiti Danistæ, eo pejus eum tri & vexari metu amittendorum nummorum? hoc est ergo, *etsi procul abest, urit male.* Ludis ambiguo *tu Urere.* Negotium hoc urit male, (id est, me sollicitat, inquerum habet) præter naturam aliorum ignium, qui non urunt procul remotos, *Grenov.*

83. *Quid? Sarsinatis ecqua est, si umbram non habes?*] Argute, sed umrose & obscure. *Sarsinatis* enim nominativus antiquus, ut *Summatu, Infimatis, Cujatu*: pro quibus nos *Sarsinatus, Summatus, diceremus.* quod olim P. Valla etiam monuit. Alludit autem ad pattiam suam Plautus: siquidem *Sarsina* una ex Umbriæ civitatibus Straboni libro 5. Silius

Si. Molestus ne sis: hæc sunt sicut prædico.

- 85 TR. Attamen inspicere volt. Si. inspiciat, si lubet,  
Si quid erit, quod illi placeat, de exemplo meo  
Ipse ædificato. TR. con? voco huc hominem. Si. i, voca,  
TR. Alexandrum magnum, atque Agathoclem ajunt ma-  
ximas

Duo res gessisse, quid mihi fiet tertio,

- 90 Qui solus facio facinora immortalia?  
Vehit hic clitellas, vehit hic autem alter senex.  
Novitium mihi quæstum institui non malum:  
Nam muliones mulos clitellarios  
Habent, ego habeo homines clitellarios.

- 95 Magni sunt oneris: quicquid imponas, vehunt.  
Nunc hunc haud scio an colloquat. congregiar.  
Heus Theuropides. TH. quis nominat me?  
TR. Hero servos multum suo fidelis.

Quo me miseras, affero omne impetratum.

- 100 TH. Quid illic obsecro tam diu restitisti?  
TR. Seni non otium erat, id sum opperitus.  
TH. Antiquum hoc obtines tuum, tardus ut sis.  
TR. Heus tu, si voles verbum hoc cogitare,  
SIMUL FLARE forbereque haud facile

Est:

lib. 2. *hæc Sarsina dives.* Etiam Plinius 3. cap. 2. *Sarsina* agnoscit. Jam vero *Umbra* bipartitæ notionis est, significans non modo *ærem lumine cassum*: ut ait Lucret. sed & mulierem ex Umbria prognatam. In quo ambiguo Poëta ludit.

91. *Vehit hic clitellas, &c.* Vehit, dixit; non *gerit*: quia mulus, equus, camelus, bos, vehicula sunt. *Lambin.* *Clitella* Horatio 1. Sat. 5. sellæ dossuatiæ sunt, jumentis imponi consuetæ ad onera commodius gestanda. Sensus ergo hujus versus est: Quemadmodum hero meo clitellas impono, & vehere facio; ut super illis omne onus, hoc est, dolos & fallacias meas imponam: ita & hic alter senex Simo vehit clitellas, &c. hoc est, uterque probe iudicatus est. *Py-lades.*

95. *Magni sunt oneris.*] Quem hic miseret ineptiarum, in quas putat incidisse interpretes, vellem miserum esset sui. Quis cum docuit *magni oneris esse*, ut intelligatur, serundi, capiundi, Latine nondici? At non eodem modo, *esca maxima esse*, *majoris cibi esse*, *multi mari esse*, *magni laboris esse* Plautus, Varro, Horatius dixerunt. Abstineat igitur corrigere: *Magni sunt oneris quicquid imponas, vehunt.* Gronovius.

96. *Haud scio, an colloquat.*] Potuit Servus inter molitiones istas, ut sit in malis consiliis, trepidare: aut certe simulate, novo aliquo & è re nata consilio sibi nunc subito opus esse. *Taubm.*

104. *Simul flare forbereque haud facile est.*] Nam *duas res magnas præsertim*

(ait

105 Est: ego hic esse & illic simul haud potui.

TH. Quid nunc? TR. vise, specta tuo arbitrato.

TH. Age, duc me: TR. num moror? TH. subsequor te.

TR. Senex ipse te ante ostium eccum opperitur.

Sed mæstus est se hæc vendidisse.

110 TH. Quid tandem? TR. orat ut suadeam Philolacheti,

Ut istas remittat sibi. TH. haud opinor.

SIBI QUISQUE ruri meret. si male empræ

Forent, nobis istas redhibere haud liceret.

LUCRI quicquid est, id domum trahere oportet.

115 Misericordias jam habere haud hominem oportet.

TR. Morare hercle, cum verba facis. subsequere. TH. fiat.

Do tibi ego operam. TR. senex illic est. hem adduxi tibi hominem.

Si. Salvom te advenisse peregre gaudeo, Theuropides.

Dii te ament. Si. inspicere te ædes has velle ajebat mihi.

120 TH. Nisi tibi incommodum est. Si. immo commodum. i intro, atque inspice.

TR. At enim mulieres. Si. cave tu ullam floccifaxis mulierem.

Qualibet perambula ædes oppido tanquam tuas.

TH. Tanquam? TR. ah cave tu illi objectes nunc in ægritudine,

Te has emisse. non tu vides hunc, voltu ut tristi est senex?

125 TH. Video. TR. ergo irridere ne videre & gestire admodum,

Noli facere mentionem te emisse. TH. intellego.

Et bene monitum duco, atque te existimo humano ingenio.

Quid nunc? Si. quin tu is intro, atque otiose perspectas, ut lubet?

TH. Bene

(ait Cic. in Philip.) non modo agere uno tempore, sed ne cogitando quidem explicare quisquam potest.

111. Ut istas remittat sibi.] Venditione rescissis.

112. Sibi quisque ruri metit.] Ita Mss. Cam. & Lamb. Proverb. rusticum, quo significatur, sibi quemque consulere. T.

113. Redhibere, &c.] Redhibitum id proprie dicitur, quod redditum est imprecatumque ei, qui dedit, itemque rursus coactus est habere id quod ante habuit. Festus.

123. Tanquam? ] Theuropides, cui aliud persuasum erat, hoc adverb. non potest concoquere. Tanquam & quasi voculæ similitudinis sunt, non veritatis.

TH. Bene benigneque arbitror te facere. Si factum edepol volo.

130 Vin' qui perducet? TH. apage istum perductorem, non placet.

SI. Quid, quid est? TH. errabo potius, quam perducet quilpiam.

TR. Viden' vestibulum ante ædis hoc? & ambulacrum quousmodi!

TH. Luculentum edepol profecto. TR. age specta, postes cujusmodi!

Quantâ firmitate facti, & quanta crassitudine!

135 TH. Non videor vidisse postes pulcriores. SI. pol mihi Eo pretio empti fuerant olim. TR. audin', Fuerant, dicere.

Vix videtur continere lacrimas. TH. quanti hosce emeraz? SI. Tres minas pro istis duobus, præter vecturam, dedi.

TH. Hercle, quin multum improbiores sunt quam à primo credidi.

140 TR. Quapropter? TH. quia edepol ambo ab infimo tarmes læcat.

265. 11. 11.

TR. Intempestivos excisos credo, id eis vitium nocet:

Atque etiam nunc satis boni sunt, si sint inducti pice.

Non enim hæc pultifagus opifex opera fecit barbarus.

Viden'

130. *Istum perductorem.*] Cicero lib. 1. in Verr. lenonum, aleatorum, perdulcorum nulla mentio fiat. Lenones sunt scortorum, perdulcorum etiam invitatarum personarum, & in quibus supra exercita legibus vindicantur. *Asconius.*

136. *Eo pretio empti fuerant olim.*] Cum pulcos postea laudaret alter, hic responderet; Sane tali, id est, pulcro pretio sibi emptos. *Pulcrum,* est luculentum pretium: unde, *Pulcro vendere,* & similia, apud nostrum. *Acidalius.*

140. *Ab infimo tarmes læcat.*] *Tarmes,* is est Vitruvius, qui ἄρμης Græce vocatur. Ut intelligat vermiculatos & ἄρμης sive. Jam *secare* & *cadere,* aptum verbum ei tet. Lucillius: *Lana opus omne perit. squalor, sine omnia cadunt.* Nam

Græci κίπτες, ut κίπτες ἰσθμίου ἰσθμίου. *Scalig.*

143. *Pultifagus opifex.*] Intelligo *Pœnum:* Hi enim lignario opete claruerunt. unde multa fabricæ lignæ opera ab illis nominata. ut, *telli Punicæ,* Plin. lib. 33. 11. *fenestra Punicana,* Varroni: & *torcular Punicum,* cidem; & *coagmenta Punicana,* quæ fideliter hærebant, nec hiascebant, apud Caton. Itaque ab hac mente Plautus, cum vult ostendere ædium postes hiasere, ait non esse factos à Pœno fabro. non enim hiascerent commissuræ, si Pœnus faber eas conjunxisset. *Scalig.* *Pultiplagus opifex barbarus,* accipiendum de Romano opifice. Pulre ut plurimum usi sunt veteres Romani. Res nota. *Salmast.*

144. *Coagmen-*

Viden' coagmenta in foribus? TH. video. TR. specta, quam arte dormiunt.

145 TH. Dormiunt? TR. illud quidem, ut connivent, volui dicere.

Satin' habes? TH. ut quidque magis contemplor, tanto magis placet.

TR. Viden' pictum, ubi ludificatur cornix una voltu-rios duo? Cornix astat, ea voltu-rios duo vicissim vellicat.

Quaeso huc ad me specta, cornicem ut conspicerere possies.

150 Jam vides? TH. profecto nullam equidem illic cornicem in- tuor.

TR. At tu isto ad vos obtuere. quoniam cornicem nequis Conspicari si voltu-rios forte possis contui.

TH. Omnino, ut te absolvam, nullam pictam conspicio hic avem.

TR. Age, jam mitto, ignosco: ætate non quis obtuerier.

155 TH. Hæc, quæ possum, ea mihi profecto cuncta vehemen- ter placent.

SI. Latius deum est operæ pretium ivisse. TH. recte ede- pol mones.

SI. Eho istum, puer, circumduce hæc ædes, & conclavia. Nam egomet ductarem, nisi mihi esset ad forum negotium.

TH. Apage istum à me perductorem: nihil moror ductarier.

160 Quidquid est erabo potius, quam perductet quispiam.

SI. Ædes dico. TH. ergo intro eo sine perductore. SI. i, licet.

TH. Ibo

144. *Coagmenta.* ] *Coagmenta dicta sunt conjunctionis arte & comparis: à cogendo, id est, stringendo: unde coagulum, hinc coagmentare. Nonius. Quam arte dormiunt, &c.* ] Quia connivere dicuntur, qui dormitant: ut apud Cinnam lectus est vermiculus; Jam gravi ingenti connivere pupula somno. ideo, cum in foribus juncturas esse minime laxas servus ostenderet, dormire eas ridicule prius, dein etiam connivere joculariter dicit, ex oculis dormitantium ducta metaphora. *Polition.*

147. *Viden' pictum, ubi ludificatur.* ] Hoc fingit: nam nusquam hæc pictura

in ædibus Simonis erat. Per *Cornicem* au- tem se *Tranio* intelligit; per *Voltu-rios* senes duos: vel propter caputum canit- ientem; vel propter defloccatam calvitii deformitatem; vel etiam ob avaritiam. *Donza.*

151. *At tu isto ad vos obtuere.* ] *Ad vos,* id est, in eam partem, ubi vos estis. Facere enim jubet lenem in eam partem oculos flectere, ubi an. bo sunt: quasi ibi sunt duo voltu-rii picti: cum tamen alii nulli voltu-rii essent præter senes ipsos, quos *Tranio* per *voltu-rios* significat. *Donza.*

161. *Ædes dico, &c.* ] Totus hic lo-

TH. Ibo intro igitur. TR. mane sis: videam ne canis.  
TH. agedum vide.

TR. Est. TH. ubi canis est? TR. abi dierecta. st! abin?  
hinc in malam crucem?

At etiam restas? st! abi istinc. Si. nihil periculi est, age.

165 Tam placida est, quam est aqua: vise, ire intro audacter licet.

Eo ego hinc ad forum. TH. fecisti commode, bene ambula.

Tranio age, canem istam à foribus abducat face, Schopp. abdu-

Et si non metuenda est. TR. quin tu illam aspice, ut placide  
accubat!

Nisi molestum vis videri te, atque ignavom. TH. jam ut  
lubet,

170 Sequere hac igitur. TR. equidem haud usquam à pedibus  
abscedam tuis.

cus in ambiguo est. *Habere mulierem; mulierem cum aliquo esse; Genicis ομοειναι, & ομοειναι, dultare, eandem rem exprimeret, ut enim dultat exercitum is, cui paret exercitus; ira dultare mulierem dicitur is, cui illa obtemperat, motigeraque est in rebus omnibus. Alin. ad. 1. 3. & alibi. Terent.*

— *Meam dultam gratiū?*

Muret.

162. *Videam ne canis.*] Scilicet sit aliqua mordax in introitu, quæ domus custos in te ignotum sæviat. quem Seneca lib. 3. cap. 37. de Ira, canem catenarium, appellat. Ut sibi caverent, qui domum ingredi vellent, inscriptum erat januz longis litteris, *CAVE CANEM.* Quia non solum vivus canis accubare solebat, sed etiam sculpi vel januz appin-

gi cum ista inscriptione. *Popma.*

163. *Est. TH. ubi canis est? etc.*] Nihil est dubii, quin pro *est* hoc loco ubique legendam sit *St. & abi*, pro *ubi*. Hoc modo:

*St, abicanū, st abi dierecta, st abin? hinc in malam crucem?*

*At etiam restas? st, abi istinc. Si. nihil periculi est, age.*

Interjectiones enim *Hou, o, Papa, Au, St,* & similes animi motum exprimentes, sæpe Actoris sunt non Poetæ, adeoque ad versum non pertinent. *Schoppin.*

165. *Tam placida est, quam est aqua.*] Tam placida est, quam mare, cum tranquillum est. Nam & aqua dicitur, cum æquata est, ut in tranquillitate: *Unda,* in tempestate. *Turneb.*

## ACTUS TERTII SCENA TERTIA.

TRANIO, THEUROPIDES.

Quid tibi visum est hoc mercimonii? TH. totus gaudeo.

TR. Num nimio emptæ tibi videntur? TH. nunquam edepol me scio

Vidisse usquam abjectas ædes, nisi modo hæc. TR. ecquid placent?

TH. Ecquid

3. *A* *blellas ades.*] Nihil ad hanc rem Scaligeni *ablegina.* Scribendum

cum *Turnebo abjectas*, id est, vili venditas. Sic *Phædrus* fab. 63. *Agros abjectos*

TH. Ecquid placeant, me rōgas? immo hercle vero perplacent.

5 TR. Cujusmodi gynæceum? quid porticum? TH. insanum bonam.

Non equidem ullam in publico esse majorem hac existumo.

TR. Quin ego ipse & Philolaches in publico omnes porticus Sumus commensi. TH. quid igitur? TR. longe omnium longissima est.

TH. Dii immortales mercimonii lepidi! si hercle nunc ferat

10 Sex talenta magna argenti pro istis præsentaria,

Nunquam accipiam. TR. si, here, te accipere cupies, ego nunquam sinam.

TH. Bene res nostra collocata est istoc mercimonio.

TR. Me suafore atque impulsore id factum audacter dicito:

Qui subegi, scēnore argentum ab Danistā ut sumeret,

15 Quod isti didimus arthaboni. TH. servavisti omnem ratem, Nempe octoginta debentur huic minæ. TR. haud nummo amplius.

TH. Hodie accipiat. TR. ita enim vero: ne qua caussa sub-

fict,

Vel mihi denuerato: ego illi porto denueravero.

TR. At enim, ne quid captioni mihi sit, si dederim tibi.

20 TH. Egonete jocolo modo ausim, dicto aut facto fallere?

TH. Egon' abs te ausim non cavere, ne quid committam tibi?

TR. Quia tibi unquam quicquam, postquam tuus sum, verborum dedi.

TH. Ego

siet macha, ut mundum pares. Ubi opportune elegantissimus Tan. Faber addidit ex Terentii Adelpis 4. 7. qua quantum potest, Aliquo abjicienda est. si non pretio, gratia. Ad quod offendit Guidetus subjiciendo, abigenda. l. 36. §. 1. D. Mandati: Quid enim fiet, si exiguo pretio hi, cum quibus tibi communis fundus eras, rem abjicere, vel necessitatoris familiaris, vel alia causa cogeret? Gronovius.

9. Mercimonii lepidi! ] Græcismus: in quo subintelligitur ἴγυαα, vel potius ἄ, ut Plato lib. 6. de Republ. Ἄπολλος

δαμνολας ἕως ἑσθλῆς! Tale illud, ἄ ζῆῦ, ἄ ἄ τις! Item: ἄ ζῆῦ, ἄ λιω ἰότι @ ἄ φρενῶν! Eodem referendum illud 11. Æneid.

Institia ne prius mirer balline laborum!

15. Omnem ratem. ] Allegorice omnem rem familiarem.

21. Egon' abs te ausim non cavere, &c. ] Itane imprudens sim, ut mihi abs te non caveam? Comici faciunt senes deliros & credulos: sed tamen ita, ut habeant aliquod simulacrum prudentiæ. Laminus.



TH. Ego enim cavi recte. eam mihi debeo gratiam atque animo meo.

Sat sapio, si abs te modo uno caveo. TR. tecum sentio.

25 TH. Nunc abi, i rus, dic me advenisse filio. TR. faciam ut voles.

TH. Curriculo abi, jube in urbem veniat jam simul tecum. TR. licet.

Nunc ego me illa per posticum ad congerrones conferam.

Dicam ut hircres sint quietæ, atque ut hunc hinc artoverim.

23. Cavi recte, eam mihi debeo gratiam. ] Quod nunquam deceptus sum, id non tibi, sed meæ prudentiæ debeo. *Acidal.*

## ACTUS QUARTI SCENA PRIMA.

### PHANISCUS.

SERVI, QUI CUM culpâ carint, tamen malum Metuunt, hi solent esse heris utibiles.

Nam illi, qui nihil metuunt, postquam sunt malum Meriti, stulta sibi expectunt consilia.

5 Exercent sese ad cursuram, fugiunt. sed

Hi, si reprehensi sunt, faciunt a malo

Peculium quod nequeunt facere de suo.

Augent ex pauxillo, thesaurum inde parant.

Mihi, in pectore consilii quod est,

10 Labet cavere malam rem prius,

Quam ut meum tergum exsinceratum fiat.

Ut

6. *Faciunt à malo, &c.* ] Dicitur Peculium facere à malo, quemadmodum, *as, divitiis facere à malo*: quod antiquum est & elegans. Apul. lib. 6. *nisi nos putetis as de malo habere.* ubi, *De malo as, furtis, lattociniis, fraudibusque partom.* Sed Plautus in ambiguo ludit. *De malo enim peculium vocat offermentas & vibices è verberibus. quia, dare malum, est, verberare & plectere.* *Acidal.*

8. *Augent ex pauxillo.* ] *Pauxillo* non mutand. in *panxillo*, sed ambigua pronunciatione pro hoc ipso capiundum.

ut Spectatores utrumque exaudiverint, dubii magis è palo seu pauxillo, an paulo seu pauxillo peculium augeri diceretur. Ad hunc jocum & sensum certe singula verba ducunt. Et vide ordinem: Peculium faciunt: id ex pauxillo augent: ita thesaurum parant. Parantur enim thesauri paulatim augendo. *Acidal.*

11. *Exsinceratum.* ] Est à conjectura Camerarii. nam in Mss. ejus & nonnullis vet. ed. locus hic ita concipitur:

*Faciunt à malo peculio, quod nequeunt ..... Augent ex pauxillo ..... deparant*

*Mist*

Ut adhuc fuit, mihi corium esse oportet

Sincerum, atque uti vetem verberari.

Si huic imperabo, probe tectum habebo.

15 Malum cum impluit ceteros, non impluat mihi.

Nam UT SERVI volunt esse herum, ita solet.

Bonis boni sunt: improbi, qui malus fuit.

Nam nunc domi nostræ tot pelsumi vivont.

Peculi sui prodigi plaggigeruli: ubi advorsum ut

20 Eant vocantur hero: Non eo, molestus ne sis.

Scio quo properas: gestis aliquo jam hercle,

Ire vis mula foras pastum. bene merens

Hoc pretium inde abstuli. ita abii foras. solus

Nunc eo advorsum hero ex plurimis servis.

25 Hodie craftini cum herus resciverit,

Mane castigabit eos bubulis exuviis.

Postremo minoris pendo tergum illorum, quam meum.

*Mihi in pectore consilii ..... malam rem  
prins.*

*Quam ut meum, .....  
Ut adhuc fuit, &c.*

14. Si huic imperabo. ] Obscura admodum sunt ista; nec, credo, genuina: nec placet aliorum expositio. Conabar potius:

— *Usque uti vitem verberari:*  
*Sic huic imperabo: probe tectum habebo.*  
Hoc sensu: ut potto evitem verbera, sic huic uti imperabo (quod cum gestu pronuntiandum: ut digito labrum comprimat) probe tectum habebo, scilicet os. Notum enim inter precipuas servi virtutes silentium. Loquitur igitur tanquam de tecto: ut do-

cent etiam quæ sequuntur. *Tistoriv.*  
19. *Peculi sui prodigi.* ] Qui non servant tergum suum à foris sartum ac tectum: nempe cum officii sunt immemores. Sallustius: *Alieni appetens, sud profusus.* Horat. 1. Od. 12. *anima prodigus.* Licet etiam proprie interpretari, qui peculium profundunt in lustra. *Lambin.*

22. *Ire vi mula foras pastum.* ] Hæc & quæ præcedunt verba sunt servorum domi delidentium, & servum frugi irridentium. Ire vis aliquo in popinam ut te facias, sicut mulæ solent stractis retinaculis pastum ire. *Lamb. Bene merens.* ] Pro benefactis meis hanc mercedem, dictæ sc. mordacia retuli.

## ACTUS QUARTI SCENA SECUNDA.

PHANISCUS, SERVOS, THEUROPIDES.

Illi erunt buccædæ multo potius,  
quam ego

*Lambin. & alii, hanc sententiam  
enclitice conjungunt.*

Sim

1. *Illi Buccædæ.* ] *Buccædæ* illi non possunt passive sumi, de his qui foris bubulis cæduntur. Ista quippe terminatio in compositionibus ex verbis & nominibus factis, agendi habet significationem. *Buccædæ* igitur sunt qui boves stimu-

Sim restio. SE. manet tu, atque assiste ilico:

Phanisce, etiam respice. PH. mihi molestus ne sis.

SE. Vide ut fastidit simia!

*Disfald. vide ut fastidissimu' s.*

9 PH. Mihi sum, libet esse. quid id curas?

SE. Manesne ilico impure parasite?

PH. Qui parasitus sum? SE. ego enim

Dicam: cibo perduci poteris quovis.

Ferocem facis, quia te herus tam amat. PH. vah!

10 Oculi dolent. SE. cur? PH. quia fumus molestus.

SE. Tace sis faber, qui cudere soles plumbeos

Nummos. PH. non potes tu cogere me, ut tibi

Maledicam, novit herus me. SE. suam

Quidem pol culcitullam oportet. PH. si sobrius sis,

15 Male non dicas. SE. tibi obtemperem, cum tu mihi

Nequeas? PH. at tu mecum, pessume, i advorsus.

SE. Quæso hercle, Phanisce, abstine jam sermonem

De

simulis cadunt. Videtur hoc proverbium tunc fuisse usitatum; Buceda vel bubulcus ille potius erit, quam ego sim restio. *Salmas. Ili bucada.* Verum est ista terminatione ex nominibus & verbis composita habere agendi significationem. Sed quale poterit esse proverbium, aut quo sensu commodo: *Bubulcum ille potius erit quam ego sim restio.* Non dubium est quin Plautus voluerit: illi potius taureis aut lotis è bovillo cotio cadentur, quam ego committam, ut cedat restibus. Sed quemadmodum postetiore verbo abusus est, ut *restionem* dixerit illum, qui restibus caditur, quum revera *restio* sit, qui facit restes, non qui illas patitur, ita & *bucadam*, quem mortui incurfant boves, quem boves cadunt, quum proptie sit is qui boves cadit. Neque enim *restionem* hic accipero, qui se suspendat, ut volunt. *Petia 2. 4. Cedere hodie tu restibus. Gronov.*

9. *Herus tam amat.* Mss. ambo: quia te eratus amat. id est, æratus pro pecunioso, divite. *Malaspina ad lib. 1. Epist. ad Atticum.*

10. *Oculi dolent.* Vide notas *Afinar. Act. 5. scen. 1. v. c. 4.*

11. *Tace sis, faber, qui cudere soles plumbeos nummos.* Tace tu, qui simularis officii & speciosis dictis ac factis hero persuasisti te esse frugi servum; cum nequam sis. *Æratos obules* Plautus vocat Græcorum χαλκῆς & κολλῆς, quosvis parvi pretii numulos. Tales etiam Roman. *lupini & plumbei* illi nummi: de quibus *Plaut. hoc loco, & Mart. lib. 10. ep. 74. Casaub.*

13. *Novit herus me, &c.* Plauti versum exultantem in veterem sedem restitui: præsertim cum ei nihil possit objici præter libertatem sermonis. Lege autem *Julia* non verba mæchantia, sed facta puniri receptum est. In duobus enim *Vatic. hæc inferuntur: Sen. suam Sol ipse culcitellam oportet. Pu. si sobr. quæ germana Plauti verba esse, ne Carneades quidem ille dubitaverit, qui dubitate in omnibus solet, &c.* Ita & *Dolabella* exsultem, qui *Dolitorium Nicomedi* audiebat, *stondam interiorem regia lætica*, ab eadem causa dixit. *Lips.*

15. *Tibi obtemperam.* Ita Mss. tamen *Lamb. leg. temperem*, quasi dicas, parerem maledictis in te, cum tu mihi non possis parere? quomodo & *Horat. 3. Od 24.*

19. *Qui*

De istis rebus. PH. faciam, & pultabo fores.

Heus, ecquis hinc est, maxumam qui his injuriam

20 Foribus defendat? ecquis, ecquis huc exit, atque aperit?

Nemo hinc quidem foras exit: ut esse addeceret

Nequam homines, ita sunt: sed eo magis cauto est

Opus, ne huc exeat, qui male me mulcet.

Hic quidem neque convivarum sonitus, itidem ut antehac fuit,

25 Neque tibicinam cantantem, neque alium quenquam audio.

TH. Quæ illæc res est? quid illi homines quærent apud ædes meas?

Quid volunt? quid introspectant? PH. pergam pultare ostium.

Heus reclude: heus, Tranio, etiam aperis? TH. quæ hæc est fabula!

PH. Etiamne aperis? Callidamati nostro advorsum venimus.

30 TH. Heus, vos pueri, quid istic agitis? quid istas ædes frangitis?

PH. Herus hinc noster potat. TH. herus hinc voster potat?

PH. ita loquor.

TH. Puer nimium es delicatus. PH. ei advorsum venimus.

TH. Quoi homini? PH. hero nostro. quæso, quoties dicendum est tibi?

TH. Puer, hinc nemo habitat, nam te esse arbitror puerum probum.

35 PH. Non hic Philolaches adolescens habitat hisce ædibus?

SE. Senex hinc cerebrosus est certe. PH. erras perverse, pater. Nam

19. *Qui hic injuriam foribus defendat?* Qui fores aperiat, ne à me effringantur. Proprie valde usus est verbo *defendens*, pro arceri, averrere. Sic Cæsar: *Et quod bellum non intulerit, sed defenderit*: id est, repulerit. Lipsius.

32. *Puer nimium es delicatus.* Puto scribendum, *Puer nimirum es delicatus*. Delicati pueri qui in deliciis herorum suorum, & catamiri. *Salmas.* *Puer, nimium es delicatus.* Alludere Plautum ad

delicatos, qui & *catamiri* dicebantur, fero: nihil aliud eum dicere, eoque scribendum, *nimirum*, non fero. Nam *nimium es delicatus*, est nimium ludis vel illudis, non serio agis. Ut Menæchm. 2. 3. *Eja delicias facis.* Milite 4. 1. *Vide modo.* PA. *vah delicatus, quate tanquam oculos amet.* Pænulo 1. 1. *Assum apud te tecum.* AO. *At ego te elixus sis velo.* M. *E-nim vere here delicias facis.* Gronovius.

36. *Cerebrosus certe est.* Cerebro male affectus,

Nam nisi hinc hodie emigravit, aut heri, certo scio  
Hic habitare. TH. quin sex menses jam hic nemo habitat.  
SE. somnias.

TH. Egone? SE. tu. TH. tu ne molestus: sine me cum pue-  
ro loqui.

40 PH. Nemo habitat? hem! TH. ita profecto. PH. nam heri  
& nudiustertius,

Quartus, quintus, sextus usque, postquam hinc peregre ejus  
pater

Abiit, nunquam hic triduum in unum desitum est esse & bibi.

TH. Quid ais? PH. triduum in unum est haud intermissum  
hic esse & bibi,

Scorta duci, pergræcari, fidicinas, tibicinas

45 Ducere. TH. quis istæc faciebat? PH. Philolaches. TH. qui  
Philolaches?

PH. Cui patrem Theuopidem esse opinor. TH. hei! hei!  
occidi,

Si hæc hic vera memorat. pergam potto percontariet.

Ain' tu istic potare solitum Philolachem istum, quisquis est,

Cum heri vostro? PH. hic, inquam. TH. puere, præter  
speciem stultus es.

50 Vide sis ne forte ad merendam quopiam devorteris,

Atque ibi meliuscule, quam satis fuerit, biberis. PH. quid est?

TH. Ita dico, ne ad alias ædes perperam deveneris.

PH. Scio qua me ire oportet: & quo venerim, Gallia. quo vene-  
rim novi loci.  
novi loqui.

Philolaches hic habitat, quojus est pater Theuopides.

Qui,

affectedus, mente commotus. Horat. 1.  
Sat. 5. *Cerebrosus profilit unus*, id est,  
*αὐτὸς ἑαυτοῦ καὶ ἑξῆς*; qui Virgil.  
dicitur *præceps animi*, & *ira impatientis*.  
*Erras perversè.*] Fugit teratit: ut loquitur  
Amph. 1. 1.

49. *Præter speciem stultus es.*] Qua-  
si dicat: Formosus quidem es, sed  
isti formæ mens non respondet. *Lam-  
binus.*

51. *Atque ibi meliuscule.*] Hoc sic  
explicandum. *Bene* interdum idem est  
quod valde aut multum. Sic au-

tor de bello Hispaniensi: *Bene mul-  
tis vulneribus adfelli in oppidum se cen-  
tulerunt.* Et bene magna prioris maris  
pars *dejecta est.* Sic & bene potum di-  
cimus, qui multum bibit. Cicero lib.  
7. fam. 22. *Etsi domum bene potus sa-  
roque redieram.* Sic igitur meliuscule  
profus idem est hac in re, quod  
plusculum. Et frustra Guilielmus, *no  
pluscule*: frustra Gruterus *meriuscule*.  
Nec satisfacit, qui bene, melius, opti-  
me agere notat dici & mala agentes,  
*Gronov.*

55 Qui, postquam pater ad mercatum abiit hinc, tibi cinam  
Liberavit. TH. Philolaches ergo? PH. ita, Philematiūm  
quidem.

TH. Quanti? SE. triginta talentis. PH. *μὰ τὴν Σοῦδα!* sed  
minis.

TH. Ain' ministriginta amicam destinatam Philolachi?

PH. Ajo. TH. atque eam manu emisisse? PH. ajo. TH. &  
postquam ejus hinc pater

60 Sit profectus peregre, perpotasse assiduo

Tuo cum domino? PH. ajo. TH. quid, is ædes emit hic pro-  
xumas?

PH. Non ajo. TH. quadraginta etiam dedit huic quæ essent  
pignori?

PH. Neque illud ajo. TH. hei! perdis. PH. immo suum pa-  
trem illic perdidit.

TH. Vera cantas? vana vellem! PH. patris amicus vide-  
licet.

65 TH. Heu edepol patrem cum miserum prædicas! PH. nihil  
hoc quidem est,

Triginta minæ, præ quam alios dapiles sumptus facit.

Perdidit patrem, unus istic servos est sacerrimus

Tranio: is vel Herculi conterere quæstum possiet.

Edepol me ejus patris misecet: qui cum istæ sciet

70 Facta ita, amburet misero ei corculum carbunculus.

TH. Siquidem istæ vera sunt. PH. quid merçar, quamobrem  
mentiar?

Heus vos, equis hæc aperit? TH. quid istæ pultas, ubi ne-  
mo intus?

PH. Alio credô comisatum abisse, abeamus nunc jam.

TH. Puerè!

58. *Destinatam Philolachem?* ] Re-  
positum id. Lego: *destinatam Philola-  
chi*: antique, ut *Chremi. Destinata*,  
empti. *Destinare* enim est emptio-  
ne facta athabonem dare; cæcum  
pretium in dîem dissete. *Ian. Gu-  
lielmi.*

67. *Sacerrimus.* ] Omnibus modis ex-  
secrandus. *Vid. 3. Æn. Auti sacra fames.*  
*Horat. 1. Sat. 3. intætabili & sacer esto.*

Vide *Macrob. lib. 3. 7. & Festum in Sa-  
cer. T.*

68. *Is vel Herculi conterere, &c.* ] Hy-  
perbole, dicitur in hominem maxime  
prodigum. Herculi enim decimæ vo-  
ventur, quas hic facere *quæstum* appel-  
lat. *Caf.*

70. *Amburet misero ei corculum car-  
bunculus.* ] Id est, mærore conficietur &  
contabescet. *Lambinui.*

- TH. Puere, jamne abis? libertas pænula est tergo tuo.  
 75 PH. Mihi, nisi herum metuam & curem, nihil est qui tergum tegam.

74. *Libertas pænula est tergo tuo.*] Jocus senis in puerum: quo significat, pænulam non habere. Libertas, inquit, pænula est, ó puer, tergo tuo: & cum liber non sis, pænula carce, qua tergum tuum tegas. cui puer respondet acutissime & facetissime: sibi metum domini, & curam officii esse loco pænulae, qua tergum tegat: significans, sibi tutum & tutum à verberibus esse tergum non pænula, sed domini metu & cura. *Lambinus.*

## ACTUS QUARTI SCENA TERTIA.

## THEUROPIDES, SIMO.

- PERII hercle, quid opus est verbis? ut verba audio,  
 Non equidem in Ægyptum hinc modo vectus fui,  
 Sed etiam in terras solas, orasque ultimas,  
 Sum circumvectus, ita ubi nunc sim nescio.  
 5 Verum jam scibo: nam eccum, unde ædes filius  
 Meus emit. quid aistu? SI. à foro incedo domum.  
 TH. Nunquid processit ad forum hodie novi?  
 SI. Etiam. TH. quid tandem? SI. vidi efferri mortuum.  
 TH. hem,  
 Novum! SI. unum vidi mortuum efferri foras:  
 10 Modo eum vixisse ajebant. TH. vix capiti tuo.  
 SI. Quid tu ut ociosus res novas requiritas?  
 TH. Quia hodie adveni peregre. SI. promisi foras,  
 Ad cœnam ne me tu te vocare censeas.  
 TH. Haud postulo edepol. SI. verum cras, nisi quis prius  
 15 Vocaverit me, vel apud te cœnvero.  
 TH. Ne istuc quidem edepol postulo, nisi quid magis  
 Es occupatus, operam mihi da. SI. maxime.
- TH. Minas

8. *Efferri mortuum.*] Scilicet & funera ducta per forum, præcipue indictiva. *Dion. Halicarn.* lib. 4. Ant. Rom.

12. *Promisi foras.*] Quasi dicat: Ne spem tibi facias, à me ad cœnam te vocatum iri, ut solent peregre advenientes: quia ipse alio jam condixi, neque do-

mi cœnabo. *Promisi foras*, vetus loquendi modus, præceptis Gram. ut videtur, repugnans. Sed non sine causa ita dicitur: tunc enim motus intelligitur: valetque sermo ille, *promisi, me iturum foras*. Utitur hac forma in Men. 1. 2. Stichos, & alibi passim Plautus. *Videtur.*

TH. Minas quadraginta accepisti, quas sciam;

A Philolachete. SI. nunquam nummum, quod sciam.

20 TH. Quid, à Tranione servo? SI. multo id minus.

TH. Quas arrhaboni tibi dedit? SI. quid somnias?

TH. Egone? at quidem tu, qui istoc te speras modo

Potese dissimulando infectum hoc reddere.

SI. Quid autem? TH. quod me absente tecum hinc filius

25 Negotii gessit. SI. mecum ut ille hinc gesserit,

Dum tu hic abes, negotii? quidnam? aut quo die?

Lev. hinc abes.

TH. Minas tibi octoginta argenti debeo.

SI. Non mihi quidem hercle. verum, si debes, cedo:

Fides servanda est, ne ire inficias postules.

30 TH. Profecto non negabo debere, & dabo.

Tu cave quadraginta accepisse hinc ne neges.

SI. Quæso edepol huc me aspecta, & responde mihi.

Te velle uxorem ajebat tuo nato dare,

Ideo ædificare hoc velle ajebat in tuis.

35 TH. Hic ædificare volui? SI. sic dixit mihi.

TH. Hei mihi, disperii! vocis non habeo satis.

Vicini, interii, perii! SI. nunquid Tranio

Turbavit? TH. immo exturbavit omnia.

Te ludificatus est & me hodie indignis modis.

40 SI. Quid tu ais? TH. hæc res sic est, ut narro tibi.

Te ludificatus & me hodie in perpetuum modum.

Nunc te obsecro, ut me bene juves, operamque des.

SI. Quid vis? TH. i mecum, obsecro, una simul.

SI. Fiat. TH. servorumque operam & lora mihi cedo.

SI. Sume.

25. *Mecum ut ille.* ] Lege; *Mecum ut ille hic gesserit, dum tu hinc abes, negotii quidquam? At quo die?* Hcinſius.

28. *Non mihi quid, &c.* ] Ego sic conjicio:

*Non memini quidem hercle, verum si debes, cedo.*

*Si debes, hoc est, quandoquidem debes. Si conjunctio indicativo juncta, rem*

magis indubitatam facit, inquit *Priscianus*. Dissald.

35. *Ædificare hoc.* ] Fortem hinc, ut & versu sequenti. Ut innuat Simo, voluisse reformare ædes suas Theuropidem ad exemplum domus suæ; sicut supra præ se tulerat Tranio.

36. *Vocis non habeo satis.* ] Ἀφασία ἢ ἄχρη, id quod accidit derepente perterritis. *Cam.*



45 Si. Sume. TH. eademque operâ hæc tibi narravero,  
Quis me exemplis hodie ille ludificatus est.

## ACTUS QUINTI SCENA PRIMA.

TRANIO, THEUROPIDES.

QUI homo timidus erit in rebus dubiis, nauci non erit.  
Atque equidem quid id esse dicam verbum nauci, nescio.  
Nam herus me postquam rus misit, ut filium suum arcesse-  
rem,

Abii illâ per angiportum ad hortum nostrum clanculum:  
5 Ostium quod in angiportu est, horti patefeci fores;  
Eaque eduxi omnem legionem, & mares & fœminas,  
Postquam ex obsidione in tutum eduxi manipulares meos,  
Capiò consilium, ut senatum congerronum convocem.  
Quem cum convocavi, atque illi me è senatu segregant.  
10 Ubi ego video rem vorti in meo foro, quantum potest,  
Facio idem, quod plurimi alii, QUIBUS RES timida  
aut turbida est:

Pergunt turbare usque ut ne quid possit conquiescere.  
Nam scio equidem nullo pacto jam esse posse clam senem.  
Sed quid hoc est quod foris concrepuit proxumâ viciniâ?  
15 Herus meus hic quidem est, gustare ego ejus sermonem volo.  
TH. Ilico, intra limen astate illic: ut, cum extemplo vocem,  
Continuo exiliatis: manicas celeriter connectite.  
Ego illum ante ædes præstolabor ludificatorem meum:  
Quojus ego hinc ludificabo corium, si vivo, probe.

TR. Res

1. **N**auci non erit. ] Naucum seu nau-  
ci alii dicebant esse id, quod in  
olea nucique intus est; alii omnium re-  
rum putamen; alii, fabæ granum, quod  
hæreat in fabæ hilo; alii, nucis juglandis  
medium dissipationem; alii ex *ναυ' ηγαι*  
*ήχι*, contractum. Festus.

5. **Ostium quod in angiportu.** ] Hæc Syn-  
taxis est: Patefeci fores horti, quod est  
ostium in angiportu. Figurata Syntaxis:  
*fores, quod ostium.* Horti fores erant  
ostium in angiportu. Acidal.

9. **Atque illi me.** ] Nullam sibi mo-

ram adferunt, quin me segregent. atque  
pro statim. Palmer.

10. **Rem vorti in meo foro.** ] Ubi ego  
video litem in meo foro agi, ita ut non  
possim recusare, quo minus judicium  
accipiam & pariat, tum quantum fieri  
potest, facio idem, q. &c. Hoc eo refe-  
rendum, quod jure civili extra suum for-  
um nemo judicium accipere cogitur: in  
suo autem debet. Et actor Rei non  
Reus actoris forum sequitur. Lamb.

19. **Ludificabo corium.** ] Tergum fla-  
gris & loris variabo. Lambin.

21. **Capta-**

10 TR. Res palam est. nunc te videte melius est, quid agas.  
Tranio.

TH. Docte atque astute mihi captandum est cum illoc, ubi huc advenerit.

Non ego illi extemplo ita meum ostendam sensum: mittam lineam.

Diffimulabo me horum quicquam scire. TR. ô mortalem malum!

Alter hoc Athenis nemo doctior dici potest.

25 Verba dare illi non magis hodie quisquam, quam lapidi, potest.

Aggrediar hominem: appellabo. TH. nunc ego ille. Agg. nunc ego illum.  
huc veniat velim.

TR. Siquidem pol me quæris, assum præfens præfenti tibi.

TH. Euge Tranio, quid agitur? TR. veniunt ruri rustici.

Philolaches jam hîc aderit. TH. edepol mihi opportunè advenit.

30 Nostrum ego hunc vicinum opinor esse hominem audacem & malum.

TR. Quî dùm? TH. qui negat novisse vos. TR. negat?

TH. nec vos sibi.

Numinum unquam argenti dedisse. TR. abi, ludis me, credo: haud negat.

TH. Quid jam? TR. scio, jocaris nunc tu: nam ille quidem haud negat.

TH. Immo edepol negat profecto: neque se has ædes Philolachi

35 Vendidisse. TR. eho, an negavit sibi datum argentum, obsecro?

TH. Quin jusjurandum pollicitus est dare, si vellem, mihi:

Neque se hæc ædes vendidisse, neque si argentum datum.

Dixi

21. Captandum est cum illoc. ] Cum Tranione. Insolentius paullo captare cum aliquo: seq. tamen se. etiam dixit cavore cum aliqua. Altius: Contra est eundem cantum & captandum mihi. Acidalius. Sic orare cum aliquo, queri cum aliquo, seculari cum aliquo. Plauto & aliis frequentia. Gronov.

22. Mittam lineam. ] Tranionem captabo, ut piscem, missa lineâ. Est autem hoc loco linea, illud linum, cujus extremo hamus annexus est. Seneca: sentis tremulos pisces.

24. Dolior, &c. ] Astutior, detestator. irridet herum: & significat, ei stolido facile esse verba dare.

- Dixi ego istuc idem illi. TR. quid ait? TH. servos pollicitus est dare  
 Suos mihi omnes quaestioni. TR. nugae nunquam edepol dabit.
- 40 TH. Dat profecto. TR. quin & illum in jus jube ite. TH. jam mane.  
 Experiat, ut opinor: certum est. TR. mihi hominem cedo.  
 TH. Quid si igitur ego arcessam homines? TR. factum jam esse oportuit:  
 Vel hominem jube ades mancipio poscere. TH. immo hoc primum volo,  
 Quaestioni accipere servos. TR. faciendum edepol censeo, ego
- 45 Interim hanc aram occupabo. TH. quid ita? TR. nullam rem sapis.  
 Ne enim illi huc confugere possint quaestioni quos dabit.  
 Hic ego tibi praesidebo, ne interbitat quaestio.  
 TH. Surge. TR. minime. TH. ne occupassis, obsecro, aram?  
 TR. cur? TH. scies.  
 Quia id enim maxime volo, ut illi istoc confugiant: sine.
- 50 Tanto apud judicem hunc argenti condemnabo facilius.  
 TR. Quod

38. Dixi ego istuc idem illi. ] Me jusjurandum ei datum, ades filium emisse, & argentum dedisse. Ita vulgatam lectionem interpretatur Lambinus. Sed ea haud dubie est corrupta. Neque tamen desunt versus aliquot, quod vult Acidalius. Aut fallor, aut scripsit Plautus.

Neque se hanc ades vendidisse, neque sibi esse argentum datum.

Dixit. Nego istuc Plauti. ] Cum jusjurandum dare polliceretur, diceretque se neque vendidisse ades, neque argentum accepisse, ego negavi vera esse ista quae d. ceter. Responsio Tranionis; Quid quid id est, quid tum dixit, cum tu nequeres vera ea esse quae dixerat? plane ita legi postulat. Boxhornius.

45. Aram occupabo. ] Abripi, aut in jus vocari non possunt, qui ad aras & sacra deorum confugiunt. Cic. pro domo sua. Pl. Rudent. act. 3. 2. Duo perfugia

habebant servi, Aram & Deprecatoram. unde illud Ter. Heauton. act. 5. 2. Nec tu aram tibi nec deprecatoram parari. De Ara habes exempla apud Comicos, & in Jure de servis ad statum confugientibus: Deprecatorum mentio etiam in Phorm. ubi precator dicitur. Meminit & J. C. de Edictis edicto: Ara autem in scena vera & propria: dextra Baccho in Tragedia, Apollini in Comodia: sinistra ei vel deo, vel divo; vel heroi, vel civi, cui fiebant ludi, aut justa aut parentalia. In iis verbis imponebantur Apollini, ut est in Andr. Ter. act. 4. 4. Baccho hederæ. Scalig.

47. Tibi praesidebo, ne interbitat quaestio. ] In hac ara tibi ero quasi in praesidio collocatus, ne intereat quaestio. Praesidens, verbum est operantium in Castro praesidium; in quo Plautus, more suo, ex ambiguo ludit. J. Gul.

TR. Quod agis, id agas. quid tu porro vis ferere negotium?

NESCIS TU QUAM meticulosa res sit ire ad iudicem.

TH. Surge dum huc. est consulere igitur quiddam quod tecum volo.

TR. Sic tamen hinc consilium dedero. nimio plus sapio sedens.

55 Tum CONSILIA firmiora sunt de divinis locis.

TH. Surge, ne nugare: aspice dum contra me. TR. aspexi.

TH. vides?

TR. Video. huc si quis intercedat tertius, pereat fame.

TH. Quidum? TR. quia nihil quaesti fiet. mali hercle ambolumus.

TH. Perii! TR. quid tibi est? TH. dedisti verba. TR. qui tandem? TH. probe

60 Me emunxti. TR. vide sis, fatine recte? num mucci fluunt?

TH. Immo etiam cerebrum quoque omnem e capite emunxti meum.

Nam omnia malefacta vestra repperi radicitus.

Non radicitus quidem hercle, verum etiam eradicatus.

Nunquam edepol hodie inultus destinaverim tibi.

*Deum, me obstinaverim, ad op. operantem.*

Jam

54. *Nimio plus sapio sedens.*] Romanus sedendo vicer, inquit ille: &c. Sedendo prudentiores efficiuntur. Subest autem jocus ex ambiguo. Nam & qui aram occupant, & quique ad aram deos venerabantur, & precabantur, sedebant: & qui de re aliqua consultabant, sedebant. Cujus rei causa forte ista est, quod iudex animo constante, & sedato, & bene composito esse debet. Talis autem magis esse potest, cum etiam corpus est quietum. Quo & Plautus hic, sed ludens respexit. *Polletus.*

55. *Tum consilia firmiora sunt de divinis locis.*] Quod apud Rom. plerumque Senatus haberetur in templis deorum, ut in xde Concordiae, in templo Jovis Capitolini, Honoris, Pacis, &c. Tum

reges in templis sedentes suis civibus iura dabant; & item in templis legatos ad se missos audiebant. Virg. 7. & 1. Aen. L.

58. *Quia nihil quaesti fiet.*] Quasi dicat: Nos duo adeo prohi sumus fallaciarum artifices: ut si quis tertius ex fallacis lucrum facere, & nobiscum eundem quaestum faciliantibus certare velit, procul dubio frigeat ille fameque pereat. *Lambin.*

64. *Inultus destinaverim tibi.*] Setibendum auguror:

*Nunquam adepol id hodie inultus designaverim tibi*

*Iam jubebo ignem & sarmenta, carnifex, circumdari.*

Designare aliquot facinus tritum antiquis. Jam sic emendaverat Acidalius, sed aliter interpunximus. Nec mutandum

65 Jam jubebo ignem & sarmen, carnufex, circumdari.

TR. Ne faxis; nam elixus esse, quam alius, soleo suavior.

TH. Exempla edepol faciam ego in te. TR. quia placeo; exemplum expetis.

TH. Loquere, quojussimodi reliqui, quom hinc abibam, filium?

TR. Cum pedibus, manibus, cum digitis, auribus, oculis, labris.

70 TH. Aliud terogo. TR. aliud ergo nunc tibi respondeo. Sed eccum tui gnati sodalem video huc incedere Callidamatem: illo praesente mecum agito, si quid voles.

dum tibi in mihi, ut ille faciebat. Scripius in libris antiquis designata scriptum offendi pro designata vel designare. Salmastius.

65. *Jam jubebo ignem, &c.* ] Ab ara neminem licebat vi abripere. ut tamen arcerentur inde, admovebant ignem; atque ita non ab hominibus, sed à deo, (Vulcano) amoveri credebantur. Turn. Neque igne tantum adinoto, sed & clausis templis & tecto eorum sublato identidem olium factam, ut perirent, qui ad aras & templa, ut asyla, confugerant. Nobilis est Neporis in Pausaniz locus; *In adem Minerva, qua Chalciensis vocatur, Pausanias confugit. Hinc ne exire possent, Epheri valvae ejus adu obstruxerunt, taliumque sunt demotri, quo facilis sub dio interiret.* Ita asyla fugientibus ad ea subinde erant exitio. *Boxh.* Et *sarmenta carnufex.* Acad. *Jam jube ignem & sarmen carnufex.* Quod cum miraret, recurro ad excerpta Mss. Codicum Cameratorum, quae mihi legavit Pateus. In quibus invenio toridem verbis: V. C.

*sarmen. Dec. Sarnem; Ed. pr. Ven. carnem.* Sic ibi. Gruterus transiluit. Sed profecto scribendum: *Jam jubebo ignem & sarmen, carnufex, circumdari.* Sarpes (unde *Sarpta vineta* apud Festum, & *Sarpuntur vinca*) *sarpimen, sarpimentum, contrahit sarmen & sarmen-tum.* Itaque *sarmen & sarmen-tum* eadem res, ut *vimen & vimen-tum.* Atque ut versus constat, meminere postremam in *jubebo* non coalescere cum prima syllaba vocis sequentis: quasi esset: *Jam jubebo ignem & sarmen;* & est trochaicus perfectissimus. Neque enim dubitandum, quin scripserit *jubebo* Plautus, etsi scripti, *jubeo, jubo, jube.* Versu praecedenti veniebat in mentem. *Nusquam adepol hodie inultus declinaverit.* Quia sedebat in ara, nusquam inquit, inde vestigio te moveris, quin plectare: & scio, qui excitem te: *jubebo enim tibi, sedasque & fragma,* ut Ovidius loquitur lib. 8. vel, ut nostet, *ignem & sarmen circumdari.* Gronov.

ACTUS QUINTI SCENA SECUNDA.

CALLIDAMATES, THEUROPIDES, CRANIO.

UBI somnum sepeliivi omnem, atque obdormivi crapulanti,

Philolaches venisse mihi suum peregre huc patrem,

Quo-

Quoque modo hominem advenientem servos iudicatus fiet,

Ait: sese metuere in conspectum illius occedere.

5 Nunc ego de sodalitate solus sum orator datus,

Qui à patre ejus conciliarem pacem, atque eccum optume.

Jubeo te salvere: & salvus cum advenis, Theutropides,

Peregre, gaudeo, hic apud nos hodie cœnes. TH. sic <sup>Schopp. sic face.</sup>

Callidamate, Dei te ament, de cœna facio gratiam.

10 CA. Quin venis? TR. promitte: ego ibo pro te, si tibi non libet.

TH. Verbero, etiam irrides? TR. quian' me pro te <sup>PPP. qui- ne fac.</sup> ire ad cœnam autumo?

TH. Non enim ibis. ego ferare faxo, ut meruisti, in crucem.

CA. Age mitte ista, & ito ad me ad cœnam. TR. dic venturum. quid taces?

CA. Sed tu istuc quid confugisti in aram inscitissimus?

15 TR. Adveniens perterritus me. loquere nunc, quid fecerim:

Nunc utriusque desceptator eccum adest, age disputa.

TH. Filium corripuisse ajo te meum. TR. ausculta modo.

Fateor peccavisse, amicam liberasse, absentem te:

Fœnori argentam sumpsisse, id esse absumptum prædico.

20 Nunquid aliud fecit, nisi quod faciunt summis gnati generibus?

TH. Hercle mihi tecum cavendum est: nimis <sup>Schopp. nimis tui es, dec.</sup> quam es orator catus.

CA. Sine me dum istuc judicare: surge, ego istic a sedero.

TH. Maxume, accipito hanc ad te litem. TR. enim istic capio est.

Fac, ego ne meam igitur, & ut tu meam timeas vicem.

25 TH. Jam minoris omnia facio, præquam quibus modis

Me

9. **D** E cœna facio gratiam. ] V. N. Menichm. act. 2.

22. Surge, ego istic a sedero. ] Orator surgit: Judex confidet. unde dicta sunt in Jure, *sessiones judicum*. Orator stat, ad

majorem prophetam actionis & pronunciationis. *Polet.*

25. Jam minoris, &c. ] Non tantum facio damnum, quam dedecus. *Gruterm.*

Mm 5

26. Bena

Meludificatus est. TR. bene hercle factum, & factum gaudeo.

SAPERE ISTAC ætate oportet, qui sunt capite candido.

TR. Quid ego nunc faciam; si amicus Demipho, aut Philonides?

TR. Dicitis iis, quo pacto tuus te servos ludificaverit:

30 Optumas frustrationes dederis in Comædiis.

CA. Tace parumper: sine vicissim me loqui: ausculta. TR. licet.

CA. Omnium primum sodalem me esse scis gnato tuo.

Is adiit me; nam illum prodire pudet in conspectum tuum,

Propterea quæ fecit, quia te scire scit. nunc te obsecro,

35 Stultitiæ adolescentiæque ejus ignoscas, tuus est.

Scis solere illant ætatem tali ludo ludere.

Quicquid fecit, nobiscum una fecit, nos deliquimus.

Fœnus, sortem, sumptumque omnem qui amica est, omnia

Nos dabimus, nos conferemus, nostro sumptu non tuo.

40 TH. Non potuit venire orator magis ad me impetrabilis,

Quam tu, neque illi sum iratus, neque quicquam succenseo.

Immo me præsentem amato, bibito, facito quod lubet,

Si hoc pudet, fecisse sumptum; supplicii habeo satis.

CA. Dispudet. TR. dat istam veniam, quid me fiet nunc jam?

TH. Verbe-

26. Bene hercle factum, & factum gaudeo. ] Hoc antiqui moris erat, tum, quando non poenitere se facti dicent, sed voluptatem ex eo capere: Gaudeo factum, si quid tibi feci quod placet. Palm.

40. Impetrabilis. ] Πιστασιος: qui facile, quod vult impetrat. Sic suasibilis vox, εὐπειθεῖς, persuadere efficax. Delenifica & suada sacundia appellatur Symmacho lib. 3. Ep. 6. Sic Terent. Phorm. 1, 4. Causam vincibilem dixit, quæ facile vincat; interprete Donato.

43. Si hoc pudet fuisse. ] Pudor antiquis sæpe propocna. Pudor autem erat

in culpæ confessione. Si quis alius hoc maxime facit elegans ille Taciti locus: *Vipstia*, prætoris familia genita, *ticestiam* supra apud adiles vulgaverat; more inter veteres recepto, qui satum penarum adversum impudicos in ipsa professione flagitii credabant. Hæc ejus verba sunt, his *Plautinis* simillima, extremo lib. 2. *Annal. Bæborn.*

44. Dispudet. TR. dat istam. ] Sane omnibus codicibus ignotum est *eo dat*, inventum *Acidalio*: sed non potest sententia inellus expleti. Nisi malis: CA. *dispudet, da istam veniam.* TR. *quid me.* Sic *Calina*, 2, 8. 34. omnes omnino scripti.

45 TH. Verberibus cædere, lutum, pendens. TR. tamen etiam pudet?

TH. Interimam hercle, ego, si vivo. CA. fac istam cunctam gratiam:

Tranioni remitte quæso hanc noxiam causa meâ.

TH. Aliud quidvis impetrari à me facilius perferam,

Quam ut non ego istum pro suis factis pessumis pessum premam.

50 CA. Mitte quæso istum. TH. hem, videntur restat furcifer?

*Græc.* TH. mitte quæso sis tu me, TH. videntur &c.

CA. Tranio quiesce, si sapias. TH. tu quiesce hanc rem modo

Petere: ego illum verberibus, ut sit quietus, subegero.

CA. Nihil opus est profecto: age jam, sine te exorariet.

TH. Nolo ores. CA. quæso hercle. TH. nolo, inquam, ores.

CA. nequicquam nevis.

55 Hanc modo unam noxiam; unam, quæso, fac causa meâ.

TR. Quid

scripti. *Bona multa faciam uxorem.* Ubi requiritur latens in similibus literis *reclam*. Est etiam phrasid Plauti, *dare alii quam veniam*, pro dare alicui veniam. Sic *Casina* 5. 4. 25. *Conso exaster veniam hanc dandam.* Sic enim scripti: ubi vulgo addiderunt *huic*. At est, qui mirifice turbet totum hunc locum, & tamen de commentis suis vctet dubitari. Facit primum: *supplici jam habeo sativ*. Quid opus illo *jam*? deinde: *illa venia quid mi fiet nunc jam*? sed quid est, *ista venia*? aut quis ita locutus? Demus tamen intelligi posse, *data vel impetrata, cur mi*? An non hoc est fati ignorantiam illius veteribus frequentissimi: *quid me fiat*? denique *Tamen si me pudet*? qua parte melius est quam *tamen est me pudet*? Gronovius.

46. *Fac istam cunctam gratiam.* ] Nec bene *conjunctam*, sed pessime, *Fac isti mecum istam gratiam* corrigitur. Elegantissima autem vctis lectio: nec male interpretantur integram & plenam. *Cunctas est universus*. Ut autem *data hac venia*, *data ista venia*. est huic & isti data

venia, ita *facta cuncta gratia*, est facta cunctis vel universis, qui peccassent: Florus l. 4. c. 12. *Sic ubique cuncta & continua totius generis humani aut pax fuit aut pallis*. Ubi Freinshemius certa: ego si quid mutandum esset, una mallet: sed defendit vulgatam hic Plauti locus. Gronov.

49. *Pessum premam.* ] *Pessum ire*, perire est: ut *pessum dare*, perdere. & in eadem significatione, *pessum premere*: ducta translatione à re maritima. Glossarium: *Pessundat*: *βυβίση, καταπονήση*, & alterum: *καταβυβίση, demerge, pessundo*. J. Gul.

50. *Restat.* ] Remanet: residet in ara, exponit Lambinus: minus recte. Significat enim gestum servi magnifice & confidenter adstantis, in contemptum Senis. Ideo monct eum Callidamates, ut quiescat, hoc est, modestior sit, & Senem irritare desinat. Quod certe ad sedentem in ara dicere opus non fuisset. Quid? quod ab ara jam surrexerat Tranio ad illa verba Callidamatis: *Surge: ego istis adsedere*. Pistotis.



556 MOSTELLARIA. ACT. V. SCEN. II.

TR. Quid gravaris? quasi non cras jam commercem aliam  
noxiam:

IBI utrumque, & hoc & illud, poteris ulcisci probe.

CA. Sine te exorem. TH. age abi, abi impune, hem huic  
habeto gratiam.

Spectatores, Fabula hæc est acta: vos plausum date.

FINIS MOSTELLARIÆ.



M. Acci

# M. ACCI PLAUTI MENÆCHEMÆI.

## DRAMATIS PERSONÆ.

PENICULUS, *parasitus.*  
MENÆGHMUS, *surreptus.*  
EROTIUM, *meretrix.*  
CYLINDRUS, *coquus.*  
MENÆCHMUS, *Soficles.*  
MESSENIUS, *servus.*

MULIER, *uxor.*  
SERVUS *alius.*  
ANCILLA.  
SENEX.  
MEDICUS.  
LORARIL.

## ARGUMENTUM, ut quibusdam videtur, PRISCIANI.

**M**ercator Sículus, cui erant gemini filii,  
Es, surrepto altero, mors obtigit.  
Nomen surreptitii illi indit qui domi est  
A vus paternus, facit Menæchmum Soficlem.  
Et is germanum, postquam adolevit, querit at  
Circum omnes oras. post Epidamnum devenit:  
Hic fuerat auctus ille surreptitius.  
Menæchmum civem credunt omnes advenam:  
Eumque appellant, meretrix, uxor, & sacer.  
Ii se cognoscunt fratres postremo invicem.

*Mil. evian.  
Ad. alios.  
Var. alios.*

## ALIUD ARGUMENTUM CAMERARI.

**H**ujus argumentum Fabulæ venustum est, & varietate quadam delectabile, quæ de similitudine nascitur geminorum fratrum. Nam Syracusanus quidam, cum ex sua uxore geminos suscepisset liberos, inter se simillimos; & unum ex his abductum secum ad mereatum amisisset: alter non desistendum putavit, dum requisitum illum inveniret. Venit tandem Epidamnum, quæ Illyriæ urbs Dyrrachium à Rom. appellata fuit. ibi & ab amica, & uxore, & socero fratris appellatur, quasi ille ipse esset. Tandem post multiplices ludificationes, & nonnullas turbas, agnoscitur uterque à servo: & re palam facta servus libertate donatur.

PRO.

**S**alutem primum jam à principio propitiam  
Mihî, atque vobis, spectatores, nuncio  
Apporto vobis Plautum linguâ, non manu:  
Quæso ut benignis accipiatis auribus:

5 Nunc argumentum accipite, atque animum advortite,  
Quam potero in verba conferam paucissima,  
Atque hoc Poëtæ faciunt in Comædiis.  
Omneis res gestas esse Athenis autumant,  
Quo illud vobis Græcum videatur magis:

10 Ego nusquam dicam, nisi ubi factum dicitur.  
Atque adeo hoc argumentum Græcissat, tamen  
Non Atticissat, verum Sicilicissat.  
Huic argumento antelogium quidem hoc fuit.

Dox. fuit.

15 Nunc argumentum vobis demensum dabo,  
Non modio, neque trimodio, verum ipso horreo,  
Tantum ad narrandum argumentum adest beni-  
gnitas.

Nover. tanta

Mercator quidam fuit Syracusis senex,

Ei

8. **O** *Athenes res gestas Athenis autu-  
mant.* ] Interdum tamen fingitur à *oxlwi* *ou* *δωξω*? esse non Athenis Atticis, sed in alia urbe Græciæ. *Casaub.*

11. *Hoc argumentum Græcissat. &c.* ] Quasi dicat hoc argumentum Græcum sermonem imitatur; non tamen Atticum, sed Siculum. Siciliam autem eo sermone olim usam, qui neque plane Græcus, neque plane Latinus, sed quasi cinnus quidam ex utroque mistus esset, è Cicerone & Asconio intelligi potest. Immo *trilinguos Siculos* appellat Apul. lib. 11. quod Græce, Latine & Sicule loquerentur. *Muret.* Latina & Germana loci hujus interpretatio hæc est: *Argumentum hujus fabulæ Græcissat* quidem, (in Siciliam enim plurimi olim Corinthiorum, Achivorum & Dorientium confluxerant) non tamen Atticissat, sed *Sicilicissat*, hoc est, meros Siculos (ii Menachmi potissimum sunt) repræsen-

tat. Est autem *τὸ Sicilicissat*, speciei, ut loquuntur, frequentativæ. Ut enim ab *Italia* dicimus *Italus* & *Italicus*; ab *Ætolia*, *Ætolus* & *Ætolicus*; à *Gatulia*, *Gatulus* & *Gatulicus*; ab aliis alia: sic à *Sicilia* fit non solum *Siculus*, sive *Siculus*, sed etiam, ut hoc loco, *Sicilicus*. Itaque à *Siculo* fit *Sicilicissat*; à *Sicilicus* autem *Sicilicissat*; & tandem *Sicilicissat*, frequentativum. *Siber.*

15. *Vorum ipso horreo.* ] Ait se non parceat restricte, sed copiose & abundanter Argumentum fabulæ narraturum. *Cic.* lib. 6. epist. 1. ad Atticum: *Sic illa jam habent pleno modio verberum honorem, &c.*

16. *Tantum ad narrandum argumentum.* ] Ita *Mss.* *Cam.* Talis forma. *Epid.* act. 2. 2. *nihil in ea re captio est.* *Pleud.* act. 1. 5. *Cum apud te parum sit fides.* Similis constructio illi Terent. *Eun.* act. 1. 5. *mibi parum habeat fidem.* *V. N. Bachld.* act. 3. 6. *Gruter.*

- Ei sunt nati filii gemini duo,  
 Ita formâ simili pueri, uti mater sua  
 20 Non internosse posset, quæ mammam dabat;  
 Neque adeo mater ipsa, quæ illos pepererat:  
 Ut quidem ille dixit mihi, qui pueros viderat,  
 Ego illos non vidi, ne quis vostrum censeat.  
 Postquam jam pueri septuennæ sunt, pater  
 25 Oneravit navem magnam multis mercibus.  
 Imponit alterum geminum in navem pater,  
 Tarentum avexit secum ad mercatum simul:  
 Illum reliquit alterum apud matrem domi.  
 Tarenti ludi forte erant, quom illuc venit:  
 30 Mortales multi, ut ad ludos, convenerant.  
 Puer aberravit inter homines à patre.  
 Epidamniensis quidem ibi mercator fuit:  
 Is puerum tollit, avehitque Epidamnium.  
 Pater ejus autem, postquam puerum perdidit,  
 35 Animum despondit, eâque is ægritudine  
 Paucis diebus post Tarenti emortuus est.  
 Postquam Syracusas de re ea nuncius redit  
 Ad avom puerorum, puerum subreptum alterum,  
 Patremque pueri Tarenti esse emortuum,  
 40 Immutat nomen avos huic gemino alteri:  
 Ita illum dilexit, qui subreptus est, alterum,  
 Illius nomen indidit illi, qui domi est:  
 Menæchmo idem quod alteri nomen fuit,  
 Et ipse eodem avos est vocatus nomine:  
 45 Propterea illius nomen meminî facilius,  
 Quia illum clamore vidi flagitariet.  
 Ne mox erretis, jam nunc prædico prius.  
 Idem est ambobus nomen geminis fratribus.  
 Nunc in Epidamnium pedibus redeundum est mihi.  
 50 Ut hanc rem vobis examuffim dispurem.  
 Si quis quid vostrum Epidamnium curari sibi

*Acid. in Epidam.  
 nunquam venit.*

Velit,

46. *Flagitariet.*] Per præcones proclamari: ut *Gytonille*, apud *Petron. Dons.*

49. *Pedibus redeundum est mihi.*] Alludit ad pedes carminum. T.

- Velit, is audacter imperato & dicito:  
 Sed ita, ut det, unde curari id possit sibi.  
 Nam nisi qui argentum dederit, nugas egerit.
- 55 Qui dederit; magis majores nugas egerit:  
 Verum illuc redeo, unde abii, atque uno asto in loco.  
 Epidamniensis ille, quem dudum dixeram,  
 Geminum illum puerum qui surripuit alterum;  
 Ei liberorum, nisi divitiæ, nihil erat,
- 60 Adoptat illum puerum surreptitium  
 Sibi filium, eique uxorem dotatam dedit:  
 Eumque hæredem fecit, quam ipse obiit diem:

Nam

54. *Nisi qui argentum.*] Notant hic, qui velit aliquid Epidamni curari, nisi argentum dederit, nugas aditurum. Intelligo: sed quare? Nihil enim Epidamni potest sine pecunia curari. Hoc non intelligo: neque veram causam puto: sed quia tabellarii non sunt in opera gratuita. Joestat autem de se quasi pedibus redituro Epidamnum, quo non nisi orationem convertit. At sequenti versu, qui dederit, majores ait nugas aditurum. Apparet id quidem vel exco. Sed cur hoc? Damnum enim tantum apud Epidamnios potest curari: & ad id mali ominis nomen venustissime aluditur. Hoc vero ineptum & insanum. Jam enim de se loquitur, ut non ituro: neque aliud vult, quam frustra futurum, & perditurum nummos. Itaque iisdem verbis utitur in Pœn. prologo vers. 8c. ubi fingit se reverti Carthaginem. Gronovius.

55. *Magis majores, &c.*] Quia mihi tam stulte pecuniam dederit nihil suæ rei curaturo. Est autem Hellenismus: quo utitur & Prol. Pœnuli: item Virg. in Culiæ:

*Qui magis dptatò quòat esse beatior avò?*  
 Aristoph. ad verbum, *τίς γο ἡρώτερον μὲν μοι ἐλπίσται;*

57. *Epidamniensis illo.*] Nota, hunc re- & tum calum non habere, quo referatur. Sed hoc est Comicum. hæc enim negligentiz imitatur sermonem quotidianum, quo maxime Comœdia utitur. Licet tamen dicere referri posse ad ver-

bum *Adoptat*, quod versu 4. sequitur: & versum, *Ei liberorum*, & *ἡ παρὰ τὸν* legi. Lambinus.

59. *Liberorum nisi divitiæ.*] Non debebar quidem insolentiz arguere hoc Lambinus: sed nec veram est alludi, ad verbum *parero*, cuius usus est & cum de liberis & de divitiis agit. Quis non miretur æumen? Nimirum non videbat *τὸ Nisi* hic poni pro *Sed*, ut sæpe huic nostro, Ciceroni, Livio, aliis. Perinde est igitur, quasi dixisset: ei nihil erat liberorum, sed divitiæ. Livius lib. 24. *apparobatque non id modestia militum aut ducum, nisi ad conciliandos Tartarorum animos fieri.* Noster Persa 1. 3. *Nihil sunt cruda, nisi quas madidas glutidi.* Rnd. 4. 2. *neque picum unciam hodie pondo cepi, nisi hoc quod fero in rore.* Gronovius.

62. *Quam ipse obiit diem.*] Nihil hic includendum parenthesi. neque legendum, *qua ipse obiit die.* Qui enim potissimum venit ei in mentem, ut quo die testamentum fecerit, rus peteret, & in torrente peteret? Quasi non solerent veteres in longinuos casus testamenta habere parata, & pro ut eorum mutarentur fortunæ atque amici, sæpe mutare? Non est dubitandum, quin veteres Acidalius & Gruterus: *quom ipse obiit diem.* Præsertim cum eodem modo in Pœnulo: *Et is me hæredem fecit, cum obiit ipse diem.* Successorem bonorum ac nominis reliquit, cum ipse mortuus est. Gronov.

Narrus ut ibat forte ut multum pluerat,  
Ingressus fluvium rapidum ab urbe haud longule,

*Diff. pluerat,*

65 Rapidus raptorū pueri subduxit pedes,  
Abstraxitque hominem in maxumam malam crucem.  
Illi divitiæ evenērunt maxumæ.

Is illic habitat geminus surrepticius,  
Nunc ille geminus, qui Syracusis habet,  
70 Hodie in Epidamnum venit cum servo suo  
Hunc quæritatum geminum germanum suum.  
Hæc urbs Epidamnius est, dum hæc agitur Fabula:

Quando alia agetur, aliud fiet oppidum:  
Sicut familiæ quoque solent mutariet:

75 Modo enim idem sit leno, modo adolescens,  
modo senex.

*M. Modoncadl.  
tat, unde Gens, indō  
hoc agitat leno.*

Pauper, mendicus, rex, parasitus, ariolus.

63. *Pluērat.*] A *pluere*: ut *annuus*  
apud Enn. ab *annuus*. Scaliger.

65. *Rapidus raptor.*] Fluvius imbi-  
bus audus submovit pedes mercatorū  
illi, qui puerum Menæchmum susti-  
perat.

66. *In maxumam malam crucem.*] *Cruce*  
hoc loco non in adstricta illa significa-

tionē pro gabalo: *βασάνη* & patibulo  
accipitur: sed in laxa, pro omni angore,  
cruciatus atque exitio: ut hic pro homi-  
ne aquis merto. *Lips.*

74. *Sicut familia.*] Videntur familiā  
etiam *histrionum* fuisse, ut *gladiatorum*.  
Cujus rei an exemplum alibi quam hic  
extet, ignoro. *Deuz.*

## ACTUS PRIMI SCENA PRIMA.

## PENICULUS.

Juventus nomen fecit Peniculo mihi,  
Ideo quia mensam, quando edo, detergeo.

Homines captivos qui catenis vinciunt,

Et qui fugitivis servis induunt compedes,

5 Nimis stulte faciunt, meā quidem sententiā.

Nam

5. *Juventus nomen fecit Peniculo mihi.*] Ut servis conditione Parasiti proximi sunt, ita in eorum quoque moribus lepide ubique & copiose exprimentis, Plautus urbanam suam rusticitatem ingenii varietate amœnitatēque temptavit. *Turneb.* Ad excutiendam pulverem nos magis utimur vulpinis caudis, veteres etiam bubulis, quin & peniculos ad extergendas mensas bubulos fuisse cre-

do. immo & pistocios. unde *peniculamentum* pro cauda Aenob. dixit. Et non solum ad peniculatum, sed & ad muscatiorum quoque usum caudis bubulis utebantur. Et quemadmodum Plautus Parasito, quod mensas extergeret, nomen indidit *Peniculo*: ita etiam Theopompus Comicus a num. quæ lances lingendo detergebat, *σκαγίον λευκάτης, καὶ πίτερον λευκάτης* vocavit. *Scalig.*

N II

6. Ad

- Namque HOMINI MISERO si ad malum accidit malum,  
 Major lubido est fugere & facere nequiter.  
 Nam se ex catenis eximunt aliquo modo.  
 Tum compediti januam limâ proterunt,  
 10 Aut lapide excutiunt clavum: nugæ sunt eæ.  
 Quem tu aservare recte, ne aufugiat, voles,  
 Escâ atque potione vinciri decet.  
 Apud mensam plenam homini rostrum deliges.  
 Dum tu illi, quod edat & quod potet, præbeas,  
 15 Suo arbitrato & affatim cotidie,  
 Nunquam edepol fugiet, tamen si capital fecerit.  
 Facile aservabis, dum eo vinco vincies.  
 Ita istæc NIMIS LENTA vincla sunt escaria;  
 Quam magis extendas, tanto astringunt arctius.  
 20 Nam ego ad Menæchmum nunc eo, quo jam diu  
 Sum judicatus, ultro eo ut me vinciat.  
 Nam illic homo homines non alit, verum educat  
 Recreatque: nullus melius medicinam facit.

Ita

6. *Ad malum accidit malum.* ] Si ad malum culpæ homini accedat malum pœnæ. Pœna enim est malum passionis propter malum actionis, ut in Scholis loquuntur. *Boxhorn.*

9. *Ianuam lima, &c.* ] Ego malim legere c. Mss. Cam. item Excerptis Pall. *Tum compediti anulum lima proterunt.* nam vet. codex Nonii ante annos c. Venetiis excusus diserte suggerit, *anum.* Grut. Ita omnino scribendum, ut & habent vetustissimi Codices. *Anus* vinculum est quo pedes vincti. Ex eo diminutum *anulus*, vel *anulus*, ut veteres libri scribunt. Inde in veteribus glossis, *anatus* exponitur *δρακονοσφίς*, *συμφοδιδαίς*. Apud Apulejum quoque *anati* sunt compedes. *Salmast.*

20. *Nam ego ad Menæchmum.* ] Qui monuerint interpretes, Mss. habere: *Meum hunc eo ad Menæchmum:* ipsi viderint: ego nusquam reperi. Monuerat Gruterus esse in Mss. *Men. hunc eo:* quo nihil aliud volebat, quam *Hunc esse ibi*

*ἀντὶ τοῦ Νυνε.* In spongiam igitur incumbat conjectura: *Meum hinc eo ad Menæchmum nunc ego, quoi jam diu.* Hoc est turbaie vetus, non restituere. Nec est necesse *τὸ quoi.* *Quo sum judicatus, ut in Aulularia? Quo illa nubent divites?* id est, in quam domum. *Sichon 1. 2. Si manere hic sese malint quam alio nubere.* Et sequenti: *nam quo disti nuptum abire, nolimus.* *Gronovius.*

22. *Non alit, &c.* ] Nonius, qui hunc locum testem laudat: *Alere est vitæ cultu quoque temporali vitam sustentare: Educare, ad satietatem perpetuam educere.* *Recreare*, verbum Luceianum: quo ita hic Plaut. utitur, ut significet, plus etiam esse *Recreare* quam *alere*. *Rittershusius.*

23. *Nullus melius medicinam facit.* ] Nullus est medicus, qui præsentioiem medicinam ægris faciat suis, quam gutturi ventrique meo famelico Menæchmus. *Douz. Medicinam facit.* ] *Medicina*

NON

- Ita est adolescens ipſus eſcæ maximæ,  
 25 Cerealeis cœnas dat, ita menſas extruit:  
 Tantas ſtruices concinnat patinarias;  
 Standum eſt in lecto, ſi quid de ſummo petas.  
 Sed mihi intervallum jam hos dies multos fuit:  
 Domi domitus fui uſque cum caris meis.  
 30 Nam neque edo neque emo, niſi quod eſt cariffimum.  
 Id quoque jam cari qui inſtruuntur, deſerunt.

Grus. datitar Ita.

Lips. de ſumma  
 pœlâ, ſc. patina.

Nunc

non hic eſt ars coquinaria, vel culinaria. ut arguantur: ſed continuat luſum, quem inceperat in verbo *Recreate*. Id dicitur de illis, qui ex morbo reſoventur. Cicero poſt reditum ad Quirites: *qui à gravi morbo recreati ſunt*. l. 2. de inventione: *Ille autem leviter ſaucius facile eſt ex vulnere recreatus*. Quia igitur hoc præſtat medicina, ideo quem dixerat *recreate*, eum ſubiicit optime *medicinam facere*. Eſt autem & medicinæ pars *diæta*, unde & nutritio medici dicuntur, ut ad Livium notamus. *Gren.*

24. *Ipfus eſca maxima.*] Non ajunt eſſe parati laudare eum, qui multum ipſe edit, ſed qui multum præbet convivis. At ô bone, qui multum ipſe edit, is etiam multum præbet convivis. Pro ſuo enim ore de aliis judicat, & quem ſibi multum inſtuit, non poteſt face- re, quin multæ ſint inde reliquæ. Suetonius Galba: *Cibi plurimi traditur, quem tempore hiberno etiam ante lucem capere conſueverat; inter cœnam vero uſque adeo abundanter, ut congeſſas ſuper manus reliquias circumferri juberet, ſpargique ad pedes ſtantibus*. Cortigunt tamen: *ita eſt adolescens; ipſus eſca maxima Cereales cœnas dat*. Ego vero multo melius dici puto adoleſcentem *eſca maxima*, Cereales cœnas dantem, quam *Cerealem cœnam eſca maxima*: non eſt enim Cerealis, niſi ſit abundans. *Grenov.*

26. *Tantas ſtruices concinnat patinarias.*] *Struices* ait Feſtus, hunc locum citans, antiqui dicebant omnium rerum *exſtruſiones*: ita Livius, *Struices ſaxearum*. Nazvius etiam, teſte Servio dixit, *Struix malorum*. *Struice* enim pro adjicere, au-

gere utebantur. Unde *induſtrios* quoque dicebant, à *ſtruo*. & *ſtruix* alias eſt *ſtruce* *ovæ*. Quin & Cocum hinc *Struſtorum* vocant. *Juv. Sat. 7.*

— *Qui ſercula doſte*

*Componat.*

Ad quod Comment. *Struſtorum*, ut cocus. *Sibre.*

29. *Cum caris meis.*] Eadem alluſio apud Lucretium, lib. 5. *Si quos ante domi domites ſatu eſſe putabant*. Quod ad *caros* attinet, alludit ſane ad liberos qui abſolute *caris* tum dicebantur, ut jam notatum viris doctis. Sed Paraſitus alios à ſe *caros* vocari, ſibi que adeo alios caros eſſe quam liberos, qui ſic vulgo appellentur ab iis qui liberos habebant, ſignificat; ſimulque interpretatur quinam illi cari eſſent, cum quibus domi domitus fuerat:

*Nam neque edo, inquit, neque emo, niſi quod eſt cariffimum.*

Etgo *carorum* nomine non liberos ſe intelligere ſignificavit, ut vulgo dicerentur, ſed cibos; quos ideo *caros ſuos* appellabat, quia nullos emeret aut ederet niſi qui eſſent cariffimi. In ſequenti verſu legendum:

*I quoque jam cari qui inſtruuntur, deſerunt.*

*I pro ii, ex quo id factum eſt*. Sed hi quoque cari qui inſtuuntur mi deſunt. Ut liberi qui cari ſunt parentum ſuorum, eos plerumque deſerunt, ita mei cari me jam deſerunt, dum pecuniam ſcilicet non habeo qui *inſtruantur*: Inſtrui cibos & dapes Latine dici notius eſt, quam ut pluribus doceri debeat. De aliis caris hic non intelligi debere certus ſum. *Salmaf.*



Nunc ad eum in viso. sed aperitur ostium.  
Menæchmum e cum ipsum video, progreditur foras.

## ACTUS PRIMI SCENA SECUNDA.

## MENÆCHMUS, PENICULUS.

- N**I mala, ni stulta sis, ni indomita imposque animi,  
Quod viro esse odio videas, tute tibi odio habeas.  
Præter hac si mihi tale post hunc diem  
Faxis, faxo foris vidua visas patrem.  
5 Nam quories foras ire volo, me retines, revocas;  
Rogitas quo ego eam, quam rem agam, quid negotii ge-  
ram,  
Quid petam, quid feram, quid foris egerim.  
Portitorem domum duxi. ita omnem mihi  
Rem necesse loqui est quicquid egi atque ago.  
10 Nimium ego te habui delicatam.  
Nunc adeo, ut facturus, dicam. quando ego tibi ancillas,  
penum,  
Lanam, aurum, vestem, purpuram bene præbeo: nec quic-  
quam egres:  
Malo cavebis, si sapias: virum observare desines.  
Atque adeo, ne me nequicquam serves, ob eam in-  
dustriam Græc. Jam ob in-  
dustriam, ut esse  
dara opera.  
15 Hodie ducam scortum, atque ad cœnam aliquo condicam  
foras.  
PE. Illic homo se uxori simulat malè loqui, loquitur mihi.  
Nam si foris cœnat, profecto me, haud uxorem, ulciscitur.  
ME. Evax, jurgio hercle tandem uxorem abegi ab janua.  
Ubi amatores sunt mariti? dona quid cessant mihi  
20 Conferre omnes, congratulantes, quia pugnavi Græc. aliter quæ pu-  
gnavi fortiter.  
fortiter?

Hanc

8. **P**ortitorem domum duxi. ] Portitorem  
vocat uxorem suam, hoc est. sci-  
scitaricem. Nam portitores, inquit No-  
nius, dicuntur telonarii, qui portum obsi-  
dentes, omnia suscipiantur, ut ex eo ve-  
ligal acciperent. Dissid.

12. **Aurum.** ] Quo ad texendum  
utebantur nobiles matronæ. Bar-  
thius.

18. **Evax.** ] Exultantis interjectio. ab  
Evoe, quæ bacchantium vox est, unde  
unde Evax Liberi patris cognomen.

23. **Mæ**

Hanc modo uxori intus pallam surripui, ad scortum fero.

Sic hoc decet dari facete verba custodi catæ.

*Al. sic decet*

Hoc facinus pulchrum est, hoc probum est, hoc lepidum, hoc factum est fabre.

Meo malo à malâ abstuli: hoc ad damnum deferetur.

25 Averti prædam ab hostibus, nostrum salute socium.

PE. Heus adolescens, ecqua in istac pars inest præmii mihi?

ME. Perii, in insidias deveni! PE. immo in præsidium. ne time.

ME. Quis homo est? PE. ego sum. ME. ô mea commo-  
ditas, ô mea oportunitas,

Salve. PE. salve. ME. quid ais? PE. teneo dextera Genium meum.

30 ME. Non potuisti magis per tempus mihi advenire, quam advenis.

PE. Ita ego soleo: commoditatis omneis articulos scio.

ME. Vin' tu facinus luculentum inspicere? PE. quis id coxit coquus?

Jam sciam, si quid titubatum est, ubi reliquias videro.

ME. Dic mihi, numquà tu vidisti tabulam pictam in  
pariete,

*27. Al. nunquam.*

Ubi

23. *Meo malo.*] Lambinus interpretatur *damno*, Acidalius *periculo*: ego furaci ac fallaci ingenio. *Dissald.* Ad damnum deferatur. ] Nihil mutandum. Ad damnum deferri, ad perditionem. Inde *damnosus* prodigus, qui profundit ac perdit bona sua, ô *δευαρνεῖς*. *Salmaf.*

26. *Præmii mihi.*] Conjungit sæpe Plautus *præmium* & *pradam*: & utranque prope idem est: id videlicet, quod hosti aut viatori miles aut grassator manu eripit. Virgil. 11. Æn.

*Multaque præterea Laurenti præmia pugna*

*Aggerat; & longo prædam jubet ordine duci.*

Hinc ea vox translatione ad honorem deducta, qui habetur viro strenuo pro opera navata Reip. Et pulcertime in Glossis *præmium* explicatur *γίεξ*. I. *Gulielm.*

29. *Genium meum.*] V. N. Capt. 4. 2. 99.

32. *Si quid titubatum est.*] Somnium merum de quæstionibus convivalibus, quæ solerent parasitis proponi, quis hunc vel alium cibum coxerit? Quis autem unquam dixit *titubare* pro disputare? Sed & ostendunt non cepisse, quid *reliquias* dixerit Plautus, eam ita explicant; statim colligam ex reliquiis mihi oblatiis, si quæ super sint. Immo *reliquia* sunt ipsium coctum, sive eibus paratus. Sic *Circul.* act. 2. sc. 3. *Iam edes aliquid.* C. *nolo bene esse aliquid: certum quam aliquid mavolo.* P. *Immo si scias, reliquia qua sint.* C. *scira nimis lubet, &c.* *Pernam, abdomen, summen, suu glandium, &c.* *In laccibus Quæ tibi sunt parata postquam scimus venturum.* *Perfa* 1. 3. *Calesieri jussu reliquias.* Et infra: *percunt reliquia.* Sic appellant, quicquid est de penu. Sed hoc ne alii quidem animadverterunt. Habeant igitur

35 Ubi aquila Catamitum raperet, aut ubi Venus Adoneum?

PE. Sæpe. sed quid istæ picturæ ad me attinent? ME. age me aspice:

Ecquid assimulo similiter? PE. qui istic est ornatus tuus?

ME. Dic hominem lepidissimum esse me. PE. ubi esutifumus?

ME. Dic modo hoc quod ego te jubeo. PE. dico, homolepidissimum.

40 ME. Ecquid audes de tuo istuc addere? PE. atque hilarissimum.

ME. Perge. PE. non pergo hercle ego, nisi scio qua gratia.

Litigium est tibi cum uxore. oh, mihi abs te caveo cautius.

ME. Clam

tur suæ certissima & planissima: nos accipiamus ut omnes. Rogatus à Menæchmo parasitus, numquid vellent inspicere facinus *luculentum*, (quod erat cognoscere furo subductam à marito uxoris palmam) pro ingenio suo nihil aliud *luculentum* putat, quam quod ad *luculentum* focum sit paratum, nec id *inspicere* esse aliud quam probare, exigere, gustando explorare, rectene accuratum an in eo peccatum sit. Ergo ait, *quis id coxii coquunt?* tanquam *luculentum* nihil daretur, nisi à coquo. Jam sciam, arte rem gessit an offenderit, videam modo ipsum pulpamentum vel scitamentum. *Inspicere* sic apud Suetonium Caligula 58. de pueris ad operas in scena edendas evocatis: *ut eos inspiceret hertareturque.* Martialis: *Quidam me modo, Rufe, diligenter Inspectum velut emptor aut lanista.* *Titubare* apud Horatium: *Vide ne titubet mandataque franges.* Terent. Heaut. 2. 3. *Verum illane quid titubet.* Gronovius.

35. *Catamitum.*] Id est, Ganymedem. Sic enim Latini illum nominarunt: quem Poëtæ finxerunt Jovem in aquilam versum rapuisse. Cic. 2. Philip. pro impudico aut effeminato posuit *Catamitum*, & intellexit Autonium. Videtur à γανυμίδης, quod idem est cum γανυμίδης, detortum esse, γανυμίδης enim & γανυμίδης idem. ut prius diceretur *Gadamidus*, inde *Catamitus*. Sic *Laomedon*, pro *Laomedon*. Scal.

36. *Ad me attinent.*] Parasitum, qui ventrem cibo, non oculos pictura pallescere cupio soleoque. *Lambinus.*

37. *Ecquid assimulo similiter.*] Ecquid Ganymedem & Adonin forma aut ornatu refero? qui uterque pueri molles & mulierum similes erant. Hoc autem ideo quærit, quod palla uxoris indutus erat. *Lamb.*

40. *Ecquid audes.*] Nunquid nam abs te impetrate pores, ut præterea de tuo istuc vel corollarii vicem addas quippiam? Item alibi: *Nunquid audes gratiam mihi aliquam hinc facere argenti?* Nam *audere* pro *valle* usurpabant. *Deux.*

42. *Oh, mihi abs te caveo cautius.*] Delirat hic *Lambinus*. Quid Parasito interest causam litigii scire? Tum, quo modo cavet hic ab illo sibi, cui manifesto se prodit? denique ultimus versus unde pendet? nisi sic à Parasito caveatur, si uxor celatur. *Nugæ.* Quin elegantissime & verissime sic restitui:

ME. Perge. PE. non pergo hercle ego, nisi scio quæ gratia.

Litigium est tibi cum uxore: hoc mihi abs te caveo cautius.

ME. clam uxorem ubi sepulcrum habemus, &c.

Jubet Menæchmus Parasitum pergere in supparasitatione. at ille renuit blandiri gratis, nisi sciat qua mercede. Atque ob eam causam, inquit, diligentius abs te mihi caveo, & præscire præmium cupio; qua

ME. Clam uxorem ubi sepulcrum habeamus, & hunc combutamus diem.

PE. Age sane igitur quando æquom oras, quam mox incendio rogam.

45 Dies quidem jam ad umbilicum est dimidiatus mortuus.

ME. Te morare, mihi quom obloquere. PE. oculum effodito persolum

Mihi, Menæchme, si ullum verbum faxo, nisi quod iusseris.

ME. Concede huc à foribus. PE. fiat. ME. etiam concede huc. PE. licet.

ME. Etiam nunc concede audacter ab leonino cavo.

50 PE. Heu edepol, næ tu, ut ego opinor, es es agitator probus.

ME. Qui dum? PE. ne te uxor sequatur, respectas identidem.

ME. Sed quis ais? PE. egone? id enim quod tu vis, id ajo, atque id nego.

ME. Ecquid tu de odore possis, si quid forte olfeceris, Facere conjecturam? PE. captum sit collegium *angurum*.

ME. Age-

qua litigium tibi cum uxore est: ut haud facile me domum sis ad cœnam vocaturus. Respondet Menæchmus; Eo præterio, quicquid dices, dices, ut hunc diem lulentum nobis, clam uxore habeamus.

*Acid.*  
43. *Clam uxorem, ubi sepulcrum habeamus, & hunc comburamus diem.* ] Hanc sententiam habet: ubi mortuo & exalto die Genium curemus, & epulemur? Nam mori diem dicebant. Statius lib. 4. Silvar.

*Jam moriente die rapuit me cœna benigni Vindicæ.*

Sed & dies componi, id sepeliri, ut mortuus, dicebatur. Virg. 1. Æn.

*Ante diem clauso componet vesper olympo.* Sie fere Horat. 4. Od. 5. *Condere diem dixit.* Eo autem tempore cœnare veteres solebant. Ita ex morte & sepulcro diei, tempus cœnandi intellexit: proinde quasi cœna sit diei bustum & sepulcrum. Turneb.

45. *Dies quidem jam ad umbilicum est dimidiatus mortuus.* ] Id est, inclinatus

jam in pomeridianum tempus est dies: atque ita jam quasi dimidiatus mortuus: igitur comburendus. Fulgentius de Solis equis: *Lampas dicitur, dum ad umbilicum diei centratum conscenderit circulum.* Jam, *Ad umbilicum*, id est, ad mediam partem: umbilicus enim quasi media pars animalis est. Turneb.

46. *Oculum persolum.* ] Oculum plane & omnino solum. Significat se luscum esse. Et particula augendi data est verbo, quod omnis expertus est incrementi. Turneb. V. N. Cutc. act. 1. 3.

49. *Ab leonino cavo.* ] A spelunca leonina, ubi commoratur uxor, quæ ei inftar leonis timebatur.

51. *Respectas identidem.* ] Jocus in verbo *Respectare*. Aurigator vel agitator in ludis Circensibus identidem respicit eos, qui pone sequuntur. Sic Menæchmus pallam uxoris indutus etrebo oculos retorquet, timens, ne ab uxore conspiciatur.

54. *Captum sit.* ] Roganti Menæchmo ecquid divinare de odore possit, præ-

55 ME. Agedum odorare hanc quam ego habeo pallam. quid olet? abstines?

PE. Summum olfactare oportet vestimentum muliebre;  
Nam ex istoc loco spurcatur nasum odore illuti-

*M. m. odore intru-  
cudo. Lips. odore  
Inzabitili.*

bili.

ME. Olfacta igitur hinc, Penicule lepide. ut fastidis!

*Acid.  
licet.*

PE. decet.

ME. Quid igitur? quid olet? responde. PE. furtum, scortum, prandium.

60 ME. Nunc ad amicam deferetur hanc meretricem Erotium

Mihi, tibi, atque illi jubebo jam apparati prandium.

Inde usque ad diurnam stellam crastinam potabimus.

PE. Expedite fabulatu's: jam fores ferio? ME. feri:

Vel mane etiam. PE. mille passum commoratu's cantharum.

ME. Placi-

clatus ille augur; Egone? inquit: Non ipsum collegium augurum melius conjecturam fecerit. *Lipsius. Sic captus augur, captus judex, captus arbiter dicuntur. Turnebus.*

57. Nam ex istoc loco nasum spurcatur odore illutibili. ] Quasi dicat: summam parte partem mihi olfaciendam porrigere: nam ex istoc loco, id est, ex infima parte, nasum (pro nasus antique) laeditur & inquinatur odore fetido atque illuto, hoc est, qui elni seu lavando abstergi non potest. Recte sane illi, meo judicio, qui rō illutibile sic interpretantur. Nec licet aliter. Neque, quod a nonnullis factum, quicquam hic mutandum est. *Lutus* dicebant veteres pro lotus. Unde Grammatici volunt lutum, id est, cœnum, per antiphrasin dictum, quasi minime lutum, hoc est, lotum. Hinc *illutus*, pro illotus. *Glossæ Papiz; illutus, sordidus.* Ab *illutus*, fit, *illutibili*. Est ergo *illutibile*, quod elui, quod lavando abstergi non potest. *Boxborn.*

58. PE. decet. ] Ita *Mss.* Acidalio languidum hoc videtur: ideo malit, licet, assentiendi formula solemni. At q̄ licet hic nullus est locus. Rectissimum autem est, decet. Subintellige, fastidire; quia, nempe, palla olebat furtum &

scortum. quod sequitur. *Boxbornius.*

62. Diurnam stellam. ] Id est, Luciferum: ut Hesperum, Noctiferum vocat Catullus. *Turneb.*

63. Iam fores ferio? ] Ita distinguendi ac legendi hi versus:

— Iam fores ferio? ME. feri:

Vel mane etiam. PE. mille passum commoratus cantharum.

ME. Placide pulta. PE. metuū credo, ne fores Samia fient.

ME. Mane, mane obsecro, &c.

Interrogaverat Menachmum Peniculus ad fores fetiret amicæ. Feri ille responderet, sed statim revocans quod jussisset, vel maneatiam, dixit. Ad hæc Peniculus, Tu mille passum commoratus es cantharum. Isto verbo, inquit, quo manere me jubes ne feriam, commoratus es cantharum mille passum, id est, mille passuum spatium ac mora, vel mille passibus. Tu à bibendo nos remoraris quantum est spatium mille passuum. *Salmas.*

64. Vel mane etiam. ] Puto scribendum: Va! mane etiam. Cum dixisset Menachmus feri, pultaverat parasitus, sed improbe ac vehementer nimis. Ergo Menachmus, Va, scilicet tibi, qui delictatæ delicatas fores tam rustice insultas. Ne perge, ne iterum feri: sed mane etiam

65 ME. Placide pulsa. PE. Metuis credo, ne fores Samiæ fient.

ME. Mane, mane obsecro hercle: ab se ecca exit. PE. oh! Solem vides.

Satin' ut occæcatu' st præ hujus corporis candoribus?

expecta dum. Respondet parasitus: tua nunc opera serius bibemus. Et ludit confundendo longirudinem loci & temporis. Ut ille apud Quinætilianum: *quot milia passuum declamasset.* Gronov.

66. *Ab se.*] Lambin. *ab se*, interpretatur, *domo sua*; Meursius *sponte sua*.

Sed Acidalius legit:

*Mz. Mane, mane obsecro hercle. napsa esse exit. oh! Solem vido:*

*Satin' ut, &c.*

Quasi dicat: Nonne vides, Solem hujus Erotii candoribus ex adverso oppositis obscuratum esse?

## ACTUS PRIMI SCENA TERTIA.

EROTIUM, PENICULUS, MENÆCHMUS.

A Nime mi, Menæchme, salve. PE. quid ego? ER. extra numerum es mihi.

PE. Idem istuc aliis ascriptivis ad legionem fieri solet.

ME. Ego istie mihi hodie apparari jussi apud te prælium.

ER. Hodie

1. **E** Extra numerum es.] Idem valent, *numeri, pretio, loco*, ut: esse aliquo vel nullo numero, loco aut pretio: esse extra numerum aut pretium. Hinc factum, ut pro *cite*, Latini promiscue dicerent & *numero*, vel *in numero*; & postea omiſſa præpositione, *numero*: quod Plauto familiare est. Schopp.

2. *Idem istuc aliis ascriptivis ad legionem.*] Varro: *Ascriptivi dicitur, quod olim ascribebantur inermes, qui succederent armatis militibus, si qui eorum deperisset.* Contemptiores igitur illi ascriptivi. Dixerat Erotium Menæchmo; *salve. Peniculus quæsierat; cur & sibi salus ab ea non diceretur.* Responderat Erotium; extra numerum apud se esse Peniculum, id est pretio nullo aut loco. Peniculus autem *numeri* vocem, ut militiam accipit & interpretatur. De militatibus numeris sufficit adduxisse Ulpiani locum, *L. ex eo tempore, D. de Milit. Testam. Ex eo tempore quæ jure militari incipit posse testari, ex quo in numerum relatus est, ante non. Proinde qui nondum in numerum sunt, licet etiam lecti vel tirones sint, & publicis*

*expensis iter faciant, nondum milites sunt. Debent enim in numero testari. Quæ verba maxime huic loco illustrando faciunt.* Nunc patet, quare legionis & ad eam ascriptivorum Peniculus, respondens Erotio, meminerit, & in ea metaphora pergatur. *Boxhorn. Ascriptivus.*] Ubi legitur contemptiores fuisse ascriptivos? præclare consulentem imperatorem, qui sibi sciens & volens legebat peiores ac viliores in supplemento. Potius meliores legere debebat, qui casu interfectorum non terrentur. Immo nihilo viliores ascriptivi relatis in numeros: sed credibile est hoc præsentiorum operam reipublice debuisse, ut illis parceretur, nisi necessitas admoneret. Et hoc vult parasitus, qui probum meretricis in meliorem partem vertit. Cum enim illa dixisset: *extra numerum es mihi*: quasi diceret, te nullo numero habeo; Atqui, inquit ille, non ideo sum vilior, nam & ascriptivi ad legionem, non viliores relatis in numerum, extra numerum sunt. Gronov.

3. *Prælium.*] *Prælium* urbane dixit, *præ-*

ER. Hodie id fiet. ME. in eouerque pro Illo  
potabimus.

*Alibi, in eo grexque  
prælio potabimus.*

5 Uter ibi melior bellator erit inventus cantharo,  
Tua est legio: adjudicato, cum utro hanc noctem fies.  
Ut ego uxorem, mea voluptas, ubi te aspicio, odi male!

ER. Interim nequis, quin ejus aliquid indutus fies.

Quid hoc est? ME. induviæ tuæ, atque uxoris exuviæ, rosa.

10 ER. Superas facile ut superior sis mihi, quam quisquam qui  
impetrant.

PE. MERETRIX tantisper blanditur, dum illud quod  
rapiat videt.

Nam si amabas, jam oportebat nasum abreptum mordicus.

ME. Sustine hoc, Penicule? exuvias facere, quas vovi, volo.

PE. Cedo, sed obsecro hercle salta sic cum pallâ postea.

15 ME. Ego saltabo? sanus hercle non es. PE. egone, an tu magis?  
Si non saltas, exue igitur. ME. nimio ego hanc periculo  
Sutripui hodie. meo quidem animo, ab Hyppolyta succin-  
gulum

Hercu-

*prandium significans, manens in metaph.  
à te militari.*

4. *Uterque.*] Intelligit se & parasitum suum; ut recte *Lambinus*. Nam Erotio electionem tribuit, ut dijudicet cum utro, ipse ne Menæchmo an Parasito esse velit. *Pistor. Pro Illo potabimus.*] Nec mutandum est aliquid, nec est serium dicendi genus, sed jocus duplex *περὶ ἀποδοῦλας*. Nam cum dixisset, *mibi hodie apparari jussi apud te*, expectabant spectatores, ut diceret *prandium*, audiunt inopinantes *prælium*: deinde, in eo prælio *uterque pro Illo*, circa quod tantum bellum fuit, expectabant dictum *iri, pugnabimus*, audiunt autem *potabimus*: & utrimque in risum solvuntur. *Gronovius.*

10. *Qui impetrant.*] Quasi dicat: Facile à me obtines, ut te pluris faciam, quam quemquam eorum, qui à me impetrant mei corporis usuram. *Lambinus.*

12. *Nam si amabas jam oportebat nasum.*] Nihil mutandum. Hic versus à parasito clare, ut & audiret meretrix, pronuncia-

tus. Præcedentem sub lingua dixerat, *meretrix tantisper blanditur*. Ut autem dissimularet, quod ita submurmuraverat, ex abrupto, incipit, quasi continuaret id quod submisit secum dixerat: *Nam si amabas*. *Salmast.*

13. *Exuvias facere, quas vovi, volo.*] Hic *exuvias facere*, est spoliare se, & spolia à se in alterum transferre: quod Menæchmo facit. *Turneb.* At vero, gravissime Personæ errant: & mirum nemini hucusque in mentem venisse. An Meum exuit pallam & dat Peniculo, ut in ea saltet? nugæ. Exuvias facturus Menæchmo id est, pallam Erotio destinatam exuturus, pallium dat interea Peniculo sustinendum: pallium, inquam, quod pallæ superinduxerat occultandæ, & in quo alias prodibat in Scenam, ut solet in Palliatis Comædiis. Id cum Peniculus reciperet, simul orat Menæchmum, ut exuto hoc, in illa aliquantulum saltet, priusquam deponat: ubi hoc negat alter, quippe adhuc sobrius, statim exuere jubetur, &c. Igitur verbis nihil immutatis, tantum Personæ recoucinnavi. *Acidal.*

20. Hoc

- Hercules haud æque magno unquam abstulit periculo.  
 Cape tibi hanc : quando una vivis meis morigera moribus.  
 20 Hoc animo decet animatos esse amatores probos.  
 PE. Qui quidem ad mendicitatem se properent detrudere.  
 ME. Quatuor minis ego emi istanc anno uxori meæ.  
 PE. Quatuor minæ petiere plane, ut ratio redditur.  
 ME. Scin quid volo ego te accurare ? ER. scio, curabo quæ  
 voles.  
 25 ME. Jube igitur nobis tribus apud te prandium accurarier,  
 Atque aliquid scitamentorum de foro obsonarier,  
 Glandionidam suillam, laridum pernonidem, aut  
 Sinciput, aut polimenta porcina, aut aliquid ad eum mo-  
 dum :  
 Madida quæ mihi apposita in mensam, milvinam suggerant.

Atque

20. *Hoc animo.*] Ita versus hic dandus Menæchmo, sequens parasito, quasi interpreti, quod illi dixit. *Gruter.*

23. *Ut ratio redditur.*] Volunt distinguere *perierunt plane. Ut ratio redditur.* Quod sit, quam bonam inquit & reddit rationem ? atque hoc *εἰς τὴν αἰτίαν* dici. Quod perinde est ac si dicam *Mostell. act. 4. sc. 3. Ut verba audio, Non equidem in Ægyptum hinc modo vellemus fui, sed in terras solas :* scribendum esse : *Ut verba audio ?* Sic enim parasitus : quantum audio vel colligere licet ex ratione, quam hic reddit, cum ait se quatuor minis emisse pallam, quam uxori subreptam meretrici defert, minæ quatuor perierunt. Sic *Amph. Decimo post mense, ut rationem te distare intelligo.* Gronovius.

26. *Atque aliquid, scitamentorum de foro.*] Quicquid alii dicant aut mutant, verissimam lectionem eruit Turnebus, *scitamentorum.* quia voce usi etiam alii. Ponitur hic pro scitis cibis. Nugantur enim qui *scitamenta* ita dicta putant à *ciendo*, scilicet appetitum. Est cibus & condimentis etiam suis ornatus. Inde *scitamenta*, sive *sciti cibi*, ut supra, *faceti cibi*, id est, pulchri appellantur. *Boxhornius.*

27. *Glandionidam suillam.*] Nec conjunctim hæc legenda, nec ut voluit ea

legi *Gruterus. Glandionidem* dixit parasitus, pro glandiis, ut *pernonidem* pro perennis. Ita enim scribenda. Quæ nomina ad eum modum per lasciviam & jocum parasiticum formavit, *Glandionidem, suillam, laridum, pernonidem, sinciput* aut *polimenta porcina.* *Salmas.* Sed & *sub glandium* est in *Curcul. act. 2. scen. 3.* Nec *Glandionidam* pejus est quam *Glandionidem*, quia dicebant *Leonidas & Leonides, & similia.* Gronov.

28. *Aut polimenta porcina.*] *Polimenta,* ait *Verrius,* antiqui dicebant testiculos porcorum, cum eos castrabant : à *politio*ne *segetum,* aut *vestimentorum :* quod similiter atque illa curantur. *Arnob. l. 7. Polimenta sunt ea, quæ verocundius proles dicimus.* Idem de prolibus lib. 5. parte altera *proles cum ipsi genitalibus occupat.*

29. *Madida.*] Veteres *madere* pro coqui usurpasse, sat multis exemplis docere possum. *Virg. l. Georg. Et quamvis igni exiguo properata madarent.* &c. Id ex eo, credo, quod plerumque quæ cocta sunt, tenerescere & madescere solent. *Turneb. Madida quæ mihi apposita.*] *Protus* non dubito errare, qui vix dubitat, quin sit scribendum, *Madido quæ mihi.* Nam *madida* sunt, ut recte acceperunt & docti interpretes, cocta. *Persa l. 3. Collyra facite ut madeant & colliphia, Nemi-*  
 hi



30 Atque actutum. ER. licet ecastor. ME. nos prodimus ad forum.

Jam nos hîc erimus: dum coquitur, interim potabimus.

ER. Quando vis veni, parata res erit. ME. prope modo.

Sequere tu. PE. ego hercle vero te & servabo, & te sequar:

Neque hodie ut te perdam, meream Deum divitias mihi.

ER. Evocate intus Cylindrum mihi coquam actutum foras.

*hi incocta detis. SA. rem loquitur meram. Nihil sunt cruda nisi quas madidas glutias. Sed, inquit, quid opus erat dicere, ut cibi cocti in mensa apponerentur. Immo quid opus erat dicere, ut cibi appo-*

*nerentur jam ebrio & pleno? Gronovius. Milvinam.] Quæ milvinam opesit & appetentiam mihi suggerant, id est, vehementem de milvi rapacissimæ & semper famelicæ avis natura. Turneb.*

### ACTUS PRIMI SCENA QUARTA.

#### EROTIUM, CYLINDRUS.

SPORTULAM cape atque argentum. eccos tris nummos habes. SCY. Habeo. ER. abi atque obsonium affer, tribus vide quod sit satis.

Neque defiat neque superfit. CY. Quojuſmodi hi homines erunt?

ER. Ego & Menæchmus, & Parasitus ejus. CY. jam isti sunt decem.

5 Nam Parasitus octo hominum munus facile fungitur.

ER. Elocuta sum convivas: cæterum cura. CY. li- Ad. cæterum cura tu.

Cocta sunt. jube ire accubitum. ER. redi cito. CY. jam ego hîc ero.

1. **N**Um mos tris habes.] Aureos intelligit Lambinus, non sestertios. Ego vero nec sestertios, nec aureos, sed, ut alibi Plautus, didrachmos. Nam si obolo olera & pisciculi sufficiebant in coenam seni apud Terentium; si nummo, hoc est, didrachmo, erat *σισιδίων*, ut videre est a&. 4. sc. 2. (quod Athenis constabat tribus drachmis, ut ostendit Aristot-

phanes in Pace) quidni triginta sex obolis lauta cœna compararetur tribus? Gronov.

4. Jam isti sunt decem.] Facete expressit Peniculi edacitatem. Videtur autem mihi Eubulum Comicum imitatus, apud Athenæum lib. 1. qui ingeniose edacem Philocratem, cum unus esset, bis nominavit, & pro duobus numerati voluit, *Maret.*

## ACTUS SECUNDI SCENA PRIMA.

MENÆCHMUS Soficles, MESSENIO.

- N**ulla est voluptas navitis, Messenio,  
Major, meo animo; quam quom ex alto procul  
Terram conspiciunt. Mes. major, non dicam dolo,  
Si adveniens teram videas quæ fuerit tua.  
5 Sed quæso quamobrem nunc Epidamnum venimus?  
An, quasi mare, omneis circumimus insulas?  
ME. Fratrem quæsitum geminum germanum meum.  
Mes. Namquid modi futurum est illum quætere?  
Hic annus sextus, postquam ei rei operam damus.  
10 Istros, Hispanos, Massilienses, Illurios,  
Mare superum omne, Græciamque exoticam,  
Orasque Italicas omneis, qua adgreditur mare,  
Sumus circumvecti. si acum credo quæteres,  
Acum invenisses; si apparet, jam diu.

Hæret. quas ad-  
greditur mare.

Homi-

4. **S**i adveniens terram videat qua fuerit tua. ] Maximam censet voluptatem Menæchmus, si terra saltem videatur: at majorem Servus, si terra patria videatur: quam & hic unice desiderat peritæsus itineris. Argutiola Lambini in verbo *fuerit*, inanis est: & possis emendare *fuerit*: ut omnis ambiguitas tollatur. *Acidal.*

11. *Mare superum.* ] Hadriaticum, Italiae lavans superiora: dictum ab *Adria* oppido. *Superum* dicitur, quod, si *Inferum* spectetur, Orientalius, vel (ut alii volunt) Arctico polo vicinius, ubi pars Mundi putatur superior. *Mesula.* *Græciamque exoticam.* ] Quare Græcia dicta sit *Italia*, non dubitatur: sed quare *major Græcia*. Certissimum est, ita vocatum à Romanis, quia propior ea esset illis, quam transmarina Græcia, quemadmodum contra Græcos Italos ipsi Græci transmarini vocabant, *ἰζωνικὴ*, id est, *barbaras*. Nam Messenio apud Plautum vocat *exoticam Græciam*, quam Romani *majorem Græciam*, non quidem ex Perso-

na sua, nam erat Siculus: neque vocasset consulto se ipsum barbarum: sed *ἰζωνικὴ* ex persona Græcorum ipsorum, qui Siculos & Calabros vocabant *ἰζωνικὴ*, id est, barbaros: ut Plautus eum se vocat *barbarum*, & *Barbariam* Italiam, non ex consuetudine Roman. dicit, sed ex persona Græcorum, qui *βαρβαρὴν γῆν ἰζωνικὴν* Italos vocabant: Turnebus, qui illam Græciam, que in Epiro erat, intellexit, profecto non leviter erravit. *Scalig.*

14. *Si apparet, jam diu.* ] Recte Cæmetarius & Lambinus, quod habent scripti, distinxerunt: *si apparet, jam diu.* Hominem inter vivos quaritamus mortuum. Et hoc vel ob id ipsum, quia sequitur: *Nam invenissemus jam diu, si viveret.* At illos ajunt mentem non intellexisse: & scribendum: *si apparet tam diu:* & id explicant: si acus tam diu posset apparere & in oculos incurere, id autem fieri non posse: statim enim amissam acum occultati, & se subtrahere oculis. Sed non intellexerunt boni viri, quid

**S** Alutem primum jam à principio propitiam  
 Mihi, atque vobis, spectatores, nuncio  
 Apporto vobis Plautum linguâ, non manu:  
 Quæso ut benignis accipiatis auribus:

5 Nunc argumentum accipite, atque animum advortite,

Quam potero in verba conferam paucissima.

Atque hoc Poëtæ faciunt in Comædiis.

Omneis res gestas esse Athenis autumant,

Quo illud vobis Græcum videatur magis:

10 Ego nusquam dicam, nisi ubi factum dicitur.

Atque adeo hoc argumentum Græcificat, tamen

Non Atticificat, verum Sicilicificat.

Huius argumento antelogium quidem hoc fuit.

*Doct. fuit,*

Nunc argumentum vobis demensum dabo,

15 Non modio, neque trimodio, verum ipso horreo,

*Demens. tanta*

Tantum ad narrandum argumentum adest benignitas.

Mercator quidam fuit Syracusis senex,

Ei

8. **O** *Mnes res gestas Athenis autumant.* ] Insuper tamen fingitur à *οὐλὴν τῆς Σοφίας* esse non Athenis Atticis, sed in alia urbe Græciz. *Casaub.*

11. *Hoc argumentum Græcificat, &c.* ] Quasi dicat hoc argumentum Græcum sermonem imitatur; non tamen Atticum, sed Siculum. Siciliam autem eo sermone olim usam, qui neque plane Græcus, neque plane Latinus, sed quasi cinnus quidam ex utroque mistus esset, è Cicerone & Alconio intelligi potest. Immo *trilingues Siculos* appellat Apul. lib. 11. quod Græce, Latine & Sicule loquerentur. *Muret.* Latina & Germana loci huius interpretatio hæc est: *Argumentum huius fabulæ Græcificat* quidem, (in Siciliam enim plurimi olim Corinthiorum, Achivorum & Doriensium confluerant) non tamen Atticificat, sed *Sicilicificat*, hoc est, meros Siculos (ii Menzchmi potissimum sunt) repræsen-

tat. Est autem *τὸ Sicilicificat*, speciei ut loquuntur, frequentativæ. Ut enim ab *Italia* dicimus *Italus* & *Italicus*; ab *Ætolia*, *Ætolus* & *Ætolicus*; à *Gatulia* *Gatulus* & *Gatulicus*; ab aliis alia: sic à *Sicilia* fit non solum *Siculus*, sive *Siculus*, sed etiam, ut hoc loco, *Sicilicus*. Itaque à *Siculis* fit *Siciliciffo*: à *Sicilicis* autem *Sicilicifico*: & tandem *Siciliciffo*, frequentativum. *Siber.*

15. *Verum ipso horreo.* ] Ait se non parceat restituere, sed copiose & abundanter Argumentum fabulæ narraturum. Cic. lib. 6. epist. 1. ad Atticum: *Sic illa jam habent pleno medio verberum honorem, &c.*

16. *Tantum ad narrandum argumentum.* ] Ita *Mss. Cam.* Talis forma, *Epid. act. 2. 2. nihil in ea re captio est. Pseud. act. 1. 5. Cum apud te parum sit fides. Similis constructio illi Terent. Eun. act. 1. 5. mihi parum habeat fidem. V. N. Bacchid. act. 3. 6. Gruter.*

46. *Flagi-*

- Ei sunt nati filii gemini duo,  
 Ita formâ simili pueri, uti mater sua  
 10 Non intermisse posset, quæ mammam dabat;  
 Neque adeo mater ipsa, quæ illos pepererat:  
 Ut quidem ille dixit mihi, qui pueros viderat.  
 Ego illos non vidi, ne quis vostrum censeat.  
 Postquam jam pueri septuennēs sunt, pater  
 25 Oneravit navem magnam multis mercibus.  
 Imponit alterum geminum in navem pater,  
 Tarentum avexit secum ad mercatum simul:  
 Illum reliquit alterum apud matrem domi.  
 Tarenti ludi forte erant, quom illuc venit:  
 30 Mortales multi, ut ad ludos, convenerant.  
 Puer aberravit inter homines à patre.  
 Epidamnienſis quidem ibi mercator fuit:  
 Is puetum tollit, avehitque Epidamnium.  
 Pater ejus autem, postquam puerum perdidit,  
 35 Animum despondit, eâque is ægritudine  
 Paucis diebus post Tarenti emortuus est.  
 Postquam Syracusas de re ea nuncius redit  
 Ad avom puertorum, puerum subreptum alterum,  
 Patremque pueri Tarenti esse emortuum,  
 40 Inmutat nomen avos huic gemino alteri:  
 Ita illum dilexit, qui subreptus est, alterum,  
 Illius nomen indit illi, qui domi est:  
 Menæchmo idem quod alteri nomen fuit,  
 Et ipſus eodem avos est vocatus nomine:  
 45 Propterea illius nomen meminī facilius,  
 Quia illum clamore vidi flagitariet.  
 Ne mox erretis, jam nunc prædico prius.  
 Idem est ambobus nomen geminis fratribus.  
 Nunc in Epidamnium pedibus redeundum est mihi.  
 50 Ut hanc rem vobis examuffim dispurem.  
 Si quis quid voſtrum Epidamnium curari sibi

*Acid. in Epidam-  
 numque avexit.*

Velit;

46. *Flagitariet.*] Per præcones proclama-  
 ri: ut *Gyten* ille, apud *Petron. Donz.*

49. *Pedibus redeundum est mihi.*] Alludit ad pedes carminum. *T.*

- Velit, is audacter imperato & dicito:  
 Sed ita, ut det, unde curari id possit sibi.  
 Nam nisi qui argentum dederit, nugas egerit.  
 55 Qui dederit; magis majores nugas egerit:  
 Verum illuc redeo, unde abii, atque uno asto in loco.  
 Epidamniensis ille, quem dudum dixeram,  
 Geminum illum puerum qui surripuit alterum;  
 Ei liberorum, nisi divitiarum, nihil erat,  
 60 Adoptat illum puerum surreptitium  
 Sibi filium, eique uxorem dotatam dedit:  
 Eumque hæredem fecit, quam ipse obiit diem:

Nam

54. *Nisi qui argentum.* ] Notant hic, qui velit aliquid Epidamni curari, nisi argentum dederit, nugas acturum. Intellego: sed quare? Nihil enim Epidamni potest sine pecunia curari. Hoc non intellego: neque veram causam puto: sed quia tabellarii non sunt in opera gratuita. Joceatur autem de se quasi pedibus redituro Epidamnum, quo non nisi orationem convertit. At sequenti versu, qui dederit, majores ait nugas acturum. Apparet id quidem vel cæco. Sed cur hoc? Damnum enim tantum apud Epidamnios potest curari: & ad id malè omnis nomen vehustissime aluditur. Hoc vero ineptum & insanum. Jam enim de se loquitur, ut non ituro: neque aliud vult quam frustra futurum, & perditurum nummos. Itaque iisdem verbis utitur in Pœn. prologo vers. 8c. ubi fingit se reverti Carthaginem. Gronovius.

55. *Magis majores, &c.* ] Quia mihi tam stulte pecuniam dederit nihil sui rei curaturo. Est autem Hellenismus: quo utitur & Prol. Pœnuli: item Virg. in Calice:

*Quis magis aptatò queat esse beator avò?*  
 Aristoph. ad verbum, τίς γὰρ ἡύστερον  
 μῆνον ἐλπίσσει;

57. *Epidamniensis ille.* ] Nota, hunc reditum casum non habere, quo referatur. Sed hoc est Comicum. hæc enim negligentia imitatur sermonem quotidianum, quo maxime Comœdia utitur. Licet tamen dicere referri posse ad ver-

bum *Adoptat*, quod versu 4. sequitur: & versum, *Et liberorum*, & ἔξω παρὰ τὴν λέγει. Lambinus.

59. *Liberorum nisi divitiarum.* ] Non debebat quidem insolentiarum arguere hoc Lambinus: sed nec verum est alludi, ad verbum *parere*, cujus usus est & cum de liberis & de divitiis agit. Quis non miretur acumen? Nimirum non videbat quod *Nisi* hic poni pro *Sed*, ut sæpe huic nostro, Ciceroni, Livio, aliis. Perinde est igitur, quasi dixisset: ei nihil erat liberorum, sed divitiarum. Livius lib. 24. *apparebatque non id modestiam militum aut ducum, nisi ad conciliandos Tartarorum animos fieri.* Noster Persa 1. 3. *Nihil sunt cruda, nisi quas madidas glutinæ.* Rnd. 4. 2. *neque piscium unciarum hodie pondo cepi, nisi hoc quod fero in rete.* Gronovius.

62. *Quam ipse obiit diem.* ] Nihil hic includendum parenthesis, neque legendum, *qua ipse obiit die.* Qui enim potissimum venit ei in mentem, ut quo die testamentum fecerit, rus peteret, & in torrente periret? Quasi non solerent veteres in longinquos casus testamenta habere parata, & pro ut eorum mutarentur fortunæ atque amici, sæpe mutare? Non est dubitandum, quin verè Acidalius & Gruterus: *quom ipse obiit diem.* Præsertim cum eodem modo in Pœnulo: *Et in me hæredem fecit, cum obiit ipse diem.* Successorem bonorum ac nominis reliquit, cum ipse mortuus est. Gronov.

Nam rus ut ibat forte ut multum pluerat,  
Ingressus fluvium rapidum ab urbe haud longule,

*Diff. pluerat,*

65 Rapidus raptori pueri subduxit pedes,  
Abstraxitque hominem in maximam malam crucem.  
Illi divitiæ evenērunt maximæ.

Is illic habitat geminus surrepticius.  
Nunc ille geminus, qui Syracusis habet,

70 Hodie in Epidamnium venit cum servo suo  
Hunc quæritatum geminum germanum suum.  
Hæc urbs Epidamnus est, dum hæc agitur Fabula:

Quando alia agetur, aliud fiet oppidum:  
Sicut familiæ quoque solent mutariet:

75 Modo enim idem sit leno, modo adolescens,  
modo senex.

*M. J. Modonica. l. 1. r. u. de Crux. m. d. h. c. agitat leno.*

Pauper, mendicus, rex, parasitus, ariolus.

63. *Pluviar.* ] *A. pluvio:* ut *annuus* apud Enn. ab *annuus*. Scaliger.

65. *Rapidus raptori.* ] Fluvius imbribus auctus submovit pedes mercatori illi, qui puerum Menæthrum susti-  
puerat.

66. *In maximam malam crucem.* ] *Crux* hoc loco non in adjectiva illa significa-

tionem pro gabalo: *βασίλειον* & patibulo accipitur: sed in laxa, pro omni angore, cruciatu atque exitio: ut hic pro homine aquis merito. *Lips.*

74. *Sicut familiæ.* ] Videntur familiæ etiam *histrionum* fuisse, ut *gladiatorum*. Cujus rei an exemplum alibi quam hic extet, ignoro. *Droz.*

## ACTUS PRIMI SCENA PRIMA.

## P E N I C U L U S .

Juventus nomen fecit Peniculo mihi,  
Ideo quia mensam, quando edo, detergeo.

Homines captivos qui catenis vincunt,

Et qui fugitivis servis induunt compedes,

5 Nimis stulte fatiunt, meâ quidem sententiâ.

Nam

1. *Juventus nomen fecit Peniculo mihi.* ] Ut servis conditione Parasiti proximi sunt, ita in eorum quoque moribus lepide ubique & copiose exprimentis, Plautus urbanam suam rusticitatem ingenii varietate amicitatæque temperavit. *Turneb.* Ad excutiendam pulverem nos magis utimur vulpinis caudis, veteres etiam bubulis, quin & peniculos ad extergendas mensas bubulos fuisse cre-

do: immo & pistorios. unde *peniculamentum* pro cauda *Aznob.* dixit. Et non solum ad peniculatum, sed & ad muscatorium quoque usum caudis bubulis utebantur. Et quemadmodum Plautus Parasito, quo d mensas cetergetet, nomen indidit *Peniculo*: ita etiam Theopompus Comicus animum, quo lances lingendo detergebatur, *καταψύλλου* καὶ πένικου καὶ ψύλλου vocavit. *Stalig.*

Namque HOMINI MISERO si ad malum accidit malum,

Major lubido est fugere & facere nequiter.

Nam se ex catenis eximunt aliquo modo.

Tum compediti januam limâ proterunt,

10 Aut lapide excutiunt clavum: nugæ sunt eæ.

Quem tu aservare recte, ne aufugiat, voles,

Elcâ atque potione vinciri decet.

Apud mensam plenam homini rostrum deliges.

Dum tu illi, quod edat & quod poterit, præbeas,

15 Suo arbitrato & affatim cotidie,

Nunquam edepol fugiet, tametsi capital fecerit.

Facile aservabis, dum eo vincolo vincies.

Ita istæc NIMIS LENTA vincla sunt escaria;

Quam inagis extendas, tanto astringunt arctius.

20 Nam ego ad Menachmum nunc eo, quo jam diu

Sum judicatus, ultro eo ut me vinciat.

Nam illic homo homines non alit, verum educat

Recreatque: nullus melius medicinam facit.

Ita

6. *Ad malum accidit malum.* ] Si ad malum culpæ homini accedat malum poenæ. Poena enim est malum passionis propter malum actionis, ut in Scholis loquuntur. *Boxhorn.*

9. *Januam lima, &c.* ] Ego malim legerè Mss. Cam. item Excerptis Pall. Tum compediti anulum lima præterunt. nam vet. codex Nonii ante annos c. Venetiis excusus diserte suggerit, *anum.* Grut. Ita omnino scribendum, ut & habent vetustissimi Codices. *Annu* vinculum est quo pedes vinclî. Ex eo diminutum *annulus*, vel *anulus*, ut veteres libri scribunt. Inde in veteribus glossis, *anatus* exponitur *ἀναλύσασθαι*, *συμπροδιδοίς*. Apud Apulejum quoque *anati* sunt compedes. *Salmat.*

20. *Nam ego ad Menachmum.* ] Qui monuerint interpretes, Mss. habere: *Meum hunc eo ad Menachmum*: ipsi viderint: ego nusquam repeti. Monuerat Gruterus esse in Mss. *Men. hunc eo*: quo nihil aliud volebat, quam *Hunc esse ibi*

*ἀντὶ τῷ Νunc.* In spongiam igitur incumbat conjectura: *Meum hinc eo ad Menachmum nunc ego*, qui jam *dsu*. Hoc est turbare verbum, non restituere. Nec est necesse τὸ *quoi*. *Quo sum judicatus*, ut in Aulularia? *Quo illa nubent divites?* id est, in quam domum. *Sticho* 1. 2. *Si manere hic sese malint quam alio nubere.* Et sequenti: *nam quo disti nuptum abire, nolimus.* *Gronovius.*

22. *Non alit, &c.* ] Nonius, qui hunc locum testem laudat: *Alere est vitium cultuque temporali vitam sustentare: Educare, ad satietatem perpetuam educere.* *Recreare*, verbum Lucretianum: quo ita hic Plaut. utitur, ut significet, plus etiam esse *Recreare* quam *alere*. *Rittershusius.*

23. *Nullus melius medicinam facit.* ] Nullus est medicus, qui præfententem medicinam ægris faciat suis, quam gutturi ventriculo meo famelico Menachmus. *Dour.* *Medicinam facit.* ] *Medicina*

NON

- Ita est adolescens ipſus eſcæ maximæ,  
 25 Cerealeis cœnas dat, ita menſas extruit:  
 Tantas ſtruices concinnat patinarias;  
 Standum eſt in lecto, ſi quid de ſummo petas.  
 Sed mihi intervallum jam hos dies multoſuit:  
 Domi domitus fui uſque cum caris meis.  
 30 Nam neque edo neque emo, niſi quod eſt cariſſimum.  
 Id quoque jam cari qui inſtruntur, deſerunt.

Gron. datitat ita.

Lipſ. de ſumma  
petas, ſc. patina.

Nunc

non hic eſt ars cœquinaria, vel culinaria. ut argutantur: ſed continuat luſum, quem inceperat in verbo *Recreare*. Id dicitur de illis, qui ex morbo refoventur. Cicero poſt reditum ad Quiritis: *qui à gravi morbo recreati ſunt*. l. 2. de inventione: *Iſte autem leviter ſancius facile eſt ex vulnere recreatus*. Quia igitur hoc præſtat medicina, ideo quem dixerat *recreare*, eum ſubjicit optime *medicinam facere*. Eſt autem & medicinz pars *diæta*, unde & nutritio medicis dicitur, ut ad Livium notamus. Gron.

24. *Ipfus eſca maxima.*] Non ajunt eſſe parati laudare eum, qui multum ipſe edit, ſed qui multum præbet convivis. At ô bone, qui multum ipſe edit, is etiam multum præbet convivis. Pro ſuo enim ore de aliis judicat, & quum ſibi multum inſtruit, non poteſt facere, quin multæ ſint inde reliquæ. Suetonius Galba: *Cibi plurimi traditur, quem tempore hiberno etiam ante lucem capere conſueverat: inter cœnam vero uſque adeo abundanter, ut cenæſtas ſuper manus reliquias circumferri juberet, ſpargique ad pedes ſtantibus*. Cortigunt tamen: *ita eſt adoleſcens; ipſus eſca maxima Cereales canna dat*. Ego vero multo melius dici puto adoleſcentem *eſca maxima*, Cereales cœnas dantem, quam *Cerealem cannam eſca maxima*: non eſt enim Cerealis, niſi ſit abundans. Gronov.

26. *Tantas ſtruices concinnat patinarias.*] *Struices* ait Feſtus, hunc locum citans, antiqui dicebant omnium rerum *exſtruitiones*: ita Livius, *Struices ſaxeas*. Navius etiam, teſte Servio dixit, *Struix malorum*. *Struere* enim pro adjicere, zu-

gere utebantur. Unde *induſtrios* quoque dicebant, à *ſtruo*. & *ſtrux* alias eſt *ſtruo* *ovip.* Quin & Cocum hinc *Struitorum* vocant. Juv. Sat. 7.

— *Qui ſecula docto**Companat.*Ad quod Comment. *Struitorum*, ut cocus. Sibire.

29. *Cum caris meis.*] Eadem alluſio apud Lucretium, lib. 5. *Si quos ante domi domitos fati eſſe putabant*. Quod ad caros attinet, alludit ſane ad liberos qui abſolute *cari* tum dicebantur, ut jam notatum viris doctis. Sed Paraſitus alios à ſe *caros* vocari, ſibi que adeo alios caros eſſe quam liberos, qui ſic vulgo appellarentur ab iis qui liberos habebant, ſignificat; ſimulque interpretatur quinam illi cari eſſent, cum quibus domi domitus fuerat:

*Nam neque edo, inquit, neque emo, niſi quod eſt cariſſimum.*

Ergo *carorum* nomine non liberos ſe intelligere ſignificavit, ut vulgo dicerentur, ſed cibos; quos ideo *caros ſuos* appellabat, quia nullos emeret aut ederet niſi qui eſſent cariſſimi. In ſequenti verſu legendum:

*I quoque jam cari qui inſtruntur, deſerunt.*

*I pro ii*, ex quo id factum eſt. Sed hi quoque cari qui inſtruntur mi deſunt. Ut liberi qui cari ſunt parentum ſuorum, eos plerumque deſerunt, ita mei cari me jam deſerunt, dum pecuniam ſcilicet non habeo qui *inſtruantur*: Inſtrui cibos & dapes Latine dici notius eſt, quam uſ pluibus doceri debeat. De aliis caris hic non intelligi debere certus ſum. *Salmaſ.*



Nunc ad eum in viso. sed aperitur ostium,  
Menæchmum eum ipsum video, progreditur foras.

## ACTUS PRIMI SCENA SECUNDA.

## MENÆCHMUS, PENICULUS.

**N**I mala, ni stulta sis, ni indomita impositque animi,  
Quod viro esse odio videas, tute tibi odio habeas.

Præter hac si mihi tale post hunc diem  
Faxis, faxo foris vidua visas patrem.

5 Nam quoties foras ire volo, me retines, revocas;

Rogitas quo ego eam, quam rem agam, quid negotii ge-  
ram,

Quid petam, quid feram, quid foris egerim.

Portitorem domum duxi. ita omnem mihi  
Rem necesse loqui est quicquid egi atque ago.

10 Nimum ego te habui delicatam.

Nunc adeo, ut facturus, dicam. quando ego tibi ancillas,  
penum,

Lanam, aurum, vestem, purpuram bene præbeo: nec quic-  
quam eges:

Malo cavebis, si sapias: virum observare desines.

Atque adeo, ne me nequicquam serves, ob eam in-  
dustriam

*Græc. Jam ob in-  
dustriam, in est  
data opera.*

15 Hodie ducam scortum, atque ad cœnam aliquo condicam  
foras.

PE. Illic homo se uxori simulat malè loqui, loquitur mihi.

Nam si foris cœnat, profecto me, haud uxorem, ulciscitur.

ME. Evax, jurgio hercle tandem uxorem abegi ab janua.

Ubi amatores sunt mariti? dona quid cessant mihi

20 Conferre omnes, congratulantes, quia pugnavi  
fortiter?

*Græc. aliter qui pu-  
gnavi fortiter.*

Hanc

3. **P**ortitorem domum duxi. ] Portitorem  
vocat uxorem suam, hoc est. sci-  
scitatricem. Nam portiores, inquit No-  
nius, dicuntur telonarii, qui portum obsi-  
dentes, omnia sciscitarentur, ut ex eo vé-  
ligal acciperent. Dissald.

12. **Aurum.** ] Quo ad texendum  
utebantur nobiles matronæ. *Bar-  
thius.*

18. **Evax.** ] Exultantis interjectio. ab  
*Evax*, quæ bacchantium vox est, *εὐαὶ*.  
unde *Evax* Liberti patris cognomen.

23. *Mæ*

Hanc modo uxori intus pallam furripui, ad scortum fero.

Sic hoc decet dari facete verba custodi catæ.

*All. sic  
decet*

Hoc facinus pulchrum est, hoc probum est, hoc lepidum, hoc factum est fabre.

Meo malo à malâ abstuli: hoc ad damnum deferetur.

25 Averti prædam ab hostibus, nostrum salute socium.

PE. Heus adolescens, ecqua in istac pars inest præmii mihi?

ME. Perii, in insidias deveni! PE. immo in præsidium. ne time.

ME. Quis homo est? PE. ego sum. ME. ô mea commoditas, ô mea opportunitas,

Salve. PE. salve. ME. quid ais? PE. tenco dextera Genium meum.

30 ME. Non potuisti magis per tempus mihi advenire, quam advenis.

PE. Ita ego soleo: commoditatis omneis articulos scio.

ME. Vix tu facinus luculentum inspicere? PE. quis id coxit coquus?

Jam sciam, si quid titubatum est, ubi reliquias videro.

ME. Dic mihi, numquâ tu vidisti tabulam pictam in pariete,

*Ms. alr.  
nuquam.*

Ubi

23. *Meo malo.*] Lambinus interpretatur damno, Acidalius periculo: ego furaci ac fallaci ingenio. *Dissald.* Ad damnum deferetur. ] Nihil mutandum. Ad damnum deferri, ad perditionem. Inde damnosus prodigus, qui profundit ac perdit bona sua, ô *δαπανηστής.* *Salmas.*

26. *Premii mihi.*] Conjungit sæpe Plautus præmium & prædam: & utrunque prope idem est: id videlicet, quod hosti aut viatori miles aut grassator manu eripit. *Virgil.* 11. Æn.

*Multaque prætorca Laurentis præmia pugna*

*Aggerat; & longo prædam jubet ordine duci.*

Hinc ea vox translatione ad honorem deducta, qui habetur viro strenuo pro opera navata *Reip.* Et pulcherrime in *Glossis præmium* explicatur *γίρας.* *I. Guliclm.*

29. *Genium meum.*] *V.N. Capt.* 4. 2. 99.

32. *Si quid titubatum est.*] Somnium metum de quæstionibus convivalibus, quæ solerent patasitis proponi, quis hunc vel alium cibum coxerit? Quis autem unquam dixit *titubare* pro disputate? Sed & ostendunt non cepisse, quid reliquias dixerit Plautus, cùm ita explicat; statim colligam ex reliquiis mihi oblatiis, si quæ supersint. Immo reliquia sunt ipsum eorum, sive eibus patatus. Sic *Curcul.* act. 2. sc. 3. *Jam edes aliquid.* C. nolo bercele aliquid: certum quam aliquid mavelo. P. Immo si scias, reliquia qua sunt. C. scire nimis lubet, &c. *Pernam, abdomen, sumen, sus glandium, &c.* In *laribus* Qua tibi sunt parata postquam scimus venturum. *Persa* 1. 3. *Calciferi jussi reliquias.* Et infra: *perunt reliquia.* Sic appellant, quicquid est de penu. Sed hoc ne alii quidem animadvertent. Habeant igitur

ME. Clam uxorem ubi sepulcrum habeamus, & hunc comburamus diem.

PE. Age sane igitur quando æquom oras, quam mox incendio rogam.

45 Dies quidem jam ad umbilicum est dimidiatus mortuus.

ME. Te morare, mihi quom obloquere. PE. oculum effodito persolum

Mihi, Menæchme, si ullum verbum faxo, nisi quod iusseris.

ME. Concede huc à foribus. PE. fiat. ME. etiam concede huc. PE. licet.

ME. Etiam nunc concede audacter ab leonino cavo.

50 PE. Heu edepol, næ tu, ut ego opinor, eses agitator probus.

ME. Quî dum? PE. ne te uxor sequatur, respectas identidem.

ME. Sed quis ais? PE. egone? id enim quod tu vis, id ajo, atque id nego.

ME. Ecquid tu de odore possis, si quid forte olfeceris,

Facere conjecturam? PE. captum sit collegium *augurum*.

ME. Age-

qua litigium tibi cum uxore est: ut haud facile me domum sis ad cœnam vocaturus. Respondet Menæchmus; Eo pretio, quicquid dices, dices, ut hunc diem luculentum nobis, clam uxore habeamus. *Acid.*

43. *Clam uxorem, ubi sepulcrum habeamus, & hunc comburamus diem.* ] Hanc sententiam habet: ubi mortuo & exaesto die Genium curemus, & epulemur? Nam *mori diem* dicebant. Statius lib. 4. *Silvar.*

*Jam moriente die rapuit me carna benigni Vindicis.*

Sed & *diēs componi*, id sepeliri, ut mortuus, dicebatur. Virg. 1. *Æn.*

*Ante diem clauso componet vesper olympo.* Sic fere Horat. 4. *Od.* 5. *Condere diem* dixit. Eo autem tempore cœnare veteres solebant. Ita ex *morte & sepulcro* dici, tempus cœnandi intellexit: proinde quasi cœna sit *dies inustum & sepulcrum*. Turneb.

45. *Dies quidem jam ad umbilicum est dimidiatus mortuus.* ] Id est, inclinatus

jam in pomeridianum tempus est dies: atque ita jam quasi dimidiatus mortuus: igitur comburendus. Fulgenius de *Solis equis*: *Lampus* dicitur, dum ad umbilicum diei contratum conscenderit circumulum. Jam, *Ad umbilicum*, id est, ad mediam partem: umbilicum enim quasi media pars animalis est. Turneb.

46. *Oculum persolum.* ] Oculum plane & omnino solum. Significat se luscum esse. Et particula augendi data est verbo, quod omnis expertus est incrementi. Turneb. V. N. *Curc.* act. 1. 3.

49. *Ab leonino cavo.* ] A spelunca leonina, ubi commoratur uxor, quæ ei iussu leonis timebatur.

51. *Respectu identidem.* ] Jocus in verbo *Respectare*. Autigitor vel agitator in ludis Circensibus identidem respicit eos, qui pone sequuntur. Sic Menæchmus pallam uxoris indutus crebro oculos rectorquet, timens, ne ab uxore conspiciatur.

54. *Captum sit.* ] Roganti Menæchmo ecquid divinare de odore possit; præ-

55 ME. Agedum odorare hanc quam ego habeo. pallam. quid olet? abstines?

PE. Summum olfactare oportet vestimentum muliebre;

Nam ex istoc loco spurcatur nasum odore illutibili.

*Mss. madore laln-  
cudo. Lipp. odore  
llicabili.*

ME. Olfacta igitur hinc, Penicule lepide. ut fastidis!

PE. decet.

*Acid.  
licet.*

ME. Quid igitur? quid olet? responde. PE. furtum, scortum, prandium.

60 ME. Nunc ad amicam deferetur hanc meretricem Erotium

Mihi, tibi, atque illi jubebo jam apparari prandium.

Inde usque ad diurnam stellam crastinam potabimus.

PE. Expedite fabulatu's: jam fores ferio? ME. feri:

Vel mane etiam. PE. mille passum commoratu's cantharum.

ME. Placi-

clarus ille augur; Egone? inquit: Non ipsum collegium augurum melius conjecturam feceris. *Lippius. Sic captus augur, captus iudex, captus arbiter dicuntur. Turnebus.*

57. Nam ex istoc loco nasum spurcatur odore illutibili. ] Quasi dicat: summam parte partem mihi olfaciendam porrigere: nam ex istoc loco, id est, ex infima parte, nasum (pro nasus antique) lzditur & inquinatur odore fetido atque illuto, hoc est, qui elui seu lavando abtergi non potest. Recte sane illi, meo iudicio, qui rō illutibile sic interpretantur. Nec licet aliter. Neque, quod à nonnullis factum, quicquam hic mutandum est. *Lutus* dicebant veteres pro lotus. Unde Grammatici volunt lutum, id est, cœnum, per antiphrasin dictum, quasi minime lutum, hoc est, lotum. Hinc *illutus*, pro illotus. *Glossæ Papiæ; illutus, sordidus.* Ab *illutus*, fit, *illutibilis*. Est ergo *illutibile*, quod elui, quod lavando abtergi non potest. *Boxhorn.*

58. Pz. decet. ] Ita *Mss.* Acidalio languidum hoc videtur: ideo malit, licet, assentiendi formula solemnni. At *quod licet* hic nullus est locus. Rectissimum autem est, *decet*. Subintellige, fastidire; quia, nempe, palla olebat furtum &

scortum. quod sequitur. *Boxhornius.*

62. Diurnam stellam. ] Id est, Luciferum: ut Hesperum, Noctiferum vocat Catullus. *Turneb.*

63. Iam fores ferio? ] Ita distinguendi ac legendi hi versus:

— Iam fores ferio? Mx. feri:

Vel mane etiam. Pz. mille passum commoratus cantharum.

ME. Placide pulsa. Pz. metuū credo, nā fores Samia sient.

ME. Mane, mane obsecro, &c.

Interrogaverat Menachmum Peniculus ad fores fetiret amicæ. Feri ille respondet, sed statim revocans quod iussit, vel maneat etiam, dixit. Ad hæc Peniculus, Tu mille passum commoratus es cantharum. Isto verbo, inquit, quo manere me jubes ne feriam, commoratus es cantharum mille passum, id est, mille passuum spatio ac mora, vel mille passibus. Tu à bibendo nos remoraris quantum est spatium mille passuum. *Salmast.*

64. Vel mane etiam. ] Puto scribendum: Va! mane etiam. Cum dixisset Menachmus feri, pulsaverat parasitus, sed improbe ac vehementer nimis. Ergo Menachmus, Va, scilicet tibi, qui delicatæ delicatas fores tam rustice insultas. Ne perge, ne iterum feri: sed mane etiam

65 ME. Placide pulsa. PE. Metuis creda, ne fores Samiæ sient.

ME. Mane, mane obsecro hercle: ab se ecca exit. PE. Oh! Solem vides.

Satin' ut occæcatu' st præ hujus corporis candoribus?

exspecta dum. Respondet parasitus: tua nunc opera ferius bibemus. Et ludit confundendo longitudinem loci & temporis. Ut ille apud Quinæilianum: *quot milia passuum declamasset. Gronov.*

66. *Ab se.* ] Lambin. *ab se*, interpretatur, *domo sua*; Meursius *spente sua*.

Sed Acidalios legit:

*Ma. Mane, mane obsecro hercle. aapso ecce exit. eh! Solem vide:*

*Satin' ut, &c.*

Quasi dicat: Nonne vides, Solem hujus Erotii candoribus ex aduerso oppositis obscuratum esse?

## ACTUS PRIMI SCENA TERTIA.

EROTIUM, PENICULUS, MENÆCHMUS.

A Nime mi, Menæchme, salve. PE. quid ego? ER. extra numerum es mihi.

PE. Idem istuc aliis ascriptivis ad legionem fieri solet.

ME. Ego istie mihi hodie apparari jussi apud te prælium.

ER. Hodie

1. *Extra numerum es.* ] Idem valent, numero, pretio, loco, ut: esse aliquo vel nullo numero, loco aut pretio: esse extra numerum aut pretium. Hinc factum, ut pro *cite*, Latini promiscue dicerent à numero, vel in numero; & postea omissa præpositione, *numero*: quod Plautio familiare est. Schopp.

2. *Idem istuc aliis ascriptivis ad legionem.* ] Varro: *Ascriptivi dicitur, quod olim adscribebantur inermes, qui succederent armatis militibus, si qui eorum deperisset.* Contemptiores igitur isti ascriptivi. Dixerat Erotium Menæchmo; *salvo. Peniculus quæsierat; cur & sibi salus ab ea non diceretur.* Respondit Erotium; extra numerum apud se esse Peniculum, id est pretio nullo aut loco. Peniculus autem *numeri* vocem, ut militarem accipit & interpretatur. De militaribus numeris sufficet adduxisse Ulpiani locum, *L. ex eo tempore, D. de Milit. Testam. Ex eo tempore quo jure militari incipit posse testari, ex quo in numerum relatus est; ante non. Proinde qui nondum in numerum sunt, licet etiam lecti vel triones sint, & publici*

*expensiter faciant, nondum milites sunt. Debent enim in numeros referri. Quæ verba maxime huic loco illustrando faciunt.* Nunc patet, quare legionis & ad eam ascriptivorum Peniculus, respondens Erotio, meminerit, & in ea metaphora pergitur. *Boxhorn. Ascriptivus.* ] Ubi legitur contemptiores fuisse ascriptivos? præclare consulentem imperatorem, qui sibi sciens & volens legeret peiores ac viliores in supplementis. Potius meliores legere debebat, qui casu interfectorum non tenerentur. Immo nihilo viliores ascriptivi relatis in numeros: sed credibile est hos præsentiorum operam reipublicæ debuisse, ut illis parceretur, nisi necessitas admoneret. Et hoc vult parasitus, qui probrum meretricis in meliorem partem vertit. Cum enim illa dixisset: *extra numerum es mihi*: quasi diceret, te nullo numero habeo; Atqui, inquit ille, non ideo sum vilior, nam & ascriptivi ad legionem, non viliores relatis in numerum, extra numerum sunt. *Grenov.*

3. *Prælium.* ] *Prælium* urbanc dixit, *Na 5 præ-*

ER. Hodie id fiet. ME. in eo uterque pro illo potabimus.

*Atque in eo uterque  
prelio potabimus.*

5 Uter ibi melior bellator erit inventus cantharo,  
Tua est legio: adjudicato, cum utro hanc noctem fies.  
Ut ego uxorem, mea voluptas, ubi te aspicio, odi male!

ER. Interim nequis, quin ejus aliquid indutus fies.

Quid hoc est? ME. indurviæ tuæ, atque uxoris exuviæ, rosa.

10 ER. Superas facile ut superior sis mihi, quam quisquam qui impetrant.

PE. MERETRIX tantisper blanditur, dum illud quod rapiat videt.

Nam si amabas, jam oportebat nasum abreptum mordicus.

ME. Sustine hoc, Penicule? exuvias facere, quas vovi, volo.

PE. Cedo, sed obsecro hercle salta sic cum pallâ postea.

15 ME. Ego saltabo? sanus hercle non es. PE. egone, an tu magis?

Si non saltas, exue igitur. ME. nimio ego hanc periculo

Surripui hodie. meo quidem animo, ab Hyppolyta succin-  
gulum

Hercu-

*prandium significans, manens in metaph-  
â re militari.*

4. *Uterque.* ] Intelligit se & parasitum suum; ut recte *Lambinus*. Nam Erotio electionem tribuit, ut dijudicet cum utro, ipse ne Menæchmo an Parasito esse velit. *Pistor*. Pro illo potabimus. ] Nec mutandum est aliquid, nec est serium dicendi genus, sed jocus duplex *περὶ ὀμοιοδουλιæ*. Nam cum dixisset, *mihî hodie apparari jussi apud te, expectabant spectatores, ut diceret prandium, audiunt inopinantes pralium*: deinde, *in eo prelio uterque pro illo, circa quod tantum bellum fuit, expectabant dictum iri, pugnabimus, audiunt autem potabimus*: & utrimque in risum solvuntur. *Grœnovius*.

10. *Qui impetrant.* ] Quasi dicat: Facile à me obtines, ut te pluris faciam, quam quemquam eorum, qui à me impetrant mei corporis usuram. *Lambinus*.

12. *Nam si amabas jam oportebat nasum.* ] Nihil mutandum. Hic versus à parasito clare, ut & audiret meretrix, pronuncia-

tus. Precedentem sub lingua dixerat, *meretrix tantisper blanditur*. Ut autem dissimularet, quod ita submurmuraverat, ex abrupto, incipit, quasi continuaret id quod submisit secum dixerat: *Nam si amabas*. *Salmast*.

13. *Exuvias facere, quas vovi, volo.* ] Hic *exuvias facere*, est spoliare se, & spolia à se in alterum transferre: quod Menæchmo facit. *Turneb*. At vero, gravissime Personæ errant: & mirum nemini hucusque in mentem venisse. An Menæchmo exiit pallium & dat Peniculo, ut in ea saltet? nugæ. Exuvias facturus Menæchmo id est, pallium Erotio destinatum exuturus, pallium dat interea Peniculo sustinendum: pallium, inquam, quod palliæ superinduxerat occultandæ, & in quo alias prodibat in Scenam, ut solet in Palliatis Comœdiis. Id cum Peniculus reciperet, simul orat Menæchmum, ut exuto hoc, in illa aliquantulum saltet, priusquam deponat: ubi hoc negat alter, quippe adhuc sobrius, statim exuere jubetur, &c. Igitur verbis nihil immutatis, tantum Personas reconcinnavi. *Acidal*.

20. *Hoc*

- Hercules haud æque magno unquam abstulit periculo.  
 Cape tibi hanc : quando una vivis meis morigera motibus.  
 20 Hoc animo decet animatos esse amatores probos.  
 PE. Qui quidem ad mendicitatem se properent detrudere.  
 ME. Quatuor minis ego emi istanc anno uxori meæ.  
 PE. Quatuor minæ periere plame, ut ratio redditur.  
 ME. Scin quid volo ego te accurare ? ER. scio, curabo quæ  
 voles.  
 25 ME. Jube igitur nobis tribus apud te prandium accurarier,  
 Atque aliquid scitamentorum de foro obsonarier,  
 Glandionidam suillam, laridum pernonidem, aut  
 Sinciput, aut polimenta porcina, aut aliquid ad eum mo-  
 dum :  
 Madida quæ mihi apposita in mensam, milvinam suggerant.  
 Atque

20. *Hoc animo.*] Ita versus hic dandus Menzeshmo, sequens parasito, quasi interpreti, quod illi dixit. Gruter.

23. *Ut ratio reddatur.*] Volunt distinguere perierunt plame. Ut ratio redditur. Quod sit, quam bonam inicit & reddidit rationem ? atque hoc *ei paritum* dici. Quod perinde est ac si dicam Mostell. act. 4. le. 3. Ut verba audio, Non equidem in Ægyptum hinc modo veltus fui, sed in terras solas : scribendum esse : *Ut verba audio ?* Sic enim parasitus : quantum audio vel colligere licet ex ratione, quam hic reddit, cum ait se quatuor minis emisse pallam, quam uxori subreptam meretrici defert, minæ quatuor perierunt. Sic Amph. Decimo post mense, ut rationem te distare intoligo. Gronovius.

26. *Atque aliquid, scitamentorum de foro.*] Quicquid alii dicant aut mutant, verissimam lectionem eruit Turnebus, *scitamentorum*. qua voce usi etiam alii. Ponitur hic pro scitis cibis. Nugantur enim qui *scitamenta* ita dicta putant à ciendo, scilicet appetitum. Est tibi & condimentis etiam suus ornatus. Inde *scitamenta*, sive *scitici*, ut supra, *facoti cibi*, id est, pulchri appellantur. Boxhornius.

27. *Glandionidam suillam.*] Nec conjunctim hæc legenda, nec ut voluit ea

legi Gruterus. *Glandionidem* dixit parasitus, pro *glandiis*, ut *pernonidem* pro *pernis*. Ita enim scribenda. Quæ nomina ad eum modum per lasciviam & jocum parasiticum formavit, *Glandionidem*, *suillam*, *laridum*, *pernonidem*, *sinciput* aut *polimenta porcina*. Salmast. Sed & *suu glandium* est in Cureul. act. 2. scen. 3. Nec *Glandionidam* pejus est quam *Glandionidem*, quia dicebant Leonidas & Leonides, & similis. Gronov.

28. *Aut polimenta porcina.*] *Polimenta*, ait Verrius, antiqui dicebant testiculos porcorum, cum eos castrabant : à *politione* *segetum*, aut *vestimentorum* : quod similiter atque illa curentur. Arnob. l. 7. *Polimenta sunt ea, quæ veracundius proles dicimus.* Idem de prolihus lib. 5. parte altera proles cum ipsis genitalibus occupas.

29. *Madida.*] Veteres *madero* pro *coqui* usurpasse, sæ multis exemplis docere possum. Virg. l. Georg. Et quamvis igni exiguo *preparata maderent*, &c. Id ex eo, credo, quod plerumque quæ cocta sunt, tenerefcere & madescere solent. Turneb. *Madida quæ mihi apposita.*] Prorsus non dubitò errare, qui vix dubitat, quin sit scribendum, *Madida quæ mihi*. Nam *madida* sunt, ut recte acceperunt & docti interpretes, cocta. Persa l. 3. *Collyra facite ut maderent & colliphia*, Nemi-  
bi

30 Atque actutum. ER. licet ecastor. ME. nos prodimus ad forum.

Jam nos hîc erimus: dum coquitur, interim potabimus.

ER. Quando vis veni, parata res erit. ME. prope modo.

Sequere tu. PE. ego hercle vero te & servabo, & te sequar:

Neque hodie ut te perdam, meream Deum divitias mihi.

ER. Evocate intus Cylindrum mihi coquam actutum foras.

*hi incocta detis. SA. rem loquitur meram. Nihil sunt cruda nisi quas madidas glutias. Sed, inquit, quid opus erat dicere, ut cibi cocti in mensa apponerentur. Immo quid opus erat dicere, ut cibi appo-*

*nerentur jam ebro & pleno? Grenovius. Milvinam.] Quæ milvinam operis & appetentiam mihi suggerant, id est, vehementem de milvi rapacissimæ & semper famelicæ avis natura. Turneb.*

### ACTUS PRIMI SCENA QUARTA.

#### EROTIUM, CYLINDRUS.

Sportulam cape atque argentum. eccos tris nummos habes. CY. Habeo. ER. abi atque obsonium affer, tribus vide quod sit satis.

Neque defiat neque superfit. CY. Quojustmodi hi homines erunt?

ER. Ego & Menæchmus, & Parasitus ejus. CY. jam isti sunt decem.

5 Nam Parasitus octo hominum munus facile fungitur.

ER. Elocuta sum convivas: cæterum cura. CY. li- Ad. cæterum cura tu.

Cocta sunt. jube ire accubitum. ER. redi cito. CY. jam ego hîc ero.

1. **N**ummos triu habes.] Aureos intelligit Lambinus, non sestertios. Ego vero nec sestertios, nec aureos, sed, ut alibi Plautus, didrachmos. Nam si obolo olera & pisciculi sufficiebant in cœnam seni apud Terentium; si nummo, hec est, didrachmo, erat *τοσούδιος*, ut videtur est a. 4. s. 2. (quod Athenis constabat tribus drachmis, ut ostendit Aristot-

phanes in Pace) quidni triginta sex obolis lauta cœna compararetur tribus? Grenov. 4. Jam isti sunt decem.] Facete expressit Peniculi edacitatem. Videtur autem mihi Eubulum Comicum imitatus, apud Athenzum lib. 1. qui ingeniose edacem Philocratem, cum unus esset, bis nominavit, & pro duobus numerari voluit. *Muret.*



## ACTUS SECUNDI SCENA PRIMA.

MENÆCHMUS Socraticus, MESSENIUS.

**N**ulla est voluptas navitis, Messenio,  
Major, meo animo; quam quom ex alto procul  
Terram conspiciunt. MES. major, non dicam dolo,  
Si adveniens terram videas quæ fuerit tua.

5 Sed quæso quamobrem nunc Epidaurum venimus?

An, quasi mare, omne circumimus insulas?

ME. Fratrem quæsitum geminum germanum meum.

MES. Namquid modi futurum est illum quærere?

Hic annus sextus, postquam ei rei operam damus.

10 Istros, Hispanos, Massilienses, Illurios,

Mare superum omne, Græciamque exoticam,

Orasque Italicas omneis, qua adgreditur mare,

*Interf. Quas adgreditur mare.*

Sumus circumvecti. si acum credo quæreres,

Acum invenisses; si apparet, jam diu.

Homi-

4. *Si adveniens terram videat qua fuerit tua.*] Maximam censet voluptatem Menæchmus, si terra saltem videatur: ut majorem Servus, si terra patria videatur: quam & hic unice desiderat pertransus itineris. Argutiola Lambini in verbo fuerit, inanis est: & possis emendare suas: ut omnis ambiguitas tollatur.

*Acidal.*  
11. *Mare superum.*] Adriaticum, Italiz lavans superiora: dictum ab *Adria* oppido. *Superum* dicitur, quod, si *Inferum* spectetur, Orientalius, vel (ut alii volunt) Arctico polo vicinius, ubi pars Mundi putatur superior. *Merula.* *Græciamque exoticam.*] Quare Græcia dicta sit *Italia*, non dubitatur: sed quare *major Græcia*. Certissimum est ita vocatum à Romanis, quia propior ea esset illis, quam transmarina Græcia, quemadmodum contra Græcos Italos ipsi Græci transmarini vocabant, *Ἰσθμιαί*, id est, *barbaros*. Nam Messenio apud Plautum vocat *exoticam Græciam*, quam Romani *majorem Græciam*, non quidem ex Perso-

na sua, nam erat Siculus: neque vocasset consulto se ipsum barbarum: sed *Ἰσθμιαί* ex persona Græcorum ipsorum, qui Siculos & Calabros vocabant *Ἰσθμιαί*, id est, *barbaros*: ut Plautus cum se vocat *barbarum*, & *Barbariam* Italiam, non ex consuetudine Roman. dicit, sed ex persona Græcorum, qui *Βαρβαρὰ* Ἰσθμιαί Italos vocabant: *Turnebus*, qui illam Græciam, quæ in Epiro erat, intellexit, profecto non leviter erravit.

*Scalig.*  
14. *Si apparet, jam diu.*] Recte Camerarius & Lambinus, quod habent scripti, distinxerunt: *si apparet, jam diu. Hominem inter vivos quaritamus mortuum.* Et hoc vel ob id ipsum, quia sequitur: *Nam invenissemus jam diu, si viveret.* At illos oportet mentem non intellexisse: & scribendum: *si apparet tam diu*: & id explicant: si acus tam diu posset apparere & in oculos incurrere, id autem fieri non posse: statim enim amissum acum occultari, & se subtrahere oculis. Sed non intellexerunt boni viri,

quid

15 Hominem inter vivos quæritamus mortuum:

Nam invenissemus jam diu, si viveret.

ME. Ergo istuc quæro certum qui faciat mihi,

Qui sese dicat scire, eum esse mortuum.

Operam præterea nunquam sumam quærere.

20 Verum aliter vivus nunquam desistam exequi,

Ego illum scio, quam cordi sit carus in eo.

MES. IN SCIRPO nodum quæris. quin nos hinc domum

Redimus, nisi si historiam scripturi sumus?

ME. Dictum faceras doctum, & discaveas malo.

25 Molestus ne sis, non tuo hoc fiet modo. MES. hem,

Illoc enim verbo esse me servom scio.

Non potuit paucis plura plane proloqui.

Verum tamen nequeo continere, quin loquar.

Audi, Menæchme: quom inspicio marsupium,

30 Viaticati hercle admodum æstive sumus,

Næ tu hercle, opinor, nisi domum revertaris,

Ubi nihil habebis, geminum dum quæris, gemes.

Nam ita est hæc hominum natio Epidamnia,

Voluptarii atque potatores maximi:

35 Tum lycophantæ & palpatores plurimi

In

quid Plauto hic esset *apparere*: est enim id idem quod *existere*, superesse, non amotum esse, ubi quæritur. Si *appareret*, sicubi *existaret*, conspiceretur. Trucul. 2. 7. Hoc *salsum servat mare: cum illi subest, apparet; huic des e quantum vivus, nusquam apparet.* Gronov.

20. *Vivus.*] Censeo *vivus* retineri posse, bono etiam sensu. Non enim *vivum* tantum exequi statuit, sed & mortuum: usque dum mortuum saltem certo sciat, &c. Et nisi *vivus* retineatur, inutilis vox est *aliter*. Ita locutus & Amph. Tu me *vivus* h. nung. facies, quin *sic* *Sofia*: non, *vivo*: ut temere mutant. Aisdal.

23. *Historiam scripturi.*] Nempe situs terrarum orbis, urbium, insularum, marium, per quæ peregrinamur. Forte al-

luditur ad celeberrimam Ulyssis peregrinationem. De qua multiplex olim à diversis scripta historia, quæ nec scribi potest sine accurata Geographicarum rerum cognitione. Boxbornius.

25. *Non tuo hoc fiet modo.*] *Suo modo* aliquid *facere*, est, obtemperare libidini: ut sibi rectum videtur, sic *facere*. *Palmerius.*

33. *Viaticati hercle admodum æstive sumus.*] Recte se habent, *Viaticati hercle admodum æstive sumus*. Id est, admodum levitet. Veteres habere æstivas vestes leviores, & hibernas crassiores ac magis graves. Hinc *æstivo viaticatus* dicitur, qui leve viaticum habet. Levi viatico nihil assè gravius. Festive dixit Sidonius Apollinaris. *Salmajus.*

In urbe hac habitant: tum meretrices mulieres  
 Nusquam perhibentur blandiores gentium.  
 Propterea huic urbi nomen Epidamno inditum est,  
 Quia nemo ferme huc sine damno divortitur.

40 ME. Ego istuc cavebo: cedo dum mihi huc marsupium.

MES. Quid eo vis? ME. jam abs te metuo de verbis tuis.

MES. Quid metuis? ME. ne mihi damnum in Epidamno  
 duis.

Tu magnus amator mulierum es, Messenio:

Ego autem homo iracundus, animi perditum.

45 Id utrumque, argentum quando habebo, caveo,

Ne tu delinquas, neve ego irascatur tibi.

MES. Cape atque serva, me lubente feceris.

39. *Quia nemo ferme sine damno.*] Jo-  
 co dictum est Epidamni nomen jun-  
 ctum esse ex *ἐπι* & *δαννον*: quia illuc  
 nemo fere nisi damno suo, divertere so-  
 leret. quod omen fugiens populus R.  
 antiquum, oppido restituit *Dyrrachis* no-  
 men. *Muret.*

45. *Id utrumque.*] Plane ad eum mo-  
 dum quo Agricola ille apud Tacitum;  
*Maluit praeficere non peccaturos, quam pu-  
 nire, qui peccassent.* Haud aliter hic Me-  
 næchmus mavult Messenioni ad peccan-

dum proclivi adimere paratam pecca-  
 turo occasionem, quam ei post pec-  
 catum nimium irasci. Nam iracundus  
 natura & animi perditum erat Menæch-  
 mus. Neque enim *animi percitus*, le-  
 gendum est, quod vult Lipsius. *Per-  
 ditum animo* aut *perditum* aliquid facere  
 dicitur, qui ira ab affectibus abripitur,  
 ut rationi nullum reliquisset locum vi-  
 deatur. Inde dicimus, *perditum amare*,  
*irasci, perditum animo esse.* Ut hoc loco,  
*Bæhern.*

## ACTUS SECUNDI SCENA SECUNDA.

CYLINDRUS, MENÆCHMUS *Soficles*, MESSENIUS,

**B**ene obsonavi, atque ex mea sententia  
 Bonum anteponam prandium pransoribus.

Sed eccum Menæchmum video. vae tergo meo!

Prius jam convivæ ambulant ante ostium,

5 Quam ego obsonatu redeo. adibo atque alloquar.

Menæchme salve. MES. Di te amabunt. scis quis ego sum?

CY. Non hercle vero! ubi convivæ cæteri?

*Attil. novl  
 hercle vero.*

ME. Quos tu convivas quæris? CY. parasitum tuum.

ME. Meum parasitum? certe hic insanus est homo.

10 MES. Dixit tibi esse hic sycophantas plurimos?

ME. Quem tu parasitum quæris, adolescens, meum?

CY. Peni-

CY. Peniculum, MÆs. eccum ! in vidulo saluum fero.

1 CY. Menæchme, numero huc advenis ad prandium.  
Nunc obsonatu redeo. MÆ. responde mihi,

15 Adolefcens, quibus hîc pretiis porci veneunt  
Sâcres sinceri ? CY. nummo. MÆ. eum à me accipe.

Jube te piari de meâ pecuniâ.

Nam ego quidem insanum esse te certo scio,

Qui mihi molestus homini ignoto, quisquis es.

20 CY. Cylindrus ego sum, non nosti nomen meum ?

MÆ. Seu tu Cylindrus, seu Coriendrus, Lambin. colien-  
drus,

Ego te non novi, neque novisse adeo volo.

CY. Est tibi Menæchmo nomen tantum, quod Fiff. nomen  
taurica.

MÆ. Pro sano loqueris, cum me appelles nomine.

25 Sed ubi novisti me ? CY. ubi ego te noverim ?

Qui amicam habeas heram meam hanc Erotium.

MÆ. Neque hercle habeo, neque te quis sis homo scio.

CY. Non scis quis ego sim ? qui tibi sapissime

Cyathifso apud nos, quando potas. MÆs. hei mihi !

30 Cum nihil est, illi qui homini diminutam caput.

MÆ. Tunc cyathif sare mihi soles, qui ante hunc diem

Epidamnum nunquam vidi, neque veni ? CY. negas ?

MÆ. Nego

12. **I**N vidulo saluum fero. ] Arbi-  
tror loqui de peniculo quo ex-  
tergebantur baxæ, aliaque, habebat-  
que servus in vidulo qui in humeris.  
*Gruterus.*

16. *Sacres sinceri ?* Porci sacri, sive,  
ut vet. loquebantur, Porci sacres sinceri,  
id est, puri & integerrimi, atque ad sa-  
crificium idonei, Latibus immolaban-  
tur ab iis, qui piaculum aliquod admi-  
serant: aut qui insani fuerant: immo  
etiam, quibus aucta erat liberorum prole  
familia. Videatur Varro de Re Rust. lib.  
1. cap. 1. & 4. *Muret.*

21. *Seu Coriendrus.* ] Pro Cylindrus om-  
nino hoc versu scribendum puto, Culin-  
drus, nomine quasi à culo facto. *Nic. Heinf.*  
Cylindrus, pro Cylindrus tunc scriptum  
& pronunciatum fuit. Nam eo tempore

Græcum passim à Romanis, in Græ-  
cis vocibus quas usurpabant mutabatur  
in V Latinum. Cum igitur se dixisset  
Cylindrum vocari, respondet Menæch-  
mus; seu tu Cylindrus, seu tu Coliendrus  
perieris à coelis voce obscena conficta,  
ut culindrus videbatur esse à culo. Quasi  
diceret, sive à culo, sive à coelis nomen  
habet, peristi. *Salmas. Perieris.* ] Ca-  
tul. Carm. 51. Peri rustice: Græcorum  
ἔργα, & ὄψεσιν exprimit ita hoc loco perie-  
rus, id est, ἔργον. *Scal.*

29. *Cyathifso.* ] Κυαθίζω, εἰσπορεύω.  
Translatum est significatum à causâ effi-  
ciente in instrumentum. Illi pincernæ  
dicebantur Pociatore servi, & Ad cy-  
athos. *Propert. Lydamus ad cyathos.* Qui-  
bus Convivæ subinde dicebant, πίνειν  
κίπυα, mîscere ut bibam, *Scalig.*

- ME. Nego hercle vero. CY. non tu in illisce ædibus  
 Habitas? ME. dii illos homines, qui illic habitant, perduint.
- 35 CY. Infanit hic equidem, qui ipse maledicit sibi.  
 Audin' Menæchme? ME. quid vis? CY. si me consulas,  
 Nummum illum, quem mihi dudum pollicitus dare, Dant. nardi;  
mo illo,  
 Jubeas, si sapias, porculum afferti tibi.  
 Nam tu quidem hercle certo non sanus satis,
- 40 Menæchme, qui nunc ipse maledicas tibi.  
 MES. Heu hercle hominem multum & odiosum mihi!  
 CY. Solet joculari sæpe mecum illo modo.  
 Quamvis ridiculus est ubi uxor non adest.  
 ME. Quid aistu? CY. quid vis, inquam? fatin' hoc quod  
 vides,
- 45 Tribus vobis obsonatum est? non obsono amplius,  
 Tibi & parasito & mulieri? ME. quas tu mulieres,  
 Quos tu parasitos loquere? MES. quod te urget scelus;  
 Qui huic sis molestus? CY. quid tibi mecum est rei?  
 Ego te non novi: cum hoc quem novi fabulor.
- 50 ME. Non edepol tu homo sanus es, certo scio.  
 CY. Jam ergo hæc madebunt faxo: nihil morabitur.  
 Proin tu ne quo abeas longius ab ædibus.  
 Nunquid vis? ME. ut eas maximam in malam crucem.  
 CY. Ire hercle melius est te interim, atque accumbete. Dist. 19  
lucis.
- 55 Dum ego hæc appono ad Vulcani violentiam.  
 Ibo intto, & dicam te hic astare Erotio.  
 Ut te hinc abducat potius quam hic astes foris.  
 ME. Jamne abiit? edepol haud mendacia  
 Tua verba experior esse. MES. observato modo,

Nani

41. *Multum & odiosum.*] *Multus* dicitur, qui negotii plurimum facessit, tanquam si ipse non solus, sed plures cum eo. Nec absimiliter Catullus, Carmin. 160. *Multo homo ei naso, &c.* Gruter.

43. *Quamvis ridiculus est.*] Id est, nihil magis ridiculum eo ne operari quidem potest. Sic Catull. Carmin. 12. *Quam seruida res*, id est, admodum sordida, interprete Mureto. Vide no-

tas Amphitruon. act. 1. 3. T.

51. *Makebunt.*] Id est, cocta sint. Vide notas supra act. 1. Scen. 3. vers. 29.

54. *Ire hercle melius, &c.*] Te suspense legendum est, ut sit jocus ex ambiguo: *ire hercle melius est te*, nempe, maximam in malam crucem; vel, intro atque accumbere. *Dissald.*

55. *Ad Vulcani violentiam.*] Id est, ad ignem.

- 60 Nam istic meretricem credo habitare mulierem,  
 Ut quidem ille insanus dixit, qui hinc abiit modo.  
 ME. Sed miror, qui ille noverit nomen meum.  
 MEs. Minime hercle mirum, morem hunc meretrices ha-  
 bent:  
 Ad portum mittunt servulos, ancillulas,  
 65 Si qua peregrina navis in portum advenit,  
 Rogant cujatis sit, quid ei nomen fiet.  
 Post illæ extemplo se applicant, agglutinant.  
 Si pellexerunt, perditum amittunt domum.  
 Nunc in istoc portu stat navis prædatoria,  
 70 Abs qua cavendum nobis sane censeo.  
 ME. Mones quidem hercle recte. MEs. tum demum sciam  
 Recte monuisse, si tu recte caveris.  
 ME. Tace dum parumper: nam concrepuit ostium,  
 Videamus qui hinc egreditur. MEs. hoc ponam interim.  
 75 Alservatote hæc sultus navales pedes.

ME. huc si  
 voltis.

69. *Navis prædatoria.* ] Meretricis Ero-  
 tium.

75. *Navales pedes.* ] Intelligit fetvos

temiges, qui in navi loco pedum sunt.  
*Turneb.*

## ACTUS SECUNDI SCENA TERTIA.

EROTIUM, CYLINDRUS, MENÆCHMUS *solicus*,  
 MESSENIUS.

Sine fores sic: abi, nolo operiri.  
 Lutus para, cura, vide quod opus est, ut  
 Fiat: sternite lectos, incendite odores.  
 MUNDITIA illecebra animo est amantum.

- 5 Amanti amœnitas malo est, nobis lucro est.  
 Sed ubi ille est, quem coquus ante ædis esse ait?  
 Atque eccum video, qui mihi est usui &  
 Plurimum prodest: item huic ultro fit, ut

Meret,

1. *Sine fores sic.* ] Non divinatæ diffi-  
 cile, cur fores suas operiri, id est,  
 claudi vetet Erotium, eis præsertim, qui  
 experimentis cognitum habent, nihil  
 peius homines amatores, quam oclusas  
 dominarum suarum januas odisse. *Dann.*

5. *Amanti amœnitas malo est.* ] A-  
 mœnitas loci allicit amantem, ut ve-  
 lit in domo meretricia versari: quod  
 ei damnosum, &c. *Amœna loca, di-  
 cta sunt: qua ad se amanda allicant.*  
*Festus.*

9. *Porif.*

Meret, potissimum nostræ domi ut sit:

10 Nunc eum adibo, alloquar ultro.

Animule mi, mihi mira videntur,

Hic te stare foris, fores quoi pateant

Magis, quam domus tua, domus cum hæc tua sit.

Omne paratum est,

15 Ut jussisti atque ut voluisti: neque tibi est

Ullamora intus. prandium, ut jussisti, hic

Curatum est: ubi libet, ire licet accubitum.

ME. Quicum hæc mulier loquitur? ER. equidem tecum.

ME. quid mecum tibi

Fuit unquam, aut nunc est negotii? ER. quia pol te unum ex omnibus

20 Venus voluit me magnificare: atque id haud immerito tuo. M. f. negat  
10.

Nam ecastor solus benefactis tuis me florentem facis.

ME. Certo hæc mulier aut insana, aut ebria est, Messenio,

Quæ hominem ignotum compellet me tam familiariter.

MES. Dixin' ego isthæc hic solere fieri? folia nunc cadunt.

25 Præ ut si triduum hoc hic erimus, tum arbores in te cadent.

Nam ita sunt hic meretrices omnes elecebræ argentariæ.

Sed sine me dum hanc compellere. heus mulier! tibi dico.

ER. quid est?

MES. Ubi tu hunc hominem novisti? ER. ibidem, ubi hic me jam diu,

In Epidamno. MES. in Epidamno? qui huc in hanc urbem pedem,

30 Nisi hodie, nunquam intro tetulit. ER. eja, delicias facis,

Mi

9. *Potissimus.*] *Amator potissimus*, qui primas partes apud amicam tenet. Terent. Eun. *primum* vocat. Hinc Plauto, *amica potiore fieri*, est ita insinuare & conciliare se amicæ, ut pulsus rivalibus solus & primus placeat, & regnet in exoptatis amoribus. I. Gul.

24. *Folia nunc cadunt.*] Significat: si comparentur hæc, quæ nunc sunt, cum iis quæ intra triduum futura sunt: proin-

de esse, ac si folia cadentia cum ipsis arboribus cadentibus conferantur. *Folia* vocantur etiam res nullius pretii aut ponderis. Apul. *folia sunt artis & nugamera*. Gruet.

26. *Elecebra.*] *Elecebra argentaria*, meretrices, ab eliciendo argento dicta. Festus.

30. *Delicias facias.*] *Delicias facere*, interdum est irritare; ut hoc loco: interdum idem, quod in *Pœnulo*, *facere ne-*

Mi Menæchme. quin, amabo, is intro: hinc tibi erit rectius.

ME. Hæc quidem edepol recte appellat meo me mulier nomine.

Nimis miror quod hoc sit negotii. MEs. oboluit marsupium  
Huic istuc quod habes. ME. atque edepol tu me monuisti probe.

35 Accipe dum hoc. jam scibo utrum hæc me mage amet, an marsupium.

ER. Eamus intro, ut prandeamus. ME. bene vocas: tam gratia est.

ER. Cur igitur tibi me iussisti coquere dudum prandium?

ME. Egone te iussi coquere? ER. certo tibi & parasito tuo.

ME. Quoi, malum, Parasito? certo hæc mulier non sana est satis.

40 ER. Peniculo. ME. quis iste est Peniculus? qui extergentur baxæ?

ER. Scilicet qui dudum tecum venit, quom pallam mihi

Detulisti, quam ab uxore tua surripuisti. ME. quid est?

Tibi pallam dedi, quam uxori meæ surripui? sanan' es?

Certe hæc mulier cantherino ritu astans somniat.

45 ER. Qui lubet ludibrio habere me, atque ire inficias mihi, Facta quæ sunt? ME. dic quid est id, quod negem, quod fecerim?

ER. Pallam te hodie mihi dedisse uxoris. ME. etiam nunc nego.

Ego

quam, id est, indulgere libidini. Catul.

*Si quæ delicias diceret, aut faceret.*

Muret.

36. Bene vocas: tam gratia est.] Leg.

Iam. Quasi dicat: benignam te & liberalem in eo præbes, quod me ad prandium vocas: veruntamen habeo gratiam: quod est, gratiam tibi tui prandii facio; prandio tuo non utor. Lamb. Græci cum nolent ire invitati, dixerunt, καλίστη: ἰππινοῦ: & πῆνυ καλῆς, quomodo Latini, *Bonigæ: Gratia est: Facio gratiam.* At qui invirabant, dicebant, *Una erimus hodie.* Terent. *Dionysia hic sunt: hodie apud me sis volo.* Casaub.

40. Qui extergentur baxæ? ] Joculariter ludit in ambiguo significato *Peniculi*: qui & Parasitus erat, & spongia oblonga caudæ similis; qua, præter cætera,

baxæ etiam extergebantur. Sunt autem *baxæ*, calcamenti genus. Apulejus in *Florida*: *Vestem de texterna emere, baxæ de suterna prasinare.* *Baxæ* item crepidæ sunt, καὶ τὸ βόζυρον: sed Philosphis speciatim attributæ. *Iunius.*

44. *Hæc mulier cantherino ritu astans somniat.* ] Jocus ex ambiguo. Nam & *somniare*, somnia est videre inter dormiendum, dormiunt autem equi plerumque stantes, (Somni autem comes somnium est) tamen cantherii magis: qui, quod castrati sunt, miores & placidiores somniculosique & dormitantes magis ob torporem videntur. *Somniare*, etiam delirare, nugæque & deliramenta effutire valet: ut *Curc. æt. 4. 3. quos tu mihi liberos somniau?* id est, nugæ & blateras. Mulierem igitur insanire & delirare dicit. *Turneb.*



Ego quidem neque unquam uxorem habui, neque habeo: neque huc

Unquam, postquam natus sum, intra portam penetravi pedem.

50 Prandi in navi, inde huc egressus sum, te conveni. ER. eccere, Peri misera! quam tu nunc mihi navem narras? ME. ligneam,

Sæpe tritam, sæpe fixam, sæpe excussam malleo, Quasi suppellex pellionis, palus palo proximus est.

ER. Jam me, amabo, desine ludos facere, atque i hac mecum simul.

55 ME. Nescio quem, mulier, alium hominem, non me quæritas.

ER. Non ego te novi Menæchimum, Moscho progenatum patre?

Qui Syracusis perhibere natus esse in Sicilia,

Ubi Rex Agathocles regnator fuit, & iterum Pinthia.

Ter-

51. *Quam tu mihi navem narras.* Alibi quærit in voce *Navis* obscœnitatem. Hic nulla est. Quæ potest enim cogitari obscœnitas, ubi quis dicit, se in navi prandisse, inde huc egressum esse? Quæ autem subjicit mulier, *Peri, quam tu mihi navem narras?* nihil aliud significant, quam perturbationem mulieris longe nec opinatissima audientis. Rud. 2.2. *Confracta, mi Trachalio, est hac nocte navis nobis.* Tr. *Quid navis? qua istæ fabula est?* Gronov.

53. *Quasi suppellex pellionis, palus palo proximus.* Et in tentipellio sunt pali ad distendendas pelles: & de palis multis in taberna merces suspendebantur, & domi suppellex. Atque hoc de *Pellione* homine paupere dicit, cujus suppellex præter palos nudos nulla erat. Is autem etiam Comædiarum actor, sed malus erat, quem etiam perstringit Bacchid. act. 2.2. *Turn.*

58. *Ubi rex Agathocles, &c.* De uno eodemque Agathocle ista à Plauto dici censemus, quæ ita rescribenda sunt:

*Ubi Rex Agathocles regnator fuit, & iterum Pinthiam,*

*Tertium Lyparos, quoniam morte regnum Hisaroni tradidit.*

Sed quæstionis est, quare dicatur Agathocles unus, idemque *primum, iterum,* atque *tertium* regnasse. Facilis istis est

responsio; ex qua etiam illud liquebit, quare *Pinthias*, itemque *Lyparos* à Plauto dicatur. *Primum* igitur Agathoclem regnasse dicitur, ad quod fastigium quibus artibus evectus sit, fuse docet Diod. Sicul. l. 19. Ea tamen dignitatis sede pene excussus fuit, cum in Africa bellum gereret. Veruntamen victis rebellibus, in integrum fuit restitutus, ut Diodor. l. 20. Atque hinc quasi iterum de novo Rex factus videtur. Quare autem *Pinthias*, ἡ πόλις τῆς Πίνθιας, siglinam enim fecerat Agathocles, dicatur, causa petenda est ex Diodoro. Verum non diuturna admodum Agathocli hæc felicitas fuit; sed ita dejectus est paulo post, referente Diod. l. 20. ut desperabundus ad imperii abdicacionem ultro sese offerret. Quam conditionem cum recusarent illi, penes quos erat rerum summa, collatis signis feliciter dimicavit Agathocles, paraque est ab eo victoria, firmatumque imperium, quod afferere sibi quasi de novo *tertium* videbatur. Sed id administravit crudelitate cum summa, cujus experimentum dedit, deleto funditus illo exercitu, qui se dederat; unde merito à Plauto *Lyparos*, λυπαρός à λύπη, id est, sævus & molestus appellatur. *Petitus*. Et iterum *Pinthia*. Non *Pythia*, ut Hermolaus & Lambinus, non *Pan-*

Tertium Liparo, qui in morte regnum Hieroni tradidit.  
60 Nunc Hiero est. ME. haud falso, mulier prædicas. MÆs. pro  
Juppiter!

Num istæc mulier illinc venit, quæ te novit tam cate?

ME. Hercle opinor pernegari non potest. MÆs. ne feceris.

Peristi, si intrassis intra limen. ME. quin tace modo:

Bene res geritur: assentabor, quicquid dicet, mulieri:

65 Si possim hospitium nancisci. Jaududum, mulier, tibi  
Non imprudens advorsabar: hunc metuebam, ne meæ  
Uxori renunciaret de palla & de prandio.

Nunc, quando vis, camus iutro. ER. etiam Parasitum  
manes?

ME. Neque ego illum maneo, neque floccifacio: neque si  
venerit,

70 Eum volo intromitti. ER. ecastor haud invita fecero.

Sed scin' quid te amabo ut facias? ME. impera quid vis  
modo.

ER. Pallam illam, quam dudum dederas, ad phrygionem ut  
deferas,

Uc

thia, ut Camezatus, non *Pinthia*, ut  
Gruterus, non denique *Plinthias*, ut Pe-  
titus, sed *Phintia* est scribendum. Hoc  
enim nomen fuit unius ex multis tyran-  
nis, qui post mortem Agarhoclis per Si-  
ciliam exsiterunt, commemoratus Dio-  
doro Siculo lib. 22. cujus & nomen ire-  
periuntur inscripti ΦΙΝΤΙΟΤ ΒΑ-  
CΙΛΕΩΣ, quique urbem *Phintiam*  
vel *Phintiada* condidit. Sed Agrigenti do-  
minarum obtinuit, & in ea successit A-  
gathocli, non Syracusis. hoc excusandum  
est in persona mulierculæ, ex male tra-  
dito, male accepto rumore, memoria  
mala, ut sit, rem narrantis & personas,  
tempora, loca, acta facile confundentis.  
Pronon iam autem *Phintia*, qui Græce  
*Φυρτιας*, ut alibi *Pherela*. Nec dubito,  
quin alia in parte fuerit revera aliquis  
*Liparo*, etsi in historis nomen ejus in-  
tercederit: neque enim *Pyrrhi* nomen  
sic deformasse ausim dicere. Excusand-  
um quod in morte Lipatonem istum  
tradidisse regnum ait Hieroni: nec enim  
ille regnum debuit cuiquam, sed suæ vir-

tuti atque amoris civium. *Grænovius*.

71. *Amabo*.] *Amabo* hic nihil aliud  
significat, quam *orabo*: ut & infra act. 3.  
3. Trent. Hec. sc. penult. *Dic me amare*,  
*ut veniat*. Est enim blandientis, *Aut te*  
*amare*. Sed & Græci haud dissimili modo  
*ἀγαπῶ* suum accipiunt: hoc enim non  
tam *amo* quam *oro* significat, si Sophocli  
credimus. immo nos hodieque quip-  
piam ab aliquo postulaturo, *Amabo te*, in  
oratione directa dictitamus. Lips. *Scin*  
*quid te amabo*.] *Scin*, inquit, quid te sim  
oratura, ut facias mei honoris causa. Ita-  
que ineptissime conciditur oratio distin-  
guendo: *Sed scin' quid? te amabo ut fa-*  
*cias: quasi intelligatur, scin' quid velim*.  
Immo etsi hoc intelligatur, non tamen  
ita distinguendum est: Foret enim inte-  
gum, *Scin quid velim, te amabo, ut facias*:  
*scin quid te velim, ut facias, amabo?* quæ  
ozario-rædia alia interrogatione dividi  
non potest. *Grænov.*

72. *Ad phrygionem, &c.*] Non solum  
pallam suam vult reconcinnati, & quæ  
in ea corrupta erant ac læsa, sarciri; sed  
etiam

Ut reconcinnetur, atque ut opera addantur, quæ volo.

ME. Hercle quin tu recte dicis: eadem ignorabitur:

75 Ne uxor cognoscat te habere, si in via conser-  
xerit.

*Acid. ne uxor  
agnoscat, te ha-  
bere si, &c.*

ER. Ergo mox auferto tecum, quando abibis. ME. maxime.

ER. Eamus intro. ME. jam sequar te, hunc volo etiam col-  
loqui.

Eho Messenio, accede huc. MES. quid negotii est? ME. scilicet  
scire vis?

MES. Quid ergo? ME. opu' st. MES. quid opu' st?  
ME. scio, ut me dices. MES. tanto nequior es.

ME. Habeo

etiam alia quædam adjici ornamenta pi-  
cturæque ad eas quas jam habebat, acu  
Phrygiouis factas. Phrygio enim non  
ipse pulvinar aut vestem faciebat; sed  
jam factam accipiebat, ut variis operibus  
eam ornaret, & picturis variigaret. Præ-  
terea quod in pulvinar aut veste pinxe-  
rat Phrygio, id opus ita expressum in ve-  
ste extabat, ut extra corpus vestis emine-  
ret, & qua parte insutum aurum, aut  
colores acu intexti essent, ea parte vestis  
asperior ac rigidior reddebatur. *Salmas.*

74. *Eadem ignorabitur.* Eadem opera  
seu ratione palla reconcinata immuta-  
bitur, ne ab uxore agnoscatur.

79. *Quid ergo? Me. opus est.* Non  
multum corruptelæ & difficultatis in  
hoc loco, qui viros doctos habuit exer-  
citos. Menzchmus ingressurum domum  
meretricis. seruo Messenioni abeunti quo  
iusserat aliquid adhuc mandaturus vo-  
cat; *Eho Messenio accedo huc.* Iratus servu-  
lus quod Dominum videret in ædes me-  
reticis intrare, respondet; *quid negotii  
est?* Et iterum, *quid ergo opus est?* Immo  
*opus est*, herus dicit, servulus irator,  
*scio opus est*; nempe ut mendices, quia ad  
mendicantem facile redigebant meretri-  
ces quemcumque arripissent ac tenuis-  
sent. Ad hæc herus respondet: *Tanto  
nequior.* Ita enim scribendum, non,  
*tanto nequior* ec. Nam de se hoc dicit  
Menzchmus, non de seruo suo. *Tan-  
to*, inquit, nequior sum, si hoc fiat quod  
dicis, ut non solum meretricis domum  
ingrediar, sed etiam ad mendicantem

ibi me redigam. Tantum vero abest, ut  
illa me mendicare cogat, ut etiam præ-  
dam invenerim ex eius notitia. *Habeo  
pradam*, inquit, *tantum incepti operis.* *Sal-  
mas.* *Quid ergo? Me. Opus est.* Non  
modo Scioppius & Acidalius hic luse-  
rant operam, sed vel maxime *o. p. d. v.*  
qui non multum corruptelæ & diffi-  
cultatis in hoc loco esse ait. Immo corrup-  
telæ nihil est. Servum à quo paulum  
recesserat, quum diceret illa *pl. 66. hunc  
metuebam*, vocat Menzchmus. Respon-  
det ille, *quid negotii est?* in quo nulla ap-  
paret ira: sed rogat simpliciter, quasi di-  
cat, quid me vis? *Merc. 1. 2. 14.* Rursus  
dominus: *Si seruo vi, quid sit negotii?*  
opima præda mihi obijcitur. Quod non  
alleguens servus, *Quid ergo est*, inquit,  
quod significas? Rursum dominus, *Opus  
est me hos ædes ingredi*, cum audacia &  
astutia, ut quod molior, emoliar. Ser-  
vus ne sic quidem cogitationes domini  
eum perciperet. *Quid opus est*, ait. Quem  
eum aliquamdiu sic lussisset, ac suspen-  
sum tenuisset, *Scio*, interponit, *ut me di-  
ces*, nempe peritisse funditus, si pedem  
posuero intra hoc limen. Subijcit servus:  
*Tanto nequior* ec. *Et*, inquit, *pejor es*,  
quod scis, quæ dicta mereatis, quæque  
ego objurgandi tui causa dicturus sum: &  
tamen in istud barathrum te conjicis.  
Tandem fatetur palam, quod prius non  
fuerat elocutus: *Habeo prædam.* *Pro seruo  
vi* erat in *Mill. & vet. codd. suff. vi*: unde  
satis commode alterutrum estinuerunt.  
At illud *mendicæ* nihili est, quum in



Non ad eam rem otiosos homines decuit deligi?

Qui nisi assint, cum citentur, census capiant illico.

10 Affatim est hominum, in dies qui singulas escas edunt:

Quibus negotii nihil est: qui esum neque vocantur, neque vocant.

Eos oportet concioni dare operam atque comitiis.

Si id ita esset, non ego hodie perdidissem prandium,

Cui tam credo datum voluisse, quam me video vivere.

15 Ibo: etiamnum reliquiarum spes animum oblectat meum.

Sed quid ego video Menæchmum? cum corona exit foras.

Sublatum est convivium, edepol venio adversum temperi.

9. *Census capiant.*] Qui in Senatum non venerat, pignotibus captis multabatur: ita qui non venerit in concionem, eum pignotibus captis coerceri vult Parasitus. Sed *pignora capere*, dixit, *census capere*. Turneb. *Census capiant illico.*] Forre: *census careant illico*: id est, muldentur parte census. Ut apud Terentium: *tui carendum quod erat*. Gronovius.

10. *Qui singulas escas edunt.*] Scalig. Conject. *μυροπαζών* interpretatur: cu-

jus nemo particeps est. Mihi constat eos hic dici *in dies singulas escas edere*, qui semel tantum de die edunt; qui cœnam tantum, non prandium sumunt. In eorum numerum se censeri non vult Parasitus, qui jam tamen prandium perdidit. Piff.

13. *Perdidissem prandium.*] Hoc Græcis est *παροξδεντρονδλωαγ*; *cœnam perdere*; non, ut putant, *domi cœnare*: vel quod Martial. lib. 12. Ep. 78. eleganter dixit, *affici domicinio*. Casaub.

### ACTUS TERTII SCENA SECUNDA.

MENÆCHMUS Soticles, PENICULUS.

PORine ut quiescas, si ego tibi hanc hodie probe

Lepideque concinnatam referam temperi?

Non faxo eam esse dices: ita ignorabitur.

PE. Pallam ad phrygionem fert, confecto prandio,

15 Vinoque expoto, parasito excluso foras.

Non hercle is sum, qui sum, nisi hanc injuriam

Meque ultus pulchre fuero: observabo, quid agat;

Hominem post adibo atque alloquar.

ME. Pro Dii immortales, quoi homini unquam uno die

20 Boni dedistis plus, qui minus speraverit!

Prandi, potavi, scortum accubui, abstuli

Hanc, quo jus hæres nunquam erit post hunc diem.

PE. Nequeo,

12. *Cujus hæres.*] *Hæres apud antiquos pro domino ponebatur*. Festus.

PE. Nequeo, quæ loquitur, exaudire clanculum:  
Satur nunc loquitur de me & de parti meâ.

15 ME. Ait hanc dedisse me sibi, atque eam meæ  
Uxori surripuisse. quoniam sentio  
Errare; extemplo, quasi res cum eâ esset mihi,  
Cæpi assentari. mulier quicquid dixerat,  
Idem ego dicebam. quid multis verbis *opus est?*

20 Minore nusquam bene fui dispendio.

PE. Adibo ad hominem: nam turbare gestio.

ME. Quis hic est, qui advortum fit mihi? PE. quid ais  
homo

Levior quam pluma, pessime & nequissime,  
Flagitium hominis, subdole, ac minimi pretii?

25 Quid de te merui, quâ me causâ perderes?

Ut surripuisti te mihi dudum de foro!

28 Fecisti funus me absenti prandio.

Cur ausu's facere, quo ego æque ac hæres eram?

ME. Adolescens, quæso, quid tibi mecum est rei,

30 Qui mihi male dicas homini ignoto insciens?

An tibi malam rem vis pro maledictis dari

Postea? PE. eam quidem edepol te dedisse intellego.

ME. Responde, adolescens, quæso quid tibi nomen est?

PE. Etiam derides, quasi nomen non noveris?

35 ME. Non edepol ego te, quod sciam, unquam ante hunc  
diem

Vidi, neque novi, verum certo quisquis es,

Æquom si facias, mihi odiosus ne fies.

PE. Non

20. *Minore nusquam bene fui dispendio.*] Nusquam tam bene acceptus & lepide curatus fui minore sumptu. Et, *esse probe*, pro bene admordere & tuburcinari quicquid intra dentes venerit. *f. Gul.*

27. *Fecisti funus me absente, &c.*] Sepelivisti, me absente, prandium, id est, consumsisti. Seneca ep. 12. *Cum se funerereu epulu sepelivisset.*

28. *Cui ego æquo ac hæres eram?*] Omnino legendum, *cui ego æquiores eram*, id est, hæres. Nam in meo codice Canta-

brico, *cui ego, æquo eris eram*. Ego, inquit, non minus hæres prandii eram, id est, dominus prandii, ut supra, *hæres nunquam eris post hanc diem*. Tu illi solus me absente coherede fecisti funus. Ac omnes hæres simul funus procurabant & exequiis defuncti intererant. In eodem codice legitur, *fecisti funus meo absenti prandio, pro meo absente*, id est, me absente. *Salm.*

31. *Pro maledictis dari postea.*] Comice additum est ex abundanti, *postea*. *Palmer.*

PE. Non me novisti? ME. non negem, si noverim.

PE. Menæchme, vigila. ME. vigilo hercle equidem, quod sciam.

40 PE. Tuum Parasitum non novisti? ME. non tibi  
Sanius est, adolescens, synciput, ut intellego.

PE. Responde, furripuisti' uxori tuæ  
Pallam istanc hodie, atque dedisti Erotio?

ME. Neque hercle ego uxorem habeo, neque ego Erotio

45 Dedi, nec pallam furripui. PE. satin' sanus es?

Occisa est hæc res. non ego te indutum foras

Exire vidi pallâ? ME. væ capiti tuo!

Omnes cinædos esse censes, tu quia es.

Tun' me indutum fuisse pallam prædicas?

50 PE. Ego hercle vero. ME. non tu abis quo dignus es?

Aut te piari jubes, homo insanissime?

PE. Nunquam edepol me quisquam exorabit, quin tuæ

Uxorirem omnem jam, uti sit gesta, eloquat.

Omnes in te istæc recident contumeliæ:

55 Faxo haud inultum prandium comederis.

ME. Quid hoc negotii est? satin' ut quemque conspicio,  
Ita me ludificant? sed concrepuit ostium.

46. *Occisa est hæc res.*] Perit hoc negotium. Capt. s&. 3. 4. Ita in Cod. Theodosiano est *interfellum negotium.* Ita Aristophan. τὸ πρῶτον, τὸ δεύτερον μοι, πρὸ τίλλωνται, *fallum est, perit.* Casaubonus.

48. *Cinædos.*] Turnebus *Cinadum sal-*

tatorem hic interpretatur: Lambinus mollem & impudicum, & quem supra 1. 2. *Catamitum* dixerit.

56. *Satin' ut quemquam conspicio.*] Quid id rei est, satine delusus sum? Quotquot obviam mihi veniunt, ludificant, ludibrio habent. *Boxtornius.*

## ACTUS TERTII SCENA TERTIA.

ANCILLA, MENÆCHMUS *Soficles.*

**M**ENÆCHME amare ait te multum Erotium,  
Ut hoc nunc unâ operâ ad aurificem deferas,  
Atque huic ut addas auri pondo unciam,  
Jubeasque spinther novum reconcinnarier.

ME. Et

1. *A* *Mare ait te multum Erotium.*] Hic, *amare*, est *amanter precari*, & à caro homine rogare & optare. *Turn.*  
4. *Spinther.*] *Spinther* genus armillæ

etiam veteres interpretantur, at vers. 2. *Spinther* & *armilla* differunt. *Spinther* non simpliciter armillam significat, sed est armillæ species, ut interpretatur *Festus*,

5 ME. Et istud, & aliud, si quid curari volet,  
Me curaturum dicito, quicquid volet.

AN. Scin' quod hoc sit spinther? ME. nescio, nisi aureum.

AN. Hoc est, quod olim clanculum ex armario  
Te surripuisse ajebas uxori tuæ.

10 ME. Nunquam hercle factum est. AN. non meministi, obsecro?

*Add. an! non meministi? Obsecro Redde.*

Redde igitur spinther, si non meministi. ME. mane,  
Immo equidem memini. nempe hoc est quod illi dedi.

AN. Istuc. ME. ubi illæ armillæ sunt, quas una dedi?

AN. Nunquam dedisti. ME. nam pol hoc una dedi.

15 AN. Dicam curare? ME. dicito: curabitur.

Et palla & spinther faxo refertantur simul.

AN. Amabo, mi Menæchme, in aureis da mihi

Faciundas pondo duum nummum stalgamia,

Ut te libenter videam, cum ad nos veneris.

20 ME. Fiat. cedo aurum, ego manupretium dabo.

AN. Da sodes abs te, post ego reddidero tibi.

ME. Immo cedo abs te. AN. ego post tibi reddam duplex.

ME. Non habeo. AN. at tu, quando habebis, tum dato.

Nun-

stus, qua mulieres utebantur brachio summo sinistro. Armillæ sunt proprie quas in utroque brachio gerebant. Græcis *φάλα* & *κλάσσα*. Vox spinther vel spinther Græca est Æolica. *Ἐπιστήρις* annulus est à stringendo. Unde & pro *aido* etiam sine podice, qui & inde nomen habet. Nam & *δουλόλιος* Græci vocarunt. Pro *ἠπιστήρις* Æoles dicebant *σφινθηρίς*. Unde Latinum *Spinter*, cum enallage etiam. Inde *Spinthria* genus infamissimum libidinis apud Tacitum, à Tiberio repetitum, quod annulatum quasi connexi tenerentur. De quibus illud Epigramma Ausonii ex Græco versum, *Tres uno in lecto*. *Spinthrias* plane designat. *Spinther* pro *Sphinther*, ut *Pinthia* supra pro Græco *φινθία*, quod nomen est proprium Siculum. Sic enim codex meus legit supra act. 2. sc. 2. *Ubi rex Agathocles regnator*

fuit, & iterum *Pinthia*, pro *Pintia* sive *Phintia*, qui Græce *φινθία*. *Salm.*

15. *Dicam curare? Lego: curassare*, id est, dicam Erotio, te, quæ oravit, curaturum. *Lambinus.*

17. *Inaures, stalgamia.*] Cohærent per Appositionem. *Inaurum* *ειώπιος*, *ἐμβόλιον*: imonile, quod aurium lobis inæritur, & appendet. *Stalgmium*, inaurium genus esse crediderim oblongum, ex bacca pendula: à guttæ similitudine, quæ *σταλάμιος* Græcis dicitur. *Cæcilius* apud *Festum*: *Ex aure ejus stalgmium habeo demi-Junius.*

20. *Manupretium.*] *Varrò* lib. 4. De lingua Lat. *Quod manu factum erat, & datum pro eo, manupretium, à manibus & pretio.* *Isidorus* lib. 11. *Etymol. cap. 1.* *Abusively manus etiam arti vel artifex. unde manupretium dicimus.*



- Nunquid me vis? ME. hæc me curaturum dicito,  
 25 Ut, quantum possint, quique liceant, veneant.  
 Jamne abiit intro? abivit, operuit fores.  
 Di me equidem omnes adjuvant, atque, amant.  
 Sed quid ego cesso, dum datur mihi occasio  
 Tempusque, abire ab his locis lenoniis?  
 30 Propera, Menæchme, fer pedem, confer gradum,  
 Demam coronam, atque abjiciam ad lævam manum;  
 Ut si qui sequantur, hæc me abiisse censeant.  
 Ibo & conveniam servom, si potero, meum,  
 Ut hæc, quæ bona dant dii mihi ex me sciat.

30. *Ut, quantum possint, quique liceant, veneant, id est, ut ceant, veneant.] Alii leg. quanti possint, sit, quique liceat, veneant, id est, ut quamprimum, & quanti licet vendantur.* Schop. leg. *Ut quantum pos-*

## ACTUS QUARTI SCENA PRIMA.

MULIER, PENICULUS.

- E** Gone hic me patiar in matrimonio,  
 Ubi vir compilet clanculum quicquid domi est,  
 Atque ad amicam deferat? PE. quin tu taces?  
 Manifesto faxo jam opprimes! sequere hac modo. *Menf manifestum.*  
 5 Pallam ad phrygionem cum corona ebrius  
 Ferebat, hodie tibi quam surripuit domo.  
 Sed eccam, coronam, quam habuit. num mentior?  
 Hem, hæc abiit: si vis persequi vestigiis.  
 Atque edepol eccum, optime revertitur:  
 10 Sed pallam non fert. MU. quid ego nunc cum illo  
 agam?  
 PE. Idem quod semper; male habeas. MU. sic censeo.  
 PE. Huc concedamus: ex infidiis aucupa.

8. *AC abiit.] Lævorsum qua tonam abjecerat Men. Soscicles.* *9. Optime revertitur.] Opportune, in tempore.*  
*Donz.* *11. Male habeas.] Id est, excipias, tractes, verses maritum. T.*

ACTUS

## ACTUS QUARTI SCENA SECUNDA.

MENÆCHMUS Surreptus, MULIER, PENICULUS.

- UT HOC UTIMUR maxime more moto  
 Molestoque multum! atque uti quique sunt  
 Optimi maximi, morem habent hunc;  
 Clienteis sibi omnes volunt esse multos:  
 5 Bonine an mali sint, id haud quæritant.  
 Res magis quæritur quam clientium  
 Fides quojuscumque clueat.  
 Si est pauper atque haud malus, nequam habetur:  
 Si dives malus est, is cliens frugi habetur.  
 10 Qui neque Leges, neque æquom bonum usquam  
 Colunt, sollicitos patronos habent.  
 Datum denegant, quod datum est; litium  
 Pleni, rapaces; viri fraudulentissimi:  
 Qui aut scœnore, aut perjuriis habent rem  
 15 Partam. mens est in querelis.  
 Juris ubi dicitur dies, simul  
 Patronis dicitur: quippe qui pro illis  
 Loquantur, male quæ fecerint: aut ad  
 Populum, aut in Jure, aut ad Judicem res est.  
 20 Sicut me hodie nimis sollicitum cliens  
 Quidam habuit: neque quod volui agere quicquam

*Atq.* heque  
 æquom, neque  
 bonum.

Lici-

1. *M*ore moro.] *Mos morus*, id est, stultus, *μῶρος*. Mil. Ego stultus atque mora multum. Trin. Is mores hominum moros & morosos efficit. Ordo & sententia est: Ut, hoc est, qui, quo pacto, seu quam maxime stulto more multumque molesto utimur! &c. ut, quique sunt optimi & maximi, hunc morem habent: clientes, &c. *Fausse-vauc. Lamb.*

10. *Qui neque leges.*] Mutat numerum. Quasi dicat: Ipsi, qui neque Leges, neque æquom bonum (*ἀμεταίτε*) colunt, sollicitos reddunt & negotiis molestant suos patronos. Alii hic volunt ef-

se principium novæ sententiæ: quos non audio. *Lambinus.*

19. *Ad populum.*] Comitibus centuriatim calatis. *Donza. In Jure.*] Apud Prætozem pro tribunali, sellæ posita. *Donza. Ad Judicem.*] Vel à Prætoze datum, ut sunt *Recuperatores*: vel à litigatoribus captum, ut *Arbitrum*. Douz. Lites discutuntur aut in Comitio pro rostris ad populum: aut in Fori area apud Prætozem in Jure: aut in Basilica apud judices. Cicero: *Nam si quis statuit hunc esse ratorem, qui tantummodo in Jure aut in Iudicio possit, aut ad Populum, aut in Senatu copiose loqui.* Pollet.

22. *At-*

- Licitum est: ita me attinuit, ita me detinuit.  
 Apud ædiles prædiis factis plurimisque  
 Pellumitque dixit causam, conditiones
- 25 Tetuli tortas, confragosas: aut plus  
 Aut minus, quam opus erat multo. dixeram  
 Controversiam, uti sponso fieret.  
 Quid ille? quid? prædem dedit. nec magis  
 Manifestum ego hominem unquam ullum teneri vidi.
- 30 Omnibus malefactis testes tres aderant acerrumi.  
 Di illum omnes perdant, (ita mihi hunc hodie corrumpit  
 diem.)  
 Meque adeo, qui hodie forum unquam oculis inspexi meis,  
 Diem corrumpi, optimum iussi apparari prandium.  
 Amica expectat me, scio. ubi primum est licitum, illico
- 35 Properavi abire de foro. irata est, credo, nunc mihi.

Plaç-

22. *Attinuit.*] Ita me in suo negotio occupatum retinuit. *Lambin. Detinuit.*] Ita me ab eo quod acturus eram, avocatum tenuit. *Lambinus* sic interpretatur & fallitur. *Attinere* & *detinere* hic eo differunt, quod *detinere* sit diutius atinere: de huic verbo, ut multis aliis, junctum habet augendi significationem. *Boxhorn.*

25. *Aut plus.*] Mirum in modum hic hæsitant interpretes. Haud dubie legendum est: *conditio: Tetuli tortas, confragosas. Hant plus, Hant minus, quam opus erat, &c. Aut* vulgatum si retineas, pro *hant* accipiendum est. *Aut* enim pro *hant* scribebant veteres. Neque se aliter accipere monet me *Salmasius*, quem audiamus. *Boxhorn.* *Controversiam dicere*, idem quod paulo ante, *causam dicere*. Nam *causa*, & *controversia*, eadem quæ Græcis *αἴτια*. Sed & hoc loco, *aut* pro *hant* acceperam. Sic enim scribebatur, *hant* vel *aut*, pro *hant*. *Hant plus, aut minus, quam opus erat multo, controversiam dixeram, ut sponso fieret.* In causa dicenda & controversia disceptanda non multo plus, aut minus dixi quam opus erat, uti sponso fieret. *Salmasius.* *Aut plus aut minus.*] Ego vero nec *hant plus* *hant minus*, vel *hant plus aut minus*

scribendum puto, nec si vulgatum retineas *Aut* pro *Hant* accipiendum. Sic enim solent loqui. *Captivus* 5. 3. *Cur ego plus minusve feci quam aequum fuit?* *Terentius Hecyra* 5. 1. *Ne quid faciam plus quod me post minus fecisse satum sit.* *Phormione act.* 3. sc. 3. *Ne quid plus minusve faxit, quod nos post pigeat.* *Suetonius Octavio* 24. *Ne plus minusve loqueretur ex tempore.* *Controversiam dicere* ut *causam dicere*, accipere possum: sed quemadmodum non plus *causam dicere*, pro non plus in causa disceptanda dicere, haudquaquam tolerarem, ita nec sufferre possum, *hant plus aut minus controversiam dicere*, pro tantummodo in controversia dicere. *Lambinus* dixi *In controversiam*, ut sponso. Quod si auderem, facerem multa. *Dixeram in controversiam, uti multa sponso fieret: ut se invicem provocarent, Ni hoc ita est, dabis mille nummum?* Sed forte melius: *aut plus* *Aut minus, quam opus erat, multo dixeram, Controversia aut sponso fieret.* Modo, inquit, augebam rem, modo minuebam ut ambiguum facerem judicem, ne clientem meum primo coetu condemnaret; sed ut ad sponsonem veniret. *Grænovius.*

Placabit palla, quam dedi, quam hodie uxori abstuli, atque huic

Detuli Erotio. PE. quid ais? Mu. viro me malo male

Nuptam. PE. fatin' audis, quæ illic loquitur? Mu. fati's.

ME. si sapiam,

Hinc intro abeam, ubi mihi bene sit. Mu. mane: male potius erit,

40 Næ illam mecastor fœnerato abstulisti. sic datur.

Clanculum te istæc flagitia facere censebas potuisse?

ME. Quid illuc est uxor negoti? Mu. men' rogas? ME. vin' hunc rogem?

PE. Aufer hinc palpationes, pergetu. ME. quid tu mihi

Tristis es? Mu. te scire oportet. PE. scit, sed dissimulat malus.

45 ME. Quid negotii est? Mu. pallam. ME. pallam? Mu. quidam pallam. PE. quid paves?

ME. Nihil equidem paveo: nisi unum. palla Piff. paveo. PE. novi virum: palla pallorem incutit. At in, &c.

PE. At tu ne clam me comeses prandium! perge in virum.

ME. Non taces? PE. non hercle vero taceo. nutat, ne loquar.

ME. Non

40. *Na fœnerato abstulisti.* ] Næ tu pallam magna tua mercede, id est, magno tuo malo abstulisti. Tralatio est ab iis, qui pecuniam grandi fœnore mutuat accipiunt. *Lamb* Immo ab iis, qui quod audiunt accipiuntve, bonum malumve fuerit, omnino deinde reddunt, juxta regulam Hesiodi, cum fœnore luculento. *Gruter.* Sic datur. ] Sermo castigantis & pœnæ sumentis, aut pœnas sumptas esse gratulantis. quare paristud verborum parasito datum cuperem. *Gruter.* secutus *Lambinus* hanc interpretationem. Sic datur. ] Utrumque falli ajunt, nam sic datur, hic idem esse, quod, sic tenetur. At illi plane hic tenentur & deprehenduntur pro infrequentibus lectoribus *Plauti*, quemadmodum & in *Asinaria* 2. 4. 33. ubi tentabant simile: sic dedito. Nunquam aliter hæc formula accipitur, & exempla sunt in promptu, quæ jam alii congesterunt. Accrunt ta-

men locum *Ovidii*: *Se quoque det mulier populo speciosa videndam.* Quid autem simile: sic datur, & det se videndam. Deinde an det se videndam, est tenetur, deprehendatur in flagitio? *Gronovius.*

46. *Nisi unum. palla pallorem.* ] Hæc nequitiam *Menæchmo* sunt tribuenda, qui confidenter in sequentibus negat se pallam uxori furtivisse. Igitur Peniculi persona his præscribenda, & reliqua legenda, quomodo edidit *Camærianus.*

Mu. pallam. ME. pallam, quid? Mu. pallam, quid paves?

ME. Nihil equidem paveo. PE. Nisi unum palla pallorem incutit.

At tunc clam me comeses prandium! &c. Non à *Plauto*, sed monstra sunt quæ in ultimas *Plauti* editiones ex nescio quibus deterioris notæ *Mss.* irrepsere. *Bornius.*

ME. Non hercle ego quidem usquam quicquam nūto neque  
nīcto tibi.

50 MV. Næ ego mecastor mulier misera! ME. qui tu misera es?  
mihi expedi.

PE. Nihil hoc confidentius, qui, quæ vides, ea pernegat.

ME. Per Jovem Deosque omnes adjuro, uxor (fatīn' hoc est  
tibi?)

ME. Me isti non nitāse. PE. credit jam tibi de istis: illic redi

11 ME. Quo ego redeam? PE. equidem ad phrygio- Per. & pal-  
lam refer.  
nem, censeo. i, pallam refer.

55 ME. Quæ istæc palla est? MV. taceo jam, quando hic tem-  
non meminit suam.

ME. Numquis servorum deliquit? num ancillæ, aut servū  
tibi

Responfant? eloquere. impune non erit. PE. nugas agis.

ME. Tristis admodum es: non mihi istuc satis placet. PE. nu-  
gas agis.

ME. Cæterum familiarium alicui irata es? PE. nugas agis.

60 ME. Num mihi es irata saltem? PE. nunc tu non nugas agis.

ME. Non edepol deliqui quicquam. PE. hem rursū nunc  
nugas agis.

ME. Dic, mea uxor, quid tibi ægre est? PE. bellus blanditur  
tibi.

ME. Potin' ut mihi molestus ne sis? num te appello? MV. au-  
fer manum.

PE. Sic datur. properato absente me comesse prandium:

65 Post ante ædeis cum coronâ me derideto ebrius.

ME. Neque edepol egō prandi, neque hodie hūc intro tetu-  
li pedem.

PE. Tun' negas? ME. nego hercle vero. PE. nihil hoc homi-  
ne audacius.

Non ego te modo hīc ante ædeis cum corona florea

Vidi

57. PE. Nugas agis. ] Ita hæc ubique  
Peniculo do: cum verba sint illudemis  
potius, quam iratæ uxoris. Et Uxor  
jam ante dixerat, se tacere velle. Et  
paulo post ait Men. Peniculo; Potinur

mibi molestus ne sis, &c. multo concin-  
nius. Pistor.

62. Bellus blanditur. ] Belli homines  
nonnunquam dicuntur, qui ad aliorum  
quasi nutus se accommodant. Et belle

- Vidi astare? cum negabas mihi esse sanum synciput:
- 70 Et negabas me noville: peregrinum ajebas esse te.  
 ME. Quin ut dudum divorti abs te, redeo nunc demum domum.  
 PE. Novi ego te. non mihi censebas esse, qui te ulcisceret.  
 Omnia hercle uxori dixi. ME. quid dixisti? PE. nescio,  
 Eam ipsius roga. ME. quid hoc est, uxor? quid nam hic nar-  
 ravit tibi?
- 75 Quid id est? quid taces? quin dicis, quid fit? MU. quasi tu nescias.  
 Palla mihi est domo surrepta. ME. palla surrepta est tibi?  
 MU. Me rogas? ME. pol haud rogem te, si sciam. PE. ô hominem malum!  
 Ut dissimulat! non potes celare: rem novi probe:  
 Omnia hercle ego edictavi. ME. quid id est? MU. quando nihil pudet,
- 80 Neque vis tuâ volentate ipse profiteri, audi atque ades:  
 Et quid tristis, & quid hic mihi dixerit, faxo scias:  
 Palla est mihi domo surrepta. ME. palla surrepta est tibi?  
 PE. Viden' ut scelestus captat? huic surrepta est, non tibi.  
 Nam profecto tibi surrepta si esset, salva nunc foret.
- 85 ME. Nihil mihi tecum est. sed quid tu ais? MU. palla, inquam, perit domo.

ME. Quis

*dicere, qui, quæ alii velint, loqui student. Et belli homines sunt, quos Aristoteles ἀγῶναι vocat. Muret. ad Catull.*

81. *Et quid tristis.*] Corrigunt: *Eo quid tristis.* pessime. Dixerat supra Menæchmus v. l. 41. *Quid tu mihi tristis es?* & v. l. 52. *Tristu almodum es.* Horum illa memor: *Audi, inquit, atque ades: Et quid tristis ego sim, & quid hic mihi dixerit, faxo scias.* Gronovius.

83. *Captat.*] Id est, verbis captiose audit! ut argutus est scilicet. *T. Huic surrepta est, non tibi.*] Acidalius: *tibi surrepta est, non huic.* Gruterus explicat huic, in usum hujus Menæchmi, ut esset quod daret Erolio: Nam si tibi, id est, in usum tuum surrepta esset, salva apud te esset: & Lambinum sine causa æstuarè.

Certe æstuat Lambinus & tamen verissimum est quod refert, ut nescio cujus, etsi non probet ipse, præcedenti verbo legendum: *palla surrepta est mihi.* Ludit enim Menæchmus repetendo uxoris verba: *Palla mihi domo est surrepta.* Ille quasi ignorans subjicit: *palla surrepta est mihi* nam quod perdit uxor, videtur & petere maritus. Ne dicam, ablata interrogationis nota eum dicere verum, & facinus recte confiteri: ipse enim furtiverat. Ergo paralitus: *viden' ut scelestus captat?* verba scilicet, repetendo præfisse sermonem uxoris. *Huic, uxori, surrepta est, non tibi.* Nam profecto tibi, Menæchme, surrepta si esset (cum eam deferres ad stortum & huic reddita) salva nunc foret. Gronovius.

ME. Quis eam surripuit? MU. pol istuc ille scit, qui illam abtulit.

ME. Quis hic homo est? MU. Menæchmus quidam. ME. edepol factum nequiter.

Quis is Menæchmus est? MU. tu istic, inquam. ME. ego ne? MU. tu! ME. quis arguit?

MU. Egomet. PE. & ego. atque huic amicæ detulisti Erotio.

90 ME. Egon' dedi? PE. tu, tu istic, inquam. vin' afferri noctuam, Quæ, Tu, Tu, usque dicat tibi? nam nos jam nos defefsi sumus.

ME. Per Jovem deosque omnes adjuro, uxor; fatin' hoc est tibi?

Non dedisse. PE. immo hercle vero, nos non falsum dicere.

ME. Sed ego illam non condonavi, sed sic utendam <sup>utens.</sup> dedi.

95 MU. Equidem ecastor tuam nec chlamydem do foras, nec pallium

Quoiquam utendum. MULIEREM æquom est vestimentum muliebre

Dare foras, vitum virile. quin refers pallam domum?

ME. Ego faxo referetur. MU. ex te tua, ut opinor, feceris.

Nam domum nunquam introibis, nisi feres pallam simul.

100 ME. Ego domum? PE. quid mihi futurum est qui <sup>Grut. eho domum!</sup> tibi hanc operam dedi?

MU. Opera reddetur, quando quid tibi erit surreptum domo.

PE. Id

90. *Vin' afferri noctuam, qua tu, tu, tu.* Tu, tu Græcis τὸ, τὸ. unde & τὸ τὸ noctua, apud Helychium. quippe & hic alluditur ad vocem noctuæ, tu, tu, seu ton, ton. Sonat autem noctua uberior hoc Germanum, non exilius illud Gallicum. Ita recte interpretet. Porro noctua hinc dicitur *tutubare*. Vetus Grammaticus Sidonius, cujus fragmentum de vocibus anstantium in aliquot Gloss. nostris Mss. legitur; *Noctua tutubât*. Sic enim legendum; non, *cucubat*. Idem verbum restituo auctori veteris Poëmatii, quod ejusdem est argumenti. *Noctua luesjuga tutubat in tenebris*. Male vulgo editur, *cucubat*, quod ex Plautino

hoc loco satis est manifestum. *Boxhornum.*

93. *Non dedisse.* ] Scilicet me. Nihil sunt quæ garrit Lambinus. Tantum cavillatur Menæchmus, & dicit, se non tam dedisse pallam. quam commodasse: tunc scilicet facile recepturus, cum plane desista. nam sequitur: *Sed ego illam non condonavi*. Vocis utriusque dicitur nomen Jctls, nec ignoravit Plautus, Ttin. 5. 2.

*Nam beneficium homini proprium quod datur, proprium sumserit:*

*Quod datum est utendum, id repetendi copiosum est, quando vel.*

J. Grut.

PE. Id quidem edepol nunquam erit. nam nihil est, quod perdam domi.

Cum virum, cum uxorem, Dii vos perdant. properabo ad forum:

Nam ex hâc familia me plane excidisse intellego.

105 ME. Male mihi uxor sese fecisse censet, quom excludit foras;

Quasi non habeam, quo intromittar, alium meliorem locum.

Si tibi displiceo, patiendum: ac placuero huic Erotio,

Quæ me non excludet ab se, sed apud se occludet domi.

Nunc ibo, orabo ut mihi pallam reddat, quam dudum dedi.

110 Aliam illi redimam meliorem. heus! ecquis hic est janitor? Aperite, atque Erotium aliquis evocate ante ostium.

105. *Excludit foras.*] Lambinus hic, ut & supra act. 3. 2. atque alibi leg. *foris*, cum *excludo*, inquit, verbum sit quietem significans: nam is *Excluditur*, cui ingredi volenti ostium non aperitur: *Extrudatur*, qui jam intus est. Sed venia do-

ctissimi viti, genius antiquæ locutionis alterum etiam non respuit. *Taubmannus*.

109. *Nunc ibo, orabo.*] Vos Critici majores teponite & hic, *amabo*. *Scrivenerius*.

## ACTUS QUARTI SCENA TERTIA.

EROTIUM, MENÆCHMUS Surreptus.

Q Uis hic me quærit? ME. sibi inimicus magis quam ætati tuæ.

ER. Mi Menæchme, cur ante ædeis astas? sequere intro. ME. mane.

Scin quid est, quod ego ad te venio? ER. scio, ut tibi ex me sit volupt.

ME. Immo edepol pallam illam, amabo te, quam tibi dudum dedi,

5 Mihi eam redde; uxor rescivit rem omnem, ut factum est ordine.

Ego tibi redimam bis tanto pluris pallam, quam voles.

ER. Tibi dedi equidem illam, ad phrygionem ut ferres, paulo prius:

Et illud spinther, ut ad aurificem ferres. ut fieret novom.

ME. Mihi



ME. Mihi ut tu dederis pallam, & spinther? nunquam factum reperies.

10 Nam ego quidem postquam illam dudum tibi dedi, atque abii ad forum,

Nunc redeo, nunc te postillâ video. ER. video quam rem agis. Quia commisi, ut me defrudes: ad eam rem affectas viam.

ME. Neque edepol te defraudandi causâ posco: quin tibi Dico, uxorem rescivisse. ER. nec te ultro oravi ut dares,

15 Tute ultro ad me detulisti, dedisti eam dono mihi:

Eandem nunc reposcis. patiar, tibi habe. aufer, utere,

Vel tu, vel tua, vel etiam uxor in oculos compingite.

Tu huc, post hunc diem, pedem intro non feres, ne frustra sis.

Quando tu me bene merentem tibi habes despiciatui.

20 Nisi feres argentum, frustra me ductare non potes.

Aliam posthac invenito, quam tu habeas frustratui.

ME. Nimis

9. **F** *Actum reperies.* ] Gruterus ex vetustissimis Mss. qui habent, *relegeru*. fecit, *relegeres*, quod temere in editiones quasdam intrepit. Pareus notat in veteti codice scriptum esse *redixeru*. Quare ille rescriptit, *revicariu*. Omnino scribendum est; *Nunquam factum. Ne dixeru*. te nempe mihi dedisse pallam ferendam ad phrygionem. Ita passim Plautus. *Boxhorn. Nunquam factum reperies.* ] Duo fuerunt codices Palatini, quibus in recensendo Plauto à Bacchidibus ad finem usque sunt usi, ambo quondam Camerarii: alter integer, quem Pal. pt. aut *κατ' ἐξ' ἑλπί* V. C. solent vocare: alter orlus à Bacchidibus, quem propterea Dec. vel Decutatam & Pal. sec. appellat. Ne quis igitur putet hic dissentire Gruterum & Pareum in edenda scripta lectione: uterque annotat Pal. pr. seu V. C. habere, *relegeru* & supra scriptum, *redixeru*: uterque Pal. sec. seu Dec. *relegeru*. Cæterum satis placet Boxhornii, *ne dixeru*. Gronovius.

12. *Quia commisi.* ] Quia tibi pallam commisi, & sic stultitia & credulitate mea nimia factum est, ut me defraudare possis, me defraudare cogiras. *Lambinus.*

17. *In oculos compingite.* ] Nihil ca-

rius est oculis, nihil æque vel à natura, vel cautione hominum custoditur. Inde illæ vetustissimæ loquendi rationes, *oculissimus*, pro dilectissimo, *in oculu aliquem ferre*, pro multum amare, curare, maximi facere. Ita hoc loco Erotium dicit Menzeshmo, ut vel uxor, vel ipse pallam in posterum ita custodiant; sicut oculi datis à natura fidelissimis claustris custodiuntur. Neque huic interpretationi obstat, vox, *compingere*, tanquam ejus solius usus sit, ubi de dura & gravi custodia agitur, ut carcere, quod vult Lambinus. *Compingere* enim quid in aliquem locum simpliciter dicimus, quod accuratius volumus asservatum. *Boxhorn. In oculos compingite.* ] Iratus sermo: ponite & asservate ibi, ubi nemo quirit. *Gronovius.*

20. *Frustra me ductare.* ] Quid sit ductate meretricem ac scortum, satis notum est. *Frustra ductare* hoc loco idem est quod gratis ductare, nulla data pecunia. Nisi fetes, inquit, argentum, frustra me ductare non potes. Vel sane subintelligendum est; frustra es, me ductare non potes. Et sic interponendum, *Nisi argentum feres, frustra. Me ductare non potes.* Salmast.

ME. Nimis iracunde hercle, tandem heus tu, tibi dico, mane:

Redi. ER. Etiam ne astas? etiam audes meâ revorti gratiâ?

ME. Abiit intro, occlusit œdeis. nunc ego sum exclusissimus:

35 Neque domi, neque apud amicam mihi jam quicquam creditur.

Ibo, & consulam hanc rem amicos, quid faciendum censeant.

## ACTUS QUINTI SCENA PRIMA.

MENÆCHMUS Socraticus, MULIER.

**N**Imis stulte dudum feci, cum marsupium Meseñioni cum argento concedidi.

Immerfit aliquo sese credo in ganeum.

MV. Provisam, quam mox vir meus redeat domum.

5 Sed eccum video: salva sum, pallam refert.

ME. Demitor, ubi nunc ambulet Meseñio.

MV. Adibo atque hominem accipiam, quibus dictis meret.

Non te pudet prodire in conspectum meum,

Flagitium hominis cum istoc ornatu? ME. quid est?

10 Quæ res agitat te, mulier? MV. etiamne impudens

Muttire unum verbum audes, aut mecum loqui?

ME. Quid tandem admisi in me, ut loqui non audeam?

MV. Rogas me? ô hominis impudentem audaciam!

ME. Non tu scis, mulier, Hecubam quapropter canem

15 Graii esse prædicabant? MV. non equidem scio.

ME. Quia idem faciebat Hecuba, quod tu nunc facis:

Omnia mala ingerebat, quemquam aspexerat,

Itaque adeo jure cœpra appellari est Canis.

MV. Non

11. **M**<sup>Uttire.</sup> Muttire est ne mu-  
dem audere proferre: quod  
Græce *μύθισιν*. Glossæ. *muttum*, *μύθ*.  
V. N. Mil. 3. 1.

14. *Hecubam quapropter canem, &c.*  
Hecubam, velut canem, Græci lapidi-  
bus insectati sunt: quia maledicta in  
quemvis obvium è Græcis ingerebat. Et  
propter hanc animi acerbitatem & ra-

biem, fingitur in canem esse conversa.  
Joven. 10. Sat.

— *Sed torva canino*

*Latravit vultu, qua post hunc vixerat  
uxor.*

Quin & ejus effigiem canis formapingi  
solitam, canemque eidem immolatum  
tradunt. Eiusdem & sepulcrum *Cynosse-  
ma* vocatum, Plinius auctor est, lib. 4.  
cap. 11. *Græter.*

36. *Quart.*]

MU. Non istæc ego flagitia possum perpeti.

20 Nam med ætatem viduam esse mavelim,  
Quam istæc flagitia tua pati, quæ tu facis.

ME. Quid id ad me, tu te nuptam possis perpeti,  
An sis abitura à tuo viro? an mos est ira hic,  
Peregrino ut advenienci narrent fabulas?

25 MU. Quas fabulas? non, inquam, pariar præterhac.  
Quin vidua vivam, quam tuos mores perferam.

ME. Meâ quidem hercle causa vidua vivo,  
Vel usque dum regnum obtinebit Juppiter.

MU. At mihi negabas dudum surripuisse te,

30 Nunc eandem ante oculos attines, non te pudet?

ME. Heu Hercle, mulier, multum & audax & mala es.  
Tun' tibi hanc surreptam dicere aude, quam mihi  
Dedit alia mulier, ut concinnandam darem?

MU. Næ istuc mecastor jam patrem arcesam meum,

35 Atque ei narrabo tua flagitia, quæ facis.

I, Decio, quære meum patrem, tecum simul  
Ut veniat ad me: ita rem esse dicito.

Jam ego aperiam istæc tua flagitia. ME. sanan' es?

Quæ mea flagitia? MU. cum pallam atque aurum meum

40 Domo suppilas uxori tuæ, & tuæ  
Degeris amicæ, fatin' hæc recte fabulor?

ME. Quæso hercle, mulier, si scis, monstra, quod bibam,  
Tuam qui possim perpeti petulantiam.

Quem

36. *Quare.*] Non est necesse ut hæc mutet Colvius. nam *Quero* ac *Quæro* permutantur. Festus: *Quæro, ut significat idem, quod rogo: ita Quæro ponitur ab antiquis pro querere, &c.* Gruter.

41. *Degero amica.*] *Degero* dicitur, ut *desero*. Est autem idem verbum, quod *digero*, e in *i*, ut fit, mutato; quod nihil aliud vulgo significat, quam ordinare aliquid, componere, & in debitum locum referre, quod fieri non potest nisi degerendo, siue rem ex uno loco in alium transferendo. qua vetusta significatione *degerere* hic ponitur. *Boxhorn.*

42. *Monstra, quod bibam, &c.*] Recte se habent, si seu, *monstra, quod bibam, Tuam qui possim perpeti petulantiam.* Si potes nec alere & ostendere unde vivam, tuam perpetiar petulantiam, ut tibi obnoxius. Alia conditione eam ferre non possum, nisi ut me alas, & mihi monstres quod edam & bibam. Sed *bibam* tantum dixit, quia causa vivendi præcipua Græcis in bibendo. Unde & *συμπόσιος* dixerunt, quod Latini *convivium*. Eandem sententiam expressit Theocritus in *Αἰθρία* *ῥώσσει*, nisi fallor: *Παρά σῶμα ἰμῖταρα.* Ubi *nes alueru, impora.* *Salmastius.*

- Quem tu hominem me arbitrare, nescio,  
 45 Ego te simitu novicum Parthaone.  
 Mu. Si me derides, at pol illum non potes,  
 Patrem meum, qui huc advenit. quin respicis?  
 Novistin' tu illum? ME. novi cum Calcha simul:  
 Eodem die vidi illum, quo te ante hunc diem.  
 50 Mu. Negas novisse me? negas patrem meum?  
 ME. Idem hercle dicam, si avom vis adducere.  
 Mu. Ecastor pariter hoc, atque alias res soles.

45. *Cum Parthaone.*] Parthaon, pater | est in Mss. Thestoris filio: qui arte divi-  
 Peoci Ætoliz regis, Decianiræ patris. | nandi plurimum pollebat in exercitu  
 48. *Cum Calcha.*] Cum Calchante, ut | Græcorum ad Trojam.

## ACTUS QUINTI SCENA SECUNDA.

SENEX, MULIER, MENÆCHMUS *Soficles:*

- UT ætas mea est, atque ut hoc usus factus est,  
 Gradum proferam, progredi properabo.  
 Sed id quam facile sit mihi, haud sum falsus.  
 Nam pernicitas deserit: confitus sum  
 5 Senectute: onustum gero corpus; vires  
 Reliquere. ut ætas mala, merx mala est tergo!  
 Nam res plurimas pefsumas, cum advenit, affert:  
 Quas si autumem omneis, nimis longus sermo sit.  
 Sed hæc res mihi in pectore & corde dura est, 7. *Gulielm. sed acris*  
mihî, &c. cura est.  
 10 Quidnam hoc sit negotii, quod filia sic  
 Repente expetit me, ut ad sese irem.  
 Nec, quid id sit, mihi certius facit,  
 Quid velit, quid me arcesat.  
 Verum propemodum jam scio quid fiet rei.  
 15 Credo cum viro litigium natum esse aliquod.

Ita

4. *Confitus sum senectute.*] Ita Ter.  
 Eun. act. 2. 1. *annis obfusus.* Vir-  
 gil. 8. Æn.

— *Ibat rex obfusus ævo.*

*Obfutum* pro pleno usurpatum antiquis:  
 eo, quod locus frugibus obfutus aut sen-  
 tibus, iis plenus sit. Turneb.

5. *Onustum gero corpus.*] Duo sunt

hæc onera: nam & corpus hic Senex ge-  
 rit, & corporis onus, senectutem sive  
 annos. Mercat. act. 4. 1.

— *Quin is, ocium?*

Sr. *Nequeo mecastor: tantum hoc oneris*  
*est, quod sero.*

Do. *Quid oneris?* Sr. *Annos alloginta &*  
*quatuor.*

25. MUL. Ibo

Ita istæ solent, quæ viros subservire  
Sibi postulant, dote fretæ, feroces.  
Et illi quoque haud abstinent sæpe culpâ.

Verum est modus tamen, quoad pati uxorem oportet.

20 NEC POL FILIA unquam patrem arcessit ad se,  
Nisi aut quid commissi, aut jurgii est causâ.

Sed quicquid id est, jam sciam; atque eccam eam pse  
Ante ædeis, & ejus tristem virum video.

Id est, quod suspicabar.

25 Appellabo hanc. Mv. ibo adversum. salve multum, mi pater.

SE. Salva sis. salven' advenio? salven' arcessi jubes?

Quid tu tristises? quid ille autem abste iratus destitit?

Nescio quid vos velitati estis inter vos duos.

*Non. inter vos duo.*

Loquere, uter meruistis culpam, paucis: non longos logos.

30 Mv. Nusquam equidem quicquam deliqui: hoc primum te  
absolvo, pater.

Verum vivere hic non possum, neque durare ullo modo.

Proind' tu me hinc abducas. SE. quid istuc autem est? Mv. ludibrio, pater,

Habeor. SE. unde? Mv. ab illo, quoi me mandavisti, meo viro.

SE. Ecce autem litigium quoties edixi tandem tibi,

35 Ut caveres, neuter ad me iretis cum querimonia?

Mv. Qui ego istuc, mi pater, cavere possum. SE. men' interrogas?

Mv. Nisi non vis. SE. quoties monstravi tibi, viro ut morem geras?

Quid ille faciat, ne id observes: quo eat: quid rerum gerat.

Mv. At

25. Muz. Ibo adversum. salve.] Ita hæc ordino. Filia enim officii sui memor patri obviam procedit: tum salutatur. Nam ita solebant parentibus natæ, aut propinquæ honoratiori cognato. ut Sticho: Ferre adversum hominem occupemus festulum. Salve mi pater. J. Gul.

28. Velitati estu.] V. N. Rudent. 2. 6.

29. Non longos logos.] Scil. facias. Le-

gi sunt sermones, vel dicta ridicula & contemnenda: Nonius. Utitur & Terent. Phor. act. 3. 2. & Cicero. Logi enim vocabulo pæne jam ut vernaculo utebantur Romani: & logos in nugis, tanquam suam vocem dicebant. Palmer.

35. Neuter ad me.] Censeo dissectandam vocem: Ut caveres, ne uter ad me hoc est, ne vel maritus vel tu. Gronovius.

Mv. At enim ille hinc amat meretricem ex proximo. SE. sane sapit,

40 Atque ob istanc industriam etiam faxo amabit amplius.

Mv. Atque ibi potat. SE. tua quidem ille caussa potabit minus.

Sive illic, sive alibi libebit? quæ hæc, malum, impudentia est?

Una opera prohibere, ad cœnam ne promittat, postules: Neve quenquam accipiat alienum apud te, serviren' tibi

45 Postulas viros? dare una opera penulum postules,

Inter ancillas federe jubeas, lanam carere.

Mv. Non equidem mihi te advocatum pater adduxi, sed viro.

Hinc stas, illinc caussam dicis. SE. si ille quid deliquerit.

Multo tanto illum accusabo, quam te accusavi, amplius.

50 Quando te auratam & vestitam bene habet: ancillas, penum,

Recte præhibet: melius sanam est; mulier, mentem Mss. alter, perhibet. fumere.

Mv. At ille suppilat mihi aurum & pallam ex arcis I. Gueli ex arcis domo. modo:

Me despoliat, mea ornamenta clam me ad meretrices degerit.

SE. Male facit, si istuc facit: si non facit; tu male facis,

55 Quæ in fontem insimules. Mv. quin etiam nunc habet pallam, pater,

Et spinther, quod ad hanc detulerat: nunc, quia rescivi, refert.

SE. Jam

39. *At ille hinc amat.*] V. C. hanc. Probo. *Scrivenerius.*

40. *Atque ob istanc industriam.*] *Quam* adhibes in observando viro.

46. *Lanam carminari.*] Ita vet. edd. neque aliter citat lib. 6. de Ling. Lat. Varro. *Carere* à *carendo*: quod lanam tum purgant ac deducunt, ut careat spurcitia. ex quo tum *carminari* dicitur lana, cum caret eo, quod in ea est nequam. *Carere*, à *care*, in, it: quod sine dubio est à Græc. *καίρειν*, tondere, *καίρειν*: non, ut Varro. unde & *Carduus*, quia aptus *carendæ* la-

*nz*: & *Carmen* instrumentum ferreum ad catendum lanam. Luct. 4.

— *Quasi carmine lana trahatur.*

A quo verbum *carminare*: infra act. 5. sc. 8. Aliud *carmen* à *canendo*, aliud *carmen* à *carendo*. Scalig. Inde *caritiores*, qui in Glossis Papiræ dicuntur *lanarii*, qui *lanam carunt*, *carpunt*, *dividunt*. Sic enim ibi legendum est. Unde apparet *carpere*, quod in Mss. Pall. pro *carere* legi hic notant eruditi, non nisi glossam esse *carere*. Potro nobis ejusmodi *caritiores* *Kærðers* etiam dicuntur. Boxhorn.

SE. Jam ego ex hoc ut factum est scibo. ibo ad hominem atque alloquar.

Dic mihi istuc, Menæchme, quod vos dissertatis, ut sciam.

Quid tu tristis es? quid illam autem iratam abs te destituis? M. quid tu tristis. unde Gron. qui tu trux es.

60 ME. Quisquis es, quicquid tibi nomen est, senex, summum Jovem

Deosque detestor. SE. qua de te, aut quojus rei rerum omnium? M. detestor. Gron. doctores.

ME. Me neque isti male fecisse mulieri, quæ me arguit

Hanc domo ab se surripuisse, atque abstulisse dejerat.

Si ego intra ædeis hujus unquam, ubi habitat, penetravi pedem,

65 Omnium hominum exopto ut fiam miserorum miserumius.

SE. Sanus es, qui istuc exoptes, aut neges te unquam pedem

In eas ædes intulisse, ubi habitas, insanissimum?

ME. Tun' senex ais habitare me in illis ædibus?

SE. Tu negas? ME. nego hercle vero. MV. nimio hac impudenter negas.

70 Nisi quo nocte hac emigrasti. SE. concede hac, filia.

Quid tu ais? num hinc emigrasti? ME. quem in locum, aut ob rem, obsecro? Dicit. quem in locum autem obsecro?

SE. Non edepol scio. MV. profecto ludit te hic. SE. non tu te tenes?

Jam vero, Menæchme, satis jocus es nunc hanc rem age.

ME. Quæ-

58. *Quod vos dissertatis.*] Potest tolerari, ut sit *λεξις*, sive extenuatio rei per verba, pro litigatis. Colvius *disceptatio*. Meursius *dissentitio*. Sed nullo modo ferendum, quod nuper conjecerunt, *dissertatio*. Hoc juxta hic locum habet, ac separatis, distinguitis. Gronovius.

61. *Cujus rei rerum omnium.*] Recte Lambinus interpretatur velle senem, cuius rei ex omnibus rebus causa Deos testes facis? Et prolixus inepte, qui personas ita ordinat: *cujus rei?* M. *rerum omnium*, *Me neque*. quod ineptius reddit interpretando, quasi dixerit Plaurus *deus rerum*

*omnium*. Quis enim unquam est ita locutus, ut diceret *deus rerum & rerum omnium*? Ego si hanc scripturam tueti vellem, *rerum omnium* referrem ad sequentia, & id acciperem, ut solent dicere *categorarum rerum*; quemadmodum illud ipsum usurpavit auctor Cistellaris act. 1. sc. 1. vers. 33. Sed nihil est causæ, cur spernamus vulgatum. Gronovius.

72. *Non tu te tenes?*] Jubet tacete ac quiescere filiam Senex; ipse solus scilicet serio opus executurus; *Tene te*, id est, abstine, cohibe. Caf. act. 3. 2. *Vix tenes, quin qua decet te, dicam*. Gruter.

ME. Quæso quid mihi tecum est? unde, aut quis tu homo es? *quid feci ego*

75 Tibi, aut adeoisti, quæ mihi molesta est quoquo modo?

MV. Viden' tu illi oculos virere? ut viridis exoritur colos El Membr. ff. oculos virere

Ex temporibus atque fronte! ut oculi scintillant! vide.

ME. Quid mihi melius est, quam quando illi me insanire prædicant,

Ego me assimulem insanire. ut illos à me absterream?

80 MV. Ut pandiculans oscitatur! quid nunc faciam, mi pater?

SE. Concede huc, mea nata, ab istoc quam potes longifume.

ME. Evoc, Evie, Bromie, quo me in silvam venatum vocas?

Audio: sed non abire possum ab his regionibus:

Ita illa me ab læva rabiosa scœmina adservat canis.

85 Post autem illic hircus alius, qui sæpe ætate in sua Perdidit civem innocentem falso testimonio.

SE. Væ capiti tuo! ME. ecce Appollo mihi ex oraculo imperat,

Ut ego illi oculos exuram lampadibus ardentibus.

MV. Perii, mi pater! minatur mihi oculos exurere.

90 ME. Hei mihi, insanire me ajunt, ultro cum ipsi insanunt.

SE. Fi-

76. *Viden' tu illi oculos virere?*] Nihil mutandum. Virere est lucere, & sic *virrens flamma* Horatio & apud Homerum. φλόξ *ἕμερσίνθη*, flamma marcescit, quæ quasi *virere* desinit. Nam & *virere* pro *ἀνθεῖν*, quod verbi & flammæ tribuunt Græci pariter ac Latini poetæ. Ut *florantia lumina flammæ*, & ἀνθίσου φλόξ, & color *ἀνθός*. Nec obstat quod sequitur, ut *oculi scintillant*, plus est enim scintillare quam virere vel lucere. At viridis color qui ex temporibus & fronte exoritur non est mutandus in iridis colorem. Cæruleum intelligit & glaucum, quem *alivastrum* vulgo vocant, qui color est *orbosorum*. Fortasse an & *virere* oculos dixerit, cum albus in oculis vi-

tidi illo colore inficitur, vel glauco ex morbo vel animi passione violenta. Hæc explicanda sane non mutanda. Libri enim omnes meliores ac vetustiores sic habent. *Salmas.*

80. *Ut pandiculans oscitatur!*] *Festus: Pandiculanti dicuntur, qui toto corpore oscitantes ostenduntur: eo quod pandi sunt.* Jam, *oscitatio*, est, oris citatio & diductio. *Glossarium; Oscitatur* χαρμηται. *Taub.*

82. *Evoc, evie, bromie.*] Quia Menæchmus se furere & bacchari simulat, usurpat vocabula, quibus bacchantes urbantur. *Evoc*, interjectio est ἔργασμῶν, *evoc*. *Evius* & *Bromius* sunt Bacchi nomina. *Lambin.*



SE. Filia, heus. MV. quid est? quid agimus? SE. quid si ego huc servos cito?

Ibo, adducam, qui hunc hinc tollant, & domi devinciant, Priusquam turbarum quid faciat amplius. ME. enimvero, nisi

Occupo aliquid mihi consilium, hi domum me ad se auferent.

95 Pugnâ me vetas in hujus ore quicquam parcere?

Ni jam ex meis oculis abscedat in malam magnam crucem; Faciam, quod jubes, Apollo. SE. fuge domum, quantum pote' est.

Ne hic te obtundat. MV. fugio. amabo, adserua istunc, mi pater,

Ne quo hinc abeat. sumne ego mulier misera, quæ illæc audio!

100 ME. Haud male illanc amovi. nunc hunc impurissimum, Barbatum, tremulum, Titanum, Cygno pro-  
gnatum patre.

*Interf. Titbonum. Præf. Cygno qui eluet patre.*

Ita mihi imperas, ut ego hujus membra, atque ossa, atque artua

Comminuam illo scipione, quem ipse habet. SE. dabitur malum,

Me quidem si attigeris, aut si propius ad me accesseris.

105 ME. Faciam quod jubes; securim capiam ancipitem, atque hunc senem

Exossabo, deind' dedolabo assulatim viscera.

SE. Enim-

95. *Pugnâ me vetas, &c.*] Hæc iterum clare loquitur, ut eos verteat. Veritas, ô Apollo, me quicquam meis pugnâ in hujus mulieris ore parcere?

101. *Tremulum, Titanum.*] Melius hic fortasse legi posset, *Titbonum*, qui ad extremam senectutem vixit, adeo ut emoti non posset, quamvis omnibus senii decepti malis vexaretur. Non iste quidem cygno prognatus patre quem auro adamavit, sed hic homo non profano loquitur. Cum enim insaniam simulat, ea dicit de industria quæ insani hominis sunt. *Salmas.*

102. *Artua.*] Non obliquos casus verborum quartæ declinationis generis neutrius repenti inficior. Verum sunt isti, non à rectis in *A*, sed in *VS*. Nam nomina ejusmodi olim utramque habebant terminationem. Contra itidem quædam hodie in *VS*, solum effertur, quæ olim terminabantur in *V*. Tale pro *artua*, *artu*; inde *artua* hoc loco: à quo *deartuare* supra *Capteiv. 3. 4. &c. 5. Vespian.*

106. *Dedolabo assulatim viscera.*] Hoc minutatim exponit Nonius. recte. Hinc *assula marmorea* apud Vitruvium, τὸ ἰμπερικύματα, ex matmore, dum cæditur,

SE. Enimvero illud præcavendum est, atque accurandum mihi:

Sane ego illum metuo, ut minatur, ne quid malefaxit mihi.

ME. Multa mihi imperas, Apollo: nunc equos junctos jubes  
110 Capere me indomitos, feroces: atque in currum inscendere.

Ut ego hunc proteram leonem Gætulum, olentem, J. Guelm. locum vetulum.  
edentulum.

Jam adstiti in currum: jam lora teneo: jam stimulum in manu est.

Agite equi, facitote sonitus ungarum appareant

Curfu celeri: facite inflexa sit pedum pernitas.

115 SE. Mihiñ equis junctis minare? ME. ecce Apollo denuo;

Me jubes face impetum in eum qui stat, atque occidere.

Sed quis hic est, qui me capillo hinc de curru deripit?

Imperium tuum demutat atque dictum Apollinis.

SE. Heu

ditur, excussa. nec quicquam mutandum. Glossæ: *δοτο πλεκῆν*, *desomo*, *dedolo*. Utrumque dicebatur *astula* & *assula* pro eodem. sic *merjus*, *mertus*: *fistui*, *fistus*: *fixus*, *fiētus* & similia. *Salmasius*. *Exoffabo*, *dein dedolabo*.] Hæc Camerarii conjectura est. Superiores senem *Exoffem*, nisi *dedolabo*. *Alfos auxit*: *Exoffem* *raddam*, *dedolabo*. Ambo scripti: *senem esse fini dedolabo*. Unde *Pareus*, *offetum* & *Exoffetum*. Sed scribendum est: hunc senem *Offum* *fini dedolabo assulatim viscera*. Sermo dignissimus *Plauto* & minima mutatio. *Offum* *fini* est usque ad ossa. *Dedolabo* est decidam & amputabo securi. quemadmodum *dolabra* est instrumentum, quo cædimus, non quo levigamus, ut *ascia*. *Potuisse* & *hinc fini*. Sed non est necesse. Hæc fabula 2. 2. *Namquam illum, quem mihi dudum pollicitus dare, jubet, sisapiam, porculum afferritibi. Dedolabo, truncabo circum hunc senem, quod ad viscera, assulatim & minutatim desecta fini ossium, ut nil nisi sceletus superbit. Gronovius*.

114. *Facite inflexa*.] Sana omnino sunt, *facite inflexu sit pedum pernitas*, modo disjunctim legatur, *in flexu*. *Per-*

nitas equorum, præcipue curru cinctorum, in flexu maxime requirebatur. In flexu metæ imprimis necessaria fuit. *Salmasius*.

117. *Qui me capello hinc de curru deripit*.] Alludum ad *Valladem* *Homericam*, quæ *Achillem* *capillis* à pugna revocavit, *Deripit*.] *Deripere*, est deorsum rapere & detrahere. *Diripere*, *divertere* & in varias partes rapere, ut fit in expugnationibus urbium. *Propria*.

118. *Atque dictum*.] *Apollinis* oraculum *dillio* olim nuncupata. *Pacuvius*: *Flexa non, falsa, autumare dillio Delphi solent*. *Ait*, *torquiosa* & *obliqua* esse oracula, non mendacia: unde & *Apollo* *λεξις*. *Accius* apud *Herenn.* lib. 2.

*Aperta satur dillio, si intelligas*.

Et alioqui *Dilla* interdum *julla* sunt: unde *Dillatur*, & *dillo* *audientes*: de quibus *Varro* lib. 4. & 5. de *L. L.* *Apollinu*.] *Apollinu* rectus olim casus, pro *Apollone*. *Vetum* hoc loco ajunt quidam, *Apollinis* esse vocandi casum. Sed falluntur. Nam *tuum Apollini imperium*, ait, ut *Cicero* *Phil.* 2. *Tuum hominu simplicu pellus*. Et in *Maniliana*, *Tuum gravissim viri judicium*. *Vossius*.

SE. Heu hercle morbum acrem ac durum! Dii vostram fidem!

120 Vel hic qui insanit, quam valuit paulo prius!  
 Ei derepente tantus morbus incidit.  
 Ibo atque arcessam medicum jam quantum potest.

## ACTUS QUINTI SCENA TERTIA.

MENÆCHMUS Socrates, SENEX.

J Amne isti abierunt, quæso, ex conspectu meo,  
 Qui me vi cogunt, ut validus insaniam?  
 Quid cesso abire ad navem, dum salvo licet?  
 Vosque omnes quæso, si senex reverterit,  
 5 Ne me indicetis, qua platea hinc aufugerim.

SE. Lumbi sedendo, oculi spectando dolent, *Ms. expectando.*  
 Manendo medicum, dum se ex opere recipiat.  
 Odiosus tandem vix ab ægrotis venit.

Ait se obligasse cruris fractum Æsculapio,  
 10 Apollini autem brachium: nunc cogito,  
 Utrum me dicam ducere medicum, an fabrum.  
 Atque recum incedit; move formicinum gradum.

9. *Obligasse cruris fractum Æsculapio.]* Quid sit obligare cruris fractum aut brachium Chirurgi sciunt, ad quorum artem hoc pertinet. Græci *ἐμδρ-εμω* vocant. Unde libri veterum Medicorum, *ἐπι ἐμδρωμω*. Sed hic ridiculi gratia gloriosum introductione medicum, qui se jactat obligasse cruris fractum Æsculapio, brachium Apollini, quasi ipsi medicinæ auctores dii ipsius cura opus habuerint. Veteres medici

etiam facti *ἐμδρωμω*. De Æsculapio & Apolline, quod auctores medicinæ fuerint, res nota. *Salmast.*

12. *Movet formicinum gradum.]* Formicarum gradus minutissimus est ac spississimus, atque ideo tardus. Multum quidem movent; sed parum promoveant. Pari forma dixit Catullus Carmin. 39. *incedere myrmice*, & *Martial. Crusculum formica*. Muret.

## ACTUS QUINTI SCENA QUARTA.

MEDICUS, SENEX.

Quid esset illi morbi dixerat? narra senex,  
 Num larvatus, aut cerritus? fac sciam.

Num

2. *Larvatus, aut cerritus.]* Festus: *Larvati, sunt furiosi & mente moti;*

*quasi larvæ & spectra exterriti.* De *Cerrito*, V. N. Amph. 2. 2. §l. 144.

3. *Quin*

Num eum veterenus, aut aqua intercus tenet?

SE. Quin ea te caussa ducō, ut id dicas mihi,

5 Arque illum ut sanum facias. ME. perfacile id quidem est.

Sanum futurum, meâ ego id promitto fide.

SE. Magnâ cum curâ ego illum curari volo.

ME. Quin suspirabo plus sexcenties in die:

Ita ego illum cum curâ magna curabo tibi.

10 SE. Atque eccum ipsum hominem. ME. observemus, quam rem agat.

8. *Quin suspirabo plus sexcenties in die.* Qui sæpius & celerius ultro citroque commeanit & discursant rei alicujus curandæ caussa, suspirant, suspiria alre petunt. Dicit igitur hic medicus, se ma-

gna cum curâ insanum curaturum, quin ad eum invisuram, eaque de caussa suspiraturum plus sexcenties in die. Hæc genuina est hujus loci sententia. *Boxhornius.*

## ACTUS QUINTI SCENA QUINTA.

MENÆCHMUS Surreptus, SENEX, MEDICUS.

EDepol næ hic dies pervorsus atque advorsus mihi obrigit:

Quæ me clam ratus sum facere, ea omnia fecit palam

Parasitus, qui me complevit flagitii & formidinis:

Meus Ulysses, suo qui regi tantum concivit mali.

5 Quem ego hominem, si quidem vivo, vita devolvam sua. *Mss. evolvam. Faj. solvam.*

Sed ego stultus sum, qui illius esse dico, quæ mea sit.

Meo cibo & sumptu educatus est: anima privabo virum.

Condigne autem hæc meretrix fecit, ut mos est meretricius.

Quia rogo pallam, ut referatur rursum ad uxorem meam,

10 Mihi se ait dedisse. heu edepol, næ ego homo vivo miser!

SE. Audin' quæ loquitur? MED. se miserum prædicat. SE. adeas velim.

MED. Salvos sis, Menæchme, quæso cur apertas brachium? Non tu scis, quantum isti morbo nunc tuo facias mali.

ME. Quin

4 *Meus Ulysses.* Quo urebar consiliario & ministro, ut Agamemnon Ulyssæ ad Trojam.

5. *Vita devolvam sua.* A Parcarum

fusus aut stamine puto sumptum. Virgil. 4. Georg. *Carmina quo capta, dum fusi mollia pensa Devolvunt.* Boetius.

- ME. Quin tu te suspendis? MED. ecquid sentis? ME. quid ni sentiam.
- 15 MED. Non potest hæc res ellebori jugere obtinerier.  
Sed quid ais, Menæchme? ME. quid vis? MED. dic mihi hoc,  
quod te rogo.  
Album, an atrum vinum potas? ME. quin tu is in malam  
crucem.  
SE. Jam hercle oceptat insanire primulum. ME. quin tu me  
interrogas,  
Purpureum panem, an puniceum soleam ego esse, an lu-  
teum?
- 20 Soleamne esse avis squamosas, piscis pennatos? SE. papæ,  
Audin'tu, ut deliramenta loquitur? quid cessas dare  
Potionis aliquid, priusquam percipit insania?
- MED. Mane modo: etiam percontabor. SE. alia occidis fa-  
bula.
- MED. Dic mihi hoc: solent tibi unquam oculi duri fieri?
- 25 ME. Quid? tu me locustam censes esse, homo ignavissu-  
me?

MED. Dic

14. *Ecquid sentis?*] Ridiculum est, ita Medicum rogare. & Menæchmus nimis molliter respondeat; si illud ab eo quaeritur. Quin tu personas ita restituas: SE. *ecquid sentis?* MED. *quidni sentiam?* Non pot. Acidal.

15. *Ellebori jugere.*] Non potest hujus ægri sanitas tanta ellebori copia obtineri, quanta ex ægri jugere meti potest. Simile Hor. illud 2. Sat. 3.

*Danda est ellebori multo pars maxima avari?*

*Nescio an Anticyram ratio illi destinet omnem.*

22. *Percipit.*] Id est, penitus capit. Ter. Eun. *urbem odiam me percipit.* ubi *τὴν πόλιν* per *δουλοῦντος* est.

23. *Etiam percontabor.*] Lego:

— *Etiam percontabor alia. Sa. occidit fabulans.*

Cum alia etiam percontari velle diceret Medicus, gravatur hoc Senex: &, occidit hominem, inquit, tuis fabulis: ad vulgi dictum forte alludens, quo Medi-

cus garrulus festus alter ægroto morbus. *Acidal.* Malim retinere quod in Mss. est, post alia posita rogantis nota. Senex ergo dicit, *Alla?* Visne tu adhuc plura & alia, percontari? Profecto fabula, nimium fabulando & percontando eum occidit. *Boxhorn.*

24. *Oculi duri fieri?*] Ne hoc quidem temere quaerit Medicus. eorum, quos atrabilis vexat, corpora constat fieri extrinsecus duriora, propter atrabilis naturam, quæ siccissima & calidissima est: imprimis oculi, qui sunt textura prædiel rarissima, partisque corporis sunt infimissimæ. Etiam hæc insanix signa ab Aristotele probantur. *Vid.*

25. *Me locustam censes?*] Locustæ eum de insectorum genere sunt, palpebris earent: idcirco duriss. sunt oculis. *Arist.* 2. de Part. Anim. & *Plin.* lib. 11. 37. *Taubmann.* Fere ad verbum; *ἢ ἔστι μὲν ἀπλοσθιβαλιον ὄντα γοβλιζέσθαι πτωχῶν;* qua voce in Sphingocariatione usus fuerat Eubulus. Duris au-

MED. Dic mihi en unquam tibi intestina crepant, quod sentias.

ME. Ubi satur sum, nulla crepitant: quando esurio, tum crepant.

MED. Hoc quidem edepol haud pro infano verbum respondit mihi.

Perdormiscin' usque ad lucem? facilen' tu dormis cubans?

30 ME. Perdormisco, si resolvi argentum, quoi debeo.

Qui te Juppiter dique omnes, percontator, perduint.

MED. Nunc homo insanire concepat. de illis verbis cave tibi.

SE. Immo modestior nunc quidem est de verbis, præut dudum fuit.

35 ME. Quid ego dixi? SE. insanis, inquam. ME. egone? SE. tu istic, qui mihi

Etiam me junctis quadrigis minitatu's prostrernere;

Egomet hæc te vidi facere, egomet hæc te arguo.

ME. At ego te sacram coronam surripuisse scio Jovis.

Et ob eam rem in carcerem te esse compactum scio.

40 Et postquam es emissus, cæsum virgis sub furcâ scio.

Tum patrem occidisse, & matrem vendidisse, etiam scio.

Satin' hæc pro fano maledicta maledictis re-

*Acid. fatin' hoc pro fano? mal. &c.*

spondeo?

SE. Obsecro hercle, medice, propere, quicquid factururus, face.

Non

tem oculis, hoc est, *σκληροφθαλμος* locustas esse, notum est. *Heusius*. Porro cum non tam ignavia, quam imperitia Medico hic exprobratur, non homo *ignavissime*, ut vulgo, sed *ignavissime*, hic legendum puto. *Boxhorn*. *Homo ignavissimus*. Medico putant non tam ignaviam quam imperitiam oportere exprobrari, eoque corrigunt *ignavissime*. Sed observasse debuerant *ignavum* Plauto passim pro homine nihili ac nullius usus poni. *Casina* 2. 3. *Quid tu sciu?* *Cl.* *te feno omnium sanam uominem esse ignaviam.* *Unde in nihil?* Sic *ignavissimis* verbis in eadem fabula 3. 2. *Perfa*. 5. 2. *Mea ignavia tu nunc me irrides*. *Trinummo*

1. 2. *qui illius sapientiam Et meam fidelitatem & celata omnia Fano ille ignavus funditus pessum dedit*. Et. 4. 2. *quid ergo ille ignavissimus mihi latitabat?* *Rud.* 3. 5. 49. *Grenovius*.

29. *Curans?*] *Præfero* lectionem quæ in quibusdam editionibus comparat, *facilone tu dormis cubans*. Id versus etiam postulat. *Quidam* etiam sedentes dormiunt. *Salmas*. *Confirmat* alter *Mss.* in quo *cubans*.

38. *Coronam surripuisse scio Jovis.*] *Quod* *Petilius* quidam dicitur fecisse, qui ex eo dictus est *capitolinus*. *Lamb.*

40. *Casum virgis.*] *Non enim ad mortem semper casu.* *Lips.*

Non vides hominem insanire? MED. scin' quid facias optu-  
num?

45 Ad me face uti deferatur. SE. itan' censes? MED. quippe  
ni?

Ibi meo arbitrari potero curare hominem. SE. age ut lubet.

MED. Elleborum potabis faxo aliquos viginti dies. Scilicet. aliquos  
viginti dies

ME. At ego te pendentem fodiam stimulis triginta dies.

MED. I, arcesse homines, qui illunc ad me deferant. SE. quot  
sunt fati?

50 MED. Proinde, ut insanire video, quatuor; nihilo minus.

SE. Jam hic erunt, aserva tu isthunc, medice. MED. immo ego  
ibo domum,

Ut parentur, quibus paratis opus est, tu servos jube Miss. Pall. tuos  
servos.

Hunc ad me ferant. SE. jam ego illic faxo erit. MED. abeo.  
SE. vale.

ME. Abiit socerus: abiit Medicus. nunc solus sum, pro Jap-  
piter,

55 Quid illuc est, quod me hic homines insanire prædicant!

Nam equidem postquam gnatus sum, nunquam agrotavi  
unum diem.

Neque ego infanio, neque pugnas neque ego lites cœ- M. J. hinc  
cupio.  
pio.

Salvus salvos alios video: novi homines, alloquor.

An qui perperam insanire me ajunt, ipsi insanunt?

60 Quid ego nunc faciam? domum ire cupio: at uxor non  
finit.

Huc autem nemo intromittit, nimis proventum est nequi-  
ter.

Hic ergo usque ad noctem: saltem credo, intromittat Per. hic  
ero.  
domum.

47. *Aliquos viginti dies.*] Valet, cir-  
citer viginti dies. Varro l. 1. de Re Rust.  
c. 2. in extr. *Si velis in convivio multum  
bibere, canareque libenter, ante esse oportet  
brassicam crudam ex aceto, et post aliqua  
folia quinque.* Lambin.

49. *Arcesse homines.*] *Homines*, hic pro  
servis poni, ut & Mosell. act. 4. 1. au-  
tumatur Douç. E.

50. *Nihilo minus.*] Quatuor fati sunt  
nihilo pauciores accessi oportet. Lam-  
binus.

61. *Nimis proventum est nequiter.*] *Nimis*  
infeliciter res procelli. Rud. 3. 5.  
*Equidem pro vani nequiter nullus modis.*  
Trucul. 2. 4. T.

62. *Saltem credo.*] Si exclusus sum ab  
Æotio, saltem intromittat ab uxore. L.

ACTUS QUINTI SCENA SEXTA,  
MESSENI O.

- S**pectamen bono seruo, id est, qui rem herilem  
Procurat, videt, collocat, cogitatque,  
Ut absente hero, rem heri deligenter  
Teutetur, quam si ipse assit, aut rectius.  
5 Tergum quam gulam, crura quam ventrem oportet  
Potiora esse, quoy cor modeste situm est.  
Recordetur id, qui nihili sunt, quid iis pretii  
Detur ab suis heris, ignavis, improbis  
Viris; verbera, compedes, molæ, magna  
10 Lassitudo, fames, frigus durum:  
Hæc pretia sunt ignavia.  
Id ego male malum metuo; propterea bonum  
Esse certum est, potius quam malum: nam magis multo  
Patior facilis verba, verbera ego odi.  
15 Nimioque edo libentius molitum, quam  
Molirum præhibeo. propterea heri imperium  
Exsequor bene, & sedate servio;  
Atque id mihi prodest; alii sese ita ut in rem  
Esse ducunt, sint: ego ita ero, ut me esse oportet:

Me-

1. **S**pectamen bono seruo.] Δοκιμασιον, probatio & experimentum boni servi. Constructio est, ut illa Mil. act. 3. scen. 1. Effet his annona usior. Et potest videri respectum ad formulam antiquam, *Spelctatus satis*, de servis. quo significabatur, diu & bene servivisse.

5. *Tergum quam gulam, &c.*] Oportet servum tergo suo potius, quam gulæ consulete, & cruribus potius quam ventri. Nam si officium negligat, futurum est, ut tergum quidem virgis cadatur, crura vero compedibus vinciantur. *Lambinus.*

6. *Cui cor modeste situm est, &c.*] Servus, cui animus modeste affectus est, recordetur, quid servis nequam mercedis à suis heris persolvatur scil. verbera, com-

pedes, pistrina, ubi magna lassitudo. *Lambin.*

14. *Patior facilius verba.*] Qui verba hic accipiunt illa, quibus servos suos heri excipiunt, cum objurant, nimis inepti sunt. Non enim talia debentur servis bonis & frugi, qualem se esse ac manere velle hic profitetur Messenio. Verba hic sunt dicta, iussa, imperia herilia. Dicit se illa, quamvis dura subinde & gravis, perpeti malle, quam immotigerum verbera. *Bozbornius.*

15. *Nimioque edo libentius molitum, &c.*] Nimio libentius edo, quod alii servi in pistrino misero labore moluerunt, quam ego assis id, quod moleste moluicim, edendum præbeo. *Lambinus.*

20. Me-



20 Metum ut mihi adhibeam, culpam abstineam:

Hero ut omnibus in locis sim præsto.

SERVI, qui culpa carent, & metuunt; ii

Solent esse heris utibiles. nam illi, qui nihil

Metuunt, postquam malum promeritum est, metuunt,

25 Metuam haud multum. prope est, quando

Herus, quod strenue faciam, pretium exsolvet.

Eo exemplo servio, tergi ut in rem esse arbitror.

Postquam in tabernam vasa & servos collocavi, ut iusserat,

Ita venio adversum. nunc fores pultabo, adesse ut me sciat.

30 Neque utrum ex hoc saltu damni salvom scio eliciam foras.

Sed metuo, ne sero veniam, depugnato prælio.

20. *Metum ut mihi adhibeam.*] Quo scilicet detestritus in officio maneam. *Taubmannus.*

24. *Postquam malum promeritum est, &c.*] *Promeritum* hic & passive & in malam partem est positum, quod rarius; pro, *commeritum*, sic & *Amph. act. 2. 1.* *Donatus*: *Promeruit*, est, *adjuvit, profuit*; cui contrarium est, *commeruit*. Sententia est: Nam illi, qui nullo metu afficiuntur, neque metu deterriti à culpa abstinere, postquam malum commoverunt, tum denique metuunt. *Lamb.*

30. *Neque utrum, &c.*] *Douza* legit: *Neque ut eum ex hoc saltu damni, &c.* & saltum damni accipit quemadmodum, *montes majoris, montes mali*. Sed longe distat à vulgata lectione, quod habet *V. Cod.* *Utque meum ex hoc saltum Epidamno alvum eluam amphora*. Alludit ad damnum heri, quod datura esset *Erotium*, & *Epidamnium* civitatem in qua erant. Videtur autem cupere in eo heri damno, saltum participem fieri prandii, ad quod acceptus fuerat *Menzelmus* ab *Erotio*; quod ut supra scripsimus, ita & hic *μεταφορικῶς* prælium vocat. *Meum alvum*, masculinæ, sic alibi:

*Cum has herbas in suum alvum congerunt.*

*Et Accius in Annal. teste Nonio, alvum quam frigidissimum: Depugnato prælio, hoc est, finito prandio, & sublatis mensis, ut jam nihil sit quod bibam, quo alvum meum eluam. Dissald. lste V. C. est editio Patinsina, in qua sic legitur à conjectura Satraeceni, ut videre est apud Gruterum. Sed vere veteres eodices: Neque utrum ex hoc saltu damni salvom uti duo amphora. Unde scribendum: Atque ut eum ex hoc saltu damni salvom ut educam foras. Fores pultabo, ut adesse me sciat, & ut eum ex istis Caudinis Fucalis, ex loco tam insidiosio, educam. ut Ut repetit eo modo, quo Bacchid. 4. 6. 12. Educam vidit Pareus, quod frustra speiuit Gruterus. Scio eliciam est à conjectura Camerarii. Alii olim editi: alvum eluam ppora. De prandio nugæ. Translatio est ab iis, qui in loco saluoso & insidiis opportuno circumfidentur ab hostibus, & sustinent, donec subsidia veniant. Depugnato prælio, id est, postquam jam captus, sub jugum actus, despoliatus est. Gronovium.*

## ACTUS QUINTI SCENA SEPTIMA.

SENEX, MENÆCHMUS Surreptus, LORARI, MESSENIO.

**P**ER ego vobis Deos atque homines dico, ut imperium meum

Sapienter habeatis curæ, quæ imperavi atque impeto,  
Facite illic homo jam in medicinam ablatas Inblimis fiet. M. T. sublimem.  
Nisi quidem vos vestra crura aut latera nihili penditis.

5 Cave quisquam, quod illic minitetur, vestrum floccifecerit.  
Quid statis? quid dubitatis? jam sublinem raptum oportuit.  
Ego ibo ad medicum: præsto ero illic, cum venietis. ME. occidi!  
Quid hoc est negotii? quid illic homines ad me currunt, obsecro?

Quid voltis vos? quid queritis? quid me circumstititis?  
10 Quo rapitis me? quo fertis me? perii! obsecro vestram fidem:  
Epidamnienses subvenite cives. quin me mittitis?

ME. Pro di immortales, obsecro, quid ego oculis aspicio meis?

Herum treum indignissime nescio qui sublinem ferunt.  
ME. Ecquis suppetias mihi audeat afferre? ME. ego, here, audacissime.

15 O facinus indignum & malum, Epidamni cives herum  
Meum hic in peccato oppido  
Luci deripier in via, qui liber ad vos venerit!  
Mittite istanc. ME. obsecro te, quisquis es, operam ut des mihi,  
Neu sinas in me insignite fieri tantam injuriam.

20 ME. Immo & operam dabo, & defendam, & subvenibo sedulo.

Nunquam te patiar perire: me perire est æquius.  
Eripe oculum isti, ab humero qui te tenet, here, te obsecro.  
Hilce ego jam sententem in ore faciam, pugnosque obseram.

Maximo

1. **I**n medicinam.] V. N. Epid. 2. 2.  
4. Crura aut latera.] Nisi quidem vos vestra crura compedibus vinciri, aut latera virgis caedi velitis. Lamb.

7. Cum venietis.] V. C. ut venietis. Et

valet, simulac. Scriverius.

17. Luci deripier.] Singula habent emphasin, peccato oppido: luci: in via: liber. Taubman.

Maximo hodie malo, hercle, vostro instunc fertis. mittite.

25 ME. Teneo ego huic oculum. MES. face ut oculi locus in capite appareat.

Vos scelesti, vos rapaces, vos prædones. Lo. periiimus!

60 Obsecro hercle. MES. mittite ergo. ME. quid me vobis tactio est?

65 Pecte pugnīs. MES. agite, abite, fugite hinc in malam crucem.

Hem tibi etiam, quia postremus cedis, hoc præmii feres.

30 Nimis autem bene ora commentavi, atque ex meâ sententiâ. Edepol, here, næ tibi suppetias tempore adveni modo.

ME. At tibi di semper, adolescens, quisquis es, faciant bene. Nam absque ted elset, hodie nunquam ad Solem occasum viverem.

MES. Ergo edepol, si recte facias, here, me mittas manu.

35 ME. Liberem ego te? MES. verum, quandoquidem, here, te servavi. ME. quid est?

40 Adolescens, erras. MES. quid, erro? ME. per Jovem adjuro patrem,

Me herum tuum non esse. MES. non taces? ME. non mentior.

Nec meus servos unquam tale fecit, quale tu mihi.

MES. Sic

25. *Face ut oculi locus in, &c.*] Fac ut oculus ei sit erutus. *Lambin.*

28. *Pecte pugnīs.*] *Pectere* est multare. hinc *depollere*, *circumpollere*, malum aut infortunium alteri dare. *Terent.* *Heautont.* *Dopoxere & Exornare* jungit, — *adeo exornatum dabo, Adeo dopoxum, &c.* *Gruter.* Interim notandum, *histriones* istos serio male multatos. deque eis *Juvenal. Sat. 10.* — *videro potest qui Mamerterum alapas. quanti sua vulnera vendant, Quid refert?* carpit enim nobiles qui sua voluntate sipario se locant, & pulpita sponte conscendunt, personam qualemcunque sustinentes. ita & apud *Terent. Adelph. 2. 1. pugnīs malo excipitur Sannio. Taubmannus.*

30. *Bene ora commentavi.*] Fortasse melius scriberetur una litera dempra, *ora commetavi. Qui metas ponebant & me-*

*tabantur agrum, variis locis palos infigebant ad mensuras agendas, Commetare autem pro Commotari.* *Salmast.* Si cui *lectionem vulgaram tueri placeat, haud incommodam ex ea sententiam eruet, si commutare simpliciter accipiat pro deformare ora, vulneribus nempe. Neque certe aliud hic quaerendum. Bouliorn.* Haud scio unde petiverit illam vulgatam *lectionem commutavi.* Omnes enim & scripti & editi *commentavi*, idque recte explicat *Gruterus: ut Pseud. 1. 5. Stilius ulmeis conscribere. ut Catullus: Ne lanceum latrisculum natesque mollicebas Inusta tibi turpiter flagella conscribissent. Gronov.*

33. *Nam absquato si esset.*] *Oratio solemnīs & perelegans: Absque te esset.* Notata etiam *Turnebo lib. 2. 28. & L. Fruterio Verisimil. lib. 2. 1. Usus eadem & Terent. Phorm. act. 1. 4. Taubm.*

MES. Sic sine igitur, si tuum negas me esse, abire liberum.

40 ME. Meâ quidem hercle causa liber esto, atque ito quo voles.

MES. Nempe jubes? ME. jubeo hercle, si quid imperii est in te mihi.

MES. Salve mi patrone. SERV. ALIUS. cum tu liber es, Melsenio,

Gaudeo. MES. credo hercle vobis. sed, patrone, te obsecro, Ne minus imperes mihi, quam cum tuus servos fui.

45 Apud te habitabo, & quando ibis, una tecum ibo domum.

ME. Minime. MES. nunc ibo in tabernam: vasa & argentum tibi

Referam. recte est obsignatum in vidulo marsupium

Cum viatico, id tibi jam huc afferam. ME. affer strenue.

MES. Salvom tibi item ut mihi dedisti, redhibebo. hinc me mane.

50 ME. Nimia mira mihi quidem hodie exorta miris modis.

Alii me negant eum esse qui sum, atque excludunt foras.

Etiâ hic servom esse se meum ajebat, quem ego emisi manu.

Is ait se mihi allatum cum argento marsupium:

Id si attulerit, dicam ut à me abeat liber quo volet:

55 Ne tum, quando suus factus sit, à me argentum petat.

Socer & medicus me insanire dicebant. quid sit,

*Dist. quicquid sit.*

mira sunt.

Hæc nihilo mihi esse videntur secius, quam somnia.

Nunc ibo intro ad hanc meretricem: quanquam succenset mihi,

Si possum exorare ut pallam reddat, quam referam domum

39. Sic sine igitur.] Quindecim versus sequentes varie transpositi sunt in Mss. Camer.

57. Secius quam somnia.] Hunc locum

Varro olim in *Plantinâ Quæstionibus* sic explicavit: Nihil magis narranda esse, quam si ea essent somnia. Gloss. Secus, aliter, unde secius. Boxhorn.

## ACTUS QUINTI SCENÆ OCTAVÆ.

MENÆCHMUS Soficles, MESSENIŌ.

**M**En' hodie usquam convenisse te audax audes dicere,

Postquam adversum mihi imperavi, ut huc venires? **MES.** quin modo

Eripui, homines qui te ferebant sublimem quatuor,  
Apud hæcædeis; tu clamabas Deum fidem atque hominum omnium.

5 Quom ego accurro, teque eripio, vi pugnando, ingratus.

Ob eam rem, qui te servavi, me amisisti liberum.

Quom argentum dixi me petere, & vasa: tu, quantum pote' st, MES. quantum potes.

Præcurristi obviam, ut quæ fecisti, inficias eas.

**ME.** Liberum ego te jussi abire? **MES.** certo. **ME.** quoi certillumum' st,

10 Mepte potius fieri servom, quam te unquam emittam manu.

3. **Q**uin modo eripui, homines.] Nihil magis Plautinum & frustra tumuituantur, interpretes, accusantque Lambinum, qui recte intellexit. Dicit enim, quin modo te, quia sublimem ferebant homines quatuor, eripui illis. At est, qui putat se observasse, eripere quandoque esse disjicere, dispellere. Nimia mira. Ubi hoc quæso? Cicero dicit eripere lucem. At id non est disjicere, sed auferre. Rufus Silius dicit Tenebras eripere lucem. Ne hic quidem aliter: sic, robur mox abstrulit atracolorum. Attamen Virgilius, nu-

berem eripiam. Sane & nubes disjici vel dispelli potest, non tamen eripiam hic est dispellam, sed demam, detraham. Nec denique secus Sillio: Eripiunt flamma nollem: auferunt enim, ut videatur ibi non esse. Nullo igitur hic sano sensu scribetur: Eripui homines, qui te ferebant sublimem quatuor. Gronov.

7. Me petere.] E taberna diversoria.

10. Mepte.] Me ipsum. V. N. Agnar. 3. 3.

## ACTUS QUINTI SCENA NONA.

MENÆCHMUS Surreptus, MESSENO.

MENÆCHMUS Soficles.

**S**I vultis per oculos jurare, nihilo hercle eâ causa magis  
Facietis, ut ego hodie abstulerim pallam & spinther, pef-  
sumæ.

**MÆ.** Pro Dii immortales, quid ego video? **M. So.** quid vides?  
**MÆ.** speculum tuum.

**M. So.** Quid negotii est? **MÆ.** tua est imago: tam confimilis est quam potest.

**M. So.** Pol profecto haud est dissimilis, meam cum formam noscito.

**M. Sv.** O adolescens, salve, qui me servavisti, quisquis es.  
**MÆ.** Adolescens quæso hercle loquere tuum mihi nomen, ni piget.

**M. Sv.** Non edepol ita promernisti de me, ut pigeat quæ velis.

Mihi est Menæchmus nomen. **M. So.** immo edepol mihi.

**M. Sv.** Siculus sum Syracusanus. **M. So.** ea domus & patria est mihi.

**M. Sv.** Quid ego ex te audio? **M. So.** hoc quod res est.  
**MÆ.** novi equidem hunc, herus est meus.

Ego quidem hujus servos sum, sed me esse hujus credidi.

Ego hunc censebam esse te, huic etiam exhibui negotium.

Quæso

1. **S**I vultis per oculos.] Etsi per oculos velitis jurare, nihilo magis tamen efficietis, ut ego pallam & spinther abstulerim. Alloquitur Erotium & ejus ancillam. Et hic incipit ἀναγνώστους. *Lambin.*

2. *Non edepol ita promernisti de me, &c.*] Cum me è manibus servorum, qui me sublimem rapiebant, eripuisti, non ita sane de me promeritus es, ut pigeat me quidquam facere, quod tu velis. Sic

infra eadem fabula, *Promernisti, ut ne quid ores, quod voles quin impetres.* *Lambinus.*

13. *Ego hunc censebam esse te.*] Ego hunc, qui herus meus non est, putabam esse te, qui herus meus es. Sed attendat lector, usque adhuc errare Messenionem, & eum putare esse herum suum; qui non est: eum, qui est, non putare. *Lamb.*

Quæsignoscas, si quid stulte dixi, atque imprudens tibi.

15 M. So. Delirare mihi videre, non commemorasti similit.

Te hodie mecum exire è navi? M. enimvero æquom postulas.

Tu heruses: tu servom quære: salveto tu: tu vale.

Hunc ego esse ajo Menæchmum. M. Sv. at ego me.

M. So. quæ hæc Fabula est?

Tu es Menæchmus? M. Sv. me esse dico, Moscho prognatum patre.

20 M. So. Tun' meo patre es prognatus? M. Sv. immo equidem, adolescens, meo.

Tuum tibi neque occupare, neque præripere postulo.

ME. Dii immortales, spem insperatam date mihi, quam suspicor.

Nam nisi me animus fallit, hi sunt gemini germani duo:

Nam & patrem & matrem commemorant pariter, qui fuerint sibi.

25 Sevocabo herum. Menæchme. M. So. A MBO. quid vis? ME. non ambos volo.

Sed uter vestrum est advectus mecum navi? ME. Sv. non ego.

M. So. At ego. ME. te volo igitur: huc concede. M. So. concessi, quid est?

ME. Illic homo aut sycophanta, aut geminus est frater tuus.

Nam ego hominem homini similiorem nunquam vidi alterum.

Neque

15. *Delirare mihi videre.*] Nunc errans Messenio in viam rectam ab hero revocatur, qui sic servum reprehendit. Desipere mihi videtur Messenio: qui te servum meum esse neges: hujus esse dicas: an non meministi, te una mecum hodie è navi exire? *Lambin.*

20. *Immo equidem adolescens, &c.*] Immo equidem, o adolescens: quamvis dixim, me Moscho prognatum esse patre, ut sum, non tamen tuum tibi patrem occupare aut præripere, æquum esse ar-

bitror. Nam fieri potest, ut & ego Moscho patre natus sim, ut sum, & tu alio patre natus sis, cui nomen Moscho fuerit. *Lamb.*

24. *Nam & patrem & matrem.*] Leg. *Nam & patriam & patrem, &c.* Nulla enim facta est mentio matris, infra primum queritur, & nominatur. & firmatur hanc lectionem, quod servus idem statim repetit: *postea autem eandem patriam ac patrem Memorat.* *Lips.*

30 Neque aqua aquæ, neque lacte est lacti, crede mihi, usquam  
similius,

Quam hic tui est, tuque hujus. postea autem eandem patriam  
ac patrem

Memorat, melius est nos adire, atque hunc percontari.

M. So. Hercle quid tu me admonuisti recte; & habeo gratiam.

Perge operam dare obsecro hercle, liber esto, si invenis

35 Hunc meum fratrem esse. ME. spero. M. So. & ego idem spero fore.

ME. Quid ais tu? Menæchmum, opinor, te vocari dixeras.

M. Sv. Ita vero. ME. huic item Menæchmo nomen est, in Sicilia

Te Syracusis natum esse dixisti; hic natus est ibi.

Molchum tibi patrem fuisse dixisti: huic itidem fuit.

40 Nunc operam potestis ambo mihi dare & vobis simul.

M. Sv. Promeruisti, ut ne quid ores, quod velis, quin impetres.

Tanquam si emeris me argento, liber servibo tibi. M. tam quam me emeris arg.

ME. Spes mihi est, vos inventuros fratres germanos duos

Geminos, una matre natos, & patre uno uno die.

45 M. Sv. Mira memoras. utinam efficere, quod pollicitus, possies!

ME. Possum: sed nunc coite. uterque id, quod rogabo, dicite.

M. Sv. Ubi lubet, roga: respondebo, nihil reticebo, quod sciam.

ME. Est tibi nomen Menæchme? M. Sv. fateor. ME. est itidem tibi?

M. So. Est.

30. Neque lacte est lacti. Vide Mil. proverbio. Lacte autem veteres in recto casu dixisse, notant Grammatici T.  
30. 2. Sic & ovorum similitudo est in



M. So. Est. ME. patrem fuisse Nofchum tibi ais? M. Sv. ita vero. M. So. & mihi.

50 ME. Esne tu Syracusanus? M. Sv. certo. ME. quid tu? M. So. quippini?

ME. Optume usque adhuc conveniunt signa, porro operam date.

Quid longissime meministi, dic mihi, in patria tua?

M. Sv. Cum patre ut abii Tarentum ad mercatum, tum postea

Inter homines me deerrare à patre, atque inde avehi.

55 M. So. Juppiter supreme, serva me. ME. quid clamas? quin taces?

Quot eras annos gnatus, cum te pater à patria avehit.

M. Sv. Septuennis: nam tum dentes mihi cadebant primum.

Neque patrem unquam post illa vidi. ME. quid? Colo. quid? vox  
tuum patri.

Filii quod eratis? M. Sv. ut nunc maxime memini, duo.

60 ME. Uter eratis, tun' an ille major? M. Sv. æque ambo pares.

ME. Qui id potest? M. Sv. gemini ambo eramus. M. So. Dis me servatum volunt.

Mv. Si interpellas, ego tacebo. M. So. potius taceo. ME. dic mihi,

Uno nomine ambo eratis? M. Sv. minime. nam mihi hoc erat,

Quod nunc est, Menæchmus: illum tum vocabant Soficlem.

65 M. So. Signa agnovi: contineri, quin complectar, non quæo.

Mi germane, gemine frater, salve, ego sum Soficles.

M. Sv. Quomodo igitur post Menæchino nomen est factum tibi?

M. So. Post-

58. *Vestrum patri filii quot eratis?* ] *dus: Ex vobis, quot eratis filii patri se.*  
*Vestrum Gen. divisionis: & hic explican-* *vestro? Lambin. Lege; vestrum. Scalig.*  
 61. 71

- M. So. Postquam ad nos renunciatum est, te & patrem esse mortuum,  
 Avos noster mutavit: quod tibi nomen est, fecit mihi.
- 70 M. Sv. Credo ita esse factum, ut dicis. sed mihi hoc responde.  
 M. So. roga.
- M. Sv. Quid erat nomen nostræ matri? M. So. Theusimar-  
 che. M. Sv. convenit.
- O salve in sperate, multis annis post quem conspicio,  
 Frater. M. So. & tu, quem ego multis miseris labori-  
 bus,  
 Usque adhuc quæsi, quemque ego esse inventum gau-  
 deo.
- 75 ME. Hoc erat, quod hæc te meretrix hujus vocabat no-  
 mine.  
 Hunc censebat te esse, credo, cum vocat te ad pran-  
 dium.
- M. Sv. Namque edepol hic mihi hodie jussi prandium ap-  
 paratier,  
 Clam meam uxorem, quod pallam furripui dudum do-  
 mo.  
 Eam dedi huic. M. So. hancne dicis, frater, pallam, quam  
 ego habeo?
- 80 M. Sv. Quomodo hæc ad te pervenit? M. So. meretrix huc  
 ad prandium  
 Me abduxit; me sibi dedisse ajebat. prandi per-  
 bene:  
 Potavi, atque accubui scortum: pallam, & aurum hoc *mi-  
 hi dedit.*
- M. Sv. Gaudeo edepol, si quid propter me tibi evenit  
 boni.

Nam

61. Te & patrem esse mortuum.] Si hoc verum sit, Comædia tota probetur vana. Nam cur tantopere fratrem quæretet, si rumor mortuum potius quam surreptum atrulisset? Immo Prologo clare dicitur; parentem esse mortuum, puerum vero subductum. Quare scribendum, Postquam ad nos renunciatum est de

te, & patrem esse mortuum. Il. Pont. 72. Post quem conspicio.] V. N. Mostell. act. 1. 2.

73. Frater. M. So. & tu.] Si repetitum interponerentur verbum Salve, esset & oratio perfectior, & numeri pleniores; qui absque hoc *διὰ τὸν* Ci sunt explicandi. Camer.

88. Sed

Nam illa cum ad te se vocabat, me esse credidit.

*Lambin. ma  
to esse cred.*

85 ME. Nunquid me morare, quin ego liber, ut iussisti, eam?

M. SV. Optimum atque æquissimum orat frater: fac causâ meâ.

M. SO. Liber esto. M. SV. cum tu es liber, gaudeo Messenio.

ME. Sed meliore est opus auspicio, liber perpetuo ut siem.

M. SO. Quoniam hæc evenerunt, frater, nostrâ ex sententiâ,

90 In patriam redeamus ambo. M. SV. frater faciam ut tu voles.

Auctionem hîc faciam, & vendam quicquid est, nunc interim.

Eamus intro, frater. M. SO. fiat. ME. scitin' quid ego vos rogo?

M. SV. Quid? ME. mihi ut præconium detis. M. SV. dabitur.

ME. ergo nunc jam

Vis conclamari auctionem fore? quo die? M. SV. die septimi.

95 ME. Auctionis fiet Menæchmi mane sane septimi.

Venibunt servi, suppellex, fundi, ædis, omnia

Venibunt, quique licebunt, præsentî pecunia.

Venibit

88. *Sed meliore, &c.*] Lipsius lib. 13. ad Tacitum, Libertas seu Manumissio, inquit, duplex: Justa; Non justa. *Iusta*, quæ vindicta, censu, testamento data: *Non justa*, quæ inter amicos in conviviis; per epistolam. Justa illa qui manumissi, plane pleneque liberi: qui altera, vinclo adhuc quodam attinebantur servitutis. Scite ergo ob hunc iteratæ (hæc sunt *iterationes*, quarum mentio Justin. Novell. 78.) servitutis metum Messenio servus, qui inter amicos manumissus, subjicit. *Lambini* commentum ineptum. *Lipsii* nimis longe petium. Certo certius est, Messenionem alludere ad id, quod supra quoque à putativo suo domino Menæchmo surrepto liber esse iussus fuerat, &

tamen postea à vero hero in servitutem retrahebatur. Ait igitur opus sibi esse meliore auspicio, quam paulo ante, cum etiam liber fiebat, sed non diu. *Pistor.* Vide Notas Epid. act. 5. 2. Milit. act. 4. 1.

93. *Mihi ut præconium detis.*] Ut me in hac auctione præconis munere fungi sinatis. T.

95. *Auctio.*] Vide Notas Epid. 2. 2.

67. *Quique licebunt.*] Dicuntur autem res venales *licere*, & quæ certo pretio indicatæ sunt. Contra, *liceri.* Mart. lib. 6. 66.

*Parvo quum pretio diu liceret.* Valla lib. 3. cap. 28. & V. N. Stich. 2. 1. Lambin.

99. *Vix,*

Venibit uxor quoque etiam, si quis emptor venerit.

Vix credo tota auctione capiet quinquagesies.

100 Nunc spectatores valete, & nobis clare applaudite.

99. *Vix, credo, tota auctione, &c.*] Menæchmus vix, ut credo, ex omnibus bonis auctione venditis, rediget festertium | quinquagesies centum millia, id est, circiter centum quinquaginta aureorum nostrorum millia. *Lambin.*

FINIS MENÆCHMORUM.





